CONFESSIONIS

HIERONYMIANAE, EX OMNIBVS GERMANIS B. HIERONYMI OPERIBVS OPTIMA FIDE COLLECTÆ,

ET, PER LOCORVM THEOLOGICORVM CAPITA, PERSPICVA METHODO, IN QVATVOR TOMOS DISTRIBVTAE.

Opera ſtudioqúe CORNELII SCHVLTINGI STEINVVICHII, *Sacræ Theologiæ Licentiati, Sanctorum Apoſtolorum apud Colonienſes Canonici.*

TOMVS SECVNDVS.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
In officina Birckmannica, ſumptibus Arnoldi Mylij,
ANNO cIↃ. IↃ. LXXXV.
Cum gratia & priuilegio Sac. Cæſareæ Maieſtatis.

REVERENDISSIMO ET SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO D. ERNESTO S. ECCLESIAE COLONIENSIS ARCHIEPISCOPO, SACRI ROMANI IMPERII PER ITALIAM ARCHICANCELLARIO, *Principi electori, Ecclesiæ Leodiensis Episcopo, Hildesemensis & Frisingensis Administratori, Principi in Stabel, Comiti Palatino Rheni, superioris & inferioris Bauariæ, Vestphaliæ & Angariæ, Bullionis Duci, Marchioni Francimontano Schultingius Steinvvichius S. P. D.*

QVOT quantique fructus, Clementissime Princeps, cùm ex omnium Veterum Orthodoxorum Patrum, tùm maximè ex Sanctissimi Doctissimique viri B. Hieronymi diligenti lectione capiantur, degustârunt ij, qui assiduò in hoc cælestis studij & vitæ genere summa cum voluptate & animi pia oblectatione versati sunt. Etenim inter hæc viuere, ista meditari, nihil aliud nosse, nihil quærere, an nõ videtur iam hic in terris regni cælestis, quasi quoddam habitaculum? Sed prætermissis alijs Ecclesiæ doctoribus hic de ingenti fructu quem studiosus lector ex B. Hieronymi studijs & lucubrationibus percipere poterit, deque eiusdem laudibus ac varia multiplicique eruditione mihi agendum esse videtur. Principio non est ea exigua vtilitas, quod propemodum vniuersa explicandi vtriusq; testamenti scripturas, expedita via atque ratio ex B. Hieronymi operibus possit depromi. Quisquis Prophetarum intricatos nodos hoc præeunte duce enodare atque euoluere poterit: is sanè de lege in Pentateucho comprehensa, cuius prophetæ sunt interpretes, non admodum laborabit. In historicis verò libris non ideò magna, ob perpetuam & perspicuam rerum gestarum narrationem, difficultas vertitur. In Nouo Testamento ex Commentarijs in Matthæum ferè reliqui Euangelistæ, & ex Commentarijs in 4. Epistolas Pauli magna ex parte aliæ Paulinæ Epistolæ, & ex epistolarum Commentarijs ipsa quoque Euangelia (sunt enim Apostoli Euangelistarum interpretes) poterunt intelligi. Nemo obscurissima Prophetarum oracula maiori luce interpretationis illustrauit: Nemo hoc prior latiùs hanc glaciem scidit: Nemo ad intelligenda retrusa & abdita aliorum Prophetarum ænigmata ante Hieronymum fenestram patefecit. Sine hoc duce, ac viam præmõstrante intelligentiam prophetarum veram, reliqui, qui eius ætatem consequuti, maximè apud Latinos, attingere difficulter potuissent. Dictu porrò incredibile, quantas antiquitatis & historiarum opes, quantas eloquentiæ variarumque rerum diuitias vbique hic ostendat. Quod enim fuit scientiæ ac professionis genus, in quo non fuerit diligentissimè versatus, adeò quidem, vt vniuersam Encyclopediam plenissimè absoluisse existimetur. Enimuerò an nõ omnes artes atq; scientias, quas inesse Theologo sacrarumque literarum interpreti desiderat, perfectissimè & ipse cognouit, & in diuinissimis suis monimentis expressit. Deinceps itaque, si placet, ex ingenij sui monimentis relictis, apertisque tabulis tum in genere, tum in specie, quantum tam in omnibus, quàm in singulis scientijs & facultatibus diuinus hic vir excelluerit, apertè declaremus. Ac initio quidem generatim, vt sapientiam sæcularem in nostros vsus conuertamus, vt à Paganis, tanquam iniquis possessoribus vindicemus, hisce verbis ipsemet astruit. Si adamaueris captiuam mulierem, id est, sapientiam sæcularem, & eius pulchritudine captus fueris: decalua eam, & illecebras crinium, atque ornamenta verborum cum emortuis vnguibus seca: caluitium fac, pilos aufer: Laua eam prophetali nitro, & tunc cùm illa requiescens dicito: Sinistra eius sub capite meo, & dextra illius amplexabitur me, & multos tibi fœtus captiua dabit, ac de Moabitide efficietur Israhelitis. Commendat quoque propterea summopere Origenem, quod immortale illud ingenium, Dialecticam, Geometriam, Arithmeticam, Musicam, Grammaticam, Rhetoricam, omniumque Philosophorum sectas ita didicerit, vt studiosos quoque sæcularium literarum sectatores haberet, vt interpretaretur quotidie eas artes, concursusque ad eum miri fierent, quos ille ideò libentiùs admittebat, vt sub occasione sæcularis literaturæ, in fide Christi eos institueret. Hæc de laude Origenis Hieronymus. Permultum sanè differt ab illis, qui rudes sæcularium literarum verbositatem solam discunt absque notitia scripturarum, & iuxta vetus elogium, cùm loqui nesciant, tacere non possunt, docentque scripturas, quas non intelligunt, & cùm alijs persuaserint, eruditorum sibi assumunt supercilium, prius imperitorum magistri, quam doctorum discipuli. An non ideò in adolescentia philosophorum, id est, gentilium studijs se eruditum fuisse, & dogmata Platonis, Aristotelis, Pythagoræ, Empedoclis, Ciceronis exactè imbibisse, & cum Theologia coniunxisse manifestè profiteatur? Tam multa verò sæcularium literarum exempla operibus suis insper-

In epistola ad Paulinũ.

Tom. 1. epist. 26. ad Fammachium.

Tom. 1 in Catalogo virorũ illustriũ.

Tom. 1. epist. 8. ad Demetriadem. c. 9.

Tom. 2. lib. 3 Apologiæ aduersus Ruffinum cap. 10.

Epist. 4. ad Oratorem magnum.

git, vt hoc nomine accusatus, quod candorẽ Ecclesiæ Ethnicorum sordib. polluisset, necesse habuerit se prolixa & docta epistola, exemplis Apostoli Pauli, Moysis, Salomonis, Cypriani, Iosephi, Origenis, Eusebij, Methodij, Apollinarij, Philonis Iudæi aliorumque plurium purgare atque defendere. Vt paucis multa complectar, nulla fuit ars vel scientia liberalis hominis cognitione digna, nulla Philosophiæ pars, in qua beatus Hieronymus non mediocriter modo, sed etiam non exquisitè habitarit, cuius quoque non gustum aliquem in his diuinissimis libris sanctissimus vir præbuerit, & cuius vtilitas ad studiosum, assiduum & diligentem eius Lectorem non possit vbertim, magnaque cum copia redundare, quo denique clarissimo exemplo tyrones & candidati Theologiæ non incitentur ad tam vberes fructus decerpendos, & hanc ingenuo homine dignam Philosophiæ, & liberalium artium cognitionem cum sacrosanctæ Theologiæ tractationem coniungendam. Nam apum in morem, quæ de diuersis floribus solent mella componere, & fauorum cellulas coaptare, ex politioribus literis amœnissima quæque delibauit atque decerpsit. Siquidem si philosophorum dogmata ignorasset, nec confutare aliena, nec ex consentaneis philosophorum sententijs sua confirmare potuisset, nisi risui patere voluisset. Didicit itaque ea mente & vsurpauit doctrinam Philosophorum, & omnem liberalem disciplinam, quia & Moyses omnem sapientiam AEgyptiorum perdidicerat, vt si quid in libris sapientiæ secularis vtile reperiret, ad Christianum dogma conuerteret, si quid superfluum, caluitium induceret, & ferro acutissimo desecaret. Non commemoro prima infantiæ studia, quomodo Romæ educatus, Græcas & Latinas literas imbiberit, in liberalibus studijs, præceptore Donato, qui in Terentium Commentarios edidit, vsus, in eloquentiæ progymnasmatis, & declamationum fictis materijs exercitatus sit, quantas peregrinationes grauiorum studiorum causa per omnes mundi penè partes susceperit, quam insignem & instructam Bibliothecam Romæ sibi comparauerit, & inde Hierosolymam asportari fecerit; hæc, inquam, omnia lubens breuitatis causa omitto. Nunc porrò postquam satis copiosè generatim de sæculari eruditione prophanaque omni scientia sanctissimi viri differui, superest vt ad specialia descendam, & quantum in diuinis literis, in Dialecticis, in studio Eloquentiæ, in Ethica, Philosophia, in Physica & Medicina, in Topographia, in Chronologia, in Historia, in Geometria denique præstiterit atque excelluerit, sigillatim demonstrem. Postulat autem diuinarum rerum maiestas atque dignitas, vt de diuinis eius in Theologia rebusque sacris studijs principe loco pertractem. In diuinis autem literis, sacraque Theologiæ studio Gregorium Nazianzenum Theologum & Didymum in scripturis sanctis Catechistas habuit, & Hebræorum eruditione ac assidua consuetudine plurimum profecit, & ab adolescentia in decrepitam vsque ætatem, quotidiana in lege, Prophetis, Euangelijs, Apostolisque meditatione, maximos fecit progressus. Iuuenis verò discendi ardore ferebatur, nec iuxta quorundam præsumptionem seipsum docuit, Apollinarium Leodicenum audiuit Antiochiæ frequenter & coluit, & ab eodem in sanctis scripturis fuit institutus. Iam canis spargebatur caput, & magistrum potius, quàm discipulum agere decebat: perrexit tamen Alexandriam, audiuit Didymum, in multis ei gratias agit, quod nescivit, didicit, quod sciebat illo docente non perdidit. Cùm autem se totum diuinis studijs emancipasset, & iam sacerdotio insignitus ac initiatus esset, vir inter viros esse cœpisset, atque ad maturam ætatem peruenisset, ex professo amplius amœniora humanitatis, artium & philosophiæ studia non attigit. Nostis enim, inquit, ad Paulum & Eustochium, quod plusquam quindecim anni sunt, ex quo in manus meas, nunquam Tullius, nunquam Maro, nunquam gentilium literarum quilibet auctor ascenderit: & si quid fortè inde, dum loquimur, obrepit, quasi antiqui per nebulam somnij recordamur. AEtate corroborata & ingrauescente triginta totos annos, & amplius in Propheris explicandis, & sacris studijs: fuit occupatus. Nunc porrò post Hieronymianum sacrarum literarum studium ad artes prophanas veniam, vt Theologiæ candidati ad imitationem huius doctissimi atque sanctissimi viri sacra studia & prophana recto ordine & methodo formare, legitimè instituere, ex his addiscant. Puerilia Grammatices studia, tanquam tenuiora, quæ in patria sua puer hauserat atque perceperat, studiosè transeo, accedo ad philosophiæ studia, inter quæ mihi reliquarum artium ancilla pedissequa, ministra comesque omnis sapientiæ Dialectica primo loco occurrit. In humanis itaque & philosophicis literis studijsque Dialectices ita fuit exercitatus, vt Alexandri Aphrodisæi in Aristotelem Commentarios è Græco verterit, Aristotelis Categorias, librum περὶ ἑρμηνείας, τοπικὰ Arist. & Cicer. τοπ῀ς, vniuersam deniq; Logicam exactè cognouerit. Ruffinum, quod hanc artem, quæ docet rem definiendo explicare, & distribuere in partes, contemneret, Epicureum vocat. Huius artis peritia fretus robustissima Vigilantij, Iouiniani, Pelagianorum, Ruffini argumenta dissoluit. Verè enim quicquid in sæculo est peruersorum dogmatum, quicquid ad terrenam scientiam pertinet, & putatur esse robustum

Tom. 6. lib. 1. Com. in c. 1. ad Titum.

Tom. 4. lib. 2. Com. in ca. 2. Danielis.

Tom. 2. in Apologetica ad Donnionem epist. 31.

Tom. 2. epist. 65 ad Pammach. & Oceanum.

Tom. 6. in Proœm. li. 2. Com. ad Galatas.

Tom. 2. in Apologet. ad Donnio. epistol. 31.

Tom. 2. lib. 1. Apolog. aduersus Ruf. cap. 7.

bustum, ipsa Dialectica arte subuertitur, & instar incendij in cineres faulleasque dissoluitur, vt probetur nihili, quod putabatur esse fortissimum. Ad Orbilium sæuientem de auiæ sinu tractus captiuus literas didicit, quas adhuc in grandiori ætate olebat testa inge nij, quibus semel fuerat imbuta; septem modos Conclusionum Dialectica. ipsum elementa docuerunt, quid significet ἀξίωμα, quod nos Pronunciatum possumus dicere, quo modo absque nomine & verbo nulla sit sententia, soritarum gradus, pseudomeni argutias, sophismatum fraudes. Atque hæc de disserendi ratione, in qua plurimum valuit vir sanctus, dicta sint. Iam verò videamus in Rhetorices eloquẽtiæq; studio num minor eius fuerit virtus atque facultas. Sanè in hoc curriculo omnes Doctores Ecclesiæ longè post se reliquit. Etenim eloquentiæ studio ita vehementer fuit deditus, & tantopere Ciceronis lectione oblectatus, vt subito se raptum in spiritu, & ad tribunal iudicis pertractum commemoret, vbi interrogatus de conditione, cum respondisset Christianum se esse, is autem qui residebat, regessisset, mentiris nõ Christianus es, sed Ciceronianus, vbi enim thesaurus tuus, ibi & cor tuum, addita verbera narrat, post quæ veniam aliorum intercessione non prius etiã se promeruisse, quam stipulatione ac promissione præuia, codices seculares, & gentilium literarum libros posthac non tractaturum se spopondisset, tantoque dehinc studio diuina legisse, quanto non ante morralia & humana voluerat. Quod tametsi obijcienti sibi Ruffino somnium esse respondeat, & somnijs secundũ prophetarum voces non esse fidem habendam asserat, non ramen vanum fuisse somnium, testem appellat in Epistola ad Eustochium, ipsum tribunal, ante quod iacuit, atque ipsum iudicium, quod adeo timuit. Hoc autem nón inani sed perutili B. Hieronymi somnio, bipartito plerique nostro sęculo temere abusi sunt. Dum qui renascentibus melioribus literis adhuc barbariei erant immersi, volebantque inuentis frugibus, glandibus etiam vesci, hoc exemplo à studio eloquentiæ & aliorum studiorum humanitatis exercitio, deterrere adolescentes, & in horrida incultaque sermonis vetustate Theologia, quæ parùm viderat lumen bonarum literarum, detinere cupiebant. Alij verò, inter quos est Angelus Politianus, magna iniuria affectum B. Hieronymum calumniantur, quasi nulla adumbrata idea, nedum expressa effigies Ciceroniani styli in illius libris reperiatur. Priores sanè infirmum præsidium quærunt ex somnio, cum B. Hieronymus adolescentes à seculari literatura & eloquentiæ moderato studio noluerit reuocare; (quin potius propositis excellentissimorum atque eximiorum veterum Theologorũ, græcorum atque latinorum illustribus exemplis eos ipsos vehementissimè ad illud incitare & cohortari) sed quæ studia quamque ætatem deceant, & quæ sexui cuique conueniant, demonstrare erat propositum. Eustochium enim virginem Deo consecratam à lectione Ciceronis ad lyram Danidis, sacrorum librorum moralium lectionem voluit sui periculi propositi exemplo impellere, atque etiam perfectos & omnibus numeris absolutos Theologos iam totos sacrarum literarum grauioribus studijs addictos noluit in triuialibus puerilibusque studijs ad decrepitam vsque ætatem quasi ad Syreneos scopulos consenescere, adeoque immoderatum studium secularium literarũ non modo in sacra virgine reprehendit, sed in consummato Theologo sacerdote ne ferendum quidem esse existimat, qua de re ita sentientem Gratianum dist. 37. videre licet in Decretis. Neque tamen abolet veterum puerilium & adolescentiæ studiorum memoriam, quò minus ad ea respicere & memoria repetere, & præsenti vsui, quod ex re fuerit accõmodare liceat, vt ipsemet contestatur, sed prohibet relictis & posthabitis studijs diuinis ingrauescente ætate ex professo ijs, quæ ad rem parum faciunt, incumbere; quod vt ipsum τὸ πρεπὸν siue decorum: ita etiam studia tempore & ætate aptè distinguantur. Posteriores verò, qui ob lectionem Ciceronis iniustè cœsum B. Hieronymum, nec eius stylum ad imitationem Ciceronis propius accedere existimant, dum sanctissimum virum irrident, ipsi magis ridendi, neque Ciceronem neque B. Hieronymum diu multumque legisse, neque vtriusque dictionem, stylum ac phrasin diligenter inter se comparasse mihi videntur. Quod quidem de Angelo Politiano certò affirmare & rationibus etiam conuincere tam facile est, quam quod facillimum. Is enim cum in politiori literatura omnem ætatem consumpserit, Theologos sanè ne attigit quidem, tantum est, vt de B. Hieronymo iustius censuram ferre vllo modo potuerit. Ad Ciceronem verò, quod attinet, ad eius imitationem neque ipse Politianus stylum conformauerat, neque alijs, vt Ciceronem ad exprimendum sibi proponerent, auctor vnquam fuerat. Quis etiam ignorat singulare illud certamen, in quod cum Paulo Cortesio Ciceronis summo admiratore Politianus aliquando descendit? Cum Paulus Cortesius vnum ex innumeris Ciceronem ad imitandum, deligendum, & adolescentibus proponendum contenderet, contra Politianus ab imitatione Ciceronis reuocaret, & nescio quo aliò nos longe abducat. Ego verò prouoco & appello ad saniora doctorum hominum iudicia, ad assiduos diligentissimosque B. Hieronymi, atque M. Tullij Ciceronis lectores, quos planè non dubito vno ore mecum assenaturos, hunc, si quem alium, Ciceronem non modo diligentissimè euoluisse, sed etiam ad viuum expressisse. Si huius loci esset & tempus postula-

Tom. 4. l. 8. Co. in ca. 23. Ezechielis.

Tom. 1 Epi. 22. ad Eustochium ca. 13.

Tom. 2. li. Apologiæ aduersus Ruffin. c. 7.

In epistola ad Oratorẽ Magnum.

ret,periculum facerem ex vtriusq; inter se collatione, ostenderemque planissimè propositis exemplis ac testimonijs B. Hieronymum Ciceronis ideam adeo ad viuum expressisse, vt germanus Ciceronianus haberi meri o debeat. Non enim sine causa ante cælestе tribunal Ciceroni & nō Christiani nomen ipsi obiectum fuit. Quod si Ciceroniani nomen falsò illi attributum & crimē immerito exprobratum fuit, Ruffinus sanè illi ad modum improbabilem accusationem opposuit, & de triuio calumniam arripuit, cum damnatæ eruditionis lectionem Ciceronianam illi obiecit, atque hoc crimen intendit. Quod si Politiane Hieronymus parum tibi Ciceronianus videtur, cur ipse agnoscit sibi pristinam, & diuturnam Ciceronis lectionem etiam post magis seria & grauiora Theologica studia adhuc in recenti memoria hærere, neque obliuisci Ciceronis posse, nisi de Lethæo gurgite biberit. Cur Ruffino respondet quod Oratoriā artem vix primis labris in adolescentia degustarit, ac falsè retorquet, quod Ciceronē occultè lectitet, ideoque tam sit disertus, ipsique Hieron. Ciceroniani crimen intendat, vt solus inter Ecclesiasticos tractatores eloquentiæ flumine glorietur, hæc omnia, inquam, cur Ironicè regerit in Ruffinum, si non Ciceronis imitatorem sese confitetur, hocq; ipso nomine merito iustissimeq; gloriatur. Testem & disceptatorem litis ipsummet audiamus, qui apertissimè scribit se adolescentulum post M. Tullij Ciceronis & Quinctiliani lectionē ac flores Rhetoricos in Hebraicæ & Chaldaicæ linguæ pistrinum se recluisse, & multo sudore multoque tempore vix cœpisse anhelantia stridentiaque verba resonare. Quod si singulari Ciceronis amore non flagrabat, neque eius imitatione afficiebatur, cur nobis imitandum Ciceronem in latina lingua, in græca Demosthenem ipse proponit? cur inter Oratores M. Tullium præcipuè laudibus in cælum effert? quod si quindecim anni erant elapsi, ex quo tempore in manus Hieronymi nec Tullius nec Maro ascenderat, & M. Tullij adhuc quasi per somniū recordabatur, quis non videat, quis non euidenter inde colligat, ante annos quindecim in flore adolescentiæ assiduam & per quam familiarē Hieronymo lectionem Ciceronis fuisse. Valeat igitur Politianus, abeat cum suis ineptijs & desinat sanctissimo disertissimoque Hieronymo nostro calumniam struere. Iam verò vt ad Philosophiam de moribus veniamus, an non Ethicam Christianam, omniumque virtutum amplectendarum doctrinam, vitiorumq; fugiendorum regulas, viam ac rationem, veræque beatitudinis scientiam in aureis suis Epistolis tribus priorib. Tomis pleniſſimè complexus est.

lib 1. contra Ruffinum cap. 7.

Tom. 5. Epi. 120. Præfatione in Danielem.

Tom 6. li 3. Præemio Com. ad Galatas.

Tom. 5. lib. 1. Com. in c. 1. Amos.

Tom. 2. li 2. contra Iouinianum ca. 4. & 5.

Nunc porrò Physicæ & Medicinæ Hieronymianæ gustum ex certis notatisque locis eius percipere licebit. Topographiam quoque siue eorum locorum descriptionem, quæ in sacris literis occurrunt, & maximè terræ sanctæ, non tam contemplatione ac studio, quam peragrando didicit. Quomodo enim græcorum historias magis intelligunt, qui Athenas viderint, & tertium Virgilij librum, qui à Troade per Leucaten & Acroceraunia ad Siciliam, & inde ad Ostia Tyberis nauigauerunt; ita sanctam scripturam lucidius intuebitur, qui Iudæam oculis sit contemplatus, & antiquarum vrbium memorias, locorumq; vel eadem vocabula, vel mutata cognouerit. Vnde & B. Hieronymo curæ fuit cum eruditissimis Hebræorum hunc laborē subire, vt circumiret prouinciam, quam vniuersæ Christi Ecclesiæ sonant. Chronologię quoque cognitio quantopere Theologo sit necessaria, quantumque in ea præstiterit, ipse quoque demonstrat. Historiæ græcæ & Romanæ multiplici notitia quo pacto Theologus carere non possit ad intelligendos prophetas, & præsertim Danielem, & quam fuerit in hac palæstra versatus ostendunt eius Commentaria ad extremas partes Danielis, vbi confirmat ea, quæ à sanctis prophetis ante sæcula multa prædicta sunt, tam græcorum Suctorij, Callinici, Diodori, Polibij, Posidonij, & Claudij, Theonis & Andronici, Iosephi, quam latinorum, Liuij, Pompæij Trogi atq; Iustini, aliarumque gentium literis contineri. Vtilisne quoque & perneccessaria est Theologo Geometria? vt quod oculis carnis vel mentis conspexerit, audientibus demonstrare ita possit, vt & ipsi cum illo vidisse videantur. Quamobrem scribit & Iosephus eos qui ad describendam & explorandam terram sanctam missi sunt ab Iesu filio Naue, fuisse geometras. Ea quoniam cum Topographia est coniunctissima, in qua plurimum valuit B. Hieronymus, vt supra est demonstratum & in hac excelluisse eundem nemini dubium esse potest, qui videlicet Commentarios in postrema capita Ezechielis euoluerit. Superest vt post cognitam atque perspectam perfectam B. Hieronymi in omnibus artibus, scientijs ac philosophiæ studijs industriam, atque plenam cognitionem, variarum linguarum peregrinarum experientiam atque notitiam, qua egregiè instructus ad sacras literas vertendas, & exponendas accessit, qua denique ornatus omnibus alijs sanctis Patribus, equis, quod aiunt, albis præcurrit, explicem. Nemo enim ex veteribus B. Hieronymo, Origene, Clemente & Eusebio exceptis, Hebraicæ Syriacæ & Chaldaicæ linguæ scientia fuit imbutus. Sed de peritia Hebraici sermonis principe loco dicamus. Huius linguæ percipiendæ tanto ardo-

Tom. 4. lib. 13. Co. in ca. 43. Ezechie.

ardore fuit inflammatus, atque cupiditate tanta accensus, vt magno labore & precio Barrabamum nocturnum præceptorem conduxerit, qui cum Iudæos timebat, Hieronymo alterum se Nicodemum exhibebat. Meminit huius nocturni præceptoris, cum in alijs multis locis, tum præsertim in Epistola assignata, vbi & Ruffino respondet, qui non minus impiè quam ineptè sancto viro obijciebat, quod Barrabam dimisso Christo sequeretur, & Iudaicis lectionibus incumberet; finxit quinetiam vt hominis malignitatem agnoscas, hæc garriens cornicula Hieronymi nomine Epistolam, in qua illum pœnitentiam agere diceretur, quod huic studio vacauerit, hancque Epistolam falsam & commentitiam vbique per cereales & anabasios suos sparsam disseminauit. Cum Paralipomenōn librum B. Hieronymus esset transfaturus, propter nominum congeriem, quæ in eo continetur, ex Tyberiade eruditissimum quendam Hebræum Legis Doctorem, qui cæteris Iudæis erat admirationi, conduxit, & cum eo à principio vsque ad finem, cuncta, quæ in eo libro scripta sunt, examinauit, sicuti ipse locupletissimus est testis. Aduersus superiorem autem calumniam Ruffini præclarè se tuetur, ac strenuè defendit. Ego, inquit, illum Barrabamum non magistrum meum dixi, sed meum in scripturas sanctas studium volui comprobare. Ipse Origenes, Clemens, Eusebius atque alij complures, quando de scripturis aliqua disputant, & volunt approbare quod dicunt, sic solent scribere. Referebat mihi Hebræus: & audiui ab Hebræo, Hebræorum ista sententia est. Certè etiam Origenes patriarcham Huillum, qui temporibus eius fuit, nominat & tricesimum nonum caput in Esaiam, illius expositione concludit, vt cum aliter prius se sensisse dicat, doctum ab illo id quod est verius confitetur. Octogesimum quoque nonum Psalmum secundum Huilli expositionem Moysi orationem esse putat: nec dedignatur Hebræam scripturam interpretans, per singula loca, quid Hebræis videatur, inserere, alibi contra Ruffinum se quoque purgat his verbis. Quod Demosthenes in vna litera exprimenda fecit, vt à cane ꝑ disceret: tu in me criminaris, cur homo ab homine hebræas literas didicerim, rursus aduersus eundem sic sese defendit. Nisi prolixum esset, & redoleret gloriolam, iam nunc tibi ostenderem, quid vtilitatis habeat magistrorum limina terere, & artem ab artificibus discere: & videres quanta sit sylua apud Hebræos ambiguorum nominum atque verborum. Quæ res diuersæ interpretationi materiam præbuit, dum vnusquisque inter dubia quod sibi conuenientius videtur, hoc transfert. Plurium linguarum se cognitionem accuratam habuisse, his verbis aduersus Ruffinum ipsemet ingenuè confitetur. Si crimini dandum est, quod græcam, Syriam, Hebræam, Aegyptiacam linguam ex parte & latinam nouerim, ergo & Apostolus & Apostolici viri, qui linguis loquuntur in crimine sunt? & me trilinguem bilinguis ipse ridebis? Aduersus eundem rursus se philosophum, Rhetorem, Grammaticum, Dialecticum, Hebræum, græcum, latinum, trilinguem, & Epiphanium maximarum artium virum παγκαλώτατον, sycophantam interim agente bilingui Rufino, appellare non veretur. Augustinus coæquanda in interprete peritiam linguarum coniecturis eorum, qui scripturas ediſſerendo pertractant, asseuerat, quæ peritia Hieronymo sanè nequaquam defuit.

To. 2. Epist. 65. ad Pam. & Oceanū.

Epistola 108 ad Domnionem & Rogatianum. Tom. 2. li. 1. aduersus Ruffinū c. 3.

To. 1. libr. Apolo. aduersus Ruffinum c. 4.

To. 2. lib. 1. Apolo ad. uersus Ruffinum c. 6.

T. 2. l. 2. Apo lo. c. 6.

T. 2. l. 3 apo. cap. 3.

To. 2. epistol. 97 ad Hieronymum.

Epistol. 142. ad Dama. To 5. in c. 3. Sophoniæ

CVR verò Hebraicam Linguam tam studiosè addidicerit, rationem ipsemet reddit. Initium, inquit, oris & communis eloquij, & hoc omne quod loquimur, Hebræam esse linguam, eaque vetus testamentum scriptum esse vniuersa antiquitas tradidit. rursum alio loco linguam Hebræam omnium linguarum matricem appellat. Postquam verò in fabricatione turris per offensam D E I, diuersitas linguarum est attributa, tunc sermonis varietas, in omnes dispersa est nationes. Tantum autem studij in Hebraici idiomatis perceptionem contulit, vt conqueratur se omnes sermonis elegantiam, & latini eloquij venustatem stridore Lectionis Hebraicæ sordidasse. Quid autem, inquit, profecerim ex linguæ illius infatigabili studio, aliorum iudicio relinquo, ego quid in mea amiserim scio. Plurimum quoque illum linguarum præsidio adiutum cum in vertendis, tum in explicandis sacris literis, & Commentaria in Prophetas demonstrant, atque ipsemet profitetur. Docti, inquit, ab Hebræis volumus eorum quoque traditionem sequi, & nostris, id est, Christianis explanationem historiæ declarare, atque etiam ipsa Hebræorum volumina diligenter euentilare se scribit. Hebraicam verò linguam, sibi adeoque omnibus Theologis non minus necessariam, quam vtilem esse meritò existimauit. Vt enim proprietatem græcam latinus sermo non explicat: sic neq; proprietatem Hebraicam sermo græcus satis exprimit. Itaque quam nos latini vim imo penuriam ac inopiam in græca lingua patimur, eandem græci vim sustinent in Hebræa. Sed quid pluribus verbis opus, vbi rerum testimonia suppetunt, totiusque veteris testamenti ex Hebræo in latinum sermonem Hieronymiana translatio, perfectissimam istius linguæ,

To. 6. in Prōemio lib. 3. Com. ad Galatas.

To. 5. in Cō. in c. 1. Nahū

li. 3. Cō. in c. 5. ad Ephes.

To. 6. li. Cō. in c. 1. ad Philemonem.

cognitionem habuisse B. Hieronymum satis superque confirmat. Hæc hactenus de eius in Hebraico idiomate diligenti studio dicta sufficiant. Iam verò restat vt ad Chaldaicam linguam digrediamur. Itaque post perceptam Hebraicæ linguæ cognitionem, quãto labore adiunxerit etiam linguæ Chaldaicæ peritiam, malo id ipsius verbis fidelius quã meis exponere. sic autem loquitur: Sciendum est Danielem maximè & Esdram Hebraicis quidem literis, sed Chaldæo sermone scriptos, & vnam Hieremiæ Pericopen; Iob quoque cum Arabica lingua plurimam habere societatem. Denique & ego adolescentulus post M. Tullij & Quintiliani lectionem, ac flores Rhetoricos, cum me in linguæ huius pistrinum reclusissem, & multo sudore multoque tempore vix cœpissem anhelantia stridentiaque verba resonare, & quasi per cryptam ambulans rarum desuper lumen aspicerem, impegi nouissimè in Danielem, & tanto tædio affectus sum, vt desperatione subita omnem laborem veterem voluerim contemnere. Verum adhortante me quodam Hebræo, & illud mihi crebrò in sua lingua ingerente, labor improbus omnia vincit; & qui mihi videbar sciolus inter Hebræos, cœpi rursus discipulus esse Chaldaicus: & vt verum fatear, vsque ad præsentem diem magis possum sermonem Chaldaicum legere & intelligere, quam fonare. Chaldaicam verò linguam cum Hebraica ob affinitatem & cognationem vicinam coniunxisse videtur. Philo enim arbitratur linguam Hebræorum ipsam esse Chaldaicam, quia Abraham à Chaldæis fuerit oriundus. Quod si recipimus hoc Philonis iudicium, ait ipsemet B. Hieronymus, quærendum est quomodo nunc Hebræi pueri linguam quam nouerant, doceri iubeantur: nisi forte iuxta quorundam opinionem, duas Abraham linguas & Hebræorum & Chaldaicam scisse dicamus. Progrediamur à Chaldaica ad Syriacam, cuius linguæneque planè expers & ignarus fuisse credendus est, quod ea in populo Iudaico solis doctis (à quibus B. Hieronymus huius sanctæ linguæ gustum percepit ac imbibit) ipsisq; Assyrijs fuerit vulgaris & vernacula. A Syriaca transeamus ad græcam, cuius linguæ atque sermonis plenissimam atque exactissimam scientiam Translatio B. Hieronymi noui testamẽti de græco in latinum comprobat, in qua cum græcorum sermo & latior & lingua fœlicior sit, & latina lingua inops propter rerum nouitatem, nõ tam verbum de verbo trãstulit, quam sensum reddidit, & nonnunquam vim verbi quodam circuitu explicauit. De latinæ linguę notitia perfecta summaque peritia non est quod quicquã repetamus, quoniam superius de Ciceroniana Hieronymi eloquentia ageremus, hunc locum fusè satis perpurgauimus. Venio nunc ad te Sereniſſime Reuerendiſſimeq; in Christo Pater Domine Clementissime, vt iustissimas causas commemorẽ, quib. impulsus sim, vt hunc secundum Hieronymianæ Confess. Tomum S. C. T. inscriberem, occurrebat inprimis germani mei fratris longè Charissimi natura quidem fratris, beneficijs plusquam parentis, vetriq; nominis, familiæ & honoris longè studiosissimi Reip. Coloniensis Syndici: I. V. Doctoris Petri Schultingij Steinvvichij non cohortatio modo & admonitio, sed imperium ac mandatum, qui ecclesiasticum hoc opus Ecclesiastico Principi vindici Ecclesiæ atq; religionis Catholicæ, necnon contra frendentes frementesq; lupos ac latrantes canes, adeoq; strictos hæreticorum enses ac gladios fortissimo Ecclesiasticæ libertatis propugnatori suo iure deberi affirmabat. Cũ in hoc opere ea dogmata vniuersa Orthodoxa & Catholica non modo comprehensa, sed etiam solidissimis sacrarum literarum, antiquissimorumque Patrũ testimonijs, ipsiusq; B. Hieronymi verbis confirmata sint, pro quib⁹ ipse arma geris, & hoc sacrum religionis bellum administras, vt non hic tuus honos, non priuata causa, non dominandi libido, vel longè lateq; imperandi cupiditas, sed Dei æterni gloria, superna Ecclesiæ & Rei. Colonien sis, imo totius Imperij germanicæ nationis salus agi videatur, & nomen falsa, sed vera doctrina arma arrepta cõprobentur. Quid. n. aliud moliuntur turbulenti atq; seditiosi Caluinistæ, quàm sceptrũ Cesarib. Regibus atq; Principibus extorquere è manibus, idq; sub specioso prætextu Euãgelij, iudicia tribunalia q; omnia præcipitare, oẽs ordines & politias subuertere, pacem & quietem populi perturbare, leges oẽs abrogare, dominia & possessiones dissipare, omnia sursum deorsumq; voluere, seditionib. implicare, atq; extrema democratia pessima Reip. forma per blandas populi multorũ capitum belluę, in quo nec consilium nec ratio inest adulationes, introducta omnẽ Monarchiam omnemq; Aristocratiam è medio tollere, prudentes doctos, pios ac humanissimos viros de ponte (quod aiunt) deijcere, ac in eorũ locum imperitam plebeculam honoribus inescare, fecẽ populi vilissimam magistratuũ dignitatibus exornare, & quod est tyrannidis proprium in optimorum locum pessimos quosq; substituere. Mitto ista & accedo ad nouum Christianorum Epicurum, qui vt diuina humanaq; iura violaret, cælum terræ misceret, religionem & republicæ statum vniuersum inuerteret & euerteret, prætexerat cupiditatibus suis ac impurę Veneri nouę. s. desiderium ac studium, hunc fucũ obtendit, hoc velamine vtitur Satan, ne (si diijs placet) sine grauissima & iustissima causa tantã omnẽ rerum innouationẽ aggressus fuisse videatur. Sic sẽper impij Dei timorẽ, promissa & minas postponũt cupiditatib. suis, vt minimè nouũ, sed potius gentile semper fuisse omnib. hęresiarchis cõprobetur, impudici-

Tom. 3. epi. 120. præfatione in Danielem.

lib. 1. Co. in ca. 1. Daniel.

hæc de re videndus Hieronymus Tom. 4. 1. 11. Co in ca. 36. Esaiæ.

Tom. 6. lib. 1. Co. in ca. 2. ad Ephes.

pudicitiam consectari, castitatem auream Ecclesiasticorum dotem, ac insigne Ecclesiastici ordinis odio plusquam Vatiniano insectari. Priscilianus, eiusq; discipuli pars Manichæi, verbum perfectionis & scientiæ sibi temere vindicantes, soli cum solis claudebantur mulierculis, & illud eis inter coitum amplexusque decantabant.

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit: & omnes
Magnus alit, magno commixtus corpore fœtus.

Hieron. to. 2 aduersus Pelag. ad Ctesiphontẽ. c. 2

Simon Magus hæresim condidit Helenæ meretricis adiutus auxilio. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarũ repertor, choros duxit fœmineos. Marcion Romã præmisit mulierem, quæ decipiendos sibi animos præpararet. Appelles Philomenem suarũ comitem habuit doctrinarum. Montanus immundi spiritus prædicator multas Ecclesias per Priscam & Maximillam, nobiles & opulentas fœminas, primum auro corrupit, deinde hæresi polluit. Dimittam vetera ad viciniora transcendã. Arius vt orbem deciperet sororem principis ante decepit. Donatus per Aphricam, vt infœlices quosq; fœrẽtibus polluere t aquis Luciliæ opibus adiutus est. In Hispania Agape Elpidiũ mulier virum cæcũ cæca duxit in foueam, successoremq; sui Prisillianũ habuit, Zoroastris magi studiosissimũ, & ex Mago Episcopum, cui iuncta Galla non gente, sed nomine germanã huc illucq; currentem alterius & vicinæ hæreseos reliquit hæredẽ. Nunc quoq; mysterium iniquitatis operatur, duplex sexus vtrũq; supplantat, vt illud propheticũ cogamur assumere, Hier. 17. Clamauit perdix, congregauit, quæ non peperit, faciens diuitias suas, non cum iudicio. In dimidio dierũ derelinquẽt eas, & nouissimũ eius erit insipiens. Rarò hæreticus diligit castitatem, & quicunq; hæretici pudicitiam amare simulant, vt Manichæus, & Marcion, & Arius, & Tatianus, & instauratores veteris hæreseos venenato ore mella promittunt. Cæterùm iuxta Apostolum, quæ secreta agũt turpè est & dicere. Difficilè est hæreticum reperire, qui diligat castitatem, non quod eam proferre desistat in labijs, sed quod non seruet in conscientia, aliud loquens & aliud faciens, vnde & abalienati sunt à Deo, & habent gloriam in confusionem suam, & facti sunt abominabiles, qui prius diligebantur in patribus. Alia dedicationis causa, quæ huc me commouit, illa fuit, vt glorioſissimum de proprijs & communibus Ecclesiæ hostibus triumphum summopere T. Sereniſs. ac R. C. gratularer. Nam singulari tua virtute, fortitudine, fide ac victoria promeritus es, vt more veterum triumphorum Romanorum (libet enim eam consuetudinem antiquitatis studio & amore V. R. C. accommodare) totus equester, plebeius, Ecclesiasticusq; ordo obuiam ad portam prodeat, anteat, tum spolia de hostibus recepta, & præda omni auri atque argenti, & oppidorum captorũ simulachra, & captiuorum hostium duces vincti subsequantur, ipse verò tu tanquam supremus Imperator auratis quadrigis laurea coronatus, dextra lauri ramum tenens, os minio illitus, bulla ornatus, & toga triumphali tunicaque indutus, trophæis, spolijs, simulachris castellorũ, vrbium, fluminum, montium, portuũ, & reliquorum omniũ, quæ in ditionẽ redegisti prælatis, veharis: currũ verò legati & tribuni militũ in equis & pedibus exercitus omnis victor laureatus cũ cantu & clamore assectetur: atq; ita in Capitolium ascendas, ibiq; sacrificio facto & donis consecratis, cœnatus ad vesperam domum tybijs & fistulis præcinentibus tete recipias. Ego verò vnus esse desidero ex ijs, qui huic pompæ triumphali applaudant, qui tibijs & fistulis præcinant, qui clamore io io triumphe prosequãtur. Et quoniam Imperator triumphali habitu ornatus, armillis sumptis, laurea redimitus, ramum dextra tenens, populum conuocabis, & militibus tuis alijs communibus, alijs proprijs laudibus condecoratis, pecuniam & ornamenta diuides, cum armillas alijs, alijs hastas puras, alijs coronas aureas, alijs argenteas expressum viri nomen ac facinus ferentes largieris. id solum peto, vt B. Hieronymus huius sacri belli dux quidam & ἀρχιστράτηγος (cũ defendendæ religionis causa totum bellum susceptum sit) agnoscatur, et si non coronam muralem vel triumphalem, quæ V. S. C. debetur, obsidionalem, graminеam, ciuicam, naualem vel oualẽ promeruerit, minimã saltem castrensem vel oleaginam obtinere possit, atque inter præcentores & tubicines triumphi Hieronymus hic meus locũ vel infimũ habere possit. Accedit & alia ratio huius nuncupati operis, vt ex B. Hieronymo T. R. C. semper ad manum habeat non modo firmissima propugnacula Catholicæ fidei asserendæ, sed etiam optimam viam ac rationem cleri satis deformati, reformandi: Nam quæ sunt partes viri Ecclesiastici principis, eas omnes T. R. C. exequuturam tranquillitate concessa omnes boni sibi certò promittunt. Etenim veram religionem Catholicam, non modò ipse amplecteris, sed etiam strenuè defendis atque publicam Dei gloriam & hominum salutem promoues. Neque dubito, quin cum Salomone & Ezechia à Deo petas cor docile, vt subditos tibi verè iudicare, & inter bonum & malum discernere possis. Totus ir id incumbis, omnibus, & animi & corporis, & fortunę virib. vt omnem hæreticorum idololatriã, omnia falsa dogmata exemplo Sanctissimorum Regum, Asa, Ezechiæ, Iosiæ, Iosaphati penitùs excindas, vt in eorum locum vera Catholica & Apostolica doctrina substituatur,

Seuerus Sulpitius lib. 2. historiæ sacrę circa finem.

Tom. 2. aduersus Pelagianũ ad Ctesiphon. ca. 2. & ca. 4. ibid. plura. Tom. 2. li. 2. dialog. ad. uersus Pelagianos. ca. 3.

Tom. 5. li. 2. Com. in cap. 7. Oseæ.

Tom. 5. li. 2. Com. in cap. 9 Oseæ.

Carol. Sigonius lib. de antiquo iure prouin. cap. 10.

3. Reg. 3. 4. Reg. 18.

&

3 Reg.15. 4.Reg.18. 2.Paral.29. 4.Reg.22.

& vbi vastata est restituatur, tradatur, propagetur, religiosorum Regum, pia & laudabili imitatione. Quod dum præstas, non modò Asæ, Ezechiæ, Iosiæ, Iosaphati, sanctæ memoriæ Regum antiqua, sed etiam plurima domestica insignis familiæ tuæ ac præcipuè zelosissimi Parentis Alberti, &c. exẽpla imitaris. Vestra enim familia Bauarica in Germania ita clarè lucet in Catholicæ fidei obseruatione ac defensione, vt sol in ter reliqua sydera. Neq; enim tantũ scholarum institutione, seminarij erectione, eccle-

Esa 49. Gen. 47. Num.3.& 7. 3.Reg.15. 2.Paral.36. Psalm.72.

siarũ protectione vestrę antiquissimæ familię hæroes se ecclesię nutricios ad exẽpla pij Pharaonis, & sanctorum principum, Asę, Ezechię, Cyri, Dauidis, præbuerunt, sed etiam impios Saules, Hieroboamos, Manasses Achaz, Achabos, Ochozias, Ioramos, ac similes euersores verę religionis protriuerunt. Et quoniã in his calamitatib. peccatorum nostrorũ pœnas luimus, id quod pij principis est, tuos subditos antiquitatis exẽplis, ad pœni

2.Paral.20. 2.Paral.32. Ionæ 3. cap.

tẽtiam ad publicã nuper orationẽ cohortatus es. Quod & Iosaphat in publicis calamitatibus & Ezechias & Nineuitæ fecerant. Dum Ecclesiã & ministros Catholicos cõtra furorẽ tyrannorum persecutorum defendis, nónne rectè cum Dauide prælia Domini

1.Reg.15. 2.Reg.18.

præliari diceris? & iusti Abdiæ sancti aulici exẽplo sacerdotes, tanquã pupillã oculi Dei protegendo immortalẽ à Deo coronam cõsequeris. Nulla est virtus viro Principe dignior, quã opem ferre supplicib. populos excitare, afflictis dare salutẽ, liberare periculis subditos, resistere hostib. videre ne quid detrimenti capiat Respub. & religio Catholica, Nulla virtus, quæ deceat magis principẽ, quam clementia, quã omnium iniuriarum veterum perpetua inducta ἀμνησία, quã in Iulio Cæsare tãtis laudibus effert in oratione pro Marcello M. Tullius: quotquot enim Reges ac Principes ex omni memoria potuerunt

Paral.20.& 16. 1.Reg.16.

vel æquis animis tolerare, vel astu dissimulare iniurias sibi & Reip. rectè consuluerunt, qui verò contra contemptus & dedecoris impatientes exstiterunt, suis cupiditatibus & se simul & vniuersam patriam perdiderunt. Beneficentiam erga subditos, qua thronus tuus maximè fulcietur, quid cõmemorare attinet? Enimuerò has virtutes tuas, non qui

Prouerb.20.

prædicat assentator, sed qui dissimulat, obscurat, reticet, inuidus est habendus. Quã fortiter ac strenuè, tanquam alter Dauid contra seditiosos Sebas, Achitopheles, tuã authoritatem tuearis (dissipat enim impios princeps sapiens) tota spectante ac collaudãte Ger-

Prouerb.1. Sap.1. Psal.2.& 49. Apoc.2. 2 Cor.6. Eph.6.

mania, imò toto per omnes mũdi partes Catholico cœtu testes sunt omnes boni ac pij. Neq; vt rem tuã constabilires cũ impijs hæreticis fœdera pepigisti literis sacris obsecundans, quæ id omninò prohibent, sed cum Catholicis & pijs Regibus ac monarchis iustã amicitiã societatemq; colis, exẽplo Salomonis & Dauidis, neq; rapuisti tibi potestatem

2.Paral.19. &20. deut.7. Esa.28.

& ius dignitatis Archiepiscopalis atq; Electoratus prærogatiuã, neq; retines sine vtriusque Ecclesiastici & secularis superioris magistratus potestate, iussu ac voluntate: sed potius ordinariè, legitimè ac debitè ad functionẽ, quam administras, repudiato ac reiecto à

3.Reg.9. 2.Paral.9. 1.Paral.19. Iudic.9.

Deo Saule tanquã alter Dauid vocatus es. Videat seditiosus Abimelech, Absolon turbulentus, Adonias inquietus quid Domino Deo in illo tremendo die responsurus sit. Videat Herioboã, & expendat pericula, quæ manent eos, qui prætextu libidinis venereę exercendę, vel ambitionis causa, regnãdiq; libidine religionẽ, tanquã cereum nasum cõ

1.Reg. 28. 4.Reg.1.

mutant, adeoq; Deum ipsum, cui religio arctissimè iuncta est, temerè & blasphemè irridentes: & quorum exẽpla imitatur, exitus & pœnas perhorrescat. Vtinam maturè pœnã diuinã Sauli & Ochoziæ inflictã, quod alter magos & pythonissas, alter deos alienos Belzebub deum Accaron cõsuluisset, fuisset præmeditatus, & à similib. sibi temperasset,

2.Reg.13. 3.Reg.14. 4 Reg. 10. 2.Paral.28. Dan.4. Deut 17. Iosuæ 3. 3.Reg.2. 2.Reg.9. 4.Reg 16. 2. Paral.17. Prouerb.29. & 28. & 23.

neq; cum magis, fatidicis ac pythonibus. i. cum ipsius diaboli organis commertium habuisset, iam fama & re incolumi maneret. Quẽ non magistratum terreat pœna, qua impij magistratus à Deo semper affecti fuerunt. Saul reijcitur, propter neglectum Dei mandatum, Ieroboami posteritas diuinitus innumeris calamitatibus oppressa fuit. Domus Achab punitur à Iehu. Achas propter idololatriam suam traditur in manus Regis Syriæ. Nabuchodonosoris impia & clara superbia grauissimè vindicata. Quẽ contra pium magistratum non consolentur cælestia promissa præmia sanctis Ecclesiæ gubernatoribus, quod Deus & vitæ & imperij, prorogationẽ ipsis & natis natorum promittat, quod Deus sicuti adfuit Moysi, ita ijs etiam sit adfuturus, quod illorum semini & posteritati omnia prosperè sint successura, quod thronus eorum omni tempore sit duraturus, q̃ non modo ijs in gubernatione imperij Deus opẽ ferat, sed etiã diuitijs abundè locupletet, & gloria ac honore cõ decoret atq; cohonestet. Profecto Serenissime Princeps quoties ea, quę circa electionem T. S. C. acciderunt ad animum reuoco, id sanctè affirmare possum nõ dissimilia esse ijs, quæ circa Dauidis vocationẽ diuinã contigerunt. Primum enim repudiato Saule dæmonum, magorum, pythonum consultore ac homicida, perpetuoq; persequutore Dauidis, hoste ipsius Dei, sacerdotum piorum interfectore, ac profligatore, omnis diuini cultus, ac auitæ pietatis euersore, tu vnus diuinitùs electus es omnium consentientibus suffragijs, quasi alter Dauid, qui superbo Goliatho hæreticorum duci caput præscinderes, qui per bellum Domini sacrum pacẽ ac tranquillitatem nobis restitueres, qui vnus caput pro nobis omnibus periculis obijceres, vt te duce Iosua Moabitarum, Gigantum, Amorrheorum, Pherezæorum, Cananæorum, Hethęorum,

rum, Gergesęorum, Midianitarum, Iebusæorum, Amonitarum Amalechitarum, id est, hæreticorum contra Ecclesiam bella gerentium flammam restingueremus: Deinde Dauid vir secundum cor Dei bis fuit inunctus, semel superstite Saule reprobo à Samuele, semel mortuo Saule, ac non nisi maximis difficultatibus superatis (occiso enim Saule quinque annis exagitabatur ab eius præfectis, nec integro imperio potiri potuit) ad tranquillum ac quietem Reipub. statum potuit peruenire. Tu quoque tam iniquo loco deprehensus es, & eam nactus es perturbatissimam Ecclesiæ faciem, vt non nisi armata manu, possessionem adipisci, hostem de sede deturbare, nobisque & Ecclesiæ pacata omnia restituere potueris. Dauid non modò Absolonem, sed & Adoniam filios improbos ingenijs turbulentis regnandi cupiditate inflammatos, aduersarios sensit, (bella etenim cruenta contra parentem gesserunt) Tu eos, qui in Ecclesiæ gremio erant enutriti, qui pingues incedebant de bonis matris Ecclesiæ, quos illa vberibus, ablactârat, recalcitrantes ac ingratos (Ecclesiæ enim inimicos semper tuos iudicasti) hostes communes habere cœpisti. Dauid Achitophelis & Sebæ seditiosorum ac turbulentorum varijs insidijs appetitus, factionibus ac regni distractione ac diuulsione miserè ab ijs exagitatus est: Tu Princeps Optimè non vnum Achitophelem, non vnum Sebam, sed plurimos proh dolor expertus es, qui mille artibus ac dolis veteratoriè excogitatis, clàm, palàm, aperto marte, & ex insidijs tuum caput flamma & ferro aggressi sunt. Deus iustus iudex faxit, vt ij, quorum opera sequuntur, nisi conuertantur ad cor, eorum etiam pœnas persentiscant, alijque laqueo cum Achitophele fauces sibi præcludant, alijs cum Seba caput amputatum extra vallum proijciatur, vt vel sic tandem pax sit super Israhel & domum Dei. Tu nobis quasi alter Serubabel, primus dux post exilium Babylonicum, templi Dei à fundamentis instaurandi accepisti potestatem, opusque difficillimum aggressus es, non minori sapientia, quam animositate. Et licet Cambyses & Cyri tibi obsistât, tu tamen institutum tuum non minus vrges, Deoque conatus tuos iuuante, agis fortiter atque prudenter, & quod cœpisti perficies & ad exitum perduces. Alter Esdras libros sacros, sacra ipsa & diuina officia, dies festos, disciplinam Ecclesiasticam restituis: corruptelas, superstitiones, gentilitatem, hæresim non sine difficultate exstirpas, nullum viri integri ac magnanimi prætermittis officium. Alter Nehemias dispersos per bella miseros populos in patriam sedem reducis, vrbes Catholicas instauras & restauras, rudera purgas, pars sociorum in armis excubat, pars iussum opus perficit, agros & oppida antiquis colonis assignas & reddis, hospitia benigna alter pater patriæ omnibus bonis ac pijs præbes. Confidunt & sperant omnes boni, quod instar Esdræ finita hac persequutione, & exilio Babylonico absoluto, collapsam disciplinam Ecclesiasticam, vnde omnia nobis mala promanant, restitues, ac indicta Synodo, quicquid est distortum ac prauum corriges, contrarijsque virtutibus vitijs totidem hostium tuorum fortiter animosèque resistes. Alter Iunius Brutus, qui debellato L. Tarquinio Superbo vindex patriæ libertatis, expulso & depulso apostata Catholicæ Ecclesiæ trãquilla Halcyonia redis, pristinam libertatem amissam recuperas, vt destructis erroribus, hæresibus, aduersitatibus, vt fiebat tempore Constantini, Ecclesia secura Deo seruiat libertate. Pro quibus ingentibus in Ecclesiam tuis meritis cum Moyse & filijs Israël post liberationem à Pharaonis imperio cum ipso Dauide deuictis omnibus Ecclesiæ publicis & priuatis hostibus, cum Sanctissima Iudith Holoferne fugato, vel interfecto, & Bethulia recepta vel liberata, cum Debora, & Barach parta victoria, & cum Dauide & cum Salomone pro requie, pace & tranquillitate impetrata, cum Esdra, Nehemia, & Zorobabele omnipoteti Deo, à cuius facie montes sicut cera defluunt, immortales gratias in hymnis & canticis, & psalmodijs lætisque Ecclesiæ ἐνθουσιασμὸς agere nunquam intermittemus. Vt omittã in propugnanda Ecclesia te nobis Gedeonem, Iudam Machabæum atq; Constantinum aliosque inuictos Ecclesiæ duces repræsentare, quibus pluribus modis comparandus es. id tamen tacitus præterire nullo modo possum, te nobis à Deo diuinitus datum atq, oblatum, non modò Theodaton ipsum, sed & Theodosium omnium Imperatorum lumen, decus & columen, toti Reipub. Christianæ atq; Ecclesiæ Christi, & religioni præstare. Theodatus siue à Deo datus, Anno Christi 671. Pontifex ordine 79. vir magnæ sanctitatis, omni religione & comitate præditus, omnibus consolationem ac medicinam in aduersis ad se recurrentibus attulit, ipsamq; Ecclesiam dexterrimè administrauit, neq; præfuit modo, sed & profuit. Tu verò nobis in extremo Ecclesiæ naufragio & grauissimis periculis, rebus penè desperatis, diuina singularique; gratia post Deum in terris ancora & portus datus es, à quo afflictæ & miserè dilaniatæ Colonienſi Ecclesiæ opẽ & auxilium sperare potuimus. Theodosius pientissimus ac laudatissimus Imperator publico edicto declarauit, se velle vt vniuersi subditi, eam religionem amplecterentur, quam Petrus Apostolorum Princeps Romanis ab initio tradidisset, quamq; tum temporis Damasus Romæ, & Petrus Alexandriæ Episcopus conseruarent; & vt illorũ Ecclesia duntaxat diceretur Catholica, qui trinitatem diuinam æquali honore colerent, qui diuersum sentirent, eos hæreticos appellari, inteſtabiles esse, ac supplicio affici. Tu quoque omnes

1.Reg. 10.

Exod.15. 2.Reg.22. Iudith c.16. Iudicum 5. Psal.9.60.& 144. 3.Reg.8.

Sozomenus lib.7. cap.4.

mnes subditos tuos ad vnius Catholicæ fidei obseruationem astringis, rebelles ac inuitos armorum metu compellis, neque vt sperant omnes boni, vel in tua aula, vel in Ecclesijs, vel in iudicijs, vel in præfecturis (qui mos laudabilis est Bauariæ vestræ, & ad excludendam hæresim ratio expeditissima) consiliarijs, canonicis, iudicibus, præfectis hæreticis locum vllum relinques. Sub Theodosij primo consulatu Catholici templa Constantinopoli recuperant, cum ea Ariani 40. annis occupassent. Confidimus nos sub nostro nouo Theodosio omnia erepta in Vestphalia & interdicta Catholicæ religionis exercitia, & templa, vt alibi iam factum meminimus restituenda & aperienda. Theodosius Demophilum Episcopum Arianum Constantinopolitana sede deturbauit, omnesque Arianos expulit, de Catholicis, pijs ac doctis viris Ecclesijs prospexit, illisque solis Ecclesias committi voluit. Deo auspice, fortuna duce, virtute comite, non modò nostrum apostatam, & alterum Euphratam & Iulianum de suo loco iustè præcipitatum, sed & omnes ei adherentes dignitatibus & sedibus ac possessionibus summotos ac deiectos, totamque prouinciam expurgatam citissimè te nostro Theodosio auctore conspeximus. Theodosius postquam suum iudicium de religionis periculis rectè confirmasset, libertatem religionis nulli concessit, sed potiùs lege lata cauit, ne hæretici suos haberent cõuentus & disputationes, solos homousianos approbat omnes sectarios damnat, Sisinij consilio ex veterum Patrum atque doctorum libris ac testimonijs controuersias decidendas decernit. Tu quoque libertatem religionis tanquam velamen omnis improbitatis & impunitæ nequitiæ, causam ac prætextum libidinis ac carnalis voluptatis, legum omnium ac pacis dissolutionẽ, veræ Catholicæ religionis abolitionem, omniũ malorum in populo escam, contra impurum istum Euphratam ac nostri temporis Iulianum ex animo detestaris, nullam nisi solam, veram, vnicam Catholicam religionem inuiolabilem sartam tectamque cum extremo vitæ fortunarumque omnium discrimine strenuè propugnas, excelso infractoque animo defendis. Theodosius religiosissimus Imperator cum hostibus suis bello decertaturus, totas noctes in oratione perseuerat, semper diuinum implorat auxilium, atque diuini numinis præsenti ope fretus, & Ioannis Baptistæ, Ioannis Euangelistæ & Philippi Apostoli, Ioannis Monachi aliorumque sanctorum patrocinijs imploratis, cum paucis Eugenij copias profligauit, semperq; victor euasit, contra Eugenium signo crucis armatus ad pugnam progreditur, insidijs hostium circumseptus liber euasit, duces aduersarij transfugæ facti, se illi mutato proposito coniunxerunt, & auxilium attulerunt: & hoc miraculum primum per magnam mutationem dexteræ excelsi: deinde tanta vi ventorum in hostes irruit, vt etiã iacula ipsorũ in iacentes retorqueret, vt ne vnus partis Theodosianæ læderetur: sed & tantus horror atque pauor eos inuasit, vt desperarent se posse elabi. Denique proiectis armis humique iacentes clementiam principis inuocabant. Ille pro sua singulari clementia militibus ignouit, ignouit & comitibus: Solum ducem Eugenium eodem die iussit interfici. Arbogastes dux exercitus vt vidit se effugere non posse violentas manus sibi ipsi attulit. Claudianus Poeta tanta videns miracula, qui Christũ semper contempserat Christianos irriserat, Theodosium victum iri sperauerat, nunc in laudem eius prorumpit.

Sozomenus lib. 7. cap. 5.

O nimium dilecte Deo tibi militat æther,
Et coniurati veniunt ad classica venti.

Tu verò noster Theodosi, pro salute & incolumitate Ecclesiæ pro victoria contra tuos & Ecclesiæ hostes, pro delendis peccatis, quæ huic incendio materiam præbuerunt: non modò priuatas preces, quas assiduò cum cordis intimo gemitu fundis, sed etiam publicas litanias ac supplicationes more veteris Ecclesiæ per omnes Ecclesias instituisti, & abiectus ad Sanctorum pulpita ac delubra communibus suffragijs huius flammæ, qua tota arsit diœcesis magnum refrigerium ac restinctionem impetrasti. Casimirianas copias profligasti, in fugam cũ perpetua nominis sui ignominia coniecisti, à plurimis hostium occultissimis insidijs ereptus, ac tutus viuis & vales, ipsi Imperij electores, Principes etiã aduersæ religionis (in quibus alter Euphrata spem suam, sed inanem reposuerat) adeoq; summus Monarcha imperij caput Imperator te Electorem decernunt, te fratrem appellant, te in collegium suum coaptant, alterum omni dignitate spoliatum, omnibus ornamentis honorum, vt dignus erat exutum iudicant, ipseque Christi Vicarius Pontifex, Opt. Max. ipsi Ecclesiasticam præfecturam abrogat, te confirmat, te omnes omnibus votis vnum optant, in te vno post Christum Ecclesia inclinata recumbit, in te vno spes omnis & res nostra sita est. Neque miracula in victoria tua defuerunt, hostes ipsi, ac milites ab Euphrata & coniuratis suis deficiunt, Carolum non magnum, sed fœliciori omine ipso Caroli Magni die in manus tuas vinctum ac ligatum tradunt, supplices ad tuam Clementiam confugiunt, reliquorum animos tantus terror occupat, vt vel se tradiderint, vel fuga vitæ consuluerint, vel armis abiectis humi procumbentes supplices veniã sint deprecati, vt vel vinctos in triumphum manibus post terga ligatis ducere possis. O igitur nimium dilecte Deo, &c. Theodosius iunior nemini, qui post homines natos vixerit in doctrinæ studiosis remunerandis secundus erat, historiam de rebus præclarè tum

tum à Græcis, tum à Romannis gestis conscriptam accuratè euoluit, noctu in libros incubuit, atq; in illis perlegendis candelabrum illi suppetebat, tali artificio constructum, vt oleum sua sponte lucernæ infunderet, tam multiplici cognitione imbutus erat, vt lapidum naturas, vires radicum & medendi facultatem non minus, quam Salomon aut sapientissimus Dauid tenere, imò verò Salomonem virtute antecellere existimaretur. Vestra autem familia, tuque ipse Serenissime Princeps, quantoperè literarum studia colatis, quam iustis præmijs earum artifices prosequamini & afficiatis, quantos patronos & Mecœnates corundẽ vos præstetis, omnium in Bauaria doctorum voces personant, testis vniuersitas Ingolstadiensis, & doctissimis Theologis instructa & prudentissimis Iurisconsultis, florens, & expertissimis Medicis plena, & professorib. studiorũ humanitatis abundans, stipendijs egregijs & amplis aucta ac dotata. Nullũ etiam est studij ac professionis genus, cuius si non absolutam scientiam, saltem non gustum aliquem delibando perceperis, nusquam es hospes, vbique domi. Musica delectat, Theologiæ fontes hausisti, Medicinæ etiam abdita quæq; & occulta rimaris, ex historiarum lectione summam capis voluptatem, vt ne inter armorum quidem strepitum ab hac vitæ magistra, veritatis luce, teste temporum abstinere commemoreris: hac tua summa eruditione, magnisque virtutibus ad hoc dignitatis fastigium, excelsumque honoris gradum ita ascendisti, vt à nobis alter pius ac Catholicus Iouianus impio apostatæ & hypocritæ Iuliano, alter Gratianus & pius Theodosius, pessimo Valenti Ariano: Alter Constantinus & Carolus Magnus Maxentio, Maximiniano, Diocletiano, Decio moribus & vita simillimo successisse existimeris: & eum in cælis æternum locum, quem merentur illi, qui patriam, Rempub. religionem defendunt certo cõsequeris. Quamobrem hos meos labores, qui iam lucem aspiciunt, quosque in medijs à Truchsesio excitatis tumultibus elucubraui, indeq; consolationem cœpi maximam T. Serenis. & R. C. consecro ac deuoueo, & quos in posterum, si vita & valetudo patientur in publicum emittam, ad Ecclesiæ & religionis propugnationem in tuo nomine apparebunt, vt sub tuo clypeo delitescãt, contra momos & inuidos protegantur, & rerum gestarum tuarum gloria ijs illustretur, & fama celeberrima tua, familiaque tuæ, quousque orbis terrarum patet, propagetur, cõmendetur. Obnixè itaq; peto, atque vehementer obtestor, per hæc ipsa sacra studia, per commune vinculum religionis ac fidei, per ardentissimum amorem, quo & pietatẽ & studia, eorumq; cultores cõplecteris, per salutem Ecclesiæ deniq;, vt me meaq; dia fauore prosequi, à Zoilis atque maleuolis æmulis defendere, & in tuũ patrocinium recipere digneris. Ego quantum deinceps studio assiduo ac labore indefatigabili contendere potero, tantum efficiam, vt neque religioni Catholicæ & Ecclesiæ tutandæ defuisse, neque ingratus erga T. R. C. extitisse cuiquam merito videri possim: Deus Opt. Max. Reuerendiss. Cel. vestram, ad nostram & Ecclesiæ Colonien sis defensionem & repurgationem diutissimè firmum valentemque custodiat atque conseruet. Coloniæ ex meo Musæo in Colleg. SS. Apostolorum. Anno redemptionis humanæ 1585. die sexto, Mensis Martij ipso Cinerum in capite Ieiunij.

Vestræ Sereniss. Celsitud.

Deuotissimus deuinctissimusq; in Christo cliens Cornelius Schultingius Steinvvichius.

AD CLARISSIMVM ET ORNATISSIMVM VIRVM, PETRVM STEINVVICHIVM, ORDINARIVM IVRIS IN AGRIPPINENSI ACADEMIA DOCTOREM, Senatusque Amplissimi Syndicum Prudentissimum, de Confessione Hieronymiana, à CORNELIO STEINVVICHIO, Sacræ Theologiæ Licentiato, ipsius fratre, edita, Gothardi Mylandri Carmen.

Πέτρε, θεμιστοπόλοισὸ μὲν ἑοῖ βούλευσι λυκει,
φραδμοσύνη τε νόῳ, ἠυπέπλοις τε λόγοις.
καὶ ἀζήμιος ἐὼν ὅτι πᾶσιν ἀκαμαίοις πρηΐς,
ἐν κραδίῃ τε φίλᾳσ' ὀρθοπαδεύοντες ὁδῷ.
σεῖό τ' ἐπαυρόμενοι, ἀρετῆσι πεπασμένον ἀκρης
πολλά σ' ἀριπρεπέων πυδιάνειρα σέβει.
ἀλλ' ὁ κατάγνητος τύδε ζῷ κορυνήλιος ἔδωμ,
ἰχνεά ζῷ πολλῶν ἧς ἐδέξατο ἐτῶν.
ἓν παιὰ δώμᾳσι ἀνὴρ συνεχῶς ἀνέλιξεν ἑκεῖνος,
πῶς πλέος ἐξ ἀρετῆς ἀμφιβόητον ἔχοι.
τῷ λωτροκλαδέων ὀπιμαίτυρός ἔζῃν ὅμιλος,
ἐνθα πέρ ὁ Χρίλιος πάλλ' ἐδίδαξεν ἑτῶν.
μάρτυες ἀγρώσλοροι παῖδες νερελήλιθ' ἀπάσαι,
τοσσάκις ἐν ἱερῷ ᾠδὰν ἔχευεν ὅτε.
οὔτε μάνον Χρίλιο λογίῳ δεδονημένος ἐνῶν
πλήθει, ᾧ πᾶσιν ὠμολόγησε βροτῶν·
ὑπὲρ ἑτ' ἀκαμάτοις πέκτλοιν τετυπωμένα χέρσι
χρέκματα συχνὰ, λόγοις φῶς ὀπτιόντα παζῶμ.
ὧν τάδε φθριαμοῖς ἀπτέμνε. τάδ' ἄλλα φάος δε
ἔκθετο, πωονίῃ μυσιπόλοιο νέᾳ.
ἔκθετο πωονίης ἱερώνυμον ἀσὸν ἀρέρης,
ἣ ῥά παλιγγενέων πρῶτα λαβόντα παζῶμ·
ἔξιον, ἐυγράπλαις ἐπὶ τεύχεσιν οἷο πιθεὶν
μόχθον ὅ ζῳ γνωτός, ᾧ μελεδῶνα, χραφεύς.
τόσσον ὀπτάμνῃς ὁ ζᾠότατος ἥτορι, τόσσον
τῆς ἀρετῆς, ὁσίας τόσσον ἔχεσκε γέρων.
ὅς τι γὰρ ἱσορίης οὐτὲ παναλήθεος ἔγνω,
ὅττι ἀπορρήσειν δέσμελον ἄνδρα πέλειμ.
μηλίδες ἧς παζῆς ἀλαλήμενος ἔσπετο σιμδῆ,
οὐδὲ πυθαγόρας πάνζαφος, οὐ πλάτων.
γαῖαν ἰυδαίων, συρίλιν τε δίκλδεν ἅπασαν,
ᾧ γόνιμον νείλᾳ κορπτοδόσαο πέδον.
περσέδα, ᾧ μήδων, ἀράβων τε, ᾧ οὖδας ἀχαιῶν,
ᾧ ξένος ἰταλίων καπετρόδυμον ἴδεν.
ὧν μερόπων ἑλλᾶα φωνᾶς πολύγλωπος ἁπάντων,
τὰ πρόσθεν βαλὼν χείλεσι δενὸς ἔσω.
ὅφρα ᾗ ῥηδίως ἑβραϊσὶ δύνατο λαλῆσαι,
τοὺς προτέρους ῥίνι τρίλεν ὀδόντας ἑούς.
τεύχεα συγγραφέων ἅμ' ἐπίσατο πάντα βεβήλων,
χραπὰ θεορρήκτων θέσπατα πάντα λόγων.
οὕνεκα δ' ἦν ἀμετρος βίβλυς πικέρων ἐλίοσειν,
ὃν δέμας ἀγγελικοῖς πλήγμασιν εἶπε δαρθέν·
ὥσκε προτιμότερον δείξῃ λόγομ ἀντὶ βεβήλε
ἱερὸν ἠγῶσθαι, θεῖα δ' ὑπὲρ τὰ βροτῶν.
ἐκ τᾶ γοῦν ἱερῷ κραδίῃ ἔχεν αἰὲν ἐπ' ἔργῳ,
θευλογικῆς ἀρχων ἐν διδαχῆσι χραφῆς.
νωλεμὲς αἱρετικὴ χραφίδεσσιν ἐμάρναπο λύσσῃ,
ᾧ σίχας ἀντιπάλων ἷξετάραζε μάχῃ.
ὠὐτὸς ἐλυΐδιον, φρένα ὀδιγιλάντιον αὐτὸς,
ᾧ πυπὲ νικήσας ἼΚαφάνισε πακούς.
πολλὰ δ' ἔχραφε γέρων, ὅταν ᾖκεε πέζαν ἐρήμᾳ,
πολλά τε βηδλεέμης ἐνδοδι κοινοβίᾳ·
χειμερίησιν ἄπερ νιφάδεσσιν ἐοικότα πᾶσι,
χρήσιμα πειδομένοις κληρονόμοισι θεῦ.
εἰς φωῆν ἁγίας δέλτος μετένεγκε λατίνῳ
τὰς σωολιας ἐδίδυ πρεσβυτέροις κανόνας.
ἧδ' ἐκκλησίη πειθῆνα μεταφρασιν αὐτῷ,
τὴν δι' ἀληθειαν, δέξατο πᾶσα μόνῳ.
τίς τ' ἄρα τῶν μερόπων αὐτὸ καλεπώτερον ἔζῃ;
τίς δ' ὁσίως μᾶλλον τῶν ὑπένερθεν ἄνω;
χωρίον οὐδὲν ἔχων, δόμον οὐδένα γύμνος, ἐρίπνης
ἐν καδοι ὑμροκόμε ναιετάασκε μόνοις.
παομένη φαέθουτι γίᾳ, μετὰ φρησὶν ὁμίλει,
σμερδαλέος κέντρῳ σκάρτι ἔχε πολύς.
εὖδε χάμαι, σάκκῳ ὀπτιμένος, ὕδατα πίνων,
αἰὲν ἀνεψίοις χρώμενος, ὠμοφάγος.
ἓδ' ὅτε νηέτευσεν ἐνίαις ἀδάμασ ἐνέκα
σώματος ἀργαλέαμ ἑβδομάδεσσι μάχλν.
ἀγγελικοῖσι χοροῖς μέδομέλεον, εἶπε, θεωρῶν,
ᾧ πορεύσαμ ἴδω τὴν ἁγίαν πεδάδα.
τρὶς μάκαρ, ὃς χαμάδεν φρέσ' ἐπ' οὐρανίωνας ἀερθεὶς,
ὅμμασι πνευματικοῖς ἐσκοπίαζε θεόν.
τὴν ὁσίλν αὐτῦ ἀναδείκνυε δούλια τεύξας
ἔργα λέων, ἱερῆς ἐνδοδι βηδλέμιος.
αὐτόσε γάρ τε λέων ὁ πεπωρμένος ἦλθεν ἀκάνθῃ,
ᾧ πόδα βηδλεέμης ἠγγυάλιξε πατρί.
πὰρ δ' ὑγιαζόμενος παῖδος, ὥσπερ ἀνλάτα πιστὸς
ἦγε νέμειν αὐτῷ, ᾧ μετ' ἔπαυλιν, ὄνον.
νῦμ ἴδε μειλιχίης τύπτον ἡμερότητος ἐν αὐτῷ,
πρὸς κακοπτοιῦντας, δυσμενέας τε νόες.
εἰ κεκλόφεισαν ὄνον, καὶ μιν ἀένοντες ἀϋηγον,
πραϋσιν ἐτιάτωρ πάντας ἀφῆκε λόγοις.
οἱ δ' πορευθέντες, καθ' ἕκασα διερκὲς ἔλυσον
τᾶς εὐεργεσίας ἀνταπέδωκαμ ἔτι.
αὐτὰρ ὁ δημὸν ἐπὶ καθαρῶς ἐβίωσε, θανόντα
χριστὸς ἐπ' οὐράνιον δῶμ' ἐκάλεσε παρῶν.
χερσὶν ὑπ' ἀγγελικαῖς ἅγιοι πεφορημένον ἄνδρες
εἶδον ἐς ἀθέριον μαρτυρίουτες ἐθῶν.
τόσσον ἔλω, λιθόκαμε νόμων πολὺ φαίδιμε πέχυ,
πέζε κολωνιέως παλὺν ῥεῖσμα λεὼ,
τόσσον ἔλω ὁ πατὴρ ἱερώνυμος, οὗπερ ἐπ' ἔργοις
ἄξιον ἐυαγέσιν γνωτὸς ἔδωκε πόνον.
εἶτ' ἐπὶ τῆς μεθόδου φάος, εἶτε σὸμ ὄμμα τιτάνης
πλούσιον εἰς ἀφενος, ᾧ σχόλιον τὸ σαρὲς,
εἴτε καθ' αἱρετικῶν τὴν ποικιλόμορφον ἐς ὕλλν,
ᾧ τὸ θεῦ ποίμνη συμφέρον εὐσεβίᾳ.
κὐδος ὅδεν γε τόσσ λαχε φέρτερον αὐτὸς, ὁ πατρὼν
πρέσβυς ὅσῳ δείκων βέλτερον ἔσχε παζῶν.
ᾧ μὲν ἄρεσον ὅσῳ πέλεται σέο κῦδος ἀδελφῇ,
ἐκ κείνε σὺ τόσῳ μείζονα κῦσιον ἔχεις.
Ζῦ γὰρ ἐν ἡμετέροις ἐριτυέος ὦδε πολίταις,
ἄξιος ἀθλεύει πάντοτε γνωτὸς ἑῷν.
νὴ δία, χερσὶν ἑὼς ἂν ἔχηθ' ἱερώνυμος, ὅμμας
τὸ πλέος ἀμφατέρῃς οὐρανόμηκες ἀρεῖ.
χαίρετον οὖν πέζε ᾧ κορυήλε, ᾧ σὺ δαίφρων
σύνδικε, ᾧ σὺ λόγε μυσοπόλ' ἠγαθέε·
ᾧ σὺ δικαιοσύνης, πελατᾶν τε πρόεσαδι σεῖο,
ᾧ ζαθέων σὺ βαρὺν λοιγὸν ἄμυνε χραφῶν.

CONFESSIONIS HIERONYMIANÆ TOMVS SECVNDVS, NOVEM CAPITA COMPLECTENS.

Quemadmodum in primo Tomo de principijs sacræ Theologiæ peractum est: ita in secundo Tomo de Iustitia amissa, ac denuò per Christum recuperata & restituta, & alijs argumentis annexis, indeq; dependentibus primo tractatur.

Caput primum de peccato originali:

Articulus primus: primum hominem Adam, cum mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus, sanctitatem & iustitiam, in qua constitutus erat, amisisse.

Adam primam stolam perdidit.

DIXIT autem pater ad pueros suos: celerius proferte stolã priorem & induite eum, stolam quam Adam peccãdo perdiderat; stolam quę in alia parabola indumentum dicitur nuptiale, id est vestem spiritus sancti, quam qui non habuerit, non potest regis interesse conuiuio. *To. 3. Epist. 146. ad Damasum fol. 409. facie. 1.*

Depranatus homo propria voluntate.

CVM Deus quasi quandam pulcherrimã domum seruituro sibi homini extruxerat: depranatus est homo propria voluntate, & à puericia diligenter appositum est ad malum cor eius: posuitque in cælo os suum, & extructa turre superbiæ, meretur ad se descendentem filium Dei: vt per pœnitentiæ ruinam conscendat ad cælum, qui per tumorem superbiæ non potuit. *Tomo. 5. in cap. 1. Ionæ, à principio.*

Lucæ. 23.

LEGI in cuiusdam commentarijs, hoc quod dicitur, decaluare & detondere, super filios deliciarum tuarum: de conditione humana posse accipi: vt Dei ad Adam, siue ad Hierusalem cælestem dirigatur eloquiũ: ô anima humana, ô vrbs quondam sanctorum mater, quæ prius eras in paradiso & fruebaris delicijs arborum diuersarum & habebas speciosissimã comam: nunc quia proiecta es de sublimibus & deducta in Babylonem & venisti in locum captiuitatis, & perdidisti comam tuam: radere, & assume habitum pœnitentis: & quæ pennis quasi aquila volabas in excelsis, plange filios, plange sobolem tuam, quæ ex te ducta est captiua. *To. 5. lib. 1. Com. in cap. 1. Michæ fol. 148. facie. 2.*

Adam seu anima humana ex paradiso deducta in Babylonem.

PORRO secundũ LXX. impius diabolus (qui opprimit iustum & habet homines quasi pisces maris: & vastat cuncta quasi reptilia non habentia ducem) misit hamum suum contrarium ei hamo, à quo per Apostolum Petrum primus captus est piscis, in cuius ore inuentus est stater. Et adhæsit hamo eius Adam, & attraxit eum foras de paradiso reti suo, & cooperuit eum lagenis suis, varijs & multiplicibus dolis atque fallacijs. Idcirco lætabitur & decipulas suas plus arbitrabitur esse, quam præceptum Domini. Et immolabit non hamo (qui peruersus sermo intelligitur & adhuc in principio constitutus) sed reti suo: quia pinguissimas in ipso hostias comprehendit. *Tom 5. com. in cap. 1. Habacuc. fol. 189. fac. 2.*

Adam hamo diaboli attractus.

SED & iniquitas calcanei originale peccatum accipitur ex Adam, vt dictum est, ad mulierem; inimicitias ponam inter te & serpentem, & semen tuum & semen illius. Tu obseruabis, id est, conteres caput suum, & ipse calcaneum tuum. *Tomo 7 com. in Psal. 48. fol. 60. fac. 2.*

Originale peccatum ex Adam. Genes. 3.

ECCE enim in iniquitatibus conceptus sum & in peccatis concepit me mater mea] Hic versiculus totius generis humani casum exponit, sicut in Iob: Nec si vnius diei sit super terram, potest esse mundus à sorde peccati. Concipitur autem & nascitur in peccato originali, quod ex Adam trahitur: sed baptismo per gratiã Christi purificatur. *Ibid. in Psal. 50. fol. 63. fac. 1. in fine.*

Totius humani generis casus.

Articulus II. primum hominem Adam incurrisse per offensam præuaricationis irã & indignationem Dei, atque adeo mortem ipsam, quam illi Deus fuerat comminatus

ISTA est (vt diximus) terra viuentium, terra diuitiarum & bonorum Dei, quam primus Adã perdidit, & secundus Adam inuenit: immo ab illo perditam iste restituit, dicente Apostolo: Regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen: sub cuius persona lex intelligitur in similitudinẽ præuaricationis Adam, qui est forma futuri. *Tomo. 3. Epistola 129. ad Dardanum. fol. 370. fac. 1*

Terram diuitiarum & bonorum dei primus adã perdidit. Rom. 5.

REVERTIMINI filij Adam, qui vestra culpa offenditis Deum & de immortalibus facti estis mortales, præcipientis enim noluistis audire imperium; De omni ligno, quod est in paradiso, comedes: de ligno autem scientiæ boni & mali, ne comedas. In quocunque enim die gustaueris de eo, morte morieris. *Tomo 3. Epistola 139. ad Cyprian. folio 390.*

filij Adam ex immortalibus facti mortales. Genes. 1.

VNDE & Apostolus loquitur ad sanctos: Non regnet peccatum in mortali vestro corpore, vt obediatis desiderijs eius. Et de peccatoribus scribens: Mors inquit regnabit ab Adam vsq; ad Moysen. *Tomo quarto Commentariorum in caput 52. Esaiæ folio 169 fac. 1.*

Rom 6. Ibid. 5. cap. Mors ab Adam vsque ad Moysen regnauit

RESTITVET Deus pater, hæreditatem Christi, quando electos suos, corpus sanctæ ecclesiæ ad illam integritatem attraxerit vt post resurrectionem acceptis corporibus suis, incorrupti & immortales viuant: quia illam immortalitatem in Adam perdiderunt. *Tomo septimo Commentariorum in Psalmum 15. facie prima.*

Immortalitatem in Adamo perdidimus.

ad Articu-

Articulus III. primum hominem Adam cum morte captiuitatem sub Diaboli potestate, qui mortis deinde habuit imperium, præuaricando meruisse.

Diabolus pater noster ante adoptionem. Ioan. 8.

NEMO dubitat, patrem nostrum, antequam adoptaremur à Deo, fuisse Diabolum: vnde Saluator ait, vos ex diabolo estis. *Tomo 3. Epistola 140. ad Principiam fol. 307. fac. 1.*

Post expulsionem ex paradiso nunc in orbe stulto fuimus. Genes. 3.

SI mundus in maligno positus est, & in tabernaculo isto ingemiscit, dicens: miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? rectè habet odio omne quod sub sole factum est. Ad comparationem quippe Paradisi, & illius vitæ beatitudinem, in qua spiritualibus pomis, & virtutum delitijs fruebamur, nunc quasi in ergastulo & carcere sumus & valle lacrymarum: in sudore vultus nostri comedentes panem. *Tomo 5. Com. in cap. 2. Eccles. fol. 7. fac. 1.*

Adamus attractus & deceptus à serpente diabolo.

MEMOR esto Domine filiorum Adam: in die Hierusalem.] Hoc ex persona Adam dicitur. Domine memento, vt quemadmodum me decepit & traxit me diabolus serpens ille, qui intelligitur Nabuchodonosor, & eiecit me de paradiso. Memẽto & retribue ei, & patiatur pœnam, quam ipse mihi sua malitia induxit: trahens me, adduxit in Babylonem, & in Assyrios. *To. 7. Com. in Psal. 136. fol. 172. fac. 1.*

Articulus IIII. Adæ præuaricationem nõ sibi soli, sed eius propagini nocuisse.

HVMANAE vitæ, breuitas damnatio delectorum est. & in ipso sæpe lucis exordio, mors secuta nascentem. labentia quotidie in vitium secula profitetur. Nam cùm primũ Paradisi colonum, viperinis nexib. præpeditum, coluber deduxisset ad terras, æternitas mortalitate mutata, in nongentos, & eo amplius annos, secunda quodam modo immortalitate maledicti hominis distulerat elogium. exinde paulatim recrudescente peccato, totius orbis naufragium gigantũ adduxit impietas. Post illud, vt vita dixerim purgati baptisma mundi, in breue tempus hominum vitæ contracta est, hoc quoque spatiũ sceleribus nostris, semper contra diuina pugnantibus, pene perdidimus. Quotus enim quisque, centenariam transgreditur ætatem? Aut non ad eam sic peruenit, vt peruenisse pœniteat: Secundum quod in libro psalmorum scriptura testatur: Dies vitæ nostræ septuaginta sunt anni. Si autem multum octoginta: quicquid reliquum est, labor & dolor. *Tomo 1. Epistola 21. ad Paulum in principio.*

Genes. 3. Breuitas vitæ humanæ ex peccato originis Genes 67.

Psal. 98

Adæ peccatum transijt in posteritatem.

ET alias: alienati sunt peccatores à vulua, erraueruntab vtero, locuti sunt falsa. vel statim vt nati sunt subiacuere peccato in similitudinem præuaricationis Adæ, quiescit forma futuri *Tomo 2. lib. 2. Dialegorum aduersus Pelagianos cap. 2. fol. 282.*

Antiqui propagatoris Adam nomine tenemur obnoxij

CAETERVM omnes homines, aut antiqui propagatoris Adam, aut suo nomine tenentur obnoxij. *Tomo 2. lib. 3. Dialog. aduersus Pelagia. cap. 6. fol. 298.*

VNDE ne hominum putaremus certum esse iudicium, intulit omnium propemodum corda esse peruersa, dicente psalmista: ab occultis meis mũda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo: Haud dubium quin cogitationibus. Et in Genesi. videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis esset intenta ad malum omni tempore: Et iterũ, sensus & cogitatio humani cordis ab adolescentia sua prona sunt in malum. *Tomo 4. lib. 3. Com. in cap. 17. Hieremiæ fol. 268. fac. 1.*

Psalm. 57.

PECCATOR non tunc primum peccat, quãdo videtur facere peccatum, sed iam ante peccauit. Abalienati sũt peccatores à vulua: errauerũt à ventre: Sed quærunt hoc quod sequitur: locuti sunt falsa, quo modo possit exponi: simplex enim intelligentia habere consequentiam non videtur. Paruulos peccatores statim vt de vulua erecti sunt mendacium loqui. *Tomo 5. Com. in cap. 8. Ecclesiastis fol. 21. fac. 2.*

Omnes in eo cum Adamo peccauimus.

Omnes natura filij iræ.

ET cramus natura filij iræ: pro natura, prorsus siue omnino: quia verbum ambiguum est, transtulerũt. Quod & sic sonat, iuxta ea, quę diximus, exponendum est. *Tomo 6. lib. 1. com. in cap. 2. ad Ephesios fol. 165. fac. 1.*

VINCTVM erat genus humanum catenis criminum, & carceri Diaboli mancipatum. *Tomo 7 Com. in Psal. 106. fol. 138. fac. 2.*

Articulus V. Acceptam à Deo sanctitatẽ, iustitiam & innocentiam, quam perdidit Adã, non sibi soli sed iam nobis perdidisse.

Idioma scripturæ, est omnes homines appellare filios Ade.

NOTANDVM quod per totum librum vbicunq; dicitur, filij hominum in Hæbræo habet, bene haadam בְּנֵי־אָדָם, id est, filij hominis: hoc est filij Adam. Et omnis plenè scriptura hoc idiomate plena est, vniuersum genus humanum Adam filios vocans. *Tomo 5. com. in cap. 9. Eccles. fol. 25. fac. 1.*

DOLAVI eos in prophetis, occidi in verbis oris mei: grauia cõminatus sum, vt miserer pœnitẽtium, vt lapsis atq; surgentibus porrigerem manum. Neque enim in sacrificijs delector & victimis, & Holocaustorum multitudine. victimæ meæ & holocausta, salus credentium & conuersio peccatorũ est. Ipsi enim imitati sunt Adã, vt quod ille in paradiso fecerat, pactũ meũ legẽque præteriens, isti in terra facerẽt: Et tibi, hoc est, in paradiso, omnes præuaricati sunt in me, & in similitudinem præuaricationis Adam: Nõ enim mirum, si quod in parente præcesserit, etiam in filijs condemnetur. *Tomo. 5. lib. 2. com. in cap. 6. Oseæ Fol. 51. fac. 2.*

Peccatum originis quod in parente præceptis in filijs condemnatur. Rom. 5.

EXPOSVI iuxta quod mei ingenioli patiebãtur augustiæ, & primam ab Assyrijs Babyloni jsque populi captiuitatem, & secundam à Romanis, quia Dominum crucifixerunt, & tertiam spiritualem, quia vnusquisq; nostrum cùm Adam de paradiso cecidit. & in huius mundi captiuitate versatur. *To. 5. lib. 1. cõ. in ca. 2. Mich. fol. 149. fa. 1.*

Tertia spiritualis, qua nos cum Adem de Paradyso cecidimus.

PLANGIT sermo propheticus, seu Apostolicus, generaliter genus humanum, quod frustra sementem iecerit doctrinarum, & pro segetibus; & pro frumentis vix vacuas stipulas & inanes culmos serus messor inuenerit: & ne paruos quidem racemos in vinea potuerit reperire, & reliqua vsque ad finem Capituli. Si enim beatus est qui in aures loquitur audientis & auris auditoris desiderium sapientis est: lætitia quæ dicentis, auditor intelligens: è cõtrario luctus doctoris est malus discipulus: Hieremiæ quoque verbis huic querelæ congruenti-

Ecclc. 15. Sec Græ.

Hieri: 15. Rec 20. Planctus generis humani.

congruentibus: Non profui, neque profuit mihi quisquam. Sunt qui ex persona saluatoris hoc dici putent: causantis quod in tanta credentium multitudine, & in toto orbe generis humani vix suo sanguine digna opera reperiat: qui & in vicesimo nono psalmo ait: Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? *Tomo 5. lib. 2. com. in cap. 7. Micheæ fol. 165. fac. 2.*

Rom. 5. 1. Cor. 15.

ET per vnum hominem peccatores constituti sunt plurimi, & in Adam omnes mortui sumus, & vniuersi deinceps sancti cùm illo pariter de Paradiso eiecti: Vnde & cibi eius electi sunt: vt secundum Psalmistam, quærat à Deo escam si bi, prophetas subuertere volens & Apostolos. Et quia primum decepit homines, quotidie vniuersum genus humanum interficere non cessat. *Tom. quinto Commentariorum in caput primũ Habacuc folio 189. fac. 2.*

Psal. 103. Omnes in Adamo sumus mortui.

NOTANDVM quod Apostolos malos dixerit: nisi forte sub Apostolorum prima persona, omne hominum damnetur genus: cuius ad comparationem diuinæ clementiæ ab infantia cor ad malũ positum est. Lege Genesim. Nec mirum si homines huius sęculi dicis malos, cùm & Paulus Apostolus memoret: Redimẽte tempus, quoniã dies mali sunt. *Tomo 6 lib. 1. com. in cap. 7 Matthæi. cano. 10. fac 1.*

Omne humanum damnatur genus. Genes. 8. Ephes. 5.

HAERES iste paruulus, qui nihil differt à sero, cùm sit Dominus omnium sub tutoribus, & actoribus est vsque ad præfinitum tempus à patre, totum humanum genus vsque ad aduentũ Christi, & vt eo amplius dicam, vsque ad mundi consumationem significat. Quomodo enim omnes in protoplasto Adam, nec dum nati moriũtur: ita vt omnes, etiam hi, qui ante aduentum Christi nati sunt in secundo Adam viuificantur. *Tomo 6. lib. 2. com. in cap. 4. ad. Galatas à principio.*

Totum humanum genus in Protoplasto Adamo mortuũ.

QVONIAM conturbata sunt ónia ossa mea.] ac si dicat. Omnes virtutes quæ ossa appellauit, in primo homine transgressus sum siue perdidi. *Tomo 7. com. in Psal. 6.*

Omnes virtutes in Adamo perdidimus.

ANIMAM meam conuertit,] ad se cognoscendum, id est, animam ecclesię: quia antea ad infernum descenderat per culpã primi hominis Adæ: sed modo ad Christum conuersa est per fidem. *Tomo 7. com. in Psal. 22. fol. 29. fac. 2.*

Anima ecclesiæ ad infernum dẽscenderat per culpam Adæ.

ET ad matutinum lætitia.] futuram Domini gloriam quæ matutina eius resurrectione præfloruit, figurauit, ad vesperum demorabitur fletus & ad matutinum lætitia. vesper post meridiem dicitur. Post meridiem Adam in paradiso vocem Domini audiuit deambulantis, & sub arboris solijs, se contexit tremefactus, eo quod pactũ transgressus esset. vespera, tota illa vita præsens intelligitur, quia per peccatum Adæ omnes vsq; in finem sæculi gemunt. fletus, quia fletum habet homo, quãdo recordatur bona paradisi quę perdidit in Adã. *To7. Cõment. in Psal. 29. fol. 34. fac. 2.*

Genes. 3.

Per peccatum Adæ omnes vsque in finem seculi gemunt.

COMPREHENDERVNT me iniquitates meę, & non potui vt viderem, id est, genus humanum circundatur originalibus peccatis, & non potui vt viderem: quia abstracta fuerat illa lux veritatis. vnde dictum est. De terra exęceberis, & de terra illuminaberis. Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: id est, ipsæ iniquitates super genus humanum, *Tomo septimo commentariorum in Psalm. 39. fol. 51. fac. 2.*

Originalibus peccatis circundatur genus humanum.

ADAM quamdiu seruabat præceptum & Deus fuit, non mortuus est. Denique dicit ei Deus: in quacunque die gustaueris, morte morieris, Melius habet in hæbræo: Vos autem sicut Adam moriemini. Sicut ille eiectus est de paradiso, sic & nos eiecti sumus. *Ibidem in Psalmũ 81. folio 102. fac. secunda.*

Nos cùm Adamo eiecti, ex paradiso.

IN toto orbe manus diaboli possidebat nos. *Tomo septimo Commẽtariorum in Psalmũ 106 folio 136 fac. 1.*

QVANDO dicitur, conuertere in requiem tuam: ergo habuit antea requiem, quam perdidit: Nemo enim cõuertitur, nisi qui pergat illuc, vbi prius erat. Deus enim nos bonos creauit, & nostro arbitrio nos reliquit, & omnes cùm Adam in paradiso posuit. Sed quia nostro arbitrio à beatitudine illa cecidimus. & venimus in vallem lachrimarum: propterea iustus animam suam hortatur, vt conuertatur illuc vnde descendit. Cõuertere anima mea in requiem tuam. Locus enim iste, tribulationis locus est, terra pugnatorum locus est. Iste locus lachrymarum est, vbi non licet securum ambulare. Vbicunque aliquis fuerit, periculũ est. Si in deserto, scorpiones sunt si in ciuitatibus, oculus meretricis pernicies est hominis: si in mari, latrones & piratæ. Hæc omnia mysticè loquor. Nec enim nunc periculum est, sancto viro à latronibus interfici: siquidem martyres sanguine suo vicerunt. *Tomo 7. commen. in psal. 114. fac. 2*

Veram requiem & securitatem in Adamo perdidimus.

Articulus VI. Adam per inobedientiam in quinatum, eodem inobedientiæ peccato, nõ solum mortem & pœnam corporis, sed & peccatũ in omne genus humanum transfudisse.

Affor. 2.

LIBERAVIT autem omnes Dominus & redemit in passione crucis, & effusione sanguinis sui, quando anima eius descendit in infernũ, & caro eius non vidit corruptionem, & ad ipsam mortem & infernum locutus est: Ero mors tua ô mors. Idcirco enim mortius sum, vt tu mea morte moriaris. Ero morsus tuus inferne, qui omnes tuis faucibus deuorabas vidensque mortis durã necessitatem (eo quod nullus sit hominum qui viuat, & non videat mortem) clementissimus pater sententiæ recordatur antiquæ: quia in Adam omnes morimur. *Tomo 5. lib. 2. commentariorum in cap. 13. Oseæ fol. 74 fac. 1.*

In Adamo omnes morimur. 1. Cor. 15.

LICET quidem vitio nostro cecidimus in paradiso, tamen reminiscimur prioris felicitatis, & non obliuiscimur. Et ille qui de Hierosolymis descendit in Hiericho, quæ interpretatur luna, hoc est, quæ semper mutatur: Hæc autem intelligitur præsens mundus: in latrones incidit & Samaritanus tulit eum, & oleo & vino curat, miscens austeritatem cùm misericordia *Tomo 7. Com. in psal. 136. fol. 171. fac. 2.*

Typus generis humani peccato Originis obnoxij.

Articulus VII peccatum Originale ab Adamo in omnes homines transfusum, verè peccatum & mortem animæ esse.

Rom 12. 5. Rom. 3.

QVID enim dicit vas electionis? conclusit Deus omnia sub peccato, vt omnium misereatur: Et in alio loco: Omnes enim peccauerũt & in

Eccles.7. dignet gloria Dei Ecclesiastes quoque per quem se cecinit ipsa sapientia, liberè protestatur & dicit: Non est homo iustus super terram, qui faciat bonum, & non peccet. Et iterum, si peccauerit populus tuus, non est enim homo qui non peccet.

2.Pal.6.

Prouerb 20. Iob 14. Psal 50. Psal.142. Et quis gloriabitur castum se habere cor? &, non mundus à sorde, nec si vnius diei fuerit super terram vita eius. vnde & Dauid dicit: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea. Et in alio Psalmo: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. *Tomo 2. Aduersus Pelagium Ad Ctesiphontem fol.264. facie 1. & Cap. primo.*

Mors ab Adam ad Moysen. QVID enim commeruêre peccati? Quisquâ ne soluitur non ligatus? Atti. Me interrogas: Respondebit tibi euangelica tuba, doctor gentium vas aureum in toto orbe resplendens: Regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen: etiam in eos, qui non peccauerunt in similitudinem prævaricationis Adam, qui est forma futuri. *Tomo secundo libro tertio Dialogorum aduersus Pelagianos Capite sexto, folio 398.*

Rom.5.

Omnes mortem animæ incurrimus per peccatū Originis. Iob.14. Sec.70. ISTE pro cuius sepultura & morte, impij diuitesque sunt traditi, iniquitatem non fecit, nec dolus inuêtus est in ore eius. Quod de nullo penitº hominum intelligi potest: vt nec opere, nec sermone peccauerit (dicente scriptura: Nemo mundus à sordibus, ne si vnius diei fuerit vita eius: & omnes sicut oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit) nisi de illo, qui peccata nostra portauit, & pro nobis dolet, & vulneratus est pro iniquitatibus nostris: & afflictus est propter scelera nostra: cuius liuore sanati sumus. *Tom.4. lib.24.com.in cap.53.Esaiæ fol.172.fac.2.*

Adam primus pater omnium, Luc.3. ADAM quem primum plasmauit, Deus, & creator ipsius & pater fuit, certè Deo patri scit se debere, quod subsistit: Rursũ hi, qui geniti sunt ex Adam, patrem illum intelligunt, ex quo orti sunt. vnde & in Euangelio secundum Lucam cũ paulatim à Christo, Dauid & Abraham retrorsũ esset generatio supputata, ad extremũ scriptura ait: filij, Seth, filij Adam filij Dei, vt paternitatis in terra vocabulum, à Deo primum ortum esse monstraret. *Tomo 6. libro 2. Com. in cap.3. ad Ephesios folio.175.fac.1.*

QVIS erat miser nisi humanum genus in sæculo, quod in istam miseriam venit, in qua gemebat in peccatis? *Tomo 7. Commentar. in Psalm.11. fol 11.fac.2.*

CORRVPTI sunt. Iab illa integritate bonæ naturæ degeneres. *Ibidem in Psalm.13.*

Articulus VIII. Quomodo intelligendum sit illud apostoli ad Romanos V. per vnum hominem peccatum intrauit.

1.Ioan.5. Genes.8. Iob.14. Sec.70. QVIS hominum gloriari potest, castum se habere cor: vel ad cuius mentem per oculorum fenestras, mors concupiscentiæ non introibit? & (vt parũ dicam) animi titillatio? Mundus enim in maligno positus est: & à pueritia appositum est cor hominis ad malum: vt ne vnius diei à natiuitatis suę exordio, sine peccato sit humana cõditio, vnde & Dauid fatetur in Psalmo. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Non in iniquitatibº matris meę, vel certèmeis, sed in iniquitatibº humanæ conditionis. Vnde & Apostolus dicit:

Rom.5. Regnauit mors ab Adam vsq; Moysem etiam super eos, qui non peccauerunt, in similitudinem prævaricationis Adę. *Tom.4.lib.14.Commen.in cap. 47. Exechielis fol.487.fac.2.*

Matth.17. PORRO secundum LXX. impius diabolus, (qui opprimit, iustum & habet homines quasi pisces maris & vastat cuncta, quasi reptilia non habentia ducem) misit hamum suum contrarium ei hamo, à quo per Apostolum Petrum primus captus est piscis, in cuius ore inuentus est stather. Et adhæsit hamo eius Adam, & attraxit eum foras de paradiso reti suo & cooperuit illum sagenis suis, varijs & multiplicibus dolis atque fallacis. Idcirco lætabitur, & decipulas suas, plus arbitrabitur esse quam præceptum Domini. Et immolabit non hamo (qui peruersus sermo intelligitur, & adhuc in principio constitutus) sed reti suo: quia pinguissimas in ipso hostias comprehẽdit. Et per vnum hominem peccatores constituti sunt plurimi, & in Adam omnes mortui sumus & vniuersi deinceps sancti cum illo pariterde paradiso eiecti. vnde & cibi eius electi sunt: vt secũdum psalmistam, quærat à Deo escam sibi, prophetas subuertere volens & Apostolos. Et quia primum decepit hominem, quotidie vniuersum humanum genus interficere non cessat. *Tomo quinto Commentariorum in caput primũ Habac infolio 189. fac.2.*

Diabolus in escauit totũ genus humanum.

Rom.5. 1.Cor.15

Psal.103.

Articulus IX. Adæ peccatum per humanæ naturæ vires, vel remedium aliud, tolli non posse, quam per meritum vnius mediatoris Domini nostri Iesu Christi

Hier.15. SI AEthiops, ait, mutauerit pellem suam, & pardus varietatem suam: & vos poteritis bonum facere cum didiceritis mala. Ergo pellis AEthiopica & pardorum varietas, disciplinæ est, nó datur nõ, quæ docetur & discitur: tamẽ auferri non potest vitium inoliti mali, nisi per eum, cui omnia possibilia sunt. vnde loquitur ad eum, qui solus verus medicus est; Sana me Domine & sanabor: saluum me fac Domine, & saluus ero: tu es gloria mea, & spes mea. Si enim ad conditionem meam infelicitatemque respiciam nihil aliud, nisi hoc possum loqui: Maledictus homo qui annunciauit Patri meo dicens: Ecce natus est tibi puer siat homo ille similis vrbibus quas subuertit Deus. Quare enim in vulua non statim perij? & fuisset mihi sepulchrum mater mea, & vulua eius infernus sempiternus, quare egressus sum ex vtero, vt viuerem labores & miserias, & consumerentur dies mei in ærumnis? Tantum de sua conditione securus est, & sic confidit in fortitudine, vt mortem præferat vitæ, nouerat enim vulnus suum & potentiam eius, quem celare nihil potest, qui loquitur per eundem prophetam. Deus appropinquans; ergo & non procul. Qui enim cælum replet & terram, nullus potest vitare eius notitiam & cordis occulta celare. Qui scrutatur corda, & renes intuspicit. *Tomo.2. Dialog aduersus Pelagia. Cap.10.fol.270.fac.2.*

Vitium inoliti mali per solum Christum tollitur Hier.17.

Hier.29. Hier.23.

Gal.3. IN his Aaron mortuo murmuratur contra Deum & Moysen. manna fastidiunt, á serpentibus vulnerãtur: & in typum saluatoris, qui verum antiquũq; serpentem in patibulo crucis triumphauit, dia-

Christus erucę de anti. quo serpente triumphauit.

Imago passionis Dominicæ. Rom 10. uit, diaboli venena superantur. Vnde & imaguncula, vere expressæque imaginis filij Dei, passionem eius intuens, conseruatur, & quod corde credit, ore pronunciat, legens illud Apostoli: corde creditur ad iustitiam, ore autẽ fit confessio ad salutem. *Tomo 3. Epist. 127. ad Fabiolam mansione 35. & 36.*

Secundus Adam peridam terrẽ diuitiarum restituit. Rom.5. HAEC est, vt diximus, terra viuentium, terra diuitiarum & bonorum Dei, quam primus Adã perdidit, & secundus Adam inuenit: immo ab illo perditam, restituit, dicente Apostolo, Regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen: sub cuius persona lex intelligitur, in similitudinem prævaricationis Adam, qui est forma futuri. *Tomo 3. Epistola. 116. Dardanum. fol. 370.*

Nouo Christi vestimento assumpto deponitur antiqua vestis Adæ. Roma.8. CVMQVE videretur extrema desperatio, immo aperta cõfessio, omnẽ hominẽ diaboli laqueis irretiri; conuersus in se Apostolus, immo homo, sub cuius persona Apostolus loquitur, agit gratias saluatori, quod redemptus sit sanguine eius, & sordes eius in baptismo deposuerit, & nouum Christi assumpserit vestimentum, & mortuo vetere homine, natus sit nouus homo, qui dicat: Mi ser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratias ago Deo per Iesum Christum Dominum nostrum, qui me de corpore mortis liberauit. *Tomo 3. Epistola. 251. ad Algasiam quæstio. 8. fol. 431 fac.1.*

Per sanguinẽ crucis pacificauit omnia Christus. Ephes.2. ILLE autem vulneratus est propter iniquitates nostras dicens in psal. foderũt manus meas & pedes, vt suo vulnere nostra vulnera curaret: & attritus est siue infirmatus propter scelera nostra & factus pro nobis maledictũ, vt nos liberaret de maledicto. Maledictus enim omnis homo, qui pendet in ligno: Vnde disciplina pacis nostræ super eum est. Quod enim nos pro nostris debebamus sceleribus sustinere, ille pro nobis passus est, pacificans per sanguinem crucis suę, siue quæ in terra, siue quæ in cælis sunt: Ipse est enim pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ, soluens inimicitiam in carne sua, & liuore eius sanati sumus. Ex quo perspicuum est sicut corpus flagellatum atque laceratum, signa iniuriæ in vibicibus, & liuore portabat, ita & animã verè doluisse pro nobis, ne ex parte veritas, ex parte, mẽdacium credatur in Christo, õnes in quit quasi oues errauimus, & indiguimus misèri cordia Dei, dicentes in Psalmo: Errauí sicut ouis perdita: quæ in Euangelij parabola, boni pastoris atque, soliciti humeris reportataest. Quæ sunt autem istæ oues, sequens versus ostendit. Homo in via sua errauit, siue vnusquisque in viam suam declinauit: vt propriũ sequeretur errorem, & rectã viam deserens, de crucifixo diuersa sentiret. Dominus autem posuit in eo iniquitatem omnium nostrum, siue tradidit eum pro peccatis nostris: vt quod propter imbecillitatem virium ferre non poteramus, pro nobis ille portaret, qui oblatus est, quia ipse voluit. *Tomo. 4. lib. 14. Commentariorum in caput 53. Esaiæ fol. 171 fac.2.*

3.Rom. Psal.118. Matth.18.

Rom.13.

HIC agnus est, in cuius typum immolabatur agnus, cuius cruor linitus in postibus, exterminatorem fugabat AEgypti: qui non solum sanguine suo nos redemit, sed & lanis operuit, vt algentes in infidelitate, sua veste calefaceret & audiremus Apostolum nobis loquentem: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. *Ibidem folio 172. facie 1.*

Psal.67. 1.Cor.9.

2.Pet.2.

Ephes.2. Colloss.2.

Eph.2.

Christus aperuit el. vsiam ianuã paradisi.

PROPTEREA accipiet gentes plurimas, qui venit prædicare captiuis remissionem, & captiuam prius à diabolo Iatquedæmoni bus duxit captiuitatem, & dedit eis dona hominibus atque credentibus: quia tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis, & iniquis reputatus est. Si enim Apostolis eius his, qui erant, sine lege factus est. quasi sine lege (cùm non esset sine lege, sed esset in lege Christi) quare non & Christus cùm iniquis reputatus sit, vt iniquos redimeret à peccato, & omnibus omnia fieret, vt omnes saluos faceret? peccata enim nostra portauit in corpore suo, ligno crucis affigens ea, vt deleret Chirographũ, quod diabolo & Angelis illius feceramus, scriptum manibus animæ, id est, operibus illius. De quibus Paulus Apostolus loquitur. Et vos cum essetis mortui in peccatis, & in desiderijs carnis, viuere fecit cùm Christo, donãs nobis omnia peccata. Et delens, quod aduersum nos erat chirographum quod erat contrarium nobis: & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, spolians principatus & potestates dehonestauit, confidenter triumphans de eis. *Ibidem fol. 163.fac.2.*

PECCATA vestra, quasi quidam in medio murus oppositus vos & Deum diuiduunt. vnde & saluator in passione sua fecit vtrumque vnum & medium parietem maceriæ soluens, inimiciti-am in sua carne destruxit: vt quos paries diuiserat peccatorum, Christi sanguis coniungeret. Qui aperuit paradisi ianuam, quæ multo tempore clausa fuerat, & igneum gladium suo cruore restrinxit: vt audiret latro: Hodie mecum eris in paradiso. *Tomo quarto libro sexto Commentar. in cap. 59. Esaiæ fo. 195. fac 1.*

Psal.13.

Omnes tegũtur umbraculo Christi.

OMNIS qui facit peccatum, de diabolo natus est, & de ramorum eius numero computatur. Illa autem volatilia fecerunt nidos in ramis eius, quæ iuxta viam euangelicam, fomentem comedẽre: siue quia omnes peccauerunt & indigent misericordia Dei: de quibus dictum est: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: Idcirco in ramis eius fecerũt nidos. Sequitur: Et sub frondibus eius genuerunt omnes bestiæ saltuum: quæ Christi mansuetudinem perdiderunt: & sub umbraculo eius habitabat cætus gentium plurium, vt nullus esset, qui non eius tegetur umbraculo: præter eum qui dixit: Ecce venit princeps mundi istius & inueniet in me nihil. Per vnum enim hominem peccatum intrauit in mundum & per peccatum mors. & sic in omnes homines mors pertransijt: in quo omnes peccauimus: & in Adam omnes morimur, cunctiq; peccauimus & indigemus gloria Dei. *Tomo quarto libro decimo Commentariorum in caput 31. Ezechielis folio 430. facie prima.*

Ioan 14. Rom.5. 1.Cor.15. Rom.3.

CVM Deus quasi quandam pulcherrimam domum seruituro sibi homini extruxerit, deprauatus homo propria voluntate, & à pueritia diligenter appositum ad malum cor eius, posuitque in cælo os suum, & exstructa turre superbiæ, meretur ad se descendentem filium Dei: vt per pœnitentiæ ruinam conscendat ad cælum, qui per tumorem superbiæ non potuit. *Tomo quinto Commentariorum in caput primũ Ioue à principio.*

Descendens filius dei liberauit nos à peccato Orti. gentili.

SI consideremus antẽ passionem CHRISTI

errores mundi & diuersorum dogmatum flatus contrarios, & nauiculam totumque humanum genus: id est creaturam Domini periclitantem & post passionem eius tranquillitatem fidei & orbis pacē, & securā conuersionem ad Deum, videbimus quo modo post præcipitationem lonæ ste terit mare à feruore suo. *Ibid. in folio 137. facie prima.*

Christi passio tranquillitatem adduxit.

EXPOSVI iuxta quod mei ingenioli patiebantur angustiæ, & primam ab Assyrijs Babilonijsque populi captiuitatem & secundam à Romanis, quia Dominum crucifixerunt, & tertiam spiritualem, qua vnusquisque nostrum cùm Adam de paradiso cecidit, & in huius mundi captiuitate versatur, de qua cum venerit Dominus eriget elisos, & soluet compeditos & captiuos quondam diaboli, reducet in possessionem suā, & complebitur sermo psalmistæ dicentis: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. *To. quinto libro primo Commentariorum in caput secundum Micheæ fol. 149. fac. 1. in fine*

De tertia spirituali captiuitate Christus nos redemit. Psal. 145.

SI quis voluerit hoc quod dicitur, congregabo eam quæ contrita fuit & ciectam suscipiam & cætera, de humana anima intelligere; quod ante aduentum Christi varijs passionibus vitijsque seruierit. & quasi erronea & morbida ouis luporum fuerit laniata morsibus, non errabit: dum tamen nouerit eam, quæ contrita fuerat & afflicta, sub Domini postea regno futuram, & victuram in Sion, & ad pristinam mortem boni pastoris humeris, reportandam. *Tomo quinto libro primo Commentar. in cap. 4. Micheæ fol. 156. fac. 2.*

Christus animam humanam reformat in veteris in ceteram.

Micheæ. 2.

IN Christianorum salutem egressus est Deus de loco suo sicut. n. Micheas loquitur: Et egreditur de suo, vt eos qui foris erant duceret in terram mansuetorum regionemque viuentium: de qua Adam fuerat expulsus: De qua egressus Cain inhabitauit in terra Naid. Sciendum autem vt supra diximus, quod vbi posuerūt Lxx. plurali numero: vt saluares Christos tuos: ibi esse in hebraico ie iesach eth meshiecha לישׁעאתמשׁיחיך, quod Aquila trāstulit in salutem cū Christo tuo: non quod Deus egressus sit vt saluaret populum: & saluaret Christum suum; sed quod in salutē populi venerit cùm Christo suo: iuxta illud Euangelij: Pater in me & ego in patre, & pater in me manens ipse facit opera mea. Sed & quinta editio similiter transtulit: Egressus est in salutem populi tui, in salutem cùm Christo tuo. *Tomo 5. comment. in cap. 3. Habacuc. folio. 202. facie prima.*

Genes. 2. Ibidem. 4. Sec. 70.

Deus in salutem populi venit cum Christo suo. Ioan. 14.

Per secundū Adamum liberatur primus.

VIDETVR mihi secundum mysticos intellectus, iste esse piscis qui primus captus est, qui in profundo maris erat & in fallis amarisque gurgitibus morabatur: vt per secundum Adam liberaretur primus, & id quod in ore eius, hoc est, in confessione fuerat inuentum, pro Petro & Domino redderetur. *Tomo sexto libro tertio Commentariorum in cap. 18. Matthæi Cano. 36. fac. 2.*

Ephes. 5.

AVDIVI quendam exposuisse Caluarię locū, in quo sepultus est Adam: & ideo sic appellatum esse quod ibi antiqui hominis caput sit conditū, & hoc esse quod Apostolus dicat: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Fauorabilis interptatio, & mulcens auré populi, nec tamē vera. Extra vrbem & foras portā loca sunt in quib. truncantur capita damnatorum & caluariæ, id est decollatorū sumpsere nomen. Propterea autem vbi, crucifixus est dominus: vt vbi prius erat area damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrij. Et quomodo pro nobis maledictum crucis factus est & flagellatus est & crucifixus: sic pro omniū salute quasi noxius inter noxios crucifigeretur. Sin autem quispiam contendere voluerit, ideo ibi Dominum crucifixum, vt sanguis ipsius super Adę tumulū distillaret: interrogemus eum, quare & alij latrones in eodē loco crucifixi sunt? Ex quo apparet Caluariam non sepulchrum primi hominis, sed locum significare decollatorum: vt vbi abundauit peccatum, superabundaret gratia. Adam verò sepultum iuxta Hebron & Arbeæ in Iesu filij Naue volumine legimus. *Tomo sexto libro quarto Commentariorum in cap 27. Matthæi Cano. 63. facie. 2.*

Vbi prius area damnatorum iam sunt erecta vexilla martyrū.

Vbi abundauit peccatū Adę superabundauit gratia Christi. Iosue 14.

QVAE sic quærebant; quæ ita currebant, merebantur obuium habere Dominum resurgentē & primū audire: Auete, vt maledictum Euę mulieris, in mulieribus subuerteretur. *Tomo sexto commentar. in cap. 28. Matthæi cano. 66 fac. 1.*

Maledictum Euæ in mulieribus per Christum subuertitur.

DEVS qui dies est in misericordia, & dies propter charitatem suam, qua dilexit hominum genus, & charitatem non simplicem sed multā, cum essemus mortui propter delicta nostra, viuificauit nos, & non solum viuificauit (parum quippe hoc erat bonitati & magnitudini eius) sed viuificauit cùm Christo Iesu vnam atque eandem vobis tribuens vitam habere cùm Christo: *Tomo sexto libro primo Com. in caput 2. ad Ephesi. fol. 168. fac. 1.*

Per Christū viuificamur.

NOS dicimus esse primū omnes homines natura filios iræ, vel propter corpus humilitatis corpusque mortis, & quod ab adolescentia mens hominum apposita sit ad malitiam, vnde & Salomō ait: Non est iustus in terra, qui faciat bonum & non peccet. vel quod ex eo tempore quo possumus habere notitiam Dei & ad pubertatem venimus, oēs aut opere, aut lingua, aut cogitatione peccemus. Eramus igitur natura filij iræ sicut & cæteri, & ōnes sancti qui ab ira sanguine Christi redempti sunt, *Ibidem.*

Genes. 8. Eccles 7.

Omnes abiecti sanguine Christi redimimur.

QVIA supra dixerat: vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi: vt confirmaret hæc ipsa dona, quę post paululum quoque enumerat, dicens: Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios euangelistas, alios pastores & magistros, & reliqua à saluatore esse donata, testimonium de sexagesimo psalmo assumsit vt sciamus illas esse manubias hominibus distributas, quas Christus victor emeruit, ascendens quippe in altum captiuam duxit captiuitatem. Nos qui nunc in Christo credimus de gentib. congregati: cū essemus creatura Dei, à diabolo capti sumus, & eius satellitibus distributi. venit igitur Dominus noster Iesus Christus, secūdum Ezechielē, vasa secum captiuitatis apportans, & operto capite (ne ab aduersarijs cognosceretur) prædicauit his qui capti erant remissionē, & qui tenebātur in vinculis, solutionē, & nos de catenis hostiū, & de cōpedibus liberauit: sicut illā in euangelio mulierē de qua ipse cōmemorat: hāc autē filiā Abrahā, quā ligauit Satanas iā decē & octò annis, nō oportuit solui de vinculo hoc in die sabbati? liberatosque nos & per nouā captiuitatē, de captiuitate veteri erutos, secū duxit in cælū. & his ipsis, quos de inimicorū manu victor eripuit, diuersa gratiarū dona largitus est. *To. 5. lib. 2. com. in cap. 4. ad Ephes. fol. 177. fac. 1.*

Ezech. 12.

Christus nos liberauit de captiuitate Diaboli.

Luc. 13.

DES-

DESCENDIT in inferiora terræ, & ascendit super omnes cælos filius Dei: vt non tantum legom Prophetasque compleret, sed & alias quasdam occultas dispensationes, quas solus ipse nouit cum patre. Neque enim scire possumus, quo modo & Angelis, & his qui in inferno, sanguis Christi profuerit, & tamen quum profuerit, nescire non possumus. Descendit quoque ad inferos, & ascendit ad cælos: vt impleret eos, qui in illis regionibus erant secundum id, quod se capere poterant. *Ibidem fol. 168. facie 1. in medio.*

Quibus profuerit sanguis Christi.

SVRGE qui dormis & exurge à mortuis & illuminabit te Christus] Scio me audiuisse quendam de hoc loco in Ecclesia disputantem: qui in theatrale miraculum, nunquam ante visam formam populo exhibuit, vt placeret testimonium hoc, inquiens: Adam dicitur in loco Caluariæ sepultus, vbi crucifixus est Dominus. Qui Caluariæ iccircò appellatus est: quod ibi antiqui hominis conditum esset caput: Illo ergo tempore, quo crucifixus est Dominus, super eius pendebat sepulchrum, hæc Prophetia completa est, dicens: Surge Adam, qui dormis & exurge à mortuis, & non vt legimus στηφώσει σοὶ χριστός, ideſt, oritur tibi Christus, sed ἐφαψεται, id est, continget te Christus: Quia videlicet tactu sanguinis ipsius & corporis dependentis viuificetur atque consurgat & nunc typum illum quoque veritate compleri, quando Elisæus mortuus mortuum suscitauit. Hæc vtrum vera sint, nec ne, lectoris arbitrio derelinquo. Certè tunc in populo dicta placuerunt, & quodam plausu ac tripudio sunt excepta. *Tom. 6. lib. 3. Com. in caput 5. ad Ephesios. fol. 187. facie 1.*

Perincarnationem Christi ista sunt vtiliter restituta.

Maledictionem primi hominis Christus tua benedictione dissoluit.

4. Reg. 13.

ANTE aduentum Christi diabolus dux itineris mortis fuit: sed postea Petro Ecclesiam sequens, est quasi canis. Vnde alibi dicit: Tu conteres caput illius & illa calcaneum meum observabit, hoc est finem vitæ vniuscuiusque. *Tomo 7. Com. in Psal. 9 fol. 8. fac. 1.*

Diabolus post mortem Christi canis non dux.

Gen. 13.

PER similitudinem, infirmus rogat, qui in lecto est, vt veniat medicus & sanet infirmitates suas. Sic & genus humanum infirmum erat, quā do iacebat in lecto, id est, in peccato. Rogabat vt veniret verus medicus, qui est Christus in carne, & sanaret languores suos. *Ibidem in Psalm. 16. fol. 16. fac. 1.*

Christus verum medicus peccati originis.

QVID per carbones, nisi bonæ naturæ genus humanum extinctum per Adam, in aduentu Christi illuminatum per Baptismum siue per pœnitentiam designatur? Extinguuntur carbones ab aqua, quæ est cupiditas: & illuminantur per gratiam, quæ est spiritus sanctus. *Tomo 7. Cō. in Psal. 17. fol. 18 fac. 1.*

In aduentu Christi genus humanum illuminatum

HIC diuinitas loquitur. Verba delictorum meorum: quia nostra peccata sua reputat. Nam in salute sua nullum est peccatum: sed à peccatore longè est salus. *Tomo 7. Comment. in Psal. 21. à principio.*

Potentia sanguinis Christi.

ET eleuamini portę æternales, id est, fides & charitas æternales dicuntur: quia ab Adam vsque ad Christum in imo iacuerunt: & ideò eleuari dicuntur. *Tom. 7. Comment. in Psal. 23. fol. 27. facie 2.*

Portæ cæli à Christo eleuatæ.

TOLLITE portas, hoc est, quia quando Adam peccauit, portæ paradysi clausæ fuerunt: & data est rōphæa ignea angelo Seraphim, vt eum custodire deberet. Sed postquam Christus venit in mundum & luctauit cū diabolo, aperuit infernū: & animas sanctorū secū eduxit: & cū angelis bonis ad cælestia remeauit; Tūc portæ paradysi, q̄ ante clausæ fuerāt, apertæ sunt. *Ibid. fol. 28. fa. 1.*

Gen. 3.

INDIGNATIO Dei fuit, quando Adā peccauit. Ira iusta vindicta intelligitur: quando cum à paradyso deiecit: Et vita in volūta te ipsius, id est, sicut per Deum iusta vindicta super ipsum Adam venit, ita per ipsum, id est, Deum, vita restituta est, quando humanitatem carnis assumpsit. *Tom. 7. Coment. in Psal. 29. fol. 34. facie. 2.*

PRIMA deprecatio est, vt misericordiam præbeat Deus, deinde benedictionem. Benedictio ergo, quæ succedit misericordiæ, talis est, vt compressa dominatione carnali, spiritum faciat triumphare. Non nostri iudex sit, sed misericors Deus, misereatur nostri: Vox Apostolorū est loquentiūad plebem degentib. congregatā, credidistis quidēad vocem nostrā. Ecce hæc Ecclesia cōgregata est in nomine Domini. Propterea nos dicimus: Deus misereatur nostri, & benedicat nobis. Maledictioné primā in homine, sua benedictione dissoluat. *Ibid. in Psal. 66 fol. 78. facie 2.*

BENEDICAT nos Deus noster. Qui Deus est omnium per naturam, noster propriè factus est, Benedicat nos Deus: Expellat veterem maledictioné, maledictio nos eiecit de paradyso, reducat benedictio. *Ibidem fol. 19. fac. 2.*

IPSE est Saluator, redemptor & pretium. Ipse redemit, ipse dat pretium sanguinem suū, vt redimeret nos de manu inimici. Captiui enim tenebamur in manu diaboli. Propterea autem ille venit & redemit nos, vt liberaret de diaboli manu. Quos redemit de manu inimici, vt destruat inimicum & defensorem. Inimicus homo superseminat zizania. Inimicus autem diabolus est. Inimicus est ipse & possessor. Propterea manu sua nos tenet: non quia diligit, sed quia odit. Quos redemit de manu inimici. Grandis maiestas, & grandis potentia sanguinis Domini, qui soluit manum diaboli. Quomodo enim sunt aliqua animalia, quæ stringunt aliquid intra se inclusum, quod dicunt, & medici & physici, vt nisi fractum fuerit à se non diuiditur, nec dimittit illud, quod intrinsecus clausum tenet: si autem missum fuerit oleum statim dissoluitur, & quod strictum fuerit dissipatur &' diuiditur in partes; sic & manum durissimam diaboli soluit sanguis Christi. Nolebat nos dimittere diabolus: Sanguinem suū fudit Dominus, quasi oleum misericordiæ, & per ipsum nos liberauit. *Tomo 7. Comment. in Psal. 106. fol. 136. facie 1.*

VT exires de Paradyso, tuo vitio factum est: vt autem redeas, misericordiæ Domini fuit. *Ibidem Comment. in Psalm. 114. folio 149 facie 2. in medio.*

Articulus X. Concupiscentiam pœnam esse & effectum peccati originalis.

QVOD si tertiam expositionem sequi voluerimus, de qua suprà dixeramus, ad animam humanā sermonem dirigi, quæ de Paradyso corruens in captiuitatem huius mundi

venerit, videbimus quod omnis cogitatio noſtra labor & dolor ſit, & cubilia noſtra plena ſint malis, & lux ipſa, q̃ videtur mixta ſit tenebris: quę que nocte tractemus in caligine compleamus.

Concupiſcentiæ inſitum malum. Quis enim noſtrum ad Deum ſanctas eleuat manus, ſine ira & cogitatione? Quis non deſiderat villas iſtius ſæculi, oblitus paſſionum Paradyſi? videas alios agros agris, & terminos iungere terminis, & paruo hominis corpuſculo rura vrbiũ non ſufficere. Propterea cogitat Dominus ſuper nos mala, de quibus noſtras eleuare nequeamus ceruices: nec ambulare rectè, quia tempus

1. Ioan. 5. peſsimũ eſt, iuxta Ioannis verba, dicentis: Mundus in maligno poſitus eſt. Idipſum ſignificat & alia in Euangelio filia Abrahã nobilis anima: q̃ Sathanas vinxerat & incuruauerat, & niſi ad aduentum Domini in ſublime erigi ante non potuit, nec ſuum ſuſcipere creatorem. Vnde Saluator ait: hanc, inquit, filiam Abrahæ q̃ alligauerat Satanas, non oportuit ſolui de vinculo iſto die ſabati? Quia ergo gloria noſtra omnis attonſa eſt, & dilatauimus raſuram & nuditatem noſtram (ſic enim in quibuſdã codicibus inuenitur) miſsi ſunt, qui nos plangerent cum Hieremia & ſumerent ſuper nos parabolam & dicerẽt

2. Cor. 12. cũ Apoſtolo: Lugebo multos; qui peccauerũt, & non egerunt pœnitentiam. Quis enim non plangat, videns humanas animas, quaſi varia ſuppellectilem à dæmonib. & diuerſis vitijs eſſe poſſeſſas? Alius dæmonum mittit fornicationis funiculum, alius auaritiæ: Ille homicidij, hic periurij lineas tendit: Pars populi Dei diuiſa eſt in funiculo, & agri quondã ſanctitatis & Paradyſi (quorum odore delectabatur Iſaac in Iacob filio ſuo)

Genes. 27. traditi ſunt Aſſyrijs, regiq̃ Babylonico. *Tomo quinto libro primo Comment. in cap. 2. Michææ, fol. 149. facie prima.*

Articulus XI. Peccatum originale non eſſe ſubſtantiam, ſed accidens, id eſt, differentiam inter naturam humanam & peccatum Originis ſiue corruptionem naturæ.

TE autem, frater liberet Deus, & ſanctum populum Chriſti, qui tibi creditus, & omnes fratres, qui tecum ſunt, & maximè Ruffinum Presbyterum ab hæreſi Origenis, & ab alijs hæreſibus & perditione earum. Si enim propter vnum verbum, aut duo, quæ contraria fidei ſunt, multæ hęreſes abiectæ ſunt ab Eccleſia: Quantò magis hic inter hæreticos habebitur, qui tantas peruerſitates, & tam mala dogmata contra fidem adinuenit, Deiq̃ue & Eccleſiæ hoſtis extitit? inter multa enim mala, etiam illud auſus eſt dicere, perdidiſſe imaginem Dei Adam, cùm hoc in nullo, penitus loco ſcriptura ſignificet. Si enim ita eſſet nunquam omnia, quæ in mundo ſunt ſeruirent ſemini Adam, id eſt, vniuerſo generi hominum: ſicut & Iacobus Apoſtolus loquitur: Omnia domantur & ſubiecta ſunt humanæ naturæ. Nunquam enim vniuerſa ſubiecta eſſent hominibus, ſi non haberent homines iuxta id, quod vniuerſis imperarent, imaginem Dei. Coniungens autem atque conſocians ſcriptura diuina gratiã benedictionis: quàm Adam donauerat, & generationibus, quæ ex eo erant, ne qui forſitan, maligna interpretatione auderent dicere, vni datam gratiam Dei, & illum ſolum factum eſſe, ad imaginem Dei: quia plaſmatus eſſet ex humo, & vxorem eius, quàm creaſſet de coſta viri: eos verò qui conciperentur in vtero, & non ita naſcerentur, vt Adam, Dei non habere imaginem,

Adam non perdidit penitus imaginem Dei, idque ſeptem teſtimonijs ſcripturæ probat. Iaco. 3.

ſtatim per ordinem iungit, & dicit: Et vixit *Gen. 43.* Adam, ducentos triginta annos, & cognouit Euam vxorem ſuam, & peperit ei filium iuxta ſpeciẽ, & iuxta imaginem eius, & vocauit nomen eius Seth. Rurſumq̃ue in decima generatione, poſt annos bis mille ducentenos, quadraginta duos, vindicans Deus imaginem ſuam, & oſtendens, quod gratia, quam dediſſet hominibus, perſeueraret in eis, ait: Ne comederitis carnem cum ſanguine: ego enim vlciſcar ſanguinem veſtrum de manu omnis hominis effundentis illum; Quia ad imaginem Dei feci hominem. Nec non poſt alteras decem generationes, vſque ad Abraham, & ab Abraham vſque ad Dauid, alias generationes quatuordecim: quæ viginti quatuor generationes ſimul faciunt, annos bis mille, centum decem & 7. Spiritus ſanctus in triceſimo Pſalmo 8. cũ quæreretur de omnibus hominibus, quod in veritate ambularent, & peccatis eſſent obnoxij, loquitur: veruntamen in imagine perambulat omnis homo. Nec non poſt Dauid etiam ſub Salomone filio eius legimus tale quiddam, ſuper Dei imagine nominatum. Dicit enim in ſapientia, *Sapi. 2.* quæ titulo eius inſcribitur: Creauit Deus incorruptum hominem, & imaginem ſuæ proprietatis dedit ei. Et rurſum poſt annos mille, centum & vndecim plus minus, in nouo legimus Teſtamento, quod non perdiderunt homines imaginem Dei. Iacobus enim Apoſto- *Iacob 3.* lus & frater Domini, cuius & ſupra meminimus, inſtruit nos, ne Originis laqueis capiamur, habere hominem, imaginem & ſimilitudinem Dei. Nam cùm de lingua hominis latiùs diſputaſſet, adiecit: inſtabile malum: In ipſa quippè, benedicimus Deum patrem, & in ipſa maledicemus homines, qui ad ſimilitudinem Dei conditi ſunt. Paulus quoque vas electionis, & qui doctrinam Euangelicam ſua prædicatione compleuit, docet nos, quod homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei conditus ſit, dicens: vir non debet nutrire comam, *1. Cor. 11.* cùm gloria & imago Dei ſit. Imaginem ſimpliciter appellans ſuo nomine, ſimilitudinem autem gloriæ appellationi ſignificans. Pro tribus igitur teſtimonijs, quæ tibi, ſi de ſcriptura ſancta reperirem, dicebas poſſe ſufficere, ecce ſeptem teſtimonia dedimus, quis ergo ſuſtinebit Origenis ineptias? vt non grauiùs aliquid loquar, & ſimilis efficiar, vel ipſi, vel diſcipulis eius, qui audent in periculo animæ ſuæ aſſerere, quodcunque eis in buccam venerit, & magis iubere Deo, & non ab eo vel orare vel diſcere veritatem. Quidam enim eorum dicunt quod imago Dei, quàm prius accepit Adam illo peccante perierit. Alij ſuſpicantur corpus, quod filius Dei habiturus eſſet, ex Maria, ipſam eſſe imaginem: Alij ſenſum, alij virtutem: Iſti baptiſma: hi, quod homo ad imaginem Dei dominetur omnib. ebriorũ more hęc vel illa ructãtes, quos

quos oportebat tantùm effugere diſcrimen, nec negare, quæ loquitur Deus: & credentes ſimpliciter ſaluos fieri, Deoq̃ue concedere donationis ſuæ certamen, & veram ſcientiam; in qua potiſsimũ parte homines condiderit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Qui hæc relinquentes multis ſe quæſtionibus implicarunt, & per hæſin cœnum peccatorum demerſi ſunt. Nos autem dilectiſsimi, credimus eis, quæ loquutus eſt Dominus: & ſcimus, quod in cunctis hominibus imago Dei permaneat, ipſiq̃ue concedimus noſſe, in qua parte homo ad imaginem Dei conditus ſit. *Tomo ſecundo Epiſtol. ſexageſima ad Ioan. Hieroſolomitanum capite 4. per totum.*

Manichæorum hæreſis eſt totam naturam humanam penitus eſſe corruptã

RECLAMABIS & dices: Manichæorum dogma nos ſequi, & eorum, qui de diuerſis naturis Eccleſiæ bella concinnant, aſſerentium malam eſſe naturam. *Tomo ſecundo aduerſus Pelagium ad Creſiphontem cap. quarto, folio 266. facie 2.*

MANICHAEORVM eſt, hominum damnare naturam. *Tom. 2. in Proœmio in Dialogos aduerſus Pelagianos.*

SOLENT hæretici, qui tamen vetus ſuſcipiunt inſtrumentum, tres naturas ex hoc loco intelligere, ſpiritualem animalem atque terrenam. Et ſpiritualem referunt ad Hieruſalem, animalem ad Samariam, terrenam ad Sodomam: quos breuiter interrogemus, quo modo tres naturæ, ſpiritualis, animalis, & terrena, quæ vtiq; inter ſe diuerſæ ſunt, vnam matrem & vnum patrem habere dicantur, quod figmento eorum non congruit. Et quo modo animalis & terrena natura, iuxta hunc eundem prophetam, reſtituantur in antiquum ſtatum, id eſt, in ſpiritualem: quod & ipſum eorum rationibus contrarium eſt. *Tom. 4. lib. 5. Com. in cap. 16. Ezechielis, folio 377. fac. 2.*

Natura cor rupta recipit ſanitatem.

PERVERSVS non dicitur, niſi qui deprauatus à recto eſt. Hoc contra hæreticos, qui quaſdam naturas introducunt, quæ non recipiunt ſanitatem. *Tomo quinto in cap. primum Eccleſiaſt. fol. 4. fac. 1.*

SI quid naturalis boni in anima tua videbatur eſſe, quod in ſimilitudinem vectium hoſtis, qui per portas ſenſuum tuarum conabãtur eruumpere, prohibere poſſet & repellere: hoc Babylonij igni ſuccenſum eſt, nec non aquam munitionis attrahe tibi. De ſermone Dei dicitur, vt circundet ſibi, quaſi murum firmiſsimum ſcripturarum doctrinam atque rationem: ne ad interiora eius poſsit hoſtis erumpere. Obtine, inquit, munitiones tuas: quicquid habes in te per naturam bonum, & optimi conditoris in te ſeruat exordium: hoc infelix anima Niniuæ in defenſionem tui tene: nec patiaris de principali cordis effluere. *Tomo quinto in cap. 3. Nahum folio 181. fac. 2.*

Natura cor rupta aliquid integritatis adhuc retinuit.

Anima per naturam tabernaculum Dei eſt Matth. 12. Nulla anima rationalis ad hoc facta eſt vt ſit habitaculũ dæmonis.

OMNIS rationabilis anima, licet per vitiũ & culpam ſuam hoſpitium facta ſit Chaldæorum, tamen per naturam tabernaculum Dei eſt. Et quanquam in Euangelio peſsimus dæmon loquatur: vadam in domum meam vnde exiui: non enim ei eſt credendum: ſiquidem nulla rationabilis creatura ad hoc facta eſt, vt habitaculum dæmonis ſit. *Tom. 5. Com. in cap. 1. Habacuc. fol. 187. fac. 1. in fine.*

VIDEAMVS animam humanam habere in ſe naturaliter aquas & fluuios, & per ſocordiam noſtram eos eſſe abſconditos & non fluere. Cùm autem ad prædicationem ſermonis Dei concuſſa fuerint, & de priori ſtatu mota, tunc erumpere, quod latebat, & in reſurrectionem potantiũ fluere. Hoc ipſum reor & illud ſignificari in Geneſi, quod fodiuntur putei á ſeruis Iſaac, quos ab Abraham factos Philiſtim terra obruerant. Quamdiu viuit Abraham, putei illius non clauduntur: illo autem mortuo, & puteis obturatis, ſi ſerui fodiant, contradicunt Philiſtim & iurgium eſt. Si verò ipſe veniat Iſaac & ſodiat puteum & inueniat aquam, Philiſtim non valent cõtradicere. *To. 5. Cõ. in ca. 3. Hab. ac. fol. 109. in fine.*

Animis hũmana in ſe habet naturaliter gratiam Dei. Gene. 26.

QVAEDAM ceciderunt ſecus viam, & venerunt volucres & cõederunt, &c.] Hanc parabolam ad comprobandam hæreſin ſuam Valentinus aſſeruit, tres introducens naturas: ſpiritualem, animalem atque terrenam, cùm his quatuor ſint: vna iuxta viam, alia petroſa, tertia plena ſpinis, quarta terræ bonæ. *Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 13. Matth. Cano. 24. facie 1.*

Abuſus ſcripturæ ad naturam planè corruptam introducendam.

Caput ſecundum, de Concupiſcentia in renatis.

Articulus primus. In renatis manere Concupiſcentiam, quàm peccati ſomitem Theologi appellant.

NOLO ſinas cogitationẽ creſcere. Nihil in te Babyloniũ, nihil cõſuſionis adoleſcat. Dũ paruus eſt hoſtis interfice: nequitia, nezizania creſcant, elidatur in ſemine. Audi Pſalmiſtã dicentẽ: Filia Babylonis miſera, beatus, qui retribuet tibi retributionem tuã, quã retribuiſti nobis: beatus, qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petrã. Quia enim impoſsibile eſt in ſenſum hominis non irruere innatũ medullarũ calorem, ille laudatur, ille prędicatur bonus, quę vt cœperit cogitare ſordida, ſtatim interficit cogitatus, & allidit ad petram: Petra autem Chriſtus eſt. O quoties ego ipſe in eremo cõſtitutus, & in illa vaſta ſolitudine, quæ exuſta ſolis ardoribus horrendũ monachis præſtat habitaculum, putabam me Romanis intereſſe delicijs. Sedebã ſolus, quia amaritudine repletus eram. Horrebant ſacco mẽbra deformia: & ſqualida cutis ſitum Aethiopicæ carnis obduxerat. quotidie lachrymæ, quotidie gemitus: & ſi quando repugnante ſomnus imminens oppreſsiſſet, nuda humo vix oſſa hærentia collidebam. De cibis verò ac potu taceo, cũ etiam languentes monachi aqua frigida vtantur, &, coctũ aliquid accepiſſe, luxuria ſit. Ille igitur ego, qui ob gehennæ mœtum tali me carcere ipſe damnaueram, ſcorpionum tantùm ſocius, & ferarũ, ſæpè choris intererã puellarũ. Pallebant ora ieiunijs, & mens deſiderijs æſtuabat in frigido corpore, & ante hominem ſua iam carne præmortuum, ſola libidinum incendia bulliebant: itaque omni auxilio deſtitutus, ad Ieſu iacebam pedes, rigabam lachrymis, crine tergebam, & repugnantem carnem hebdomadarum inedia ſubiugabã: Nõ enim erubeſco cõfiteri infelicitatis mææ miſeriam: quum potius plango, me non eſſe ep fuerim. Memini me clamantem diem crebro iunxiſſe cum nocte, nec prius à pectoris ceſſaſſe verbe-

Pſalm 136.

Animus hũmanus medullarum calor reſtinguendus. 1. Cor. 10.

verberibus, quàm rediret. Domino increpante, tanquillitas ipſam quoque cellulá meam, quaſi cogitationum mearum conſciam; pertimeſcebã, & mihimet iratus, & rigidus; ſolus deſerta penetrabam, ſicubi concaua vallium, aſpera montium, rupium prærupta cernebam, ibi meæ orationis locus; ibi illud miſerrimæ carnis ergaſtulum; & vt ipſe mihi teſtis eſt Dominus, poſt multas lachrymas, poſt cælo inhærentes oculos, nonnunquam videbar mihi intereſſe agminibus Angelorum: lætus gaudenſéque cantabam:

Cant. 1. Poſt te in odorem vnguentorum curremus. Si autem hoc ſuſtinent illi, qui exoſo corpore, ſolis cogitationibus oppugnantur: quid patitur

1. Timot. 5. puella, quæ delicijs fruitur? nempè illud Apoſtoli: Viuens mortua eſt. *Tomo primo Epiſtol. 22. ad Euſtoichium de capite tertio, fol. 56. fac. 2.*

Cupiditates penitus extirpari non poſſunt. STOICI enim, quæ Græci appellant πάθη, nos perturbationes poſſumus dicere, ægritudinem videlicet, & gaudium, ſpem & metũ, quorum duo præſentia, duo futura ſunt, aſſerunt extirpari poſſe de mentibus, & nullam fibram radicemque vitiorum in homine omninò reſidere, meditatióe & aſsidua exercitatione virtutum. Aduerſum quos & Peripatetici, qui de Ariſtotelis fonte deſcendunt, fortiſsimè diſputãt; & Academici noui; quos Tullius ſequitur, & eorum non dico res, quæ nulla ſunt, ſed vmbras & vota ſubuertunt. Hoc eſt enim, hominem ex homine tollere, & in corpore conſtitutum eſſe ſine corpore: & optare potiùs, quàm docere dicẽte Apoſtolo: Miſer ego homo, quis me liberabit

Rom. 7. de corpore mortis huius? *To. 2. aduerſus Pelag. ad Cteſiphontem cap. 1.*

Rom 7. QVID gloriatur terra & cinis? præſertim cum Apoſtolus dicat: Video aliam legem in mẽbris meis, repugnantem legi mentis meæ & ducentem me in captiuitatẽ: & iterum. Non enim,

Lex carnis repugnat rationi. quod volo, ago, ſed quod nolo, id operor. Si quod, non velit, operatur, quomodo ſtare poteſt hoc, quod dicitur; poſſe hominem ſine peccato eſſe, ſi velet? Qua ratione poteſt eſſe, cp velit, cũ Apoſtol. aſſerat ſe, cp cupiat implere non poſſe? *Ibidem folio 264. fac. 1.*

SCIMVS quod lex ſpiritualis eſt, ego autem carnalis ſum venundatus ſub peccato, quod enim operor, non cognoſco, non enim quod volo, illud operor; ſed quod odi, illud facio. Sin autem, quod nolo hoc facio; conſentio legi, quoniam bona eſt. Nunc autem nequaquam ego operor illud, ſed, quod habitat in me peccatum. ſcio enim quod non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum. Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum, nõ inuenio, non enim quod volo bonum, hoc facio; ſed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, hoc facio; nequaquaquam ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. *Ibidem Cap. quarto folio 266. facie 2.*

SIC vnuſquiſque conſideret; & amator ſui,

Iob 1. tractet incentiua vitiorum; quo modo & in ſermone, & in cogitatione, & in calore corporis ſæpè loquatur, & cogitet & patiatur quod non vult: nolo dicere, faciat: ne ſanctos viros videar accuſare; de quibus ſcriptum eſt. Erat

Luc. 1. ille homo verus, immaculatus, iuſtus Dei cultor, recedens ab omni opere malo. Et de Zacharia & Heliſabet: Erant iuſti ambo in conſpectu Dei, ambulantes in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini abſque querela. Et præceptum eſt Apoſtolis: Eſtote perfecti, ſicut pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Nun quam autem hoc Apoſtolis imperaret, niſi ſciret hominem poſſe eſſe perfectum: Niſi fortè hoc dicamus, quod recedens ab omni malo emendationem ſignificet, & de erroribus puerítiæ, & de vitijs laſciuientis ætatis tranſitum ad correctionem atque virtutes: iuſtitiam quoque, quæ in Zacharia & Heliſabet prædicatur, foris eſſe; concupiſcentiam verò, quæ nunc habitare in mentibus noſtris dicitur, verſari intrin ſecus. Sed & Apoſtolis, non pueris præcipitur, verum iam ætatis robuſtæ, vt aſſumant perfectionem, quàm & nos confitemur in ætate eſſe perfecta. Nec hęc dicentes adulamur vitijs, ſed auctoritatem ſequimur ſcripturarum, quod nullus homo ſit abſque peccato, ſed concluſit Deus omnes ſub peccato; vt omnium miſereatur; abſque eo ſolo, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Vnde & per Salomonẽ dicitur, quod ſerpentis veſtigia non inueniantur in petra. Et ipſe de ſe Dominus, Ecce, inquit, venit princeps mundi huius, & nihil in me inue nit, id eſt, ſui operis, ſuique veſtigij. Ob hanc cauſam iubetur nobis, ne exprobremus homini reuertenti à peccatis ſuis, & ne abominemur Aegyptium: quia & ipſi quondam in Aegypto fuimus: & de luto ac lateribus Pharaoni ciuitates extruximus; & quia captiui ducti ſumus in Babylonẽ lege peccati, cp in membris noſtris mora batur. *To. 3. Epiſt. 151. ad Algaſiã quæſt. 8. fol 431. fa. 1.*

PVLCHRE in oſtio contra Aquilonem locus orationis eſt: vt ſecundum Apoſtolum, oremus ſine ceſſatione, & dicamus cum Hieremia: Non fileat pupilla oculi mei: vel præſentia mala vitarecupientes, vel agentes gratias pro præteritis. Quamdiu enim in tabernaculo corporis huius ſumus: ingemiſcimus, dicimuſque. Miſer ego homo, quis liberabit me de corpore mortis huius? *Tom. 4. lib. 12. Com. in ca. 41. Ezechielis fol. 463. facie. 2.*

ET certè tres pueri peccauerunt, nec eius ætatis erant, quando ducti ſunt in Babylonem, vt propter vitia ſua punirentur. Ergo quo modo hi ex perſona populi loquuntur, ſic illud Apoſtoli, legendum eſt: Non enim quod volo, hoc ago: ſed quod nolo, illud operor, & cætera, quæ in eodem loco ſcripta ſunt. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 3. Danielis, fol. 501. fac. 2. in fine.*

ET hæc dicit, nõ quod ipſe Propheta ſic ſentiat, vt ſupra teſtatus ſum, ſed quod impatientiã humanam in ſua perſona exprimat: ſicut frequẽter videmus Apoſtolum varias hominum in ſe recipere ſententias. & nunc dicere: video autem aliam legẽ in membris meis repugnantẽ legi mẽtis meæ, & captiuãtem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Et quaſi incipiens ſit: Fratres ego non arbitror me cõprehendiſſe: & ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Ac rurſus, quaſi perfectus ſit. Quotquot ergo perfecti, hoc ſapiam': cũ vriq; nõ ſit vnius atq; eiuſdẽ, dicere ſe ex parte cognoſcere, & eſſe perfectum: ac ne forſitan putes nõ Apoſtolicæ conſuetudinis, ſed noſtræ hoc eſſe argumentũ, ipſe loquitur ad Corinthios: Hæc aũt fratres transfiguraui in me & Apollo propter vos: vt in nobis diſcatis. *Tom. 5. Com. in cap. 1. Habacuc, fol. 189. fac. 1.*

Matth. 5.

Concupiſcentia intrinſecus habitat in membris noſtris.

Rom. 11. Gal. 3. Eſaiæ 53. 1. Petr. 2. Prouer. 30.

Deut. 23. Peccatum in membris noſtris morabatur.

1. Theſſ. 5. Throm. 2.

Rom. 7.

Apoſtolus loquitur ex perſona generis humani. Rom. 7.

Conſuetudo Pauli varias hominũ in ſe recipere ſententias Rom. 7.

Philip 3.

1. Cor. 13. Philip. 3.

1. Cor. 4.

ILLIS

ILLIS illuſionibus ſe profitetur eſſe infirmatum atque repletum, quibus diabolus huma num genus allicit vt delinquat. Deus tu cognoniſti inſipientiam meam: quia lumbi mei impleti ſunt illuſionibus. Se vnuſquiſque conſideret & titillantem corporis intelligit voluptatem, & tunc poteſt dicere cum Paulo Apoſtolo. Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? & illud: Neque enim quod volo, hoc facio, ſed quod nolo. *Tomo ſeptimo Commen. in Pſalm. 37. folio 48. facie 2.*

Concupiſcẽtia titillans corporis voluptas.

Rom. 7.

Articulus II. Concupiſcentiam in renatis malum quidem, non tamen verè & propriè peccatum eſſe.

Rom 7. QVID ſibi velit, quod ad Romanos ſcribit Apoſtolus: occaſione accepta, peccatũ per mandatum operatum eſt, in me omnem concupiſcentiam. Ponamus totum teſtimonium: & ſingula Chriſti auxilio diſſerentes, quid nobis videatur, ſimpliciter iudicemus, non præiudicantes tuo ſenſui; quid velis intelligere, ſed noſtram ſententiam breuiter explicantes. Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt? abſit. Sed peccatum non cognoui, niſi per legẽ. Nã concupiſcentiã neſciebam eſſe peccatũ, niſi lex diceret, nõ cõcupiſces. Occaſione aũt accepta, peccatũ per mandatum operatũ eſt in me omnẽ concupiſcentiã, ſine lege. n. peccatũ mortuũ erat. Ego auté viuebam aliquando ſine lege: ſed vbi venit mandatum, peccatum reuixit. Ego autẽ mortuus ſum, & inuentum eſt mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc eſſe, ad mortẽ. Peccatum enim occaſione accepta per mãdatũ, ſeduxit me, & per illud occidit. Itaq; lex quidẽ ſancta & mandatum ſanctum & iuſtum, & bonum. Quod ergo bonũ eſt, mihi mors eſt? abſit. Sed vt peccatũ appareat peccatum, per bonum mihi operatũ eſt mortem: vt fiat ſupra modũ peccans peccatum per mandatum. Scimus enim, quia lex ſpiritualis eſt: ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato. quod enim operor ignoro. Non enim, quod volo, hoc ago: ſed quod odi, illud facio. Si autem quod nolo, hoc facio: conſentio legi, quoniam bona eſt. Nunc autem iam non ego operor illud quod habitat in me, peccatum. Scio enim, quod non habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum. Velle enim, adiacet mihi: perficere autem bonũ, non inuenio. Non enim quod volo, facio bonum: ſed, quod nolo malum, hoc ago. Si autem, quod nolo hoc facio: iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum. Quia mihi malum adiacet. Condelector enim legi Dei ſecundum interiorẽ hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuũ me ducentem in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Infelix ego homo quis liberabit me de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtũ Dominum noſtrũ. Quomodo medicina non eſt cauſa mortis, ſi oſtendat venena mortifera; licet his mali homines abutantur ad mortem, & vel ſe interficiant, vel inſidientur inimicis: ſic lex data eſt, vt peccatorum venena monſtret, & hominem malè libertate ſua abutentem, qui prius ferebatur impuidus, & p præcipitia labebatur, freno legis retineat, & compoſitis doceat incedere greſsibus, ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non in vetuſtate literæ, id eſt, viuamus ſub præcepto, qui prius in modum brutorum animalium di- *1. Cor. 15.* cebamus: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Quod ſi ſubintrante lege, quæ docet, quid faceræ, & prohibet, quid non facere debeamus, vitio noſtro & incontinentia feramur contra ſcita legalia: videtur lex cauſa eſſe peccati, quæ dum prohibet concupiſcentiam, quodam modo eam inflammare cognoſcitur. Secularis apud Græcos ſententia eſt: Quicquid licet, minus deſideratur. Ergo è contrario, quicquid non licet, fomentum accipit deſiderij. Vnde & Tullius de parricidarum ſupplicijs apud Athenienſes Solonem ſcripſiſſe negat, ne non tam prohibere, quàm commonere videretur. *Tomo 3. Epiſt. 151. ad Algaſiam quæſt. 8. in principio.*

Concupiſcẽtia improprié per Catachreſin dicitur peccatũ quia ad peccatum inclinat vel ex peccato orta eſt ſicuti metonymicè ſcriptura dicitur manus

Similitudine medicinæ finem & vſum leges eleganter illuſtrat.

Articulus III. Concupiſcentiam, quæ Paulo dicitur malum inhabitans, lex membrorũ vel carnis, lex peccati vel peccatum, regeneratos reos non facere.

Rom. 17. ATQVE ita fit, vt tempus intelligentię, quo Dei mandata cognoſcimus, vt perueniamus ad vitam, operetur in nobis mortem, ſi agamus negligentiùs, & occaſio ſapientiæ ſeducat nos, atq; ſupplantet, & ducat ad mortem: non cp intelligentia peccatum ſit: (lex enim intelligentiæ, ſancta & iuſta, & bona eſt) ſed per intelligentiam peccatorum atq; virtutum mihi peccatum naſcitur, quod priuſquam intelligerem, peccatum eſſe nõ noueram. Atq; ita factũ eſt, vt quod mihi pro bono datum eſt, meo vitio mutetur in malum; & vt hyperbolicè dicã, nouoq; verbo vtar ad explicandũ ſenſum meum, peccatũ, quod priuſquã haberem intelligentiam abſq; peccato erat, per præuaricationem mandati incipiat mihi eſſe peccantiùs peccatum. *Tomo tertio Epiſtola 151. ad Algaſiam quæſtione octaua folio. 430. facie ſecunda.*

Ante conſenſum concupiſcentia non eſt peccatum.

Articulus IIII. Concupiſcentiam renatis, non conſentientibus & viriliter per Ieſu Chriſti gratiam repugnantibus non nocere.

PRIVS quæramus, quæ ſit iſta concupiſcentia de qua lex dicit: Non concupiſces. Alij putant illud eſſe mandatum, cp in decalogo ſcriptũ eſt: Non concupiſces rem proximi tui. Nos autem per concupiſcentiam omnes perturbationes animæ ſignificatas putamus, quibus mœremus & gaudemus, timemus & concupiſcimus. Et hoc Apoſtolus vas electionis, cuius corpus templum erat ſpiritus Sancti, & qui dicebat: an experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus? Et in alio loco: Chriſtus nos redemit: Et iterum viuo autem iam non ego, viuit verò in me Chriſtus: non de ſe loquitur, ſed de eo, qui vult póſt peccata agere pœnitentiam: & ſub perſona ſua, fragilitatem deſcribit conditionis humanę: quæ duorum hominũ, interioris & exterioris, pugnantium inter ſe, & bella perpetitur.

Exod. 20.

Actor. 9.

2. Cor. 13.

Galat. 3.

Inte-

Interior homo consentit & scriptæ & naturali lege, quod bona sit, sancta, & iusta & spiritualis. Exterior, ego, inquit, carnalis sum venundatus sub peccato. Quod enim operor, nescio & non, quod volo, hoc ago; sed quod odi. Si aût exterior facit, quod non vult, & operatur quod odit; ostendit bonum esse mandatum, & non se operari quod est malum, sed habitans in sua carne peccatum, hoc est, vitia corporis & desideria voluptatis, quæ propter posteros & sobolem insita est humanis corporibus, & si fines fuerit egressa, vertitur in peccatum. Se vnusquisque cõsideret & accusator sui, tractet incõtiua vitiorũ, quomodo & in sermone & in cogitatione. & in calore corporis sæpè loquatur, & cogitet & patiatur, quod non vult: nolo dicere faciat: ne sanctos viros videar accusare. *Tomo 3. Epist. 151. ad ad Algasiam quæst. 8. folio 430. fac. 2.*

Rom 7.

Concupiscentia si fines non egrediatur, nõ vertitur verè in peccatũ.

DIXI supra, hoc ipsum & aduersum carnem posse intelligi: quod imminutæ sint vires eius in aduentu Christi, & contemptibilis sit animæque subiecta imperio, & frustra erigatur, cùm habitet in cauernis petræ, vel sensibus vel cogitationibus, & velit dominari animæ exaltans solium suum, nec opera sua credens posse superari. Cui dicitur: quod quamuis se erigat, & Aquilę imitetur excelsa, multosque sanctorum deceperit, tamen à Domino superata sit, atque deiecta. *Tom. 5. Com. in cap. 1. Abdiæ folio 128. fa. 2.*

Matth. 13.

Carnis vires contra spiritum in Christi aduentu sunt imminutæ.

Articulus V. Concupiscentiã carnis, mortem aliasque pœnas in baptizatis ad Agonem esse relictas.

FIDELIS anima tentationibus varijs fatigata, meritò se intus foris que morte simili attritam deplorat. Quia foris persecutionibus, & intus angustijs lacerari se non ignorat. Sæpè enim foris flagellis atterimur, & intus carnali suggestione fatigamur. Vnde nunc Hieremias in præsenti lamentatione deplorat, dicens: Foris gladius interficit, & domi mors similis est. Foris enim gladius interficit, cùm nos externis feriens vindicta conficit. Sed domi mors similis est, quia & flagella quidem sustinet, & tamen intus conscientia à tentationis sordibus consentiendo munda non est. *Tom. 4. lib. 1. Com. in Lamentatio. Hier. cap. 1. fol. 312. facie 1.*

Intus carnali suggestione fatigamur.

IPSE auersa captiuitate vitiorum, erexit nos in libertatem virtutum. De qua captiuitate dicit: Iam redempti sumus de peccato Adæ: sed tamen adhuc in captiuitate detinemur, quia nõ est integra libertas: quia dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino. Et item dicit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Sed in die iudicij quando inimica destruetur mors, tunc erit vera redemptio.

2. Cor. 5. Rom 7. Non est integra libertas.

Post diem iudicij erit plena libertas & redemptio.

1. Cor. 15.

Caput tertium, de gratia & libero arbitrio.

Articulus I. Liberum arbitrium non esse rem de solo titulo, aut titulum sine re.

IPSE est, qui accepto limo de terra, plasmauit hominem, & per gratiam propriæ insufflationis animam donauit rationabilem, & liberi arbitrij, nõ partem aliquam suæ naturæ, iuxta quosdã, qui hoc impiè prædicant, sed propriam conditionem. Et de sanctis Angelis æquè credunt, secundum diuinam scripturam de cælo dicentem. Qui facit angelos suos spiritus & ministros suos ignem vrentem: de quibus credere, quod immutabilis naturæ sint, non cõcedit nobis scriptura, dicens: Angelos quoq; qui non custodierunt suum principatũ, sed dereliquerunt proprium domicilium in iudicium magni Dei, vinculis æternis in tenebris custodiuit: quia imitati sunt; & ex propria dignitate & gloria, magis in dæmonum ordinẽ abisse eos cognouimus. *Tom. 2. epist. 61. ad Pammachium cap. 5. in principio.*

Anima libera arbitrij nobis donata

Psalm. 103.

Iudæ 1.

DICIS animam non esse de Dei substantia Pulchrè: damnas enim impiissimum Manichęũ, quem nominare pollutio est. Dicis ex angelis animas non fieri, acquiesco paulisper: licet nouerim, quo sensu dixeris. Qui ergo didicimus, quid neges; volumus scire, quid credas. Accepto, inquis, de terræ limo plasmauit Deus hominem, & per gratiã proprię insufflationis animã donauit rationabilem, & liberi arbitrij, non partem aliquam suæ naturę (iuxta quosdã, qui hoc impiè prædicant) sed propriam conditionem. *Ibidem cap. 6. in principio.*

Genes. 2.

NOLI despicere bonitatem figuli tui, qui te plasmauit, & fecit vt voluit. Ipse est Dei virtus, & Dei sapientia, qui in vtero virginis ædificauit sibi domum. Ineptè inter viros sanctos Apostoli voce numeratus, meretricis est filius. Sed audi, ex Rebecca & Isaac Esau genitus hispidus, tam mente, quàm corpore, quasi bonum triticum in lolium auenasque degenerat. quia non in seminibus, sed in voluntate nascentis causa est vitiorum atque virtutum. *Ibidem cap. 6. in fine.*

Hebr. 11. Gen. 25.

In voluntate causa est virtutum et vitiorum.

FRVSTRA blasphemas, & ignorantium auribus ingeris, nos liberum arbitrium condẽnare: Damnetur ille, qui damnat. *Tom. 2. aduersus Pelagium ad Ctesiphontem ca. 4. fol. 267. fac. 1.*

Scholia fol. 602. facie. 1.

MANICHAEORVM est, hominũ damnare naturam, & liberum auferre arbitrium & aditorium Dei tollere. *Tom. 2. in Proœmio in Dialogos aduersus Pelagianos fol. 268.*

Manichæi tollunt liberum arbitrium.

VOLVNTAS in homine, non natura damnatur. *Tom. 3. Epist. 128. ad Fabiolam, fol. 365.*

QVEM hostis persequitur, ad muros vrbium confugit. Fessus viator, tam sole, quàm puluere, vmbrę quærit solatium. Si sęuissima bestia hominis sanguinem sitiat, cupit & nititur, vtcumque poterit præsens vitare discrimen. Ita & homo à principio conditionis sue Deo vtitur adiutore: & cum illius sit gratiæ, quod creatus est; illiusque misericordiæ, quod subsistit & viuit; nihil boni operis agere potest absq; eo: qui ita cõcessit liberum arbitrium, vt suam per singula opera gratiam non negaret: ne libertas arbitrij redundaret ad iniuriam conditoris, & ad eius contumaciam, qui ideò liber conditus est, vt absq; Deo nihil se esse nouerit. Quod autem dixit in generatione & generatione, omnia significat tẽpora, & ante legem, & in lege, & in Euangelij gratia, vnde & Apostolus dicit: Gratia saluati estis per fidem: & hoc non ex vobis, sed ex dono Dei. Et omnes epistolæ eius in salutationis principio non prius pacem habent, & sic gratiam, sed ante gratiam, & sic pacem, vt donatis nobis peccatis nostris, pacem Domini consequamur. *Tom. 3. Epistola 139. ad Cyprianum fol. 389.*

Liberũ arbitrium concurrit cum Dei gratia in singulis operibus.

Ephes 2.

QVI

QVI diuisit eis substantiam. Significantius in Græco legitur, καὶ διεῖλεν τοῖς τῷ βίῳ, id est, dedit eis liberum arbitrium, dedit mentis proprię libertatem, & vt viueret vnusquisq; non ex imperio Dei, sed obsequio suo, id est, non ex necessitate, sed ex volũtate, vt virtus haberet locum, vt à cæteris animantibus distaremus, dum ad exemplum Dei, permissum est nobis facere, quod volumus, vnde & in peccatores æquum iudicium; & in sanctos & iustos, iustum præmium retribueretur. *Tom. 3. epistola 147. ad Damasum, Folio 407.*

Libertas arbitrij nobis data vt virtus haberet locum, & à bestijs distinguereмur.

Genes. 2.

SOLVS Deus est, in quem nõ cadit peccatum: cætera cùm sint liberi arbitrij, iuxta quod & homo ad imaginem & similitudinem Dei factus est, in vtranq; partem possunt suam flectere voluntatem. *Ibid. Fol. 411. facie 1.*

NOMINIS Christi in omni loco bonus odor sumus Deo: & prædicationis nostræ longè latèque spirat fragrantia. Sed quia homines suo arbitrio derelicti sunt: Neque enim bonum necessitate faciunt, sed voluntate; & credẽtes coronã accipiant, increduli supplicijs mancipentur: Ideo odor noster, qui per se bonus est, virtute eorum vel vitio, qui suscipiunt, siue non suscipiunt, in vitam transit aut mortem: vt qui crediderint, salui fiant; qui verò non crediderint, pereant. *Tom. 3. epist. 150 ad Hedibiam, quæst. 11.*

Non agimur necessitate sed voluntate.

SI volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis: si nolueritis, & non audieritis: &c] Liberum seruat arbitrium: vt in vtranque partem non in præiudicio Dei, sed ex meritis singulorum, vel pœna, vel præmium sit. *Tom. 4. li. 1. Comment. in cap. 1. Esaiæ, Fol. 5. facie 1.*

Finù dati liberi arbitrij.

ET quid sibi velit quod infertur iuxta eosdẽ LXX. Laborasti in commutatione ab adolescentia? Quæ est ista commutatio? vtique de bono in malum. Ex quo perspicuũ est natura bonos, voluntate malos fieri. Denique infertur: Homo in semetipso errauit, non natura, sed mentis arbitrio. *Tom. 4. Commentar. in caput 47. Esaiæ, Folio 153. facie 2. in fine.*

QVOD autem peccatis vnusquisque venundatur, dum proprio arbitrio derelicti, nostra voluntate, vel ad bonum, vel ad malum ducimur, & Paulus Apostolus docet: Ego autem carnalis sum, venũdatus sub peccato. Qui enim facit peccatum, seruus est peccati. Et quomodo auari atque raptores serui sunt mãmonæ: sic omne peccatũ dominatur peccatoribus, Quibus dicitur: Non regnet peccatum in mortali vestro corpore, vt autem sciatis non à me repudiatam matrẽ vestram, sed voluntate propria recessisse: post multa beneficia humanum corpus assumpsi, & nequaquam per Prophetas, sed præsens locutus sum. *Tom. 4. lib. 13. Commentar. in cap. 50. Esaiæ, Fol. 159. facie 2.*

Rom. 7. Ioan. 8.

Rom. 6.

IMMOLARE bouem, mactare arietem, afferre sacrificium, tura succẽdere: quæ ita habet Deus, quasi homicidium & oblationẽ canis: & suillum sanguinem, atq; blasphemiã ipsi elegerunt, & vt talia colerent, eorum arbitrij fuit, iuxta quod dicit per Ezechiel. Dedi eis iustificationes non bonas, & præcepta nõ bona, & in vijs inquit suis ambulauerunt, non in via Domini, & abominationes suas anima eorum voluit: vt amatores magis essent sui, quàm amatores Dei. Quam ob causam illis eligentibus vias suas, & non eum qui dicit: Ego sum via, & Dominus elegit illusiones siue illusores eorum. *Tomo quarto, libro decimo octauo Commentariorum in cap. 66. Esaiæ, Fol. 222. facie secunda.*

Ezech. 20. Sec. 70.

Electio boni vel mali est nostri arbitrij.

PERGA Mad sacerdotes, & ad eos, qui præsunt populo, & loquar eis: Ipsi enim voluntatem Domini, cognouerunt, & sciunt iudicium Dei sui. Hoc autem dicit sermone dubitantis, iuxta illud Euangelicum: Mittam filium meum, forsitan ipsum reuerebuntur: vt ex ambiguitate sententiæ, & suspensione verborum, liberum hominis monstraretur arbitrium. *Tom. 4. libr. 1. Comment. in cap. 5. Hier. Fol. 242. fac. 1.*

Matth. 21.

Liberum hominis arbitrium.

QVODQVE sequitur! Et timorem meum dabo in corde eorum, vt non recedant à me. hic liberum donat arbitrium, vt tamen ipse timor, qui tribuitur, gratia permaneat largitoris. *Tomo quarto, libro sexto Commentariorum in cap. 32. Hierem. Fol. 306. facie 1.*

Timor subsistit cum libero arbitrio.

NE contristaris ait, si te audire noluerint. Ic circò te non audient, quia me audire contemnent: iuxta quod & Saluator aiebat: Qui vos non recipit, me non recipit. In quo apertè liberum monstratur arbitrium. Et duæ redduntur causæ, quare non audiant: quia peruersæ, inquit, sunt voluntatis, & attrita fronte: siue vt LXX. verterunt: contentiosi sunt, & subaudiatur, quod sæpe ad salutem prouocati, noluerunt audire. *Tom. quarto, libro primò Comm. cap. 3. Ezech. Fol. 337. facie 1.*

Matth. 10. Aperta probatio liberi arbitrij.

PROPTEREA, inquit, irritauerũt me, & recesserunt à me: quia noluerunt audire me, dum liberum homini seruatur arbitrium: & fecerũt omnia, quæ ne facerent lege præcepi: statim desperantes salutem, & mussitantes contra Moysen. Deique repromissionibus dissidentes. *Tomo quarto, libro sexto Commentariorum in cap. 20. Ezech. Fol. 389. facie 2.*

Liberum hominis seruatur arbitrio.

DICITVR quod agat vnusquisq; quod vellt, & sibi rectum esse videatur, atque in diuersa libero homines ferantur arbitrio, & vana sint vniuersa sub sole: dum inuicem nobis in bonorum & malorum finibus displicemus. *Tom. quinto in caput primum Ecclesiastis, Folio tertio, facie secunda.*

Homines in diuersa ferũtur libero arbitrio.

QVIA dixi ac præcepi. Non des ostium tuum, vt peccare facias carnem tuam, & quæras varias excusationes. Hoc nunc infero: quoniam in somnio vitæ istius, & in imagine vmbræ nubis qua viuimus, multa possumus inuenire, quę nobis verisimilia videantur, & nostra excusare peccata. Propterea admoneo, vt id solùm caueas: ne putes absentem Deum, sed eum timeas, & scias cunctis operibus tuis adesse præsentem: teque liberi arbitrij conditum non cogi, sed velle quod facias. *Tom. 5. Com. in cap. 5. Eccles. Fol. 14. fac. 1.*

Homo cùm sit liberi arbitrij non cogitur.

QVAERITVR si capiente, & tollente, & tenente Deo, nullus de manibus eius potest eripere, iuxta illud quod scriptum est: Nemo potest rapere de manu patris mei: quo modo Iudas de manu Dei proditione sit raptus? ad quod breuiter respondebimus, nullum posse rapere de manu Dei, posse autẽ eum qui tenetur, propria voluntate de manu Dei excidere. *Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 5. Oseæ, Fol. 50. facie 2.*

Lucæ 10.

SI vobis placet (homines enim estis, & semel libero arbitrio vos creaui, quibus & in eremo locutus sum: si audieritis me, quæ bona sunt terræ comede-

comedetis)pro hac assumptione,qua obieci vni uersum hominum genus, & vos mihi in peculia rem elegi gregem,& creator omnium volui par uum habere funiculum: Reddite mihi mercedem meam,id est,mea præcepta seruate. Sin autem non vultis mercedem reddere: nec placet in oculis vestris meo censeri nomine: apertè renuite & facite quod vultis. Qui tunc quidem respondерunt Moysi: Omnia quæcunq; dicit Dominus faciemus. *Tom.5.lib.3.Comm.in cap.11.Zachariæ, Fol.162.facie2.*

Esaiæ 1.

Arbitrio libero effici mur filij Dei

SI Dei præcepta custodiens, filius quis efficitur Dei: ergo non est natura filius, sed arbitrio suo. *Tomo sexto, libro 1.Commentarior. in cap.5. Matthæi, in fine.*

Hier.23.

ET peregrè profectus est, non loci mutatione. Nam Deus vndè abesse potest, quo complentur omnia? & qui dicit per Hieremiam: Ego Deus appropinquans, & non de longinquo, dicit Dominus. Sed abire videtur à vinea, vt vinitoribus liberum operãdi arbitrium derelinquat. *Tom.6.libro 3.Commentariorum in cap.21.Matthæi, ad none 46 facie 1.*

Vinitoribus liberum operandi arbitrium relictum. Lucæ 10.

PORRO quod iungitur: verebuntur fortè filium meum: non de ignorantia venit, Quid enim nesciat paterfamilias, qui hoc loco Deus pater intelligitur? sed semper ambigere dicitur Deus, vt libera voluntas homini reseruetur. *Ibidem.*

Libera hominis voluntas reseruatur.

QVOD si iuxta allegoriam, vt supra diximus, vxor in corpore accipitur, vir in animo, nihil incongruum est timere eam, vt ancillam virum in secundo gradu, & in viliori substantia constitutam. Animi quippe (vt ait Crispus) Imperio, corporis seruitio magis vtimur. *Tom.6.libro 3.Comm.in cap.5.ad Ephes.in fine.*

Articulus II. Liberum arbitrium, quantumuis per prævaricationem Adæ viribus attenuatum, & inclinatum, non tamen penitus amissum esse aut extinctum.

Legis naturalis ardor nõ restinctus sed de parua scintilla magna suscitauit incendia. Lucæ 12.

LIMVM quoque fumigans non extinguet: populum de gentibus congregatum, qui extincto legis naturalis ardore, fumi amarissimi, & qui noxius oculis est, tenebrosæque caliginis inuoluebatur erroribus, quem non solùm non restinxit, & redegit in cinerem; sed è contrario de parua scintilla, & penè moriente, maxima suscitauit incendia, ita vt totus orbis arderet igne Domini Saluatoris, quem venit mittere super terram; & in omnibus ardere desiderat. *Tom.3. epist.151.ad Algasiam, quæst.2.*

HABENT ex prima Dei cognitione etiam hi qui se vitijs manciparunt occasionem cognoscẽdi Deum: quasi robustissimos vectes, quibus oppilent & claudant portas sensuum. *Tom.5.Com. in cap.3.Nahum, Fol.181.fac.2.in fine.*

VIDEAMVS animam humanam habere in se naturaliter aquas & fluuios, & per socordiam nostram eos esse absconditos, & nõ fluere. Cùm autem ad prædicationem sermonis Dei concussa fuerint, & de priori statu mota tunc erumpere, quod latebat & in refectionem potentiũ fluere. Hoc ipsum reor, & illud significare in Genesi, quod fodiuntur putei à seruis Isaac, quos ab Abraham factos Philistim terra obruerant. Quamdiu viuit Abraham, putei illius non clauduntur. Illo autem mortuo, & puteis obturatis, si serui fodiant, contradicunt Philistim, & iurgium est. Si verò ipse veniat Isaac, & fodiat puteum, & inueniat aquam, Philistim non valent contradicere. *Tom.5.Commentariorum in cap.3. Habacuc. Fol.200 facie 1 in fine.*

Genes.26.

PERSPICVVM sit natura omnibus Dei inesse notitiam, nec quẽquam sine Christo nasci, & non habere semina in se sapientiæ & iustitiæ, reliquarumque virtutum. vnde multi absque fide, & Euangelio Christi, vel sapienter aliqua faciunt vel sanctè: vt parentibus obsequantur, vt inopi manum porrigant, non opprimant vicinos, non aliena diripiant; magisq; iudicio Dei obnoxij fiant: quod habentes in se principia virtutum, & Dei semina, nõ credunt in eo, sine quo esse non possunt. *Tom.6.lib.1.Commentar. in cap.1. ad Galatas. Fol.123.facie 2.*

Semina omnium virtutum insunt omnibus naturaliter.

Articulus III. In potestate hominis esse, facere vias suas malas.

DIFFICILE est, quin potius impossibile, perturbationum initijs carere quempiam, quas significantius Græci προπαθείας vocant: nos vt verbum vertamus è verbo, antepassiones possumus dicere; eo quod incentiua vitiorum omnium titillent animos; & quasi in meditullio nostrum iudicium sit, vel abijcere cogitata, vel recipere. Vndè & naturæ Dominus in Euangelio loquebatur: De corde exeũt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Ex quo perspicuum est, iuxta alterius libri testimoniũ, procliuius esse cor hominis à pueritia ad malum, & inter opera carnis & spiritus, quæ Apostolus enumerat, mediam animam fluctuare, nunchæc, nunc illa cupientem. *Tomo primo, epistola 9. ad Saluian. cap.5.in medio.*

Matth.15.

Genes.8.

Inter operа carnis & spiritus media anima fluctuat Galat.3.

ILLVD quod in Euangelio dicitur: Non potest arbor bona facere fructus malos: nequaquã refertur ad naturæ proprietatem, vt hæretici volunt, sed ad mentis arbitrium. Denique infertur: aut facite arborem bonam, & fructus eius bonos. Ex quo perspicuum est, vnumquemque propria voluntate facere animæ suæ bonam & malam arborem, cuius fructus varij sunt. *Tomo 4.lib.13.Commentariorum in caput 55.Esaiæ, Folio 181. facie 2.in fine.*

Matth.7.

Propria hominis voluntas.

Articulus. IIII. Liberum hominis arbitrium non subesse fato.

SVPERFLVVM reor, te monere contra auaritiam; cùm generis sit tui, & habere & calcare diuitias: & Apostolus doceat auaritiam esse idolorum cultum, Dominusque respondeat sciscitanti: Magister bone, quid boni faciens, vitam æternam possidebo? Si vis esse perfectus, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis, & veni sequere me. Apostolici fastigij est, perfectęq; virtutis, vendere omnia, & pauperibus distribuere, & sic leuem, atq; expeditum cum Christo ad cælestia subuolare. Nobis, imo tibi, diligens credita est dispẽsatio: quanquam in hoc omniætati, omniq; personę libertas arbitrij relicta sit. Si vis, inquit, esse perfectus. Non cogo, non impero, sed propono

Ephes.5. Matth.29.

propono palmam, ostendo præmia: tuum est eligere, si volueris in agone, atque certamine coronari. *Tom.1.epist.8.ad Demet.c.7.circa medium.*

Omni personæ arbitrij libertas relicta absque coactione.

SI vis, inquit, perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Si vis perfectus esse. Semper grãdia in audientium ponuntur arbitrio, & ideo virginitatem Apostolus non imperat, quia Dominus disputans de eunuchis, quiscastrassent propter regna cælorum, ad extremum intulit. Qui potest capere, capiat. Non est enim volentis neque currentis sed miserentis Dei. Si vis perfectus esse. Non tibi imponitur necessitas, vt voluntas præmium consequatur. *To.1.epist.26. ad Pammachium fol.71 facie 1.*

1.Cor.7.

Rom.9.

LIBERI arbitrij nos condidit Deus; nec ad virtutes, nec ad vitia necessitate trahimur. Alio quin vbi necessitas est nec damnatio, nec corona est. Sicut in bonis operib. perfector est Deus: non est enim volentis, neque currentis, sed miserentis & adiuuantis Dei, vt peruenire valeamus ad calcem: sic in malis atque peccatis semina nostra sunt incentiua, & perfectio Diaboli. *Tom.2.lib.2.contra Iouinianum cap.2.*

CRITO ergo si non fecimus quod præcipit; aut voluit nos adiuuare Deus, aut noluit. Si voluit & adiuuit, & tamen non fecimus, quod voluimus: non nos sed ille superatus est. Si autem noluit adiuuare: non est culpa eius, qui voluit facere sed illius, qui adiuuare potuit, & noluit facere. Atti: Non intelligis διλημμα tuũ in grande blasphemiarum decidisse baratrum: vt ex vtraque parte aut inualidus sit Deus aut inuidus: & non tantum ei laudis sit, quod bonorum auctor est, & adiutor, quantũ vituperationis, quod mala non coércuit. Detrahatur ergo illi, cur diabolum esse permiserit, cur passus sit & hucusq; patiatur quotidie aliquid in mundo mali fieri. Quærit hoc Marcion, & omnes hæreticorum canes, qui vetus laniant testamentum & huiusce modi syllogismum texere consueuerũt. Aut sciuit Deus hominem in paradiso positum, preuaricaturum esse mandatum illius; aut nesciuit. si sciuit: non est in culpa is, qui præscientiam vitare non potuit: sed ille qui talem condidit, vt Dei non posset scientiam deuitare. Si nesciuit: cur præscientiam tollis, aufers & diuinitatem. hoc enim genere in culpa erit qui elegit Saul futurum postea regem impiissimum. & Saluator aut ignorantiæ, aut iniustitię tenebitur reus, cur in Euangelio sit locutus: Nonne vos duodecim ego elegi Apostolos, & vnus de vobis diabolus est? interroga eum cur Iudam elegerit proditorem; cur ei loculos commiserit, quem furẽ esse non ignorabat. Vis audire rationem Deus præsentia iudicat, non futura: nec condemnat ex præscientia, quem nouerit talem fore, qui sibi postea displiceat: sed tantæ bonitatis est & ineffabilis clemẽtiæ, vt eligat eum, quem interim bonum cernit, & scit malum futurũ, dans ei potestatem conuersionis & pœnitentiæ: iuxta illũ sensum Apostoli: Ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? secundum duritiã autem tuam & impœnitens cor thesaurizas tibi irã in die irę & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius. Neq; n. ideo peccauit Adam, quia Deus hoc futurũ nouerat; sed præsciuit Deus, quasi Deus, q; ille erat propria voluntate facturus. Accusa ergo Deum mendacij, quare dixerit per Ionam: Adhuc tres dies & Niniue subuertetur. Sed respondebit tibi per Hier. Ad summam loquar contra gentẽ & regnum, vt eradicẽ, & destruam, & disperdã illud. Si pœnitentiam egerit gẽs illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam: agã & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui vt facerẽ ei. Et ad summam loquar de gente & regno vt ædificem & plantem illud: si fecerit malum in conspectu meo vt non audiat vocem meam: pœnitentiã agam super bono, quod locutus sum vt facerẽ ei. Indignabatur quondam & Ionas, cur Deo fuerit iubente mẽtitus: sed iniusti mæroris arguitur, malens cum pernicie innumerabilis populi verum dicere, quam cum tantorum salute mentiri. Ponitur ei exemplũ, Tu doles super hedera, siue cucurbita, in qua nõ laborasti: neq; fecisti vt cresceret, quæ sub vna nocte nata est, & vna nocte perijt: & ego non parcam Niniuæ ciuitati magnæ, in qua sunt plus, quam centum viginti millia hominum, qui nesciũt quid sit in dextram & sinistram suam. *Tom.2.libro 3. Dialogorum aduersus Pelagianos capite primo Folio 293.facie 2.*

Liberum arbitrium non tollitur per præscientiã Dei.

Rom.9.

Hier.18.

Ioña.4.

DVAS quæstiunculas tuæ litteræ præferebãt: vnam quare à Deo sit induratum cor Pharaonis, & Apostolus dixerit: Non volentis, neque currentis sed miserentis Dei: & cætera quę liberum arbitrium videntur tollere: Alteram, quo modo sancti sint, qui de fidelibus, id est, baptizatis nascuntur, cum sine dono gratiæ postea acceptæ & custoditę, salui esse non possint. Primæ in lib. περὶ ἀρχῶν, quos nuper Pãmachio nostro iubente interpretatus sum, Origenes fortissimè respondet. *To.3.epist.153. ad Paulinum Folio 449. facie prima.*

Exod.4. Ioan.17. Rom.9.

Origenes respondet obiectioni contra concordiam liberi arbitrij & prædestinationis.

SIMVL fati quæstio soluitur, ac necessitatis vincula atque causarum, quod nequaquam dies mortis singulis præstitura sit: sed volũtate Dei, & ignotis mortalibus causis, vel viuat aliquis, vel moriatur: Præsertim cum & statuto nunc mortis necessitas differatur, & post mortem resuscitatos plurimos legerimus. *Tom.4.lib.11.Cõmentariorum in cap. trigesimæ octauum Esaiæ Fol.128. facie secunda.*

ANNOTANDVM quod aduersariæ potestates non eã incuruauerint, nec vim fecerint, vt prius erecta inclinaretur in terram: sed proprio arbitrio dereliquerint. Illa autẽ voluntate sua posuerit ceruices vel dorsũ siue totum suũ corpus, non intus sed fóris, his qui eam conculcauerint. Tale quid & in Euangelio legimus: quod decem & octo annis Satanas incuruauerat mulierem, quam Dominus ad statum pristinum erexit vt posset dicere: Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Et ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælo. *Tom.4.lib. 14.Com.in cap.51.Esaiæ Fol.167.facie 1.*

Proprio arbitrio velitis à Satana cogi non possumus.

Luc.13. Psal.120& 122.

INCREDIBILIS in hoc loco Dei clementia demõstratur: de quibus supra dixerat. Posui. n. faciem meam super ciuitatem hanc in malũ & nõ in bonũ: in manu Regis Babylonis tradetur & exuret eam igni: iam Dominí ingruente sapientia, eos prouocet ad salutem. Non quod ignoret vrbem Hierusalem esse capiẽdam: sed quod liberũ homini seruetur arbitriũ: vt nõ ignorantia futuri, sed voluntate propria videãtur perire.

Liberum hominis seruatur arbitrium vt voluntate propria videatur perire.

Matt. 26. Quo modo & Saluator sciebat Apostolum negaturum, & se esse crucifigendum: quippe qui huc Apostolis sæpè prædixerat, & nihilominus commonebat, volens eos corrigere ad pœnitentiam: vt quicquid sibi postea sustinuerunt, suo vitio eis acciderit, non duritia comminātis. *To. 4. lib. 4. Commentariorum in cap. 21. Hieremiæ, Fol. 275. fac. 2.*

ABVTVNTVR hoc loco, qui diuersas naturas introducunt, dicentes: Si plantatio, quam nō plantauit pater, eradicabitur: ergo quam plantauit ille, non potest eradicari. Sed audiant illud Hieremiæ: Ego vos plantaui vineam verā, quomodo versi estis in amaritudinem vitis alienæ? plantauit quidem Deus, & nemo potest eradicare plantationem eius. Sed quoniam ista plātatio in volūtate proprij arbitrij est nullus alius eam eradicare poterit, nisi ipsa præbuerit assensum. *Tom. 6. lib. 2. Commentar. In cap. 15. Matth. Canone 30. fac. 2.*

Plantatio bona in voluntate proprij arbitrij est.

DE corde exeūt cogitationes malæ.] De corde, inquit, exeunt cogitationes malę. Ego animę principale non secundum Platonem in cerebro, sed iuxta Christum in corde est: & arguendi ex hac sententia sunt, qui cogitationes à Diabolo immitti, putant, & non ex propria voluntate, diabolus adiutor & incensor malarum cogitationum potest esse, auctor esse non potest. Sin autem semper in insidijs positus, leuem scintillam suis fomitibus inflammarit, non debemus opinari cum cordis quoque occulta rimari, sed ex corporis habitu & gestibus æstimare quid versemus in trinsecus verbi gratia, si pulchram mulierem nos crebro viderit inspicere, intelligit cor amoris iaculo vulneratum. *Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 15. Matthæi Cano: 31. facie 1.*

Malæ cogitationes ex ex propria nascuntur voluntate.

FORMIDOLOSA sententia, si iuxta nostram mentem sententiam Dei flectitur atque mutatur. Si parua fratribus non dimittimus, magna nobis à Deo non dimittentur. *Tom. 6. lib. 3. Com. in cap. 18. Matt. in fine.*

Per liberum arbitrium sententia dei flectitur & mutatur.

QVI diuersas naturas conantur introducere, & dicunt Iudam proditorem malæ fuisse naturæ, nec electionem Apostolatus potuisse seruare: respondeant quomodo natura mala egerit pœnitentiam. *Tom. 6. lib. 4. Com. in cap. 27. Matt. Canone 62 facie 1.*

SVBREPVNT hoc loco hæretici, qui ridicula quædam & inepta fingentes, aiūt, nec spiritualem peccare posse naturam; nec iustè aliquid facere terrenam. Quos interrogemus, quare de bona oliua rami fracti sunt, & cur de Oleastro in radicem bonæ oliuæ inserti sint, si nec de bono cadere quicquam potest, nec de malo surgere? aut quo modo vel Paulus persecutus sit ante Ecclesiam, si de natura spirituali fuit: aut postea Apostol. factus, si de terrena fece generatus est. Quod si terrenum eum non fuisse contenderint, ipsius verba ponamus. Eramus filij naturā iræ sicut & cæteri. Natura Iudæus est, qui de genere est Abrahæ & à parentibus die octauo circumcisus est. Non natura Iudæus, qui postea est factus ex gentibus. *Tomo sexto libro primo Commentariorum in caput secundum ad Galatas, Fol. 182. facie secunda.*

Rom. 11.

Mutabilis et flexilis est homines voluntas.

Ephes. 2.

VTAMVR hoc testimonio aduersum hæreticos, qui diuersarū fingentes fabulas, naturarū aiunt spiritualem bonam esse arborem, & nunquam malos adferre fructus. Ecce Apostolus cuius & ipsi auctoritatem sequuntur, dicit eos qui spirituales sunt posse peccare, si per altitudinem cordis sui inflentur & corruant. Quod & nos quoque fatemur, & χοικῶς, spirituales fieri, si ad meliora reuertantur. *Tom. 7. lib. 3. Com. in cap. 6. ad Galatas Fol. 155. fac. 2.*

ADid quod supra dixerat: peregrini testamētorum & repromissionis, nunc respondet: ergo iam non estis peregrini & accolæ. Et ad illud quod præmiserat, alienati conuersatione Israel modo reddit: estis ciues sanctorum & domestici Dei. Hic locus aduersus eos & maximè facit, qui diuersas naturas nituntur introducere. Quo modo enim peregrini facti sunt ciues sanctorum, & quo modo domestici Dei fuerunt quondam alieni à conuersatione Israel, si non potest vel in melius vel in peius natura mutari. *To. 6 lib. 1. Co. in cap. 2. ad Ephes. Fol. 170. facie 2.*

Natura potest vel in melius vel in peius mutari

HI qui naturas varias introducunt, sciāt propterea gentes in vanitate sensus obscuratis mentibus ambulare: quia ignorantiæ se, & cæcati dederint. Nemo enim imperitus appellatur & cæcus: nisi is qui cognoscere & videre. Nec dicimus cæcum esse lapidem & brutum animal ignorare: quia non ab eo quæritur, nec eius naturæ est, vt cognoscat & videat. Sin autem in natura gentium fuit, vt Dei vitā intelligerent & viderent: non chorū & spiritualium natura varia, sed voluntas. *Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 4. ad Ephes. fol. 180. facie prima.*

SI possibile est verti in lucem tenebras: non est secundum quosdam hæreticos natura quæ pereat & recipere nequeat salutem. Interrogemus ergo eos qui illa fingunt: vtrum nam omnes impij tenebræ sint nec ne: de quibus quidam cum propter malitiam tenebræ vocarentur, ad meliora conuersi, nunc lux appellantur in Domino. *Tom. 6. lib. 3. Com. in ca. 5. ad Ephesios, Fol. 186. facie 1. in medio,*

Peccata non sunt excusanda ob necessitatem.

O infælicissimum humanum genus, qui peccata excusamus. dicentes: victus à natura, cū in potestate nostra sit & peccare, & Domino adiuuante, non peccare. Semper excusamus nosmetipsos, & dicimus: Ego nolebam peccare me vicit. Illa mulier venit ad me. ipsa misit, ipsa me tetigit, ipsa mihi illud dixit, ipsa me vocauit & pro quo dubueramus pœnitentiam agere & dicere: Domine peccaui: excusamus & iungimus peccata peccatis. Acquale corpus habemus omnes, diuersos autem labores. Non est personarum acceptor Deus. vis ergo scire quod æquale habemus & nos & sancti corpus? Paulus Apostolus dicit: Video autem aliam legem repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Et iterum post hæc: propterea castigo corpus meum, & in seruitutem subijcio, ne alijs prædicans, ipse reprobus inueniar. Et iterum. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Diuersos ergo labores habemus. Et quantum quis laborat, tantum & præmium accipiet. *Tomo septimo Commentariorum in Psalmum 140. Folio centesimo septuagesimo quarto facie prima.*

Actor. 10.

Rom. 7.

1. Cor. 9.

Rom. 7.

Articus

Articulus V. Liberum arbitrium non velut inanime quoddam nihil omnino agere, aut merè passiuè se habere, sed adiuuanti Deo cooperari.

Nemo cogitur ad bonū vel malum.

NOBIS, imo tibi diligens concredita est dispensatio: quanquam in hac omni ætati, oniique persōnæ libertas arbitrij relicta sit. Si vis, inquit, esse perfectus. Non cogo, nō impero; sed propono palmam. ostendo præmia: tuum est eligere si volueris in agone atq; certamine coronari. Et consideremus quam sapienter sapientia locuta sit: Vende quæ habes. Cui ista præcipiuntur? nempe illi cui dictum est: Si vis esse perfectus. Non partem bonorum tuorum vende, sed omnia. Cumque vendideris, quid sequitur? Et da pauperibus. Non diuitibus, non propinquis, nō ad luxuriam, sed ad necessitatem. *Tom. 1. epist. 8. ad Demetriadem cap. 7.*

CRITOBV: Meum est & Dei, vt ego operer, & ille adiuuet. *To. 2. lib. 1. Dialogorum aduersus Pelagium Fol. 269. cap. 1. facie 1.*

Concursus gratiæ Dei & liberi arbitrij, Psal. 126.

ET tamen hoc scito, baptismum preterita donare peccata, nō futuram seruare iustitiam, quæ labore, & industria ac diligētia, & semper super omnia Dei clementia custoditur: vt nostrum sit rogare, illius tribuere, quod rogatur; nostrum incipere, illius perficere; nostrum offerre quod possumus, illius implere, quod non possumus. Nisi enim Dominus ędificauerit domum in vanum laborauerunt, qui ędificant eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilat, qui custodit eam. Vnde & Apostolus præcipit: Sic currite vt comprehendatis. Et omnes quidem currunt, sed vnus accipit coronam. Et in Psalmo scriptum est: Domine vt scuto bonę voluntatis tuæ coronasti nos. Nostra enim victoria, & corona victoriæ, illius protectione, & clypeo paratur: & hic currimus, vt in futuro comprehendamus: ibi accipiet coronam, qui in hoc sæculo victor extiterit. *Tom. 2. lib. 5. Dial. aduersus Pelagianos in cap 1. in principio Fol. 292.*

1. Cor. 9.

Psal. 5.

ERVCTAVIT cor meum in laudes Dei. Sermonem hunc & opuscula mea, quibus eum prędicaturus sum, ipsi potissimum consecraui. Debeo ergo & linguam meam quasi stylum, & calamum præparare; vt per illam in corde & auribus audientium scribat spiritus sanctus. Meū enim est, quasi organum prębere linguam: illius quasi per organum sonare, quę sua sunt. *To. 3. epist. 140. ad Principiam Fol. 394. fac. 2. linea 2.*

Liberum arbitrium cooperatur gratiæ Dei.

HAEC vniuersa dicuntur vt liberum hominis arbitrium monstraretur. Dei enim vocare est, & nostrum credere, nec statim si nos non credimus, impossibilis Deus est: sed potentiam suā nostro arbitrio derelinquit, vt iusti voluntas præmium consequatur. Quia ergo noluerunt per me in te credere, iudicium meum apud te est, quod omnia fecerim, quæ eis facere debui, dicens in Euangelio: Ego te glorificaui super terram, opere completo, quod dedisti mihi vt facerem. Et iterum: Manifestaui nomen tuum hominibus. Et opus meum, siue labor, & dolor meus hoc enim significat πόνος μου in conspectu tuo est. Heuit enim & in Euangelio Hierusalē, & in Psalmo ob incredulorum multitudinem, quodammodo frustra passum se esse dicit: Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem? *Tom. 3. lib. 13. Com. in cap. 49. Esaiæ folio 156. facie 1.*

Si non esset liberum arbitrium nec esset iusta remuneratio bonorum operum. Ioan. 17.

Luc. 19.

Psal. 26.

NON est cessandum licet mali sint quib. loquimur, quin secūdum Apostolum: Opportunè importunè verbum Dei prædicemus: quia potest fieri vt durus corrigatur ad molliciem, & qui obediens est, mutata voluntate non audiat. *Tom. 4. lib. 1. Commentar. in cap. 2. Ezech. Folio 336. facie 1.*

2. Timoth. 4

IVXTA litteram verō, inclytam esse terram Iudææ, & cunctis terræ fertiliorem, dubitare nō poterit, qui à Rinocotura vsque ad Taurum montem, & Euphratem fluuium cuncta consideraverit terram, & vrbium potentiam, amœnitatemque regionum: Palæstinam videlicet, & Phœnicem, Arabiam, Syriam, Cælen, Ciliciam, & cæteras regiones, quas Israeli, si Dei præcepta seruasset, Dominus repromisit: quas quia non accepit, vitium fuit incredulitatis eius. Nam & in ipsa Palæstina, Iudææque prouincia, gentes plurimæ remanserunt, quæ non sunt eiectæ. Neque enim sponsor in crimine est, si ille cui repromittitur, indignum se fecerit sponsione, præsertim cum præponatur optio promittētis. Si volueritis & audieritis me, quæ bona sunt, terræ comedetis. Sin autem nolueritis, gladius deuorabit vos. Eliguntur ergo præsentia, nec statim qui eligitur, tentari non potest, nec perire: quia & Saul electus in regem & Iudas in Apostolum, suo postea vitio corruerunt. *Tom. 5. lib. 6. Commentariorum in cap. 20. Ezechielis, Fol. 389 facie 1. in fine.*

Præponitur optio promittentis. Esaiæ 1.

Imp. i suo vitio corruunt.

SCIO me audiuisse in Ecclesia ab eo qui putabatur habere scientiam scripturarum, ita hos versiculos edissertos. Dum in hoc præsenti sæculo es, & boni aliquid operis potes facere, labora; vt postea ipse securus in die malo, id est, in die iudicij torquere alios videas. Sicut enim præsens sæculum fecit Deus, in quo nobis fructum bonorum operum possumus præparare, ita & futurum, in quo nulla boni operis datur facultas: visus est quidem suadere, cum diceret, audientes. Sed mihi videtur alius esse sensus, quem & Symmachus transtulit dicens: In die bono esto in bono: diem vero malum intuere. Si quidem hoc simile huic fecit Deus, vt non inueniret homo, q̄ contra eum quereretur. Et bona, inquit, & mala prout tibi euenerint, sustine. Nec putes, vel bonorum tantū, aut malorum in mūdo esse naturam, cum ex diuersis mundus iste contrarijs subsistat: calidis & frigidis, siccis & humectis, duris & mollibus, tenebrosis & lucidis, malis & bonis. Hoc autem fecit Deus, vt habeat sapientia locum in eligendo bonum & vitando malum, & liberum homini relinquatur arbitrium: nec se dicat insensibilem, & stolidū à Deo esse generatum: sed cum ideo fecisse diuersa; vt homo queri de sua condicione nō posset. Simulque hoc testimonium consequenter superioribus copulabitur, in quibus ait: Quis poterit adornare quod peruerterit Deus? *Tomo 5. Com. in cap. 7. Eccles. fol. 18. facie 1.*

In præsenti sæculo fructus bonorum operum possumus præparare.

Homo habet potestatem eligendi bonum vel malū.

SIGNIFICATVR quod anima in meditullio vitiorum atque virtutum posita sit, vt possit in vtramque partem per horarum momenta conuerti. *Tom. 5. Co. in cap. 1. Abdiæ fol. 130. facie 1.*

Homo in meditullio vitiorū positus.

NVNC veniamus ad intelligentiam spiritualem. Israel vir, vel sensus cernēs Deum: siue vt ego amplius puto ὁ ὁρατικὸς θεοῦ, id est, rectissimus Dei: diligitur à Domino, & vult dilectionis eius in se fcire rationem. Dominusq; respondit, Esau & Iacob de vna stirpe generatos, hoc est, vitia atq; virtutes ex vno cordis fonte procedere, dum ex arbitrij libertate in vtramq; partē vt volumus, declinamus: sed priora nascuntur vitia per infantiam, pueritiam, iuuētutem, quæ postea ætas firmior corripit atq; supplantat. *To. 5. Comm. in cap. 1. Malac. Fol. 276. facie 1. in fine.*

Ex vno cordis fonte virtutes & vitia procedit dum ex arbitrij libertate in vtranque partem declinamus.

MATER eius & fratres, hoc est, synagoga & populus Iudæorum, foris stant, & intrare desiderant, & sermone eius indigni fiunt. Cumq; rogauerint & quęsierint, & nuncium miserint, respōsum accipiunt liberi eos esse arbitrij, & intrare si velint & ipsi credere: qui tamen intrare non potuerunt, nisi alios rogauerint. *Tom. 6. lib. 2. Comm. in cap. 12. Matth. Can. 23. fac. 2.*

Homines liberi sunt arbitrij & intrare possunt si velint.

NOS homines pleraq; volumus facile consilio, sed nequaquam voluntatē sequitur effectus. Illi autē nullus resistere potest, quin omnia quæ voluerit, faciat. Vult autem ea quæcunq; sunt plena rationis atq; consilij: vult saluari omnes, & in agnitionem veritatis venire. Sed quia nullus absq; propria volūtate saluatur (liberi enim arbitrij sumus) vult nos bonum velle: & cùm voluerimus, velit in nobis & ipse suum implere cōsilium. *Tom. 6. lib. 1. Comment. in cap. 1. ad Ephes. Folio 164. facie 2.*

1. Timot. 2. Nemo saluatur sine propria voluntate cùm sumus liberi arbitrij.

IDEO, inquit, abundātes diuitias gratiæ suæ, in bonitate in superuenturis sæculis ostensurus est: quia gratia salui facti estis per fidem, non per opera. Et hæc ipsa fides non est ex vobis, sed ex eo qui vocauit vos. Hoc autem ideo, ne forsitan nobis cogitatio occulta subreperet: si per opera nostra saluati non sumus; certè vel per fidem saluati sumus, & alio genere nostrum est quod saluamur. Addidit itaque & dixit, fidem quoq; ipsam, non nostræ voluntatis esse, sed Dei muneris. Non quod liberum homini tollatur arbitrium, & secundum illud Apostoli ad Romanos: non sit currētis, neq; volentis, sed miserētis Dei: verùm quod arbitrij ipsa libertas Deum habeat authorem, & ad illius beneficium cuncta referātur, cùm etiam bonū nos velle ipse permiserit. Hoc autem totum propterea, ne quis glorietur in semetipso, & non à Deo se esse saluatum. *To. 6. lib. 1. Commentar. in cap. 2. ad Ephesios, Folio 168. facie 2. in fine.*

Obiectio contra liberum arbitrium soluitur. Roman. 9.

Arbitrij libertas Deū habet auctorem.

Articulus. VI. Cum libertate arbitrij nec pugnare Dei præscientiam, nec prædestinationem.

ATTI. Ego ne liberum tollo arbitrium, qui in tota disputatione nihil aliud egi, nisi vt omnipotentiam Dei cum libero arbitrio conseruarem? Crito: Quomodo seruas liberum arbitrium, qui dicis hominem nihil posse facere, nisi Deus semper adiuuerit? Atti. Si in culpa est, qui libero arbitrio iungit Dei auxilium: ergo ille laudetur, qui Dei tollit auxilium. *Tom lib. 3. Dialog. aduersus Pelagianos, cap. 2. Fol. 293. facie 2.*

Liberum arbitrium cum Dei omnipotentia iungēdum.

DVAS quæstiunculas tuæ literæ præferebāt: vnam, quare sit à Deo induratum cor Pharaonis, & Apostolis dixerit: Non volentis, neq; currentis, sed miserentis est Deus: & cætera quæ librum non videntur tollere arbitrium: alteram quo modo sancti sint, qui de fidelibus, id est, baptizatis nascuntur, cùm sine dono gratiæ postea acceptæ & custoditæ, salui esse non possint. Primæ in libris περὶ ἀρχῶν, quos nuper, Pammachio nostro iubente, interpretatus sum Origenes fortissimè respondet. *Tomo tertio, epistola 153. ad Paulinum.*

Obiectioni ex inductione Pharaonis contra liberum arbitrium respōdit fortissimè Origenes.

NOLO, inquit, subtrahere verbum: licet triste sit, licet aduersum te audientium rabies concitetur, tamen dicito, quid tibi imperatum est: non formidans persecutiones eorum, qui aduersum te concitandi sunt, sed Domini iubentis imperium. Si forsitan audiant & conuertantur. verbum ambiguum forsitan, maiestati Domini non potest conuenire, sed nostro loquitur affectu, vt liberum hominum seruetur arbitriū: ne ex præscientia eius, quasi necessitate vel facere, quid vel non facere cogatur. Nō enim ex eo quod Deus scit futurum aliquid, idcircò futurum est. Deus nouit, quasi præscius futurorum. Et tamen sciendum iuxta hunc eundem Hier. & si mala prædixerit Dominus, & egerit populus pœnitētiam, quod & ipse acturus sit pœnitētiam, super his quæ facere comminatus est. Et si prospera pollicitus fuerit, & egerit populus negligēter, mutet Deus sententiā, & pro bonis mala inferat. Tale quid & illud in Euangelio est: Mittam filium meum, forsitan verebūtur eum. Quod vtiq; ex persona Dei omnipotentis dicitur. Deniq; & in præsenti ait: Si fortè audiant & conuertantur vnusquisq; à via mala sua: vt cum illi conuersi fuerint, & meæ sententię me pœniteat, & non faciam quod eis facere cogito. Cogito autem facere propter malitias studiorum illorum, quæ si fuerint immutatæ, & mea sententia commutabitur. Legamus historiam Ionæ & Niniuę. *To. 4 li. 5. Comm. in c. 25. Hier. Fol. 287. fac 2.*

Præscientia Dei non tollit liberum arbitrium.

Luc. 22.

IPSOS debere petit dānari, quos virtute præscientiæ suę nouit ad pœnitudinis remedia non venire. Nam & in subsequentibus, vbi venit ad homines, conuerti eos desiderat, non perire, vt est illud: Confundantur & reuereātur qui quęrunt mihi mala. Hic iam vbi venit ad corrigibiles homines, non maledicto funditur, sed correctio postulatur. *Tom. 4. libr. 1. Comment. in cap. 1. Lamenta. Hier. Fol. 312. facie 2.*

SIMILE quid & in Hieremia scriptum est: Si forte audiant & agant pœnitentiā. Et in Euangelio: Forsitan filium meum verebuntur. Loquitur hęc Deus ambigentis affectu, vt liberum hominis monstret arbitrium: ne præscientia futurorū mali vel boni, immutabile faciat quod Deus futurum nouerit. Non enim quia ille ventura cognoscit, necesse est nos facere quod ille præsciuit; sed quod nos propria voluntate sumus facturi, ille nouit futurum quasi Deus. *To. 4. lib. 1. Comm. in cap. 2. Ezech. Fol. 336. facie 1.*

Hierem. 26. Lucæ 20.

Præscientia Dei non aufert libertatem arbitrij.

MEIS beneficijs, meaque incredibili largitate ad Reginæ vocabulum peruenisti, ita vt de te omnium gentium fermo loqueretur, & esses non tuis meritis atque virtutibus, sed mea liberalitate perfecta. Nisi enim Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustrà vigilauit, qui custodit eam. Qui plantat enim, & qui rigat nihil est, nisi

Psalm. 126.

1. Cor. 3. Roma 9. Luc. c. 17. Ex beneficientia Dei non tollitur liberum arbitrium.

est, nisi Dominus dederit incrementum: quia non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei: vt post quā omnia fecerimus dicamus: Serui inutiles sumus: q̄ debuimus facere fecimus. Non quo ex beneficentia Dei liberū homini tollatur arbitrium, sed quo ipsa libertas Dominū habere debeat adiutorem. *Tom. 4. lib. 4. Com. in cap. 16 Ezech. Fol. 327. fac. 1.*

DISCIMVS posse hominem, quamuis iniquum & impium, si magistri verba audierit & egerit pœnitentiam, à sua impietate saluari: nec minus magistrū subire discrimen, si docere noluerit, vel timore discriminis, vel desperatione peccantis: dū reus est sanguinis eius, qui liberari potuit, & de; morte erui, nisi magistri silentio concidisset: & in vtroque liberum seruari arbitrium, dum & in magistri voluntate est, vel tacere, vel loqui, & in auditoris arbitrio vel audire & facere atque saluari vel contemnere & pro prio perire contemptu. Nec fatim sequitur, vt quia propheta prædicit vt veniat, vel ne veniat: nec quia Deus loquitur, necesse est fieri qd' minatur: sed ideo comminatur, vt conuertatur ad pœnitentiam cui minatur, & non fiat quod futurum est, si verba Domini contemnantur. *To. 4. lib. 10. Com. in cap. 33. Ezechelis, Fol. 435. facie 2.*

Prædictiões & comminationes prophetarum non inferunt necessitatem neq; auferūt liberam arbitrium.

SI prædixit sententiam Dei, quæ non potest immutari, quomodo hortatur ad eleemosynas, & misericordias pauperum, vt Dei sententia cōmutetur? Quod facile soluitur Ezechiæ regis exemplo, quem Esaias dixerat esse moriturum: & Niniuitarum quibus dictum est: Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur: Et tamen ad preces Ezechiæ, & Niniue, Dei sententia commutata est: non vanitate Iudicij, sed eorum conuersione qui meruere indulgentiam. Alioquin & in Hieremia loquitur Deus, se mala minari super gentem: & si bona fecerit, minas clementia commutare. Rursum bona agenti se asserit polliceri: & si mala fecerit, dicit se suam mutare sententiā: non in homines sed in opera, quæ mutata sunt. Neq; enim Deus hominibus sed vitijs irascitur: quæ cum in homine nō fuerint, nequāquam punit, quod mutatum est. *Tom. 4. lib. 1. Co. in ca. 4. Daniel. Fol. 505. facie 1.*

Esaiæ 38. Ionæ. 2. 3.

Conuersione hominū Dei sententia cōmutatur.

Hier. 18.

Dei prouidētia non aduersatur libero arbitrio

SI autem Nabuchodonosor quos volebat, interficiebat: & quos volebat, exaltabat, & quos volebat, humiliabat: in huiusce modi honoribus & percussionibus exaltatione & humiliatione, nō est Dei prouidentia, nec præceptum, sed eorum voluntas, qui percutiunt quos voluerint, & exaltant, & reliqua. *To. 4. lib. 1. Com. in cap. 5. Danielis, Fol. 507. facie 1.*

NONNVLLI illud in hoc loco significari putant, quod omniū qui futuri sunt, & hominum corpore circundandi, iam Deus vocabulū nouerit: nec possit homo respondere contra artificē suum, quare ita vel ita factus sit. Quanto enim amplius deserimus, tanto magis ostendi vanitatem nostram, & verba superflua & non ex præscientia Dei liberum tolli arbitrium; sed causas ante præcedere, quare vnumquodque sic factum sit. *Tomo quinto Commentariorum in cap. 6. Ecclesiastis, Fol. 16.*

Ex præscientia Dei non tollitur liberum arbitriū

DISCE opera Dei: quia nemo poterit corrigere quod ille imminuit: id est, sufficit tibi de scripturis sanctis, siue ex ipsa contemplatione elementorum scire & intelligere quę facta sunt: non tamen causas rationesque perquirere, quare vnumquodque sic factum sit, vel aliter fieri debuisse quam factum est. verbi gratia. Si quis velit quærere cur Moysi ita loquatur Deus: Quis fecit mutum & surdum, videntem & cæcum: nonne ego Dominus Deus? Et dicat cur cæcus & surdus, & mutus ita creati sunt, & cætera his similia. Sumendum in hoc loco testimonium de septimo decimo psalmo, in quo ad Dominum dicitur. Cum Sancto Sanctus eris & cū peruerso peruerteris: Et dicendum est, sanctum Dominum esse cum eo, qui sanctꝰ est, & peruersum apud eū, qui sua voluntate ante fuerit peruersus. Iuxta illud quoque quod in Ieuitico scriptum est: Si ambulauerint ad me peruersi & ego ambulabo ad eos peruersus in furore meo. Quod quidem & illud poterit exponere, quare indurauerit Dominꝰ cor Pharaonis. Quo modo vna atque eadem solis operatio liquefacit ceram, & siccat lutum: sed pro substantia sua & liquefcit cera & siccatur lutum: sic vna Dei in Aegypto signorum operatio molliebat corda credentium, & incredulos indurabat: Quia iuxta duritiam suam & impœnitens cor, thesaurizabāt sibi irā in die iræ ex his mirabilibus, quæ cum viderent fieri non credebāt. *To. 5. Com. in c. 7. Eccles. Fol. 18. facie 1.*

Exod. 4.

Peruersus Deus apud eos qui iuxta voluntate sunt peruersi.

Leuit. 26. Sec 70. Exod. 4. Elegantissimi illustrat Dei præscientiam, indurationem non esse propriæ causam peccati.

Rom. 2. cap.

HAEC patientur quia non credunt vaticinia prophetarum: nec putant esse ventura, quæ per eos Dominus comminabatur. Cumque sibi pro spera repromittant, mala post ea sustinebunt (è regione sanctis timentibus, & non peccantibus, & iccirco nequaquam morientibus gladio, quia dixerunt: Appropinquabunt nobis mala, & venient super nos supplicia, quę peccata nostra meruerunt de quo plenius in Hieremia loquitur Deus: assumam & loquar super gentem & regnū vt auferam eam & disperdam: si cōuersa fuerit gens illa à malis suis, & ego agam pœnitentiam de his quæ cogitaueram facere ei. Nō ergo Deus mutatur, qui semper est immutabilis, sed nos eum nostra conuersione mutamus) sæuit, irascitur, comminatur, & dicit se illaturum supplicia si agamus pœnitentiam, ipsum quoque suæ pœnitebit sententiæ. Rursum iuxta eundem Hieremiam promittit prospera: si negligentia dissoluatur, & illum pœnitebit sponsionis suæ, promissaq; mutabit, cuius rei exemplum Niniuitas & Hierusalem habere possumus: quorum alij de imminentibus supplicijs liberati sunt: alij quæ patribus promissa fuerant, perdiderunt. *Tomo quinto libro tertio Commentarior. in cap. 9. Amos Fol. 125. facie 1.*

Hier. 18.

Deus mutatur prona ſtra voluntate, conuersione vel aduersione.

Hier. 17.

SECVNDVM vtramque intelligentiam, siue tunc vrbis Assyriæ, siue quotidie mundi, Deus populis comminatur, vt agant pœnitentiā: qui si conuersi fuerint, ipse quoque vertit sententiā suam, & populi conuersione mutatur: Quod Hieremias & Ezechiel manifestius explicant: nec bona videlicet implere Dominum quę promiserit, si boni vertantur ad vitia: nec mala quæ possumus comminatur, si illi reuersi fuerint ad salutem. Ita igitur & nūc vidit Deus opera: quia conuersi sunt à vita sua pessima, non verba audiuit, quæ solebat Israel sæpe promittere. Omnia quæcunque dixerit Dominus, faciemus, sed opera conspexit, quia mauult pœnitentiam peccatoris quam mortem, libenter mutauit senten-

Ezech. 33. Deus cum pœnitentibus commutatur Exod. 24.

tiam, quia vidit opera commutata. Quin potius Deus perseuerauit in proposito suo misereri volens ab initio, nemo enim punire desiderans, quod facturus est, comminatur, *Tom.5. Comm. in cap.3. Ionæ, in fine.*

INCRASSATVM est enim cor populi huius, &c.] Reddit causas quare videntes non videãt, & audientes non audiant: Quia incrassatum est, inquit, cor populi huius, & auribus suis grauiter audierunt. Ac ne fortè arbitremur crassitudinem cordis & grauitatem aurium naturæ esse non voluntatis, subiungit culpam arbitrij. *Tom. sexto, libro 2. Commentar. in cap.13. Matthæi, Canone 24. facie 2.*

Crassitudo cordis & grauitas aurium ex arbitrij libertate.

MALEDICTA quoque legis, quæ in Leuitico & Deuteronomio scripta sunt, non Deo authore cõplentur, sed Prophetico spiritu his qui peccaturi erant, ea quæ ventura sunt, nunciantur. *Tom.6 lib.2. Comment. in cap.3. ad Galatas, Folio 135. facie primæ.*

Articulus VII. Liberum arbitrium quid in Adamo ante peccatum potuerit.

HOC quod à plerisque quæritur, & sæpissimè retractatur, quare Deus hominem faciens, nõ eum bonum rectumq; condiderit: De præsenti loco solui potest. Si enim Deus voluntariè, & non ex necessitate bonus est, debuit hominem facIens, ad suam imaginem & similitudinem facere, hoc est, vt ipse voluntariè & non ex necessitate bonus esset. Qui autem asserunt ita cum debuisse fieri, vt malum recipere non posset, hoc dicunt: talis debuit fieri, qui necessitate bonus esset, & non voluntate. Quod si talis fuisset effectus, qui bonum non voluntate, sed necessitate perficeret, non esset Deo similis, qui ideo bonus est, quia vult, nõ quia cogitur. Ex quo manifestum est, rem eos inter se postulare contrariam. Nam ex eo quod dicunt, debuit homo Deo similis fieri: Illud petunt, vt liberi fieret arbitrij, sicut Deus ipse est. Ex eo autem quod inferunt, talis debuit fieri, qui malum recipere nõ posset: dum necessitatem ei boni important, illud volunt, vt homo Deo similis non fieret. Potuit itaq; & Apostolus Paulus absq; voluntate Philemonis, Onesimum sibi in ministerium retinere: Sed si hoc sine voluntate Philemonis fecisset, bonum quidem erat, sed non voluntariũ. Quod autem non erat voluntarium, alio genere arguebatur non esse bonum. Nihil quippe bonum dici potest, nisi quod vltroneũ est. Ex quo Apostoli consideranda prudentia est. Qui iccirco fugitiuum seruum remittit ad Dominum, vt prosit Domino suo: qui prodesse non poterat, si Domino teneretur absente. Superior ergo quæstio ita soluitur: Potuit Deus hominem sine voluntate eius facere bonum. Porrò si hoc fecisset, non erat bonum voluntarium, sed necessitatis. Quod autem necessitate bonum est, non est bonum, & alio genere malum arguitur. Igitur proprio arbitrio nos relinquẽs, magis ad suam imaginem & similitudinem fecit. Similem autem Deo esse, absolutè bonum est. *Tom.6. lib. 1. Comm. in cap.1. ad Philemonem, Fol.214. fac.2. in fine.*

Adam creatus liberi arbitrij vt ad similitudinẽ Dei non necessitate, sed voluntate esset bonus.

Nihil bonum est, nisi quod voluntariũ.

QVANDO dicitur conuertere in requiem tuam: ergo habuit antea requiem, quam perdidit. Nemo enim cõuertitur, nisi qui pergit illuc vbi prius erat. Deus enim nos bonos creauit, & nostro arbitrio nos reliquit, & omnes cum Adam in Paradyso posuit. Sed quia nostro arbitrio à beatitudine illa cecidimus, & venimus in vallẽ lachrymarum: Propterea iustus animam suam hortatur, vt conuertatur illuc vndè descendit. Cõuertere anima mea in requiem tuam. Locus enim iste, tribulationis locus est, terra pugnatorum est. Iste locus lachrymarũ est, vbi non licet securum ambulare: Vbicunq; enim aliquis fuerit, periculum est, Si in deserto, scorpiones sunt: Si in ciuitatibus, oculus meretricis pernicies est hominis: Si in mari, latrones & piratæ: Hæc omnia mysticè loquor. Nec enim nunc periculum est sancto viro à latronibus interfici: siquidem martyres sanguine suo vicerunt. *Tom.7. Comm. in Psal.114. Fol.149. facie 2.*

Adam creatus est in Paradyso habẽs libertatem arbitrij.

Articulus VIII. Scientiam legis absq; Dei gratia non sufficere ad vitandum peccata.

DIcis, sine peccato esse non posse, nisi qui scientiam legis habuerit: per quod magnam partem Christianorũ excludis à iustitia; & qui peccator est impeccantiæ, omnes quoq; peccatores esse pronũcias. Quotus enim quisq; Christianorum habet legis scięntiam; quàm in multis doctoribus Ecclesiæ, aut rarò aut difficulter inuenias? verùm tu tantæ es liberalitatis, vt fauorem tibi apud Amazonas tuas concilies, vt in alio loco scripseris, scientiam legis etiam fœminas habere debere: cùm Apostolus doceat esse tacendũ mulieribus in Ecclesia, & si quid ignorãt, domi viros suos debere consulere. Nec sufficit tibi de disse agmini tuo scientiam scripturarum, nisi earum voce & canticis delecteris. Iungis enim & ponis in titulo, quod & fœminæ Deo psallere debeant. Cuis enim ignorat, psallẽdum esse fœminis in cubiculis suis, & absq; virorum frequẽtia & congregatione turbarum? verùm tu donas quod non licet: vt quod verecundè facere debeant, & absq; vllo arbitrio, magistri authoritate proclament. *Tom.2. lib.1. Dialog. aduersus Pelag. cap.9. Fol.275. in fine.* SCHOLIA.

Pauci Christiani habẽt legis scientiã

Fœminæ nõ tenentur habere scientiã legis.

2 Timot.2. Psallere debẽt fœminæ priuatim in cubiculis, nõ publicè in Ecclesijs.

Propheta qui habet somnium, narret somnium Ierem. 13. Hieronymus libro 4. in Ieremiam, dum hæc verba explicat ita loquitur. Solent hæretici semper prosperа pollicери, & calorum regna peccatoribus pandere, vt dicant, Parata sunt tibi regna calorum; potes imitari maiestatem Dei, vt absque peccato sis. accepisti enim liberi arbitrij potestatem, & legis scientiam, per quam consequaris, quod volueris. Decipiunt ą, blanditys miseros, & maximè mulierculas oneratas peccatis, quæ circunferuntur omni vento doctrinæ. Hunc locum vt ex Collectaneis Rodij conijcitur, Lutherani vsurpant vt demonstrẽt nos esse hæreticos, qui doceamus hominem accepisse liberi arbitrij potestatem. qua sola fretus possit ab omni lethali culpa abstinere. Sed agnoscant aduersarij B. Hieronymum his verbis non reijcere Catholicam nostram, de libero arbitrio sententiam, quam vbique laudat & egregiè tuetur; sed condemnare superbum, atque insolens dogma Pelagy: qui exclusa diuinæ gratiæ ope, hominem astruebat ex scientia legis, & ex propriæ voluntatis viribus posse ad Dei imitationem omninò, vt ita dicam, fieri impeccabilem, & æternæ quoque fœlicitatis possessorem. Vnde Hieronymus in epistola ad Ctesiphontem quæ incipit, non audacter, notat Origenis locum in Psalmum 15. vnum esse ex fontibus, vnde errorẽ suum

suum hauserunt Pelagiani, docentes hominem fieri posse ἀναμάρτητον, hoc est, impeccabilem, seu absque peccato esse posse, si velit. Origenes autem scribens in Psalmum 15. asserit viros sanctos, cùm ad virtutum venerint summitatem, ne in morte quidem pati ea quæ hominum sunt, nec cogitatione aliqua vitiorum titillari.

Articulus IX. Deum non operari mala opera, ita vt bona: verum illa permissiuè tantùm, hæc propriè & per se, vel Deum esse authorem mali pœnæ, non culpæ, vt scholastici loquuntur.

Irenæi liber de eo quod Deus non sit conditor malorum.

SCRIPSIT Irenæus quinque aduersus hæreses libros, & contra gentes volumen breue, & de disciplina aliud, & ad Marcianũ fratrem de Apostolica prædicatione, & librum variorum tractatuum, & ad Blastum de Schismate, & ad Florinum de monarchia, siue quod Deus non sit conditor malorum. *Tom.1. de viris Illustribus in Irenæo.*

ATTI. ergo & malorũ in te operum author est Deus?

CRITO: Nequaquam ita vt, autumes; sed si quid in me boni habeo, illo suggerente & adiuuante completur. *Tom.2. lib.1. Dialogorum aduersus Pelagium. cap.1. Fol.269. facie 1.*

ATTI. Quamuis tergiuerseris, laqueis veritatis innecteris: Hoc enim modo, etiam si ipse nõ adiuuat, tamen iuxta te, auctor erit malorum: quia potuit prohibere, & non prohibuit, vetus enim sententia est, homicidam esse eum, qui cũ possit hominem de morte liberare, non liberet. *Tom.2. lib.3. Dialogorum aduersus Pelagium, Fol.294. cap.2. in fine.*

QVOD autem dixit: Quis nouit fortitudinẽ siue potestatem iræ tuæ, & secundum timorem tuum indignationem tuam: ostendit esse difficile, iræ, timorisq; & indignationis Dei secretum rationemque cognoscere. vnde & Propheta lachrymabiliter deprecatur: Domine ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me. Non .n. corripit vt interficiat, atq; disperdat, sed vt corrigat atq; emendet. Quamobrem & in Osee, populo Iudæorum, cui multum natus est, dicit se nequaquam irasci, nec visitare nurus eorum cùm adulterauerint. Et per Ezechielem loquitur ad Hierusalem: Iam non irascor tibi, & zelus meus recessit à te. Et in verbis dierum sonat, quando pergit Israel aduersum hostes in prælium corde pacifico. Vt numerentur dies nostri, sic ostende & veniemus corde sapienti. Septuaginta: Dexteram tuam ita notam fac, & eruditos corde in sapientia. *Tom.3. epistola 139. ad Cyprianum, Fol.392. facie 1.*

Psal.6.37. Finis punitionis diuinæ bonus. Osee 4.

Ezech.16. 1.Paral.12.

SI, inquit, patientia Dei indurauit Pharaonem, & multo tempore pœnas distulit Israelis, vt iustius condemnaret, quos tanto tempore sustinuerat: non Dei accusanda est patientia, & infinita clementia, sed eorum duritia, qui bonitate Dei in perditionem suam abusi sunt. Alioquin vnus est solis calor, & secundum essentias subiacentes, alia liquefacit, alia indurat, alia soluit, alia constringit. Liquatur enim cera & indaratur lutũ: & tamen caloris nõ est diuersa natura. Sic & bonitas & clemẽtia Dei, vasa iræ, quę apta sunt in interitum, id est, populum Israel, in duratę vasa autem misericordiæ, quæ præparauit in gloriam, quæ vocauit, hoc est nos, qui non solùm ex Iudæis sumus, sed etiam ex gentibus, non saluat irrationabiliter, & absque iudicij veritate, sed causis præcedentibus: quia alij non susceperunt filium Dei, alij autẽ recipere sua sponte voluerunt. *Tom.3. epist.150. ad Hedibiam, quæst. 10. Fol.421. facie 1.*

Deus per se non est causa peccati & simili.

IN quo percutiam, &c.] Quo testimonio discimus idcirco Dominum percutere delinquentes, vt percussos corrigat, & nõ tam pœna sit quã emendatio. Estque sensus: Non inuenio quam plagis vestris possim adhibere medicinam, omnia membra vestra plena sunt vulnerum: nullã partem corporis, quæ non sit ante percussa, reperio. vel certè hoc modo: nullas inuenio plagas, quibus vestram frangam duritiam. Quanto .n. tormenta maiora sunt, tantò magis crescit impietas & iniquitas, siue, vt Theodotio transtulit, declinatio: vt recidatis & declinetis à Domino. Quale est illud Hieremiæ: Sine causa percussi filios vestros: disciplinam non recepistis. Vnde iratus loquitur per Osee: Non visitabo super filias vestras, cùm fuerint fornicatæ: & super nurus vestras, cùm adulterauerint. Et per Ezechielem: Zelus meus recedet à te: & non irascar tibi amplius. De quibus & in Psalmis legimus: Non est firmamentum in plaga eorum: & in laboribus hominum non sunt, nec cum hominibus flagellabuntur. *Tom.4. in cap.1. Esa. Fol.2. facie 2.*

Dei percussio non tam pœna est quã emendatio & correctio

Hierem.2.

Osee 4.

Ezech.16. Psalm.72.

FACTI estis mihi in satietatem, &c.] Pro quo interpretatus est Aquila, laboraui sustinẽs: Symmachus, ἐκοπίασην ἀλαστεμένος: quod est, defeci miserans: vt ostendat se nequaquam vltra misereri: quia aliud sit seruos ad se missos occidere, aliud filium. Hunc sensum & in Osee propheta legimus: perditio tua Israel ex te, tantum in me auxilium tuum. Quod ita intelligitur: pereas Israel, quia non tuo merito, sed meo tantum salutaris auxilio. *Ibid. Fol.4. facie 2.*

Osee 13.

Omnis perditio vestra ex nobis ipsis nõ ex Deo.

NOS autem nouaculam mercede conductã, ipsum arbitramur Assyrium: quem in Hieremia ob vltionem populi peccatoris, etiam colũbam suam vocat. *Tom.4. lib.3. Com. in cap.7. Esaiæ Fol.29. facie 2.*

Hierem.25. Assyrius columba Dei ob vltionem populi.

AT nunc magna pars Romani vrbis quondam Iudææ similis est: quod absq; ira Dei sanctũ non putamus, qui nequaquam contemptum sui per Assyrios vlciscitur, & Chaldæos, sed per feras gentes, & quondam nobis incognitas: quarũ & vultus & sermo terribilis est: & fœmineas, incisasque facies præferentes, virorum & barbarorum fugientia terra confodiunt. *Ibidem Fol.30. facie prima.*

SEMEN pessimorum &c.] Pro semine pessimo, quod LXX. transtulerunt, in Hebraico scriptum est. Zerach mereim. זרע מרעים: quod cæteri semen pessimorum interpretati sunt: Non quodipsum semen per seipsum malum sit: Deus enim omnia fecit bona: sed ab his qui sua voluntate sunt pessimi, semen eorum sit malum: quod voluntate fit, non natura. *Tom.4. lib.6. Com. in cap.14. Esaiæ, Fol.69. fac.1.*

Genes.1.

Deus non est author malæ causæ.

QVI igitur tibi dedi fortitudinem & solus Deus sum: ipse res inter se contrarias facio: lucẽ & tenebras id est diem & noctem: pacem & malum, hoc est ocium & bellum: per quæ significat & iratum fuisse se populo suo, quando tenebras captiuitatis, malaque sustinuit seruitutis, & rur-

sum misertum, quando remissi in patriam, pacem & gaudium receperunt. Quomodo enim luci contrariæ sunt tenebræ, ita paci contrariũ bellum est. vnde confundatur hæresis, quæ malorum arbitratur conditorem Deum: Cum hic malum non contrarium bono, sed pro afflictione ponatur, & bello: secundum illud quod in Euãgelio scriptum est: Sufficit diei malitia sua. *Tom. 4. lib. 12, Commenta. in caput 45 Esaiæ. folio 147. facie.*

Confunditur hæresis quæ malorum arbitratur conditorẽ Deũ.

Malum pœnæ est afflictio.

SIMVL quia occulta quæstio nascebatur cur irasceretur Deus aduersum Chaldæos, quos ipse misit ad capiendum Israel, Respondit, iratum se cõtra populum suum, corripere eos voluisse, non perdere, verberare, non occidere. Illos autem abusos esse crudelitate sua, & plus imposuisse plagarum, quam Dei vltio flagitabat: magnumque Babyloniæ crudelitatis indicium est, ne senibus quidem pepercisse, quorum ætas etiam inter hostes venerabilis est. Sed & hoc signũ superbiæ, quod præsenti fœlicitate decepta, futurorum non cogitarit ambigua. Ergo semper in prosperis debemus cauere ventura, nec traditos nobis opprimere, qui ad hoc erudiuntur, vt meliores fiant. *Tomo quarto, libro decimo tertio, Commentariorum in caput quadragesimum septimum Esaiæ fol. 153. fac. 1.*

Deus corripit, nõ perdit

γνωμὴ.

SI vis non timere, & procul à te esse formidinem, fac quæ præteritus sermo narrauit: Ego enim sum per quem habitura es proselytos. Ego qui creaui fabrum sufflantẽ in igne prunas: hoc est, diabolum omnium malorum artificem, nõ necessitate naturæ, sed mentis arbitrio. Qui suscitauit incẽdia, & proferet contra te vasa. Quales fuerunt Simon & Elimas Magi, Petro & Paulo Apostolis resistentes. Ego creaui interfectorem eorum, qui increduli sunt futuri. Non quo ego sum causa perditionis eorum, sed quo creatus aduersarius ad pugnandum, & victis perditio, & victoribus sit causa præmiorum, Omnesque qui contra te à fabro sufflante sunt fabricati, non dirigentur, sed & præsentes pœnas sentient, & futuras. Quodque prius videbatur occultum, in consequentibus dicitur manifestius. Et omnem linguam resistentem tibi in iudicio iudicabis: perdens sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobans. Cunctosq; hæreticorum Principes, & Iudæorum magistros, & mundi Philosophos, quos faber ille cõflauerat, iudicio tuo condemnabis. Quo modo & Regina Saba condemnauit incredulos & Niniuitas: Et è contrario iustificabitur Sodoma comparatione prioris Hierusalem. *Tom. 4. lib. 15. Comm. in cap. 54. Esaiæ, Vol. 178 facie 2.*

Diabolus omnium malorum artifex. Actor. 8. 13.

Deus nõ est causa perditionis. 1. Corin. 1.

Matth. 12. Ezech. 16.

NON semper irascar, nec iugiter indignabor. Qui ad hoc percutio vt emendem, ideo occido, vt viuificem. Misereor enim creaturæ meæ, & quos ipse cõdidi, in æternum perire non patiar. *Tom. 4 libr. 16. Commentar. in cap. 57. Esaiæ, Folio 188. facie 2*

Deus non est erroris & duritiæ causa. nisi per accidens.

Osee 4.

QVARE errare nos fecisti Domine de vijs tuis: vel induxisti nos de via tua: indurasti cor nostrum, ne timeremus te: non quo Deus erroris causa sit & duritiæ, sed quo illius patientia nostram expectantis salutem, dum non corripit delinquentes, causa erroris duritiæque videatur. vnde quibusdam vehementer iratus, à percutiendo manum suspendit & loquitur: Non visita bo super filias vestras, cùm fuerint fornicatæ & super sponsas vestras cùm adulterauerint, flagellat enim omnem filium, quem recipit, & ad hoc percutit, vt emendet. Denique qui nequaquam filiorum vocabulum perdiderũt, sed per pœnas retrahuntur ad pœnitentiam, dicit de eis: Visitabo in virga iniquitates eorum, & in flagellis peccata eorum: Misericordiam autem meam, non auferam ab eis, est enim tristitia quæ ducit ad vitam, & est tristitia quę ducit ad mortem. Vnde & peccator loquitur in Psalmo: Declinare fecisti semitas nostras à via tua. Et humiliasti nos in loco afflictionis: & per quadraginta annos errat populus in deserto: vt priorem vitam non inueniat, nec ad Aegyptios reuertatur. In Oseæ quoque sepiuntur semitæ Hierusalem, & clauduntur spinis: ne sequatur amatores suos, & necessitate compulsa, reuertatur ad virum pristinum. Et Pharaonis dicitur Deus indurasse cor, ne dimitteret populum eius, & vt decem plagis affligeretur, quam quæstionem diligentissimè Paulus disseruit ad Romanos. Et nos in quodam opere perstrinximus. *Tomo quarto, libro decimoseptimo Commentariorum in cap. 63. Esaiæ, Fol. 211. facie 1.*

Per pœnas à peccatis Deus retrahit ad pœnitentiam. Hebr. 12. Psal. 88. 2. Cor. 7.

Psal. 43.

Num. 32.

Osee 2.

Exod. 4.

QVICQVID nobis accidit, nostro accidit vitio, qui dulcem Dominum, in amaritudinem vertimus, & cogimus sæuire nolentem. *Tomo 4. libro primo Commentariorum in caput quartum Hierem. Fol. 240. facie 2.*

Nos ipsi summa causa pœnarum nobis inflictarum.

PER hoc discimus, quod flagellat Dominus omnem filium quem recipit, & idcircò plagis atque tormentis eruditur Hierusalem vt corrigatur, & non recedat anima Dei ab ea, & redigatur in solitudinem. Si quando igitur crebris angustijs subiacemus, recordemur in consolationem nostri istius versiculi. Per omne flagellum & dolorem erudiris Hierusalem. *Tomo quarto. libro secundo Commentariorum in cap. sextum Hierem. Fol. 245. facie 1.*

OMNEM substantiam tradam inimicis tuis, absque vllo pretio propter peccata, quæ fecisti in cunctis terminis tuis. Propterea adducam inimicos tuos: sine seruante te faciam in terra Chaldæa: quia ignis meus, qui semel in meo furore succensus est, in te ardebit, & extingui non poterit. Tu enim præbuisti materiam ardoris tui: vt meus ignis, tua quæ in te sunt ligna consumat, & fœnum, & stipulam: ac per hoc non est causa ardoris in Domino, sed in his qui fomenta incendio ministrarunt. *Tomo quarto, libro tertio Commentariorum in caput decimumquintum Hierem. Fol. 264. facie 2.*

Causa ardoris non est in Domino, sed in his qui fomenta incendio ministrarunt.

IMPLET Dominus parabolam, quam & sermonibus & aspectu docuerat & dicit: Ecce ego fingo contra vos malum, quasi figulus lutum: malum autem iuxta Esaiam, qui dicit: faciens, patiens, & creans malum: Non quod per se malum sit, sed quod patientibus malum esse videatur. *Tomo quarto, libro quarto Commentariorum in caput decimumoctauum Hieremiæ, Fol. ducentesimo septuagesimo facie 2.*

Esaiæ 45. Non est per se malum quod Deus immittit, sed patientibus malum esse videtur.

ET inferet super eos Dominus malamnõ quo mala sint, vt Dominus mala inferat, sed his quę sustinẽt supplicia, alioquin eadem & mala sunt & bona. Mala iuxta eos quos cruciant, bona iuxta eos quos emendant: & hoc notandum quod annus visitationis Domini correctio peccantium dicatur, atque cruciatus, iuxta illud quod scriptum est: visitabo in virga iniquitates eorũ & in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo. *Tomo quarto lib. 4. Commentariorum in cap. 23. Hieremiæ Fol. 280. facie prima.*

Supplicia quæ infert Deus diuersa respectu bona & mala sunt. Psalm. 88.

QVIA me ad iracundiam prouocastis, & feci stis malum & interitum vestrum, & prouocantem ad pœnitentiã, superbo calcastis pede: mittam inquit, ad vniuersas cognationes siue nationes Aquilonis, & adducam principem earum Nabuchodonosor regem Babylonis seruũ meũ. Mittit autem Dominus, vel angelus vt concitent gentes, vel certè huiusmodi mouet cogitationes vt faciant Domini voluntatem. Quodque vocat seruum suũ Nabuchodonosor, nõ sic seruus vocatur, vt prophetę & omnes sancti, qui verè seruiunt Domino: sed quod in euersione Hierusalem, Domini seruiat voluntati, secundum quod & Apostolus loquitur. Quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare. In Aquilonis autem parte esse Chaldæos iuxta situ Hierusalem, nulli dubium est. *Tomo quarto libro quinto Commentariorum capite vigesimo quinto Hier. Folio 284. facie secunda.*

Nabuchodonozor seruus Domini cur dicatur.

1. Timoth. 1.

ET adducam eam: &c.] Ista sunt præmia cõtemptorum & Dei verba audire nolentium. Quicquid igitur mali super nos adducitur, nostra peccata fecerunt, omnesque gentes vt tunc adductæ sunt contra Hierusalem, sic hodie adducitur contra Ecclesiam negligentem, vt interficiat eos & ponat in stuporem & in sibilum, & in solitudines sempiternas vt exẽplo sint omnibus atque miraculo. Sibilus miraculi & stuporis iudicium est: & solitudo sempiterna in his deprehenditur, qui præsidem non habent Deũ. *Ibidem.*

Deus est verus & solus medicus.

PROPINATIO calicis & calicis meri, siue non misti, quæ Græcè ἀκράτου. dominici furoris indicium est, vt omnes gentes quæ contra Dei populum militarunt, bibant de calice furoris Domini, de quo scribit Esaias contra Hierusalem: Cyphum furoris calicem ruinæ ebibisti, & euacuasti, propterea consurge. Iste autem calix idcirco bibitur à cunctis gentibus vt vomant, & insaniant. Quod quidam prauus interpres in bonam partem accipit: vt instar cathartice potionis quicquid choleræ & pituitæ & noxij humoris in pectore est, foras exire compellat & restituat pristinam sanitatem. Pro Hieremia quoq; Saluatorem accipit: quod ipse cunctis gentibus propinarit, ad quas & missus sit: vt abiecta Idolatria, Dei se cultui dedicarent. Quod contrarium esse scripturæ sanctæ, monstrabunt sequẽtia, non enim pro remedio vt ille vult, sed pro pœna meraco calice propinatur. *Tom. 4. lib. 5. Cõmentariorum in caput vigesimumquintum Hieremiæ fol. 285. facie prima.*

Esaiæ. 51. Sec 70.

Calix furoris Domini nõ est cathartica potio vt sit remedium, sed pœna potius.

QVASI ad speciosam mulierem loquitur, cui supra dixerat: Castigo te in iudicio, vt non tibi videaris innoxius, siue innoxia, & per metaphoram ad Hierusalem, quod Dei iudicio pessimè vulnerata sit, & nequaquam alio, nisi ipso, qui percusserat possit curante sanari. Non est, ait Dominus, qui iudicet iudicium tuum: nec altissimo vulneri valeat cutem cicatricis obducere. Quocunque te conuerteris, vtilitas non est tibi: quia offendisti eum, qui verus & solus est medicus. Omnes amatores tui obliti sunt tui: vel sacerdotes vel principes, aut certè angelorum præsidia: quibus priusquam offenderes Dominum vallabaris. Te non quærit, facientes contra Apostolum qui quærebat credentes, & non ea quæ erant credentium. Plaga enim inimici percussi te, castigatione crudeli. Aliter amicus aliter inimicus percutit: Aliter pater, aliter hostis: Ille cædit vt corrigat; iste percutit vt occidat. Vnde & propheta lacrymabiliter dicit: Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Hoc autem factum est: quia propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta sunt peccata tua. Quodque sequitur. Quid clamas super contritione tua: insanabilis est dolor tuus propter multitudinem iniquitatis tuæ, & dura peccata tua, & qui scribebant à principio, addicum putauerunt. Et est sensus: vt inimici te plaga percuterem & cæderem castigatione crudeli, fecit multitudo iniquitatis tuæ & dura peccata tua: quæ sanari non poterant nisi mordacissimo puluere, & ardenti cauterio, & ferro acutissimo, quo putridas carnes & insanabiles amputarem: Et tamen propter multitudinem iniquitatis tuę, & dura peccata tua feci hæc tibi: non mea voluntate sed medicinæ ratione cogente. *Tomo quarto libro tertio Commentariorum in caput trigesimum Hieremiæ Folio 296. facie prima.*

2. Cor. 12. & alio sine patre & alio hostis percutit.

Deus punit non sua voluntate sed medicinæ ratione cogente.

TROPICE Deus dicitur facere mala, hoc est aduersa mærentibus infligere. Iuxta illud quod in Esaia scriptum est: Ego DOMINVS, & non est alter, formans lucem & creans tenebras faciens pacem & creans malum. Mala quæ nulla sua natura subsistunt, à Domino non creantur: sed creare mala Dominus iudicat: cum res bene conditas, nobis male agentibus in flagellum format: vt ea ipsa & per doctores quo feriunt, delinquentibus mala sunt & per naturam qua existunt bona. venenum quidẽ mors scilicet est homini sed tamen vita serpenti. Amore enim præsentium ab auctoris nostri dilectione recessimus, & peruersa mens dum delectatione creaturæ se subdidit à creatoris se societate disiunxit. Ex his ergo ab auctore ferienda erat, quæ errans auctori proposuerat, vt vnde homo culpam non timuit superbus admittere, inde pœnam corrigendus inueniret, & tanto ocius respiceret ad illa quæ perdidit, quanto magis doloris pœnam esse conspiceret quæ sunt. *Tom. 4. lib. . . Com. in cap. 3. Lament. Hieremiæ Fol. 321. facie 1.*

Esaiæ 45. Metonymicõs Deum fecit mala.

Venenum homini mors vita serpenti.

γνωμὴ

HOC sentiendũ, quod in medio ignis & tormentorum Dei, electri similitudo sit: quod est auro argentoque pretiosius: vt post iudicium, atque tormenta, quæ patientibus tristia videntur & dura, pretiosus electri fulgor appareat: dum prouidentia Dei omnia gubernantur, & quæ putatur pœna, medicina est. *Tomo quarto libro primo Commentariorum in caput primum Ezech. Fol. 331. facie 2.*

QVOD autem dicit:] Non parcet oculus meus super te, & non miserebor: quasi clementissimus medicus incidere cupiens putridas carnes & cariosa vulnera adurere cauterio,

non

sanitatem: iuxta illud Euangelicum, magis volens vnum perire membrum, quàm totum corpus interfici. *Tomo quarto libro septimo in caput vigesimum quartum Ezechielis, folio 403. facie prima in fine.*

SVPER his fiet vltio, qui custodias Domini non seruârunt, & dicunt in cordibus suis: Nó faciet Dominus benè, & non faciet malè: non quod malè Deus faciat, sed quod mala videatur pœna esse ei, qui patitur. Alioquin & scalpellus medici malus erit: quia resecat vulnera & putridas amputat carnes: Et pater malus cædens filium, vt à vitijs corrigat, & magister malus corripiens discipulum, vt erudiat: Omnis enim disciplina ad præsens non videtur gaudij esse, sed tristitiæ: postea autem fructum pacificum his, qui per eam eruditi sunt, réddet. *To. 5. Comment. in cap. 1. Soph. folio 230. facie 1. in fine.*

Hæbr. 12. Deus comparatur cum patre & magistro.

IVXTA Tropologiam, cùm venerit tempus iudicij, siue vniuscuiusque mortis & egressionis à sæculo: tunc omnis fortitudo eorum in direptionem erit, vt quod malè valebat, & egrediebatur aduersus Dominum, infirmum fractúque verteretur ad melius. Velut si quis fortitudinẽ latronis & piratæ & furis diripiat, infirmosq; eos reddat: prodest illis sua infirmitas: debilitata enim membra, qũibus prius non benè vtebantur, à malo opere cessabunt. *Ibidem.*

Diuinam punitionem peccatoribus vtilem esse eleganti simili ostenditur.

OMNIS terra & vniuersa, quæ terrena sunt, zelo Domini deuorabuntur. Et quod, ait, zelo Domini, intellige adhuc amantem dominum. Nisi enim amaret humanam animam, nũquam zelaret eam, & in similitudinem mariti, peccatum vlcisceretur vxoris: qui si non amat, nec de adulterio eius irascitur: & hoc faciet Dominus cum festinatione cunctis habitantibus terram, his qui se penitus dederunt, & non fuerunt aduenæ & peregrini, sicut iustus, qui loquitur: aduena sum ego in terra & peregrinus, sicut omnes patres mei. Et rursum alibi nolens diutiùs in tabernaculo carnis habitare, lachrymabili voce testatur, dicens. Heu mihi, quia peregrinatio mea prolongata est. Etenim, qui sumus in tabernaculo corporis huius, ingemiscimus conquerentes: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. *Ibidem fol. 212. fac. 1.*

Psalm. 38. *Ibidem 119.* *Rom. 7.*

QVI minor est, citò meretur veniam, & misericordiæ proximus est. Potentes autem, potenter tormenta patirentur. Vnde gentes & gentiũ multitudo congregatur ad iudicium: reges autem, id est, principes dogmatum peruersorum adducuntur in pœnam, vt effundatur super eos omnis ira furoris Domini. Et hoc non crudelitate sit aliqua, vt arbitrantur sanguinarij Iudæi, sed misericordia & consilio medicantis. *Tom. 5. Com. in cap. 3. Sophon. fol. 219. fac. 1. in medio.*

Deus non punit ex crudelitate, sed ex misericordia. Sap. 6.

EGO saluabo eam, quæ in præsentiarum, quasi vua & oliua, ita tentationibus atq; pressuris, vt prælo & trabe pressa est & afflicta: vt vinũ faceret & oleum, & de vino biberet Iesus in regno patris sui. Ego puto propter expressionem, talis vini & olei, Iob multa perpessum: postquã autem vinum & oleum fecerat, audiuisse à Domino: putas me aliter tibi respondisse, nisi vt appareres iustus? Quasi ad vuã & oliuam loqueretur: Existimas me aliter te pressisse & afflixisse atque contriuisse, nisi vt vinum de te & oleũ exprimerem? Sequitur: Et eã quæ repulsa fuerat, suscipiã. Videtur nos Deus repellere, quando relinquit tẽtationi, vnde & Iob: visitatio, inquit, Domini respexit me. Et non solũ iusti loquuntur & dicunt: Nunc autem repulisti & confudisti nos: sicut in *43.* Psalm. scriptum est: Sed ipse Dominus atq; Saluator ex persona hominis, quem assumpserat. Tu autem, ait, repulisti & despexisti: distulisti Christum tuum: subuertisti testamentum serui tui. Quod autem iustorum persona sit in quadragesimo tertio Psalmo dicentiũ: Nunc autem repulisti & confudisti nos, ex sequentibus approbatur: Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te: neq; iniquè egimus in testamento tuo: nec recessit retro cor nostrũ. *Tom. 5. Com. in cap. 3. Sophoniæ fol. 221. fac. 2.*

Iob. 10. *Psalm. 84.*

IRA Domini non perturbationem eius significat, qui irascitur, sed eorũ merita atq; peccata, in quos Dei ira desæuit: alioquin Dominus nunquã iratus vlciscitur, sed ad hoc corripit, vt emendet. Vnde & Propheta precatur in Psalmis: Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias. Et alio loco legimus: Corripe nos Domine: veruntamen, non in furore tuo, sed in misericordia. Iratus est ergo Dominus super patres eorũ, qui nunc corripiuntur: nó iuxta LXX. interpretes ira magna, sed ira simpliciter. Si. n. ira magna esset iratus, nũquã per Danielẽ & Ezechielem captiuos ad pœnitentiã prouocasset. *To. 5. lib. 5. Com. in cap. 1. Zachar. fol. 232. fac. 2.*

Psalm. 6. Hierem. 10.

QVI zelatus est, Hierusalem & Syon (vna est autem & eadem ciuitas) nunc irascitur super gentes opulentas: quas super equos rufos & albos & varios nominauit: quod ipse tradiderit eos ad corripiendum, illq; verò fœuierit in traditos: hic vt filium à pædagogo voluerit emendari: illæ vt hostem interficere & punire conatæ sint. Cui simile est illud in Esaia: Ego dedi eos in manu tua tu autem non fecisti eis misericordiam: Senis aggrauasti iugum valdè, & dixisti: ero in sempiternum domina. *Ibidem fol. 234. fac. 2.*

Deus punit vt pædagogus filium.

POTEST Hierusalem & Syon visio pacis & specula, quę nõ bella sęculi, nec humilia atq; terrena, sed pacẽ atq; concordiam & cælorũ excelsa considerat, Ecclesia intelligi: Cui propter vitia atq; peccata, & refrigescentem quotidie charitatem irascens Dominus, tradit eã persecutionib. vt quasi in conflatorio mundum aurũ appareat & argẽtum. Aduersarij verò, quibus tradita est, eam delere nitentis, implent Hierusalem cruore cæsorum à porta vsque ad portam. Vnde Dominus, & misericordiam repromittens rursum eam ædificaturum esse se dicit. *Ibidem.*

Deus quasi in cõflatorio purgat suos.

SVFFICIT diei malitia sua] Hinc malitiã nõ contrariã virtuti posuit, sed laboré & afflictionẽ & angustias sęculi: quo modo & Sara afflixit Agar ancillã suam: q̃ significanter Gręcè dicitur, ἐκακωσεν αὐτὴν. *Tom sexto in cap. 6. Matth. Cano. 9. fac. 2.*

Genes. 16.

QVAERITVR quo modo præsens sæculum malum dictum sit. Solent quippè hæretici hinc capere occasiones, vt aliũ lucis & futuri sæculi: alium tenebrarũ & præsentis, asserant conditorem. Nos autem dicimus, non tam sæculum ipsum, quod die ac nocte annis currit, & mensibus, appellari malũ, quã ὁμωνόμως ea, quæ in sæculo fiãt: quomodo sufficere dicitur diei malitia sua,

ὁμωνύμως malæ pœnæ dicitur malum. Matth. 6.

Genes. 47. sua, & dies Iacob modici esse scribunt & pessimi. Non quo spacium temporis, in quo vixit Iacob, malum fuerit, sed quo ea, quæ sustunuit, per varia eum exercuerunt tentamenta. Denique eo tempore, quo ille pro coniugibus seruiebat, & multis conflictabatur angustijs. Esau in requie erat: atque ita idem temporis spacium, alij bonum, alij malum fuit, nec scriptum esset in Ecclesiaste: Ne dixeris, quia dies mei priores erãt boni super istos: nisi ad discrimen malorũ. Vnde Ioannes ait: Mundus enim in maligno positus est. Non quod mundus ipse sit malignus, sed qp mala in mundo fiunt ab hominibus: manducemus & bibamus dicẽtibus, cras enim moriemur. Et ipse Apostolus. Redimentes, inquit, tempus, quia dies mali sunt. Infamãtur & saltus, sed quo infamia homicidij loca quoque traxerint. Sylue. sed quo infamiam homicidij loca quoq; traxerint. Detestamur & gladium, quo humanus effusus est cruor, & calicem, in quo venenum tẽperatum est, non gladij calicisque peccato, sed quod odium mereantur illi, qui his malè vsi sunt. Ita & sæculum, quod est spacium temporum, non per semetipsum, aut bonum, aut malũ est: sed per eos, qui in illo sunt, aut bonũ appellatur, aut malum. Quapropter Valentini delyramenta & fabulæ contemnẽdæ sunt: qui triginta ἀιῶνας suos ex eò, quòd in scripturis sæcula legantur, affinxit: dicens eos esse animalia, & per quadradas & ogdoadas, decadas quoque & duodecadas tot edidisse numeros sæculorum, quot Aeneia fœtus scropha generauit. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 1. ad Galatas. fol. 121. fac. 1.*

2. Ioan 3. *Ephes 5.* *Valentini delyramenta contemnenda.*

SVBREPIT in hoc loco Marcion de potestate creatoris, quem sanguinarium, crudelem in famat & vindicem asserens nos redemptos esse per Christum, qui alterius boni Dei filius sit. Qui si intelligeret, quo differret, emere & redimere (quia qui emit, alienum emit: qui autem redemit, id emit propriè, quod suum fuit, & suum esse desiuit) nunquam scripturarum verba simplicia, in calumniam sui dogmatis detorqueret. Redemit ergo nos Christus de maledicto legis, quod peccantibus constitutum est: quos ipse increpat per Propheram, dicens: Ecce peccatis vestris venditi estis, & in peccatis vestris dimisi matrem vestram. Et Apostolus hoc ipsum replicat, dicens: Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato, Maledicta quoque legis, quæ in Leuitico & Deuteron. scripta sunt, non Deo auctore complentur, sed Prophetico spiritu, his qui peccaturi erant, ea, quæ ventura sunt, nunciantur. *To. 6. lib. 2. Com. in cap. 3. ad Galatas, fol. 134. fol. 2. in fine.*

Marcion creatorem sanguinarium et crudelem infamat. *Esaiæ 5.* *Rom 7.*

NONNVNQVAM malum occasio fit bonorum, & hominum praua consilia, Deus vertit ad rectum. Quod dico manifestiùs exemplo fiet. Ioseph fratres sui, zeli stimulis incitati, Ismaheli tis viginti aureis vendiderunt. Hoc initiũ & patri, & fratrib. & omni Aegyto bonorum omniũ fuit. Denique ipse postea ad fratres: vos, inquit, cogitastis de me mala, & Deus cogitauit de me bona. Simile quid & in Onesimo positum intelligere, quod mala principia occasiones fuerint rei bonæ. Si enim domum non fugisset, nunquam venisset Romam, vbi erat Paulus vinctus in carcere. Si Paulum in vinculis non vidisset, non recepisset fidem in Christum. Si Christi non habuisset fidem: nunquam Pauli effectus filius, in opus Euangelij mitteretur. *Timo 6. libro 1. Comment. in caput 1. ad Philemonem. fol. 215. facie 1.*

Ex malis Deus elicit bona. *Gen. 38.* *Sec. 70.* *Gen. 50.*

DE ira Dei & Lactantius librum pulcherrimum scripsit, & ipse Origines creberrimè disputat, non tam iram esse quam necessariam correptionem, vt patris in filium, medici in ægrotum, magistri in discipulum. Ita autem patientibus videri potest: nó quod Deus emendet iratus. *Tom. 7. Com. in 2. Psalm.*

Correptio Dominus verbis inuisibilis illustratur.

VIDEMVS sanctos tribulari, & nescimus, an pro probatione, an pro emendatione, vt ad melius crescat eorum gloria. Videmus alios tribulari, quorum pœna hic incipit, & in futuro cum ipsis permanet: videmus alios, nec tribulari, nec iniuriam pati: sed sanos corpore, lætitia temporali omnibus abundare. Isti tales periculosi sunt: quia credimus, quod ipsos Deus non visitat: quia non sunt digni visitari, vt postmodum sine fine puniãtur. *Tom. 7. in Proœmio Psal. 9. folio 8. facie 1.*

Quæ putatur mors discipuli bulationum.

NVNQVID maledicendo dicit? Nó: quia non est mos sanctorum maledicere, sed pronunciando quod futurum est: dixit, non optando, sed prophetando. *Tom. 7. in Psalm. 11 folio 11. fac. 2. principio.*

DE vultu tuo iudicium meum prodeat] Propheta non optando, sed pronunciando dicit. Hoc ostendit, quod facturus sit Dominus in iudicio. *Ibidem in Psal. 16. folio 16 fac. 1.*

Deus per mala corrigit bonos. Hebr. 12.

PROPTER hoc tribulat Deus peccatores: aut vt emendentur, aut vt per illos corrigat bonos. *Tom. 7. Com. in Psal. 5. fol. 67. fac. 1.*

QVEM diligit Dominus corripit: castigat autem omnem filium, quẽ recipit. Beatus qui corripitur: non retribuet Dominus bis in idipsum. Magna ira Dei, quando non nobis irascitur. Reseruat enim nos, sicut vitulum in occisionem. Ad Hierusalem enim dicit: Multa sunt peccata tua, & multæ iniquitates: propterea non irascor tibi, hoc est, quando adultera eras tantùm, zelabam te, quasi diligens te: quando autem multos habuisti amatores, contempsi te, & non irascor tibi. Quemadmodum vir zelat vxorem suam, quando eam diligit: si autem non zelat, odit eam, & non consequitur illius sermones, qui dicit: visitabo in virga iniquitates eorum. Et iterum: Et non visitabo filias eorum, quando fornicatæ fuerint. Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me. Pone hic magistrum aliquem aut patrem aut medicum. Si viderit medicus in corpore carnes putridas, & dicat, quid ad me pertinent: scias, quia crudelis est. Si autem præcidat & cauterium imponat, misericors quia sanat hominem. Similiter & magister, si dimittit puerum, & non in eo exigit disciplinam, odit eum. Si autem exigit & medicus curet, quæ putatur esse asperitas clementia est. Achab arguitur à Domino de Naboth quando occidit eum, & accepit vineam eius, & effudit sanguinem iustum, Elias Propheta missus est ad eum, qui dixit: Occidisti & possedisti: statim conscientia percussus sub militte cerui cẽ & oculos, & hoc impius & rex, & indutus purpura. Et postea dicit scriptura, quod audiens induit ciliciũ subtus purpuram. Et videns Deus,

Hier. 5. Ezech. 16. *Psal. 88.* *Oseæ 4.* *Naim 1.* *3. Reg. 22.*

dixit. Quia reueritus est me Achab, non inducat mala in eum. Vide ergo quantum valeat cilicium & ieiunium, & modica lachryma quã tũ sanguinẽ lauit. Ita ergo oportet vestiri cilicio, & ieiunare, vt nemo videat. Corripiet, dupliciter intelligitur: aut arguet, aut docebit. *Ibidem in Psalm. 140 fol. 174. facie 2.* SCHOLIA.

Hieronymus in Commentarijs epistolæ ad Gala. ca. 3. dum hæc verba (Maledictus omnis, qui nõ permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis) exequit, reprehenditur à Luthero, quod tam constanter neget in scripturis, reperiri quenquam à Deo maledictum, & nunquam Dei nomen cum maledictione coniunctum: cùm in Genesi legisset, Deum maledixisse serpenti, & terram in operę Adæ à Deo maledictam; & Cain diuina maledictione peremptum; & Deum in Malachia dicentem: Maledicam benedictionibus vestris; & Eliseum maledixisse in nomine Domini pueris Bethel. Verùm Hieronymus non negat Deum maledicere, aut maledixisse, vel sanctos homines in Dei nomine maledictionẽ protulisse: sed hoc tantũ asserit, quod nomen Dei nusquã inueniatur adiunctũ maledicendi verbo, quenquam enim in sacris literis inueniamus Deũ aliquibus maledixisse, & aliquos à Deo maledictos: nusquam tamen diuina maledictio exprimitur sub hac forma verborum, Deus maledixit huic, siue à Deo maledictum est hoc. Hanc mentẽ fuisse Hieronymi, Ambrosius, Compse Episcopus libro quinto aduersus Lutherum, ex subiecta Hieronymi explanatione comprobat, cuius verba sic habent: Audaci itaq; pede in hoc descendo certamen, vt ad libros sanctos prouocem, nullo loco scriptum à Deo quemquam esse maledictum: & vbicunque maledictio ponitur, nunquam Dei nomen adiunctum. Maledictus tu ab omnibus bestijs dicitur ad serpentem. & Adam, Maledicta terra in operibus tuis, & ad Cain. Maledictus tu super terram, & alibi. Maledictus Chanaan puer, nec non in alio loco, Maledictus furor eorum, qui audax. Longum est si vniuersas maledictiones enumerem, quæ in Leuitico & in Deuteronomio, & in Iesu Naue scribuntur: & tamen in nulla earum Dei nomen est additum. Hactenus ille, Sunt, qui hanc periodũ & nonnullas sequentes astruant, non esse Hieronymi, sed vitio scriptorum ex margine in contextum irrepsisse, de quare cuique liberum suum esto iudicium.

Gene. 3. cap.

Gene 4.

Malach. 2. 4. Reg. 2.

Articulus X. Per liberum arbitrium sine gratia Dei præcepta implere non posse.

Pelagiani absque Dei gratia solo libero arbitrij putãt Dei præcepta posse impleri.

ILLVD verò, quod ad decipiendos homines quosque postea huic sententiæ coaptarunt, (non absque Dei gratia) cùm prima legentes fronte decipiat, introspectum, & diligentissimè ventilatum, decipere non potest, ita enim Dei gratiam ponunt, vt non per singula eius opera nitamur & regamur auxilio, sed ad liberum referunt arbitrium, & ad præcepta legis ponentes illud Esaiæ: Legem enim Deus in adiutorium posuit; vt in eo Deo referendæ sint gratiæ, quod tales nos condiderit, qui nostro arbitrio possumus & eligere bona, & vitare mala: & non intelligunt ista dicentes, quod per os eorum intolerabilem blasphemiam diabolus sibilet. Si enim in eo tantùm. Dei est gratia, quod proprię condidit voluntatis, & libero arbitrio contenti sumus; nec vltra eius indigemus auxilio, ne si in diguerimus, liberum frangatur arbitrium: ergo nequaquam vltra orare debemus, nec illius clementiam precibus flectere, vt accipiamus quotidie, quod semel acceptum in nostra est potestate. Istiusmodi homines tollunt, orationem, & per liberum arbitrium, non homines propriæ voluntatis, sed Dei potentiæ factos se esse iactant, qui nullius ope indigent. Tolluntur & ieiunia omnisque continentia. Quid enim mihi necesse est laborare, vt accipiam per industriam, quod semel meæ factum est potestatis? Hoc quod dico, non meum est argumentum vnius discipulorum eius, imò iam magister & totius doctor exercitus, & contra Apostolum vas perditionis, per solœcismorum, & non, vt sui iactitant, syllogismorum spineta decurrens, sic philosophatur & disputat: Si nihil ago absque Dei auxilio, & per singula opera eius, est omne, quod gessero: ergo non ego, qui laboro, sed Dei in me coronabitur auxilium; frustraque dedit arbitrij potestatem, quam implere non possum, nisi ipse me semper adiuuerit, destruitur enim voluntas, quia alterius ope indiget, sed liberum dedit arbitrium Deus; quod aliter liberum non erit, nisi fecero quod voluero. Ac per hoc ait: aut vtor semel potestate, quæ mihi data est, vt liberum seruetur arbitrium: aut si alterius ope indiget, libertas arbitrij in me destruitur. Qui hoc dicit, quam non excidit blasphemiam? quæ hæreticorum venena non superat? asserunt se per arbitrij libertatem nequaquam vltra necessarium habere Deum, & ignorant scriptum: Quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Magnas agit Deo gratias, qui per libertatem arbitrij rebellis in Deum est: quam nos libenter amplectimur, ita duntaxat, vt agamus semper gratias largitori; sciamusque nos nihil esse, nisi, quod donauit, in nobis ipse seruauerit, dicente Apostolo: Non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei: velle & currere meum est; sed ipsum meum, sine Dei semper auxilio non erit meum. Dicit enim idem Apostolus: Deus est, qui operatur in nobis, & velle & perficere. Et Saluator in Euangelio: Pater meus, vsque modo operatur, & ego operor; semper largitor, semperque donator est. Non mihi sufficit, quod semel donauit, nisi semper donauerit. Peto, vt accipiam: & cùm accepero, rursus peto. Auarus sum ad accipienda beneficia Dei: nec ille deficit in dando, nec ego satior in accipiendo: quantò plus bibero, tantò plus sitio. Legi enim à Psalmista cantari: Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus. Omne quod habetur bonum, gustus est Domini. Cùm me putauero ad calcem peruenisse virtutum, tunc habebo principium. Principium enim sapientiæ, timor Domini; qui expellitur, atque destruitur caritate. Hæc hominibus sola perfectio, si imperfectos esse se nouerint. Et vos, inquit, cùm omnia feceritis, dicite. Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Si inutilis est, qui fecit omnia, quid de illo dicendum est, qui explere non potuit? Vnde & Apostolus, ex parte accepisse, & ex parte comprehendisse se dicit, necdum esse perfectũ, præteritorumq; obliuisci, & in futurũ se extendere. Qui semper præteritorũ obliuiscitur, & futura desiderat, ostẽdit se præsentib. non esse contentũ. Quod autẽ sursum deorsum iactitant, liberum à nobis arbitriũ rui

Incommoda & absurda quæ consequantur ex Pelagianorum sententia.

Rom. 9.

Pelagianorũ argumentatio.

Dilemma Pelagij.

Confutatio opinionis Pelagianæ.

1. Rom. 4.

Rom. 9. Philip. 2. Ioan. 1.

Psalm. 32.

Prouerb. 1. *Agnitio imperfectionis sola perfectio.* Lucæ 17.

1. Cor. 13. Philip. 3.

Alia obiectio Pelagianorum refellitur.

Alia obiectio Pelagianorum refellitur.

destrui audiant, è contrario eos arbitrij destruere libertatem, qui malè eo abutuntur aduersum beneficium largitoris. Quis destruit arbitrium? ille, qui semper Deo agit gratias, & quodcunque in suo riuulo fluit; ad fontem refert? an qui dicit. Recede à me, quia mundus sum, non habeo te necessarium? dedisti enim mihi semel arbitrij libertatem, vt faciam quod voluero: quid rursum te ingeris, vt nihil possim facere, nisi tu in me tua dona compleueris? fraudulenter prætendis, vt Dei gratiam ad conditionem hominis referas, & non in singulis operibus auxilium Dei requiras; ne scilicet liberum arbitrium videaris amittere, & cũ Dei condemnas adminiculum, hominum quæras auxilia. Audite, quæso, audite sacrilegum. Si, inquit, voluero curuare digitum, mouere manũ, sedere, stare, ambulare, discurrere, sputa iacere, duobus digitulis nariũ purgamenta decutere, releuare aluum, vrinam digerere; semper mihi auxilium Dei necessarium erit? audi ingrate, imò sacrilege, Apostolum prædicantem: Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid agitis, omnia in nomine Domini agite. Et illud Iacobi: Ecce nunc quid dicitis, hodie aut cras proficiscemur in illam ciuitatẽ, & faciemus illic annum, vt negotiemur & lucremur; qui nescitis de crastino. Quæ enim est vita vestra? aura est, siue vapor paululum apparens, deinde dissipatur. Pro eo, quod debeatis dicere. Si Dominus voluerit, & vixerimus, faciemus aut hoc, aut illud. Nunc autem exultatis in superbijs vestris: omnis istiusmodi gloriatio pessima est. Iniuriam tibi fieri putas, & destrui arbitrij libertatem, si ad Deum semper auctorem recurras, si ex illius pendeas voluntate, & dicas: Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos? vnde & audes lingua proferre temeraria, vnumquemq; arbitrio suo regi? Si suo arbitrio regitur, vbi est auxilium Dei? Si Christo rectore non indiget, quo modo scribit Hieremias: Non est in homine via eius, & à Domino gressus hominis diriguntur. *Tom. 2. aduersus Pelagium ad Ctesiphontem cap. 3.*

Auxilium Dei etiam in adiaphoris necessarium

1. Cor. 10. Iacob. 4.

Psal. 24.

Hierm 10. Psal. 36.

CÆTERVM non ex eo differemus à brutis animalib. quod liberi arbitrij conditi sumus: sed ipsũ liberũ, vt dixim⁹, arbitriũ Dei nititur auxilio, illiusq; per singula ope indiget: quod vos nõ vultis: sed id vultis, vt, qui semel habet liberũ arbitrium, Deo adiutore non egeat. Liberum arbitrium dat liberam voluntatem, & non statim ex libero arbitrio homo facit, sed Domini auxilio, qui nullius ope indiget. *Ibidem cap. 4. folio 267.*

Status controuersiæ inter Pelagia. & Catholicos.

ILLVD verò, quod in alio ponis loco, omnes voluntate propria regi, quis Christianorum potest audire? Si enim non vnus, nec pauci, nec multi, sed omnes regũtur propria volũtate: vbi erit auxilium Dei? Et, quo modo illud exponis? A Domino gressus hominis diriguntur. Et, non est in homine via eius. Et nemo potest quicquã accipere, nisi datum fuerit desuper: Et alio in loco: Quid enim habes, quod non accepisti? & si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Dicente Domino Saluatore. Non descendi, de cælo, vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui me misit, patris. Et in alio loco: pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Verum tamen non quod ego volo, sed sicut tu. Et in oratione Dominica: Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra. Quo sententiæ temeritate aufers Dei omne præsidium: qui quod in alio loco frustra conaris adiungere, non absque Dei gratia, quomodo sentire velis, ex hoc loco intelligitur, dum gratiam eius non ad singula refers opera, sed ad conditionis ac legis, & liberi arbitrij potestatem. *Tom. 2. lib. 1. Dialog. aduersus Pelagianos cap. 9. fol. 276.*

Psal. 56. Hierem. 10. Ioan. 3. 1. Cor. 4. Ioan. 6. Matth. 26.

SEPTVAGINTA: Respice in seruos tuos & in opera tua, & dirige filios eorum. Ergo in seruis suis ipse Dominus operatur opus suum. Nec propria, qui postulat, salute contentus est, sed quærit gloriam filiorum, id est, seruorum Dei. Filios autem non tam illos, qui de eorum stirpe generati sunt, quàm discipulos debemus accipere: de quibus Paulus loquebatur: Filioli mei, quos iterum parturio. Vnde & Ioannes Apostolus, secundum merita filiorum suorum profectusque operum singulorum scribit ad paruulos, scribit ad iuuenes, scribit ad patres. Et sit decor domini Dei nostri super nos: & opus manuum nostrarum fac stabile super nos, & opus manuum nostrarum dirige: vbi sunt, qui liberi arbitrij sibi potestate plaudentes, in eo putant se Dei gratiam consecutos, si habeãt potestatem faciendi, vel non faciendi bona, siue mala? Ecce hic beatus Moyses post resurrectionẽ, quã postulauerat, dicens: Imple nos matutina misericordia tua: & laudabimus, & lætabimur in cunctis diebus nostris: nequaquam se surrexisse contentus est, et æternæ vitæ præmia consecutũ, sed postulat. vt decor Domini Dei sui sit super eos, qui resurrexerunt, & splendeat in animabus cordibusq; sanctorum; & opera manuum eorum ipse dirigat, faciatq; esse perpetua; ipseq; confirmet, quicquid in sanctis videtur boni. Sicut enim humilitas deprecantis meretur præmia; ita superbia contemnentis Dei auxilio deseretur. *Tomo tertio Epistol. 139. ad Cyprianum folio 392. in fine.*

Dominus operatur opus suum in seruis.

Galat. 4. 1. Ioan 2.

Moyses libero arbitrio præditus, petit nihil nisi Dei gratiam.

ROS Domini iuxta fabulas Poetarum, vincens omnes herbas pæonias, viuificabit corpora mortuorum. Et quomodo iactis in terram seminibus ros paulatim crescere facit herbas, & ad fruges sui generis peruenire: Sic Domini ros, qui pro misericordia ponitur, ros erit hominum plurimorum. *Tom. 4. lib. 8. Comment. in cap. 26. Isaiæ fol. 97. fac. 2.*

Gratia & misericordia Dei ros comparatur.

AVERTENTE Domino faciem suam à nobis, allidimur in manu iniquitatis nostræ; siue tribulationibus propter peccata nostra. Ex quo discimus, quod & iniquitas manus habeat, & omnia peccata: quæ nos fortiter strictos tenere desiderãt. Vnde & in manu linguę mors & vita est, & sanctus precatur: nõ veniat mihi pes superbię. *To. 4. lit. 17. cõ. in ca. 64. Isa. fol. 213. fac. 1.*

Prouer. 18. Psalm. 35.

POSSVMVS hæc referre ad Ecclesiam vel ad sancti viri animam: quæ rectè appellari potest specula & visio pacis, quãdo pater & filius, & spiritus S. habitauerint in ea. Sin verò vitio vel nostro, vel populi, huiusce modi, siõ. à Domino fuerit derelicta, statim patebit in medio ignitarũ diaboli sagittarum. Omnes enim adulterantes quasi clibanus corda eorum. Et expulso pudicitiæ frigore, libidinis in templo Dei flamma grassabitur: vt quicquid in nobis glorioſum prius &

Osee 7.

Sine Dei gratia in omnia vitia ruimus.

Psalm. 73. Ioann. 7.

inclytum fuit, corruat, deleatur, pereat. Et impleatur illud, quod in Psalmis legitur: Combusserunt igni sanctuarium tuum: Prophanauerunt in terra tabernaculum nominis tui. Quod solus potest ille restinguere, de cuius ventre fluunt aquæ viuentis flumina. *Ibidem facie 2.*

Impugnat Pelagianos. Psalm. 36.

ERVBESCANT noui prædicatores, qui aiunt, vnumquemque suo arbitrio regi, cùm & hic Propheta dicat, non est hominis via eius. Et Dauid in lyrico canat carmine: à Domino gressus hominis diriguntur, & viã eius volet nimis. *Tom. 4. lib. secundo. Com. in cap. 10. Hierem. fol. 254. facie 2.*

Consuetudo & habitus peccandi in naturã vertitur.

SI mutare potest Aethiops pellem suam, &c.] Hoc testimonio vtuntur aduersus Ecclesiam, qui diuersas cupiunt asserere naturas, & tantam dicunt esse vel nigredinẽ, vel varietatem peccatorum: vt in candorem, & vnius coloris pulchritudinem transire possunt, non attendentes hoc q̃ sequitur: Et vos poteritis benefacere cùm didiceritis malum. Quicquid enim discitur, non naturæ est, sed studij & propriæ voluntatis: quia nimia consuetudine & amore peccandi quodam modo in naturam conuertitur. Sed hoc quod hominibus impossibile est, Deo possibile est: vt nequaquã Aethiops & pardus suã videantur mutare naturã; sed ille q̃ in Aethiope operatur & pardo, dicente Apost. Omnia possum in eo, qui me cõfortat Christo. Vnde & in alio loco: Amplius, inquit, illis omnib. laborauiẽ ego, sed gratia Dei, quę in me est. Et viuo iã nõ ego, viuit verò in me Christus. Et iterũ scriptũ legimus: quid habes, q̃ non accepisti? Si aũt accepisti, quid gloriaris, quasi nõ acceperis? Quas ob causas nõ glorietur sapiens in sapientia sua: neq; fortis in fortitudine sua, nec dives in diuitijs suis: nec pudicus in pudicitia, sciens, quod in omnibus his Christi virtus sit, non eorum, qui suis virtutibus gloriantur. *Tom. 4. lib. 3. Commen. in cap. 13. Hieremiæ.*

Philip. 4. ca. 2. Cor. 15.

Galat. 2.

2. Cor. 4.

Sapien. 1.

Omnia bona opera per Dei gratiã & non sine ea operamur.

ET vt liberum significaret arbitriũ, dicit se & mala annunciare genti, & regno illi vel illi, & rursum bona, & tamẽ hoc nõ euenire, q̃ ipse prędixerit, sed è contra fieri, vt & bona malis eueniant, si egerint pœnitentiã & bonis mala; si post repromissiões fuerint ad peccata cõuersi. Et hoc dicimus, non quod ignoret Deus hoc vel illud, gentem aut regnum esse facturum, sed q̃ dimittat hominem voluntati suæ, vt vel præmia vel pœnas sua voluntate, & suo merito recipiat. Nec statim totum erit hominis quod euenit, sed eius gratiæ, qui cuncta largitus est, ita enim libertas arbitrij reseruanda est, vt in omnib. excellat gratia largitoris, iuxta illud propheticum: Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilauit, qui custodit eam, Nõ enim volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. *Tom. 4. lib. 4. Com. in cap. 18. Hierem. folio 270. facie 1.*

Homo à Deo dimittitur suæ voluntati.

Psalm. 126. Libertas reseruanda ita vt tamen excellat gratia largitoris. Rom. 9.

ET post cogitationes, inquit, nostras ibimus, vbi est ergo absque Dei gratia liberi arbitrij potestas, & propriæ iudicium voluntatis: cui grandis offensa sit Dei, sequi cogitationes suas, & praui cordis facere voluntatem? propterea infert, dicens: Interrogate gentes, & omnes in circuitu nationes, quis fecerit, quis audierit idolis seruiens: quæ fecit nimis virgo Israel. *Ibidem.*

Nulla est absque Dei gratia liberi arbitrij potestas.

QVOD autem dixit de ficis bonis: Dabo eis, cor, vt sciant me, quia ego sum Dominus: illi simile est Apostolico: Deus est, qui operatur in vobis & velle, & perficere, quod non solùm opera, sed voluntas nostra Dei nitatur auxilio. *Tom. 4. libro quinto Commen. in cap. 24. Hieremiæ fol. 283. facie 2.*

Philip. 2. Opera & voluntas nostra Dei nitatur auxilio

IN nostra ergò positum est potestate, vel facere quid, vel non facere: ita duntaxat, vt quicquid boni operis volumus, appetimus, explemus, ad Dei gratiam referamus: qui iuxta Apostolum dedit nobis, & velle & perficere. Sin aùt sufficit semel ambulare in lege, q̃ nobis datae est per Moysen, vt stulta hęresis suspicatur, quo modo addidit: vt audiatis sermones seruorum meorum prophetarum? Qui vtique post legẽ missi sunt, & non semel, sed frequenter: nec otiosè & à securo, sed semper & à sollicito. *To. 4. lib. 5. Com. in cap. 6. Hierem. folio 287. fac. 2.*

Philip. 2. Omnia bona opera ad Dei gratiã referenda. Sola Mosaicalex absque doctrina prophetarũ non sufficit.

PROPTEREA sapientia confortat iustum & omniũ principum ciuitatis super eum excedit auxilium: quia quamuis aliquis iustus sit: tamẽ dum in hac carne constitutus, subiectus est, vitijs atque peccatis, & maiore præsidio indiget. *Tom. 5. Com. in cap. 7. Ecclesiast. fol. 287. fac. 1.*

QVI vinctus est compedibus ferreis, & grauibus plumbi nexibus prægrauatur: (iniquitas enim sedet super plumbi talentum. Et in Psalm. loquitur: Sicut onus graue grauatæ sunt super me) non est aptus ad cursum illum, de quo dicitur: Cursum consummaui, fidem seruaui. Qui aũt leuis est, & anima eius nõ grauatur, nihilominus & ipse absque adiutore Deo ad calcem non potest peruenire. Sed & cùm prælium fuerit aduersus contrarias potestates, de quo scriptum est: Sanctificate bellum: licet robustus, tamen proprijs viribus vincere non valebit. Perfectus quoque in filijs hominum & sapiens, viuentem panem atque cælestem habere nõ poterit, nisi per sapientiam cohortantem: Venite, comedite panes meos. Et quoniam non desunt diuitiæ, de quibus Apostolus ait: Diuites fieri, in operibus bonis. Et alibi: Diuites facti est is in omni sermone, & in omni scientia: Sciendum prudentem virum has non posse diuitias congregare, nisi eas à Domino acceperit, cuius diuitiæ sunt. De quibus & alibi dictum est: Redemptio animæ viri, propriæ diuitiæ. Gratia quoque nisi scientiam comitata fuerit, & concessa à Deo, quamuis eruditus vir, eam non poterit inuenire. Quod Paulus sciens: plus, inquit, omnibus eis laborauiẽ non autem ego, sed gratia Dei, quæ mecum est. Et iterum: Gratia autem non fuit vacua in me. Et ad extremum nescitur ab homine, quando tempus aduenerit, in quo varius euentus & finis omnium subsequatur. *Tom. 5. Com. in cap. 9. Ecclesiast. folio 224. fac. 2.*

Zacha. 2. Psal. 37. 2. Timo. 4. Absque adiutore Deo ad calcem homo non potest peruenire.

Proverb. 7.

1 Timo. 6. 1. Cor. 4. Scientia, sine Dei gratia ad bene operandum non sufficit. Proverb. 15.

1. Cor. 15.

LEGATVS qui ad gentes est missus, hæc loquitur: Surge qui dormis & elevare à mortuis, & illuminabit te Christus: ac ne forsitan grauis nobis, & insolita pugna videatur: me, inquit, habebis primum in acie. Ego ero ἀρχιστράτηγος præliorum, qui & Iesu filio naue gladiũ tenens apparuit. Et Amalech in crucis meæ vexillo Moyse pugnante superauit. Hieremias in visione contra Idumæam nõ multum ab his discrepat: aũt auditũ, inquit, audiui à Domino & legatus ad gentes missus suum: congregamini & venite contra

Ephes. 5. Christus noster ἀρχιστράτηγος Iosue 5. Exod. 17. Hierem. 49.

eam & consurgamus in prælium: *Tomo 5. Com. in cap. 1. Abdiæ fol. 128. fac. 1.*

QVOTIESCVNQVE humana fragilitas suæ relinquitur imbecillitati, Dei à nobis, & angelorum eius auxilium abire credendum est. *Tomo 5. lib. 1. com. in cap. 4. Zachariæ fol. 240. fac. 1. à principio.*

Simili docet fragilem esse humanam potentiam sine dei auxilio.

SICVT stannum ab igne alia metalla defendit, & cùm sit natura æs ferrumque durissimum, si absque stanno fuerit, vritur & crematur: sic omnis angelorum & hominum fortitudo, si non habuerit auxilium saluatoris, imbecilla probatur & fragilis. *Tomo 5. lib. 1. Com. in cap. 4. Zachariæ fol. 241. fac. 1.*

Exod. 15.

QVANDO visitauerit Dominus omnipotens gregem suum domũ Iuda, tunc confundentur ascensores equorũ de quibus scriptum est: Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus est: equum & ascensorem proiecit in mare: De quib. etiam psalmistę voce cantatur: Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerũt qui ascenderunt equos. Et sanctorũ congeminat chorus: Hi in curribus & hi in equis: nos autem in nomine Domini nostri inuocabimus: ipsi obligati sunt & ceciderunt: nos autem surreximus & erecti sumus. In hoc equitatu confidebat rex AEgyptius, & præcipitatę in mare, quasi plumbum submersus est in profundum, & suo exemplo didicit verum esse, quod scriptum est: fallax equus ad salutem. Hos currus & quadrigas, supra in quatuor perturbationibus interpretati sumus: qui nisi boni frenis regantur aurigæ, ad præcipitia deferuntur. Alius est autem auriga, de quo loquitur Helisæus: Pater, Pater, currus Israel & auriga eius. *Tomo 5. lib. 2. Com. in cap. 10. Zachariæ fol. 158. fac. 1.*

Psal. 75. Ibid. 19.

Exod. 15. Ibid. 32.

Boni aurigæ Christi frenis regendæ perturbationes. 4. Reg. 2.

NON carnes nostros deu orare conati sunt impij: sed animas per instigationem scelerum deglutire: sed erepti sumus ab his per eum qui erat in nobis. Cui ob hoc gratiæ referendæ sunt: quia gratia eius saluati sumus. *Tomo 7. com. in Psal 123.*

Articulus XI. Non omnia opera, quæ ante iustificationem ab infidelibus vel alijs peccatoribus fiunt, verè esse peccata, aut odium pro mereri

Semina virtutum insunt naturæ. Psal. 138.

DOCEMVR autem in vtraque parte & amoris & odij esse nobis semina; cùm ipse, qui primitias massæ nostrorum corporum leuauit ad cælos, & iustitiam dilexerit, & oderit iniquitatem. *Tomo 3. Epistol. 140. ad Principiam fol. 396.*

Legis naturalis ardor non est restinctus sed inde maxima suscitata incendia.

LINVM quoque fumigans non extinguet: populum de gentibus congregatum, qui extincto legis naturalis ardore, fumi amarissimi, & q̃ noxius oculis est, tenebrosę q̃; caliginis inuoluebatur erroribus. Quem non solum non restinxit, & redegit in cinerem; sed è contrario de parua scintilla, & penè moriente, maxima suscitauit incendia, ita vt totus orbis arderet igne Domini Saluatoris, quem venit mittere super terram; & in omnibus ardere desiderat. *Tomo 3. Epistola. 151. ad Algasiam quæstione. 2.*

Luc. 12.

Rom. 9. Rom. 2. Lex naturalis omnibus inest.

ET extra hæc omnia naturalem legem scriptam in cordibus nostris, idem Apostolus docet. Cùm enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt; isti legem non habentes, ipsi, sibi sunt lex, qui indicant opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium perhibente illis conscientia. Ista lex, quæ in corde scribitur: omnes continet nationes, & nullus hominum est, qui hanc legem nesciat. *Ibidem quæstione. 8. fol. 430 fac. 2.*

Ante fidem Christi ethnici eorum opera non erant perfectè bona. Para. 24.

INTERPRETATVR autem, aut sanguinis osculum, aut sanguinem bibens, aut sanguis cilicij, quę omnia populo conueniunt Ethnicorum, qui ante fidem Christi amicus erat sanguinis & crudelitatis, & digna opere planctu agebat & sacro. *Tomo 4. lib. 7. com. in cap. Esaiæ. 17 fol. 75. fac. 1.*

Ob legem naturaliter diffusam lex Moysi data. Roma 2.

AVDIANT Iudæi, qui se solis legem accepisse Domini gloriantur, quod vniuersæ pirmũ gentes, totusque orbis naturalem acceperit legem, & iccirco posterea lex data sit per Moysen, quia prima lex dissipata est. De qua Apostolus loquitur Cùm enim gentes, quæ non habent legem, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt: isti legem non habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Qui igitur has leges obseruarint præmia consequentur: qui autem neglexerint eas, sustinebunt quæ nuncsermo propheticus comminatur. Et quomodo in principio benedixit Deus omni creaturæ quam fecerat: sic in consummatione mundi, maledicet eis qui terreni sunt, & non fuerint peregrini, sed habitatores terræ, & in ea peccauerint: qui obliti conditionis suæ, contra se mutuo furore bacchati sunt. Et pauci remanebunt qui habeant imaginem supercelestẽ, siue iuxta Lxx. διαθηκαι ἔχοντες δικαιοκοῦντες ἐν τῇ γῇ, id est. pauperes erunt habitatores terræ, quia spirituales diuitias perdiderũt. *Tom. 4. lib. 8. Co. in cap. 24. Esaiæ fol. 90. fac. 1.*

Qui legem naturalem obseruarunt præmia consequentur.

Genesi.

HI autem calathi qui bonas habebant & malas ficus, non erant foris & extra ecclesiam, sed ante templum domini, eo quod cuncta illius scientiæ pateant, nec tantam habeant amaritudinem hæc ficus, quæ foris sunt, quantam illæ, quæ per confessionem fidei præuaricatione mutatę sunt. Nec tantam suauitatem bonæ ficus, quæ non sunt in conspectu templi Dei, quale fuerunt mundi Philosophi, qui naturali bono & intelligentia creatoris, non tam visi sunt sequi, quam laudare virtutes: quantam habent suauitatem ficus, quæ sunt in templo Dei: quarum fuerunt prophetæ, & Apostoli, de quibus vna ficus loquebatur: Lac vobis dedi, non solidum cibum. Et: filioli mei, quos iterum parturio donec Christus formetur in vobis. vnde dicitur quod in conspectu templi Dei, ficus bonæ fuerint bonæ valdè, & ficus malę fuerint malę valdè. *Tom. 4. lib. 5. Com. in cap. 24. Hie. fol. 283. fac. 2.*

Mundi philosophi naturali bono & intelligentia creatoris nõ tam visi sunt sequi quam laudare virtutes 1. Cor. 3. Galat. 4. cap.

SI autem iudicium Domini cùm gentibus est, sunt & gentium merita diuersa. *Tom. 4. lib. 5. Com. in cap. 25. Hie. fol. 286. fac. 2.*

Gentium diuersa merita.

AIVNT Hebræi Græciam, id est, Ianan, interpretari, est, & non est; quod propriè refertur ad sapientiam sæcularem, in qua si rectè aliquid reperiunt, est appellatur: si in contrariam partem non est. Multa enim naturæ bono & ipsi differũt de officijs, de continentia, de opibus contemnendis: quod propriè sibi Stoici vendicãt: & videtur animas hominum quos deceperunt, lucrifacere: habentque vasa ænea quibus mentiũtur auri similitudinem: quæ ingerunt populis Tyri, vt eos fanæ doctrinæ opinione supplantet. *Tom. 4. lib. 8. com. cap. 27. Ezechie. fol. 413. fac. 1.*

In sapientia seculari multa naturæ bona de virtutibus & officijs recte disputata inueniuntur.

Ethnici quid boni operis fecerunt non absque mercede dei iudicio præteriri.
Hiere.25.

CAETERVM ex eo quod Nabuchodonosor mercedem accepit boni operis, intelligimus etiã Ethnicos, si quid boni fecerint, non absque mercede Dei iudicio præteriri. vnde & per Hieremiam, Nabuchodonosor columba Dei appellatur, eo quod aduersum populũ peccatorem, Dei seruierit voluntati Et adducam, inquit, seruum meum Nabuchodonosor. Ex quo perspicuũ est cõdemnari nos comparatione gentilium si illi lege faciant naturali, quæ nos etiam scripta negligimus. De quo plenissimè ad Romanos Pauls Apostolus disputat. *Tom.4.lib.9. Com.in cap.29. Ezechie fol.424.*

Matth.5.

ILLVD quoque legimus in euangelio: Qui solem suum oriri facit super malos & bonos: etiam super Nabuchonosor intelligimus esse completum. Tanta enim est clementia omnipotentis Dei, vt etiam Nabuchodonosor dispẽsationis suę quæ mundum regit, mysteria reuelaret. Interrogemus eos, qui diuersas asserũt esse naturas, cuius naturæ Nabuchodonosor intelligant, bonæ an malæ. Si bonæ, cur impius dicitur? Si malæ (vt rectum est) cur malo atque terreno, id est, χοϊκῷ, sua Deus sacramenta monstrauit? *Tom. 4. lib. 1. Co. in cap.1. Daniel fol.499 fac.1.*

Ethnicis etiam Dei prouidentiæ suæ mysteria reuelat.

DICITVR nobis, vt consideremus, quæ retro pasi fuerimus antequam in nobis ædificaremus templum Dei. Cùm accederetis, inquit, ad aceruum viginti modiorum, & fierẽt decem: siue iuxta LXX. ὅτε ἐνεβάλλετε εἰς κυψέλην εἴκοσι σατα καὶ ἐγένετο δεκα σατα κριθῆς, id est, cùm mitteretis in cypselen viginti modios hordei, & fierent decẽ modij hordij. Quicquid enim ante Christum virtutis habebant: habere virtutum, bonorumque operũ, non erat frumentum, sed hordium, non secundum spem & vota nostra, quod de Isaac legimus, centenas fruges dabas: sed vix mediam partem laboris nostri ex eo inuenire poteramus, & dicebatur ad nos: tanta pasi estis sine causa? *Tom.5.Com. in cap.2. Aggei fol.230 fac.1.*

Virtutes & opera ante fidem in christum sunt imperfecta. Genes.26

Gala.3.

NEC moueat quempiam, si dicamus aliquos ante fidem Christi. & extructionem templi eius mediam partem sc laboris sui posse percipere: cũ apud incredulos nullus fructus sit bonorum operum: Non enim viginti reponit & inuenit viginti, sed si viginti reposuerit, inuenit decem, id est. mediam partem laboris sui. Iudæi, & Ethnici & Philosophi huius sæculi, cæteriquę qui sapientiã iactitant, in præsenti tantum tempore conuersationis suæ & laboris fructum, & gloriam capiunt: omnisque spes eorum & merces futuri sæculi tollitur. Hoc autem ideo fit, ne penitus desperantes contemnant pœnitentiã: sed aliquando conuersi ponant lapidem super lapidem & ædificent templum Dei. Quod si in incredulitate permãserint, id ipsum medium quod videbantur habere, perdent. *Ibi dem.*

Infideles ante fidem in christum media partem sui laboris percipiunt quia tantum in seculo præsenti & non in futuro.

Aggæ.2.

ANTEQVAM fundaretur domus Domini, & ædificaretur templum Domini, omnis labor vester irritus fuit. Et tam homines quã iumenta in agricultura, in mercimonijs, operibusque diuersis, cassis conatibus frustrabãtur: foris aduersarij, domi seditio turbabant pacem, & erat vbiq; iudicium ob bellorum frequentiam & insidias domesticas: domi nec frater fratri exhibet fidem, & omnis est inimica propinquitas. Hunc sensum alijs verbis Aggeus Propheta comprehendens ait. Et nunc ponite corda vestra à die hac & supra antequam poneretur lapis super lapidem in templo Domini. Cum accederetis ad aceruum viginti modiorum & fierent decem, & intraretis ad torcular, vt exprimeretis quinquaginta lagenas & fiebant viginti: percussi vos vento vrente, & aurugine & grandine omnia opera manuum vestrarum, & non erat in vobis qui reuerteretur ad me dicit Dominus. Quod & in ecclesia & in vnoquoque credẽtium accipere possumus. Si quidem antequam domus Dei in nobis fundamenta iaciantur, & ædificemus templum Deo, & audiamus ab Apostolo vos estis templum Dei & spiritus sanctus habitat in vobis: quicquid boni operis habere videamur, siue rationales, qui appellantur homines: siue simplices, qui iumenta dicuntur (homines enim & iumenta, inquit, saluos facies Domine) mercedem non habet apud Deum, & sunt in nobis bella atque discordiæ, & vbique tribulatio, & sine pace Christi, quam ad patrem vadens Apostolis dereliquit: impleturque in nobis Dominj sententia: Inimici hominis domestici eius. Omnis enim frater supplantatione supplantat, & omnis amicus fraudulenter incedit: veritatem non loquitur, didicit lingua eorum loqui mendacium. Quod si cõuertamur ad Christum & templum eius efficiamur, statim audiemus Apostolũ proclamantem: vnusquisque accipiet propriam mercedem iuxta opus suum. *Tom. 5. lib. 2. com.in cap.3. Zachariæ fol. 250.fac.1.*

Bona opera ante fidem & spiritum sanctum non habent mercedem. 2. Cor.6.

Psal.25.

Ioan.14. Mich.7. Hiere.9.

PRIVSQVAM domus Dei fundamenta iacerentur, & ædificaretur templum, merces hominum non erat, nec merces iumentorum: nec præ tribulatione & angustia pax introeuntibus & exeuntibus, & oẽs homines inter se hostili odio dissidebant. Nunc autem quia iam domus Dominj fundamenta iacta sunt, & templum ædificatũ est, nequaquam faciam vt prius fecerã his qui de captiuitate Babylonia sũt reuersi: sed erit vbique pax & gaudium, & ariditatem & famem pristini temporis futura abundantia compensabit. Vinea enim dabit fructum suum, & torcularia omnia cõplebuntur: terra lætis segetibus vestietur & irrigantibus pluuijs ac rore nocturno omnia pullulabunt: vniuersa quæ dixi faciam populi mei reliquias possidere: quia fundamenta domus iacta sunt, & templum extructum est. *Ibidem facie.2.*

1. Cor.2.

POSTQVAM fidem Christi receperint, & illi, & hi qui in Ecclesia fuerant peccatores, & pro magnitudine delictorũ captiuitati huius mundi traditi, & Babilonio igne combusti & audierint Dominũ prædicantem: Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me: Euangelizare pauperibus misit me: prædicare captiuis remissionẽ & cæcis vt videant: sanare eos qui contrito sunt corde: & cõpletum fuerit in eis illud quod per Amos dicitur: conuertam populi mei Israel captiuitatem, & ædificabunt ciuitates dissipatas, & plantabo eos. Tunc & in diebus illis orietur iustitia & multitudo pacis: vinea dabit fructum suum quæ dicit in Euãgelio: Ego suum vitis, vos rami. Omnem ramum qui manet in me, mundat pater, vt maiorcs fructus afferat. Cumque mundati fuerint rami eius, id est, flagella & propagines, & gemmantibꝰ oculis spem futurorum cæperint fructuum polliceri: vt impleatur illud quod scriptum est: vineæ florentes dederũt odorem. *Ibidem.*

Esaiæ.61.

Amos 3.

Psal.71.

Ioan.15.

Cant.2.

HOC

Vxor a'olescentiæ lex naturalis.

HOC quod sequitur: Quia Dominus testificatus est inter te & vxorem pubertatis tuæ, siue adolescenti quam tuæ despexisti, & hæc est particeps tua, & vxor pacti vel testamenti tui, & non alius fecit, & reliquiæ spiritus tui: sic interpretantur, vt vxorem adolescentiæ naturalem dicant intelligentiam, & legem in corde perscriptam: quæ omnibus hominibus insita est. vnde & gentes non habentes legem Dei, ea quæ sunt legis operantur. de hac coniuge in prouerbijs prædicatur: A Deo cõiũgitur vxor viro, & iubemur vt de nostris aquis bibamus & fontibus, nullus que in potandodit particeps, & vt lætemur cum vxore adolescentiæ nostræ. Hæc vxor impellit etiam incredulos dicere: Deus iudicet & Deus videat, & ipsi cuncta inter me & te diiudicanda permitto, de qua & Ecclesiastes loquitur: Et viue vitam cum muliere, quam dilexisti omnibus diebus vanitatis tuæ: qui tibi dati sunt sub sole. Hæc vxor residuum spiritus nostri est: quia nostro semper sensui copulatur: quæ si recedat à nobis, statim offendimus Deum, & operit nos nostra impietas vnde rursum ingeritur: Custodite spiritũ vestrũ non carnem, in qua qui sunt Deo placere nõ possunt, sed animam: Animalis enim homo non recipit ea quę spiritus sunt, sed spiritũ quia spiritus interpellat pro nobis gemitibus ineffabilibus. *Tom.5.Com.in cap.2.Malachiæ, fol.282.fac.1.*

Prouerb.19. Ibid.5.

Iudit.7. Eccles.9. Sec.70.

Lex naturalis residuum spiritus nostri. Rom.8. 1.Cor.2. Rom.8.

Gratius peccant Iudæi quam gentes quia illi legẽ naturalẽ & Mosaicam transgred ñtur: hæc solum legem naturalem.

CHOROZAIM & Bethsaida vrbes Galileæ à saluatore planguntur: quod post tanta signa atq; virtutes non egerint pœnitentiam, & præferuntur eis Tyrus & Sidon vrbes Idololatriæ & vitijs deditæ, Præferuntur autem ideo: quod Tyrus & Sidon naturalem tantum legem calcauerint: Istæ verò post transgressionem naturalis legis & scriptæ, etiam signa, quæ apud eas facta sunt, parui duxerint. *T.6.lib.2.Co.in cap.11.Matt.fac.2.Cano.91.*

NON in æqualitate iudicij habentibus additur, & non habentibus, id quod habere videntur aufertur, sed quod Apostolis in Christo habentibus fidem, etiamsi quid minus virtutũ habeant, conceditur. Iudęis autẽ, qui non crediderunt in filium Dei, etiam si quid per naturæ bonum possident, tollitur, Neque enim possũt aliquid sapienter intelligere, qui caput non habent sapientię, *Tomo 6.lib.2.com.in cap.13.Matth.cano.24.fac.1.*

Cui caput õnis sapientiæ Christum nõ habent nihil perfectè intelligunt.

GENTILIVM populus non erat in vijs, sed in exitibus viarum. Quæritur autem quomodo in his, qui foris erant inter malos, & boni antiqui sint reperti: Hunc locum plenius tractat Apostolus ad Romanos, quod gentes naturaliter facientes ea quæ legis sunt, condemnent Iudæos, qui scriptam legem non fecerint. Inter ipsos quoque Ethnicos est diuersitas infinita: Cũ sciamus alios esse procliues ad vitia & ruentes ad mala: alios ob honestatem morum virtutibus deditos. *To..6.lib. 3.com.in cap.22.Matth.Cano.47 fac.1.*

Rom.2. Gentes quædam bonæ ob legem naturalem.

E contrario dicendum, quædam legis etiam ab his fieri, qui ignorent eam. Sed ideo non iustificatores operatores eius quia absque fide Christi fiant: verbi gratia, non dormire cum viro dormitione mulieris, non adulterari, non rapere, sed magis honorare Patrẽ & matrem, &c. quæ imperata sunt, facere. Quod si de sanctis viris nobis exempla protulerint, quod in lege versati, ea quę legis fuerint perpetrarint, dicemus: Quia iusto lex non est posita, sed iniquis, & non subditis, impijs & peccatoribus, contaminatis & immundis. Qui autem à Deo doctus sit, non habere eum necesse vt vel de charitate doceatur, Paulo dicente: De charitate autem non necesse habere scribere vobis: ipsi enim vos à Deo docti estis, vt diligatis inuicem. *Tom.6.lib.1.Com. in cap.2.ad Gala.*

Legem etiã obseruant nõ nulli ignorantes eam sed absque fide Christi non iustificantur. 1.Timot.1.

1.Thes.4.

CONSIDERANDVM itaque quia non dixerit, homo aut vir ex fide viuet, ne occasionem tribueret ad virtutũ operaconténenda, sed iustus ex fide viuet: vt quicũq; fidelis esset, & per fidẽ victurus, nõ aliter posit ad fidẽ venire, vel in ea venire, nisi prius iustus fuisset & puritate vitæ, quasi quibusdũ ad fidem gradibus ascẽdisset. Potest ergo fieri vt aliquis iustus, & tamen viuat absque fide Christi. Si legem scrupulosè commonetur: Pauli verba suscipiat, in quibus de se ait, Secundum iustitiam quæ in lege est sine reprehensione. Erat igitur Paulus tunc iustus in lege, sed necdum viuere poterat, quia non habebat in se Christum loquentẽ: Ego sum vita. In quem credens postea cæpit & viuere. faciamus & nos aliquid simile huic, quod dicitur, iustus ex fide viuit, & à cæteris virtutum partibus vicinam sententiam proferamus aduersum eos, qui in Christum non credentes, fortes & sapientes, temperantes se putãt esse vel iustos, sciãt nullum absque Christo viuere sine quo omnis virtus in vitio est. *To.6.lib.2. Com. in cap.3.ad Gala.fol.134.fac.2.*

Aliquis esse potest iustus iustitia legis vel naturæ sine fide Christi.

TITVS filius Vespasiani, qui in vltionem dominici corporis subuersis Hierosolimis, Romã victor ingressus est, tantæ dicitur fuisse bonitatis, vt cum quadam nocte serò recordaretur in cœna, quod nihil boni die illa fecisset, dixerit amicis: Hodie diem perdidi. Nos putamus nõ perire nobis horam, diem, momenta, tempus, ætates, cùm otiosum verbum loquimur, pro quo reddituri sumus rationem in die iudicij? Quod si hoc ille si ne lege, sine euangelio, sine saluatoris & Apostolorum doctrina, naturaliter & dixit & fecit, quid nos oportet facere, in quorum condemnationem habet & Iuno vniuiras. & Vesta virgines. & alia Idola continentes? *To.6.lib.3.com.in cap.6 .ad Gala. fol.158.fac.1.*

QVOD autem ait, fidelibus in Christo Iesu, & hoc ad distinctionem diligentissimę obseruationis est positum. Sunt quippe plures fideles, sed non in Christo Iesu. Si quis reddat depositum, si quis commodata non abneget, fidelem se amicum exhibeat, animam magis quam fidem parãtus sit perdere (quod de nõnullis philosophis legimus, & ne illi satis gloriarẽtur, Athenien sis meretrix perpetrauit) iste quidem fidelis est, sed nõ est fidelis in Christo Iesu. *To.6.lib.1. Com. in cap.1. ad Ephesios folio.161.*

Ioan.1.

NON est ipsum, reuelaret filium suum in me, quod si diceret, reuelaret filium suum mihi. Cui enim quid reuelatur, huic illud potest reuelari, quod ante in eo non erat. In quo verò reuelatur: quod prius fuit in eo & postea reuelatum est. Simile est illud in euãgelio: Medius in vobis stat, quem vos nescitis. Et alibi. Erat lux quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ex quo perspicuũ fit natura omnibus Dei inesse notitiam, nec quempiam sine Christo nasci, & non habere semina in se sapientię & iustitię reliquarumque virtutum. vnde multi absque fide & euangelio Christi vel sapienter faciunt aliqua vel sanctè: vt parentibus obsequantur, vt in manum

manum inopi porrigant, non opprimant, vicinos, non aliena diripiant: magisque iudicio Dei obnoxij fiant, quod habentes in se principia virtutum, & Dei semina, non credunt in eo sine quo esse non possunt. *To.6.lib.1.com.in cap.1.ad Galatas fol.123.fac.2.*

Iacob.2. QVOMODO iuxta Apostolum Iacobum, fides absque operibus mortua est, sic absque fide quamuis bona opera sint, mortua computantur. Qui igitur in Christo non credunt, & sunt probis moribus, aliud quid magis habent quam opera virtutum. *To.6.lib.2.Com.in cap 5.ad Galatas fol 146.fac.2.*

Ioan.3. SICVT iusti sunt lumen mundi: sic impij cõsequẽter tenebræ vocabuntur: & iusti quidem cùm sint lumen, videbunt lumen in lumine: iniusti autem cum sint tenebræ, populus sunt fedens in tenebris, & nihil videns: Quorum differentiam inter se atque distantiam, ex fructibus intelligim⁹. Omnis enim qui operatur malum, odit lucem: & non veniens ad lucem, tenebrosus est, & filius noctis atque tenebrarum. Qui vero operatur veritatem, & in lucem venit: lux est, & filius lucis & diei: lucentes autem siue tenebrosi, de cordis vel lumine vel tenebris cognoscuntur. Super hæc quæres: ne forte ob distinctionem eorum qui lux sunt, sed non lux in Domino, de iustis dicatur, nunc autem lux in Domino. Decenter, quoque Ephesij s, qui ad scientiæ summam conscenderant, scribitur quod sint lux in domino. *Tom.6.lib.3.com.in cap.5.ad Ephesios fol.186.fac.1.*

ET hæretici videntur leuare manus & gentiles videntur leuare manus, & Iudæi videntur leuare manus. faciunt enim & ipsi eleemosinas, si viderint pauperem, manum porrigunt. Quando Iudęus dederit elecmosinam: nonne tibi videtur leuare manum? leuat quidem manum, sed non leuat in sancta: quia Christum non confitetur. vos autem qui estis in domo Domini, qui statis in domo Domini, in atrijs dom⁹ Dei nostri: qui estis serui Domini, quibus dixerat: Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum: sic leuate manus vt in sancto leuetis, hoc est, vt confiteamini Christum; & quicquid facitis, pro Christo faciatis. virtutes pro qualitate facientis, diuersæ sunt. Ac si dicat: facit eleemosinam Christianus, facit & gentilis, facit & Iudęus, facit & alius Christianus vir sanctus. Inuenies aliquos de Christianis ideo dare eleemosinam vt laudentur à populis. Si quando pauper rogat bucellã, huc illucq; circũspiciũt, & nisi testem viderint pecuniã. Si nõ dant solus fuerit, manus contrahit non dat libenter. O tu Christiane, rogat te pauper vt des ei pecuniam: quare non das in occulto, sed das in publico? Si testé Deum quęris, humanos oculos quid requiris? Eleemosina tua apud imperitas videtur esse eleemosina: cęterũ apud Deum iniuria est. Iniuriam enim facis fratri tuo. vis enim videntibus alijs medicum ostendere. Quando ergo damus, non demus quasi de nostro, sed de dono Christi. Nõ debem⁹ dare quasi ⁊ médico, sed quasi fratri. Nos damus carnalia, ille dat spiritualia: plus dat pauper quã accipit. Nos damus panem, qui in ipsa die consumitur: ille pro pane reddet nobis regna cælorum. Ergo hoc dico. vt quod facimus, faciam⁹ in sancto: aut quod facim⁹ Christi causa faciamus. Cæterum multi sunt gentiles, qui faciunt eleemosinam Si viderint aliquam præcisam manũ habere si viderint pedem habere crancrosum & putridum, statim animus illis dolet. Vincitur humana anima naturali misericordia Et quid dicit? Ecce ego si talis essem, quid miser facerem? Et fieri potest, vt talis sim, quis mihi dabit? Et ego debeo ergo huic dare, vt & mihi det aliquis, si talis fuero, Iste quidẽ dat pauperi panem: sed in paupere sui miseretur, non illius. Ista misericordia, nõ Christi misericordia: sed sui misericordia est. Omne ergo ꝙ facimus, Christi causa faciamus, faciamus in sancto. Siue manducamus siue bibim⁹, omnia in nomene Christi faciamus. *Tom.7.Comment.in.Psalm.132.fol.168.facie.2.infine.* 1.Cor.10.

Articulus XII. per liberum arbitrium sine gratia, hominem nullo modo posse coram Deo vitam inchoare aut perficere.

ASSERIS posse hominem esse sine peccato, si velit: & post grauissimum somnum ad decipiendas rudes animas frustra conaris adiungere, nõ absque Dei gratia. Si enim semel homo potest esse sine peccato: quid necessaria est Dei gratia? sin autẽ sine illius gratia nihil potest facere; quid necesse fuit dicere, posse ꝙ non potest? potest, inquit, esse sine peccato; potest esse perfectus, si voluerit. Quis .n. Christianorũ nõ vult esse sine peccato? aut quis perfectioné recusat si sufficit ei velle; & statim sequitur posse si velle pcesserit? nullusq; Christianorũ est, qui nolit esse sine peccato oĩs ergo sine peccato erũt, quia vtiq; omnes cupiũt esse sine peccato. Et in hoc ingratus teneberis, vt quia nullũ aut rarũ quempiam sine peccato proferre potes omnes sine peccato esse posse fatearis. Posibilia, inquit, mãdata dedit Deus. Ecquis hoc negat? sed, quo modo hæc intelligenda sit sententia, vas electionis apertissimè docet: ait enim: Quod erat impossibile legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus filium suũ mittẽs in similitudinẽ carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne. Et iterum: Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Quod ne de lege Moy si tantum dictum putes, & non de omnibus mãdatis, quę vno legis nomine continentur, idem Apostolus scribit dicens: Consentio .n. legi Dei, iuxta interiorem hominẽ: video autẽ aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius: gratia Dei per Dominum nostrum Iesum Christum. *Tom.2. aduersus Pelagium ad Ctesiphontem cap. 4.in principio.* *Superiori articulo cap. 10.* *Rom 8.* *Rom.3.* *Rom 7.* *Eph.2.*

EGO miserabilis, qui tuas expecto contumelias, qui illud semper lego: Gratia salui facti estis. Et: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Vt de mea fragilitate loquar, noui me multa velle, quæ facienda sunt, & tamen implere non posse. spiritus enim fortitudo ducit ad vitam, sed carnis fragilitas ducit ad mortem. Et audio Dominum commonentem: vigilate & orate, ne intretis in tentationem. spiritus promptus est, caro autem infirma. *Ibidem fol.267.* *Psal.11.* *Matth.14.* *Matth.26.*

DIC mihi Critobule: verum ne est, quod à te scriptũ audio, posse hominem sine peccato esse, si velit, & facilia Dei esse præcepta? Critobulus, verum

verum. Attice, sed nõ eorum sensu ab æmulis accipitur, quo à me dictum est. Atticus. Quid enim ambiguitatis in dicto est, vt diuersæ intelligętię tribuatur occasio? nec quæro, vt de vtroque pariter respondeas, duo enim á te proposita sunt, vnum, posse hominem sine peccato esse, si velit, alterum, facilia Dei esse præcepta. Licet ergo simul dicta sunt, tamen per partes singulas differantur: vt quorum vna videtur fides, nulla sit in sententiarum diuersitate contentio. Crito, Ego Attice, dixi hominem absque peccato posse esse, si velit, non, vt quidam maledici calumniantur, absque Dei gratia, quod etiam cogitare sacrilegum est, sed simpliciter posse si velit, vt subaudiatur cùm Dei gratia. Atti. Ergo malorum in te operum auctor est Deus? Crito: Nequaquam ita vt autumas: sed si quid boni in me habeo, illo suggerente & adiuuante completur. Atti: Non de natura quęro sed de actu. Quis enim dubitat Deum omnium creatorem? hoc mihi respondeas velim quod agis bonum, tuum est an Dei? Crito Meum est, & Dei, vt ego operer & ille adiuuet. Atti: Et quo modo hæc omnium opinio est, quod Dei auferas gratiam, & quicquid homines agimus, propriæ tantum asseras voluntatis? Crito: Miror Attice, cur erroris alieni à me causam rationemque flagites, & id quæras, quod scriptum non est, cum perspicuum sit, quod scripserim. Dixi hominem sine peccato esse posse, si velit, nunquid addidi, absque Dei gratia? Atti. Sed ex eo, quod non addidisti, videris negare. Crito: Immo ex eo, quod non negaui, dixisse existimandus sum. Neque enim, quicquid non dicimus, negare arbitrandi sumus. Atti: Confiteris ergo, posse hominem sine peccato esse, si velit, cum Dei gratia? Crito. Non solum fateor, sed & liberè proclamo. Atti: Errat ergo, qui Dei gratiam tollit, Crito. Errat. Quin potius arbitrandus est impius: cum Dei nutu omnia gubernentur, & hoc, quod sumus, & habemus appetitum propriæ voluntatis Dei conditoris sit beneficium: vt enim liberum possideamus arbitrium; & vel ad bonam, vel ad malam partẽ declinemus propria voluntate, eius est gratiæ qui nos ad imaginem & ad similitudinem sui tales condidit. Atti. Nulli, ô Critobule, dubium est, ex cuius cuncta pendere iudicio, qui creator est omnium, & quidquid habemus, illius beneficio deputandum. Sed quæro hoc ipsum, quod Dei asseris gratiæ, vtrum ad conditionis referas beneficium, an in singulis rebus putes esse, quas gerimus, vt scilicet illius in omnibus vtamur auxilio, an semel ab eo liberi arbitrij conditi nostra voluntate, vel viribus agamus, quod volumus? noui enim, plerosque vestrum ita ad Dei cuncta referre gratiam, vt non in partibus, sed in genere, hoc est, nequaquam in singulis rebus, sed in conditione arbitrij intelligant potestatem. Crito: Non est ita vt autumas; sed à me vtrumque dicitur, vt & Dei gratię sit, quod tales conditi sumus, & per singula opera illi⁹ adminiculo fulciamur. Atti. Constat ergo inter nos, in bonis operibus, post propriam voluntatem Dei nos niti auxilio, in malis diaboli. Crito. Constat, & super hoc nulla contentio est. Atti. Malè ergo sentiunt, qui per singulas res quas agimus, Dei auferunt adiutoriũ: & illud, quod Psalmista canit: Nisi Dñs ædificauerit domum, in vanum laborant, qui ædificant eam: Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam: & cætera huiusmodi, peruersis interpretationibus, immo risu dignis, ad alios sensus detorquere nituntur. *To.2. lib.1.Dialog. aduersus Pelagium ca.1.à.principio.* *Psal.126.*

In adiophoris etiam & rebus mediis non sufficere liberum arbitrium sine gratia.

SI in singulis rebus quas gerimus, Dei vtendũ est adiutorio: ergo & calamum temporare ad scribendum, & temperatum pumice terere, manumque aptare litteris, tacere, loqui, sedere, stare, ambulare, currere, cõedere, ciunare, flere, videre, & cætera huiusmodi nisi Deus iuuerit, nõ perimus? Atti: Iuxta meum sensum, nõ posse perspicuum est. Crito: In quo igitur liberum habemus arbitrium, & Dei in nos gratia custoditur, si ne hoc quidem absque Deo possumus facere? Atti. Non sic donata est liberi arbitrij gratia, vt Dei per singula tollatur adminiculũ. Crito. Non tollitur Dei adiutorium, cùm creaturæ ex semel dati liberi arbitrij gratia conseruentur. si enim absque Deo, & nisi per singula ille me iuuerit, nihil possum agere: nec pro bonis me iustè operib⁹ coronabit, nec affliget pro malis, sed in vtroque suum vel recipiet, vel damnabit auxilium. Atti. Dic ergo simpliciter, quòd Dei auferas gratiam: quicquid enim tollis in partibus, necesse est vt in genere neges. Crito. Non nego gratiam, cum ita me à Deo asseram conditum, vt per Dei gratiam, meæ datum sit voluntati, vel facere quid, vel nó facere, Atti: Dormitat ergo Dei in operibus nostris semel data liberi arbitrij potestate: nec orandus est, vt in singulis operibus nos iuuet, cùm voluntatis nostrę sit & proprij arbitrij vel facere si volumus vel non facere si nolumus Crito. Quo modo in cęteris creaturis conditionis ordo seruatur: sic concessa semel liberi arbitrij potestate, nostra voluntati omnia derelicta sunt. Atti: Ergo vt dixi, non debeo, à Deo per singula auxilium deprecari, quam semel meo datum est iudicio? Crito. Si in omnibus ille cooperatur, nõ est meum, sed eius, qui adiuuat, immo qui in me cooperatur, præsertim cùm absque eo facere nihil possim. *T. 2.lib.1.Dial.aduersus Pelagiã. c.1. in fine.* *Rom.3.*

ATTI: Oro te, non legisti: Non enim volentis, neque currentis sed miserentis est Dei? Ex quo enim intelligimus, nostrũ quidem esse velle & currere, sed vt voluntas nostra compleatur, & cursus, ad Dei misericordiam pertinere, atque ita fieri, vt in volũtate nostra & in cursu, liberum seruetur arbitriũ, & in consummatione voluntatis, & cursus Dei cuncta potentiæ relinquantur. Scilicet nunc mihi scripturarum testimonia replicanda sunt: quo modo per singula Dei à sanctis flagitetur auxiliũ, & in singulis operib. suis, illo adiutore & protectore vti desiderent: lege totũ Psalterium, oĩs sanctorum voces: nihil erit, nisi ad Deum in cunctis operibus deprecatio. Ex quo perspicuè ostenditur, teaut Dei negare gratiam, quam tollis in partibus, aut, si in partibus dederis, quod nequaquam se velle manifestum est, in nostram sententiam transire; qui sic liberum homini seruamus arbitriũ vt, Dei per singula adiutorium non negemus. Crito. Captiosa ista est conclusio, & de Dialecticorum arte descendens. mihi autem nullus auferre poterit liberi arbitrij potestatem, ne, si in operibus meis Deus adiutor extiterit, non mihi debeatur merces, sed ei qui in me operatus est: *Ibid.cap. 2.in principio:*

AVDI-

AVDITE, quæso, audite sacrilegum, Si, inquit, volucro curuare digitum, mouere manum, sedere, stare, ambulare, discurrere, sputa iacere, duobus digitulis narium purgamenta decutere, releuare aluum, vrinam dirigere, semper auxilium Dei mihi necessarium? Audi ingrate, immo sacrilege, Apostolum prædicantem: Sine mandu
1. Cor. 10. Iacob. 4. cap. catis, siue bibitis, siue aliud quid agitis omnia in nomine Domini agite. Et illud Iacobi Ecce nũc qui dicitis, hodie, aut cras proficiscemur in illam ciuitatẽ & faciemus illic annum, vt negotiemur & lucremur, qui nescitis de crastino. Quæ enim est vita vestra? aura est, siue vapor paululum apparens, deinde dissipatur. Pro eo quod debeatis dicere: si Dominus voluerit & vixerimus, faciemus aut hoc, aut illud. Nunc autem exultatis in superbijs vestris: omnis istiusmodi gloriatio pessima est: Iniuriam tibi fieri putas & destrui arbitrij libertatem, si ad Deum semper auctorem recurras. si ex illius pendeas voluntate, & dicas: Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos? vnde & audes lingua proferre temeraria, vnumquemque arbitrio suo regi? si suo arbitrio regitur, vbi est auxi
Psal. 24. lium Dei? Si Christo rectore non indiget quo modo scribit, Hieremias: Non est in homine via
Hiere 10. Psal 36. eius, & à Domino gressus hominis diriguntur *Tom. 2. aduersus Pelagium. ad Ctesiphontem cap. 3. fol. 266.*

SIT ergo, & apud Deum possibile, homini, si velit, donare impeccantiam, non ipsius merito, sed sua clementia: & apud homines nequaquam possibile, liberi arbitrij potestate, quod nutu donantis accipitur. *Tom. 2. lib. 2. Dialog. aduersus Palagianos cap. 6 fol. 286 fac. 1.*

Psal. 88. INAETERNVM misericordia ædificatur. Nullum enim tempus est, quo non ædificetur misericordia in singulis quibusque sanctorum, & eis, qui de peccatis transeunt ad virtutes. *Ibid. cap. 7. fol. 287. facie. 2.*

Psal. 102. Psal. 144. MISERICORS & miserator Dominus, longanimis & multæ miserationis: Suauis Dominus omnibus, & misericordia eius super omnia opera illius. Tantas audis misericordias, & in tua audes virtute considere? confiteantur tibi Domine, omnia opera tua *ibidem.*

Hier. 24. ET vt sciamus Dei esse bonum omne, quod gerimus: Ego, inquit, plantabo eos, vt nequaquam eradicentur: & ego dabo eis cogitationem & sensum vt intelligant me. Si cogitatio & sensus dantur à Deo, & intellect' Domini ex illius, qui noscendus est, radice pullulat vbi est liberi arbitrij tantũ superba iactatio? volumus scire conditionem nostram: audiamus historiã Ioa-
Hier. 26. chim Rex Iuda, cunctiq; socij eius, & principes eius, auditis sermonibus Vriæ, voluerunt occidere eum, quod cum ille didicisset, timore perterritus fugit in Aegyptum. Cur mortem timebat, qui explicauit sententiam Domini, & qui à se nunciari Domini nouerat voluntatem? Dedignamur per singula auxiliũ Dei; & ad illius nutum cuncta gerere negligimus; cum legamus, sanctos etiam viros hominũ indiguisse præsidio? periclitatur Hieremias, & manifestè dicitur, q̃ anxilio eius fugerit manus Ahikam, filij Saphan,
Hier. 26. ne traderetur in potestatem vulgi, & obrueretur lapidibus. *Ibidem cap. decimo fol. 290. facie secunda in fine.*

EGO ne verborum strophis ludo, cùm hoc de tua processerit officina? tu enim dicis, non esse hominem sine peccato, sed esse posse: cùm è cõtrario ego tibi tribuam, quod negasti, esse hominem sine peccato per Dei gratiam, & tamen per se esse non posse. *To. 2. lib. 3. Dialo. aduersus Pelagia. cap. 1. fol. 292. fac. 2.*

EGO ne liberum tollo arbitrium, qui in tota mea disputatione nihil aliud egi, nisi vt omnipotentiam Dei cùm libero arbitrio conseruarem? Crito. Quomodo liberum seruas arbitrium, qui dicis hominem nihil posse facere, nisi Deus semper adiuuerit? Atti. Si in culpa est, qui libero arbitrio iungit Dei adiutorium: ergo ne laudetur, qui Dei tollit auxilium. Crito. Non tollo Dei auxilium, quippe per cuius gratiam possumus omne, quod possumus, sed vtrumque suis finibus terminamus: vt & Deifit gratia, quod dicit liberi arbitrij potestatem: & nostræ voluntatis, facere, quid vel non facere, quod facientibus præmium & non facientibus pœna seruetur. Atti. videris mihi obliuiosus esse, & quasi nihil supra dictum sit per easdem disputationis reuerti lineas hoc enim longa dissertione cõclusum est, vt gratia sua Dominus, qua nobis concesit liberum arbitrium, in singulis operibus iuuet atque sustentet. Crito: Quid ergo iuuat atque coronat in nobis & laudat quod ipse operatus est? Atti. voluntatem nostram, quæ obtulit omne, quod potuit, & laborem, qui contendit vt faceret, & humilitatem, quæ semper respexit ad auxilium Dei *ibid. fol. 293. fac. 2*

SCRIPSIT dudum vir sanctus & eloquens episcopus Augustinus ad Marcellinum, qui postea sub inuidia tyrannidis Heraclianæ ab hæreticis innocens cæsus est, duos libros de infantibus baptizandis contra hæresim vestram, per quam vultis asserere baptizari infantes, non in remissionem peccatorum sed in regnum cælorum: iuxta illud quod scriptum est in Euangelio: Nisi Ioan. 3. quis renatus fuerit ex aqua & spiritu Sancto, non potest intrare in regnum cælorũ. Tertium quoque ad eundem Marcellinum contra eos, qui dicunt eos idem, quod vos, posse hominẽ sine peccato esse, si velit, absque Dei gratia. Et quartum nuper ad Hilarium contra doctrinam tuam multa peruersa fingentem. *Tom. 2. lib. 3. Dialog. aduers. Pelagia. cap. 6. fol. 298. fac. 1.*

DE his quinque ciuitatibus, cum aliarum quatuor tacita sint nomina, vna dicitur solis ciuitas, quæ mihi videtur referri ad visum. Sicut enim, vt videatur ciuitas & sole & luna indiget: ita vt oculi nostri illuminentur indigemus sole iustitiæ. *Tom. 4. lib. 7. Com. in cap. 19. Esaiæ fol. 80. facie. 1.*

PROVOCAT credentes ad fluuium Dei, qui repletus est aquis, & cuius impetus lætificat ciuitatem Dei: vt bibant aquas de fontibus saluatoris, qui loquitur ad Samaritanam: Si scires Ioan. 7. gratiam Dei, & quis est, qui dicit tibi, da mihi bibere: tu petisses ab eo, & dedisset tibi aquã viuam, Aqua quam ego dedero ei fiet in eo fons salientis in vitam æternam. De his aquis clamabat in templo: Si quis sitit, veniat ad me & bibat: Qui biberit ex aqua quam ego dedero ei, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: Significans

Significans Spiritum sanctum, quem credentes accepturi erant, & de quo Propheta mystico
Psal. 41 & 35. Hier. 2. sermone resonabat: Sitiuit anima mea ad Deũ viuentem. Et iterum. Apud te est fons vitę. Qui ipse de se loquebatur: Me dereliquerũt fontem aquæ viuæ: & foderunt sibi lacus conritos, qui non possunt aquas continere. *Tomo quarto, libro decimo quinto Commentariorum in cap. 55. Esaiæ, Folio 179. facie 1.*

QVAMVIS propria volũtate ad Dominum reuertamur, tamẽ nisi ille nos traxerit, & stupiditatem nostram suo roborauit præsidio, salui esse non poterimus. *Tom. 4. libr. 1. Comm. in cap. 3. Hier. Fol. 238 facie 2.*

OMNIS hominum auferetur superbia, dum & sapientia, fortitudo, & opes eorum reputantur in nihilum, & ista est sola gloriatio, vt sciat & intelligat quod ipse sit Dominus: qui facit misericordiam & iudicium, & iustitiam super terram: quod omnia Dei prouidentia & iustitia gubernentur, & quæ nobis videntur non habere rationem, iustitiæ plena sint atq; rationis. Hæc enim sola placent Deo, & in his voluntas illius est. Vbi sunt ergo qui dicunt hominem proprio regi posse arbitrio: & sic datam liberi arbitrij potestatem, vt Dei misericordia tollatur atq; iustitia. *Tom. 4. lib. 2. Commentariorum in cap. 9. Hierem. Fol 252 facie 2.*

Psal. 89. Ibid. 90. OMNIS hominum fortitudo, sine Dei virtute, quæ Christus est, imbecilla reputatur, & nihil. Vnde confugiendum est ad Dominum, atq; dicendum est: Domine refugium factus es nobis, in generatione & generationem. Et in alio loco: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione cæli commorabitur. *Tom. 3. lib. 3. Comm. in cap. 16. Hier Fol. 266 facie 2.*

QVOD si afferentes fructum, purgamur à patre, vt fructus ampliores afferamus, ostenditur omnem nostrum conatum adiutorio Dei peruenire ad finem, & fructum facere plenitudinis. *Tom. 4. lib. 4. Com. in cap. 15. Ezechielis fol. 367 fac. 2.*

Articulus XIII. Gratiæ nomine non tantum externum Dei fauorem, sed etiam donum animæ, quo intrinsecus exornetur intelligi.

Hier. 1. QVANTVM ad mysticos intellectus, ille ei ignis mittitur, quem Hieremias ferre non poterat: qui cum animæ nostræ arcana penetrarit, ita nos soluit, ita à veteri homine in nouum excoquit, vt in illam vocem possimus erumpere. Viuo autem iam non ego, sed gratia Dei, quæ in me est. *Tom. 3. Epistola 143. ad Damasum, fol. 404. facie 1.*

IN illo tempore quinque ciuitates in terra Aegypti loquentur lingua Chanaan: quas plerique nostrorum quinque sensus intelligunt:
Matth. 5. visum, auditum, odoratum, gustum, & tactum. Quando videmus mulierem ad concupiscendum visus noster loquitur lingua Aegyptia. Quando audimus iudicium sanguinis, docente Domino: Non suscipies auditionem vanam, auditus noster loquitur lingua Aegyptia. Quã-
Amos 6. do secundum Prophetam viuimus in delicijs, & iacemus super lectos eburneos, & primis vnguntur vnguentis, odoratus noster loquitur lingua Aegyptia. Quando venter noster Deus est, Philip. 3. gustus noster loquitur lingua Aegyptia. Si autem adiecimus illud quod Apostolus loquitur: Bonum est homini mulierem non tangere, sed 1. Corinth. 7. è contrario iungamur meretrici: tactus noster loquitur lingua Aegyptia. Sin autem è contrario eleuauerimus oculos nostros, & viderimus quę regiones iam albæ sint ad metendum: nequaquam curui fuerimus in terram: sed iuxta Euangelicam mulierem, quæ decem & octo annis cœlum aspicere non poterat: eleuauerimus oculos nostros, & dixerimus; Ad te leuaui ocu- Lucæ 13. los meos qui habitas in cœlis: Oculus noster, & Psal. 122. visus loquitur lingua Chananitide. Si circuicide-rimus aures nostras, & audierimus dominum loquentem: Qui habet aures audiendi audiat: Lucæ 8. auditus noster lingua Chananitide. Qui potuerit sponso dicere. Post te in odorem vnguento- Cant. 1. rum tuorum currimus. Et: Christi bonus odor 2. Corinth. 2 sumus in omni loco: huius odoratus loquitur lingua Chananitide. Gustus quoque in bo- Iohan. 6. nam partem accipitur, eius qui comedit panem de cœlo descendentem, panem non mortuum; & audit illud: Gustate & videte, quoniam suauis Psal. 33. est Dominus: statim loquitur lingua Chananitide. Sed & tactus spiritualis est, de quo Ioannes Iohan. 1. Apostolus ait: Manus nostræ palpauerunt de Marc. 5. & 8. verbo vitę: & qui fide tangit Iesum, ita vt saluator de eo possit dicere: Tetigit me aliquis: ego enim scio virtutem exisse de me. Didicimus quanta bona tribuat eleuata manus Domini. *Tom. 4. lib. 7. Commen. in cap. 19. Esaiæ. fol. 79 facie. 2. in fine.*

Articulus XIV. Gratiam Dei aliam præuenientem, aliam esse adiuuantem.

EX superioribus intelligimus, non nostræ solum esse potestatis facere, quod velimus, sed & Dei clementiæ si nostram adiuuet voluntatem. *Tom. 2. lib. 2. Dialog. aduersus Pelagianos, cap. 3. fol. 283.*

VAS electionis humilitate dejectus, immo 1. Corinth. 8. conscientia fragilitatis suæ, loquitur: Ego sum 1. Corint. 15. minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus: quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei; gratia autem Dei sum id quod sum: & gratia ipsius in me vacua non fuit, sed omnibus illis amplius laboraui, non autem ego, sed gratia Dei, quæ mecum est. Dicit se plus omni- 1. Corinth. 15. bus Apostolis laborasse: statim laborem suum ad Dei refert auxilium: Non ego, inquiens, sed gratia Dei, quæ mecum est: Sicut & in alio loco loquitur: Fiduciam autem talem habemus per Iesum Christum ad Deum: non quia ex nobis ipsis sufficientes simus reputare aliquid, quasi ex nostro: sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & nos dignos fecit ministros noui testamenti. *Ibid. fol. 284.*

Articulus XV. liberum arbitrium neq; à præueniente, neq; ab adiuuante gratia destrui.

QVOD sursum deorsum iactitant, liberum à nobis arbitrium destrui, audiant è cõtra-

rid eos arbitrij destruere libertatem, qui malè eo abutuntur aduersum beneficium largitoris. Quis destruit arbitrium? ille, qui semper Deo agit gratias, & quodcunque in suo riuulo fluit, ad fontem refert? an qui dicit: Recede à me, quia mundus sum, non habeo te necessarium? dedisti enim mihi semel arbitrij libertatem, vt faciam quod voluero: quid rursum te ingeris, vt nihil possim facere, nisi tu in me tua dona cõpleueris? fraudulenter prætendis, vt Dei gratiam ad conditionem hominis referas: & non in singulis operibus auxilium Dei requiras: ne scilicet liberum arbitrium videaris amittere; & cũ Dei contemnas, adminiculum, hominum quæras auxilia. *Tomo secundo, aduersus Pelagianos ad Ctesiphontem, capite tertio, Folio ducentesimo sexagesimo quinto, facie 2.*

SI nihil ago absque Dei auxilio; & per singula opera, eius est omne, quod gessero: ergo non ego, qui laboro, sed Dei in me coronabitur auxilium; Frustraque dedit liberi arbitrij potestatem, quam implere non possum, nisi ipse me semper adiuuerit, destruitur enim voluntas, quæ alterius ope indiget, sed liberum dedit arbitrium Deus; quod aliter liberum non erit, nisi fecero quod voluero. Ac per hoc ait: aut vxor simul potestate, quę mihi data est, vt liberum seruetur arbitrium: aut, si alterius ope indigeo, libertas arbitrij in me destruetur. Qui hęc dicit, quam non excedit blasphemiam? quæ hæreticorum venena non superat? *Ibidem folio ducentesimo sexagesimo quinto, facie 2.*

Caput IIII. De Fide & Operibus.

Articulus Primus, Quid sit Fides.

Ephes. 6. POSTOLVS hortatur Ephesios: State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricа iustitiæ. Quod si pro veritate fides legitur: Illud dicendum, quod cingulũ Domini, quo cinctus est & Hieremias, fides credentium sit. *Tomo quarto, libro quarto Commentariorum in caput vndecimum Esaiæ.*

Fides credẽtium est cingulum Christianorum.

Hierem. 13.

Articulus II. Quæ sit materia seu obiectum fidei, scilicet veritas diuinarum promissionum.

Fides ex promissis Dei robur arripit. QVIA hæc dicit Dominus Deus, & cæt.] Quiescite, & sperate in Domino: & fidei in promissis meis robur arripite. *To. 4. li. 9. Com. in cap. 30. Esaiæ.*

POPVLVS enim Sion habitabit, &cæt.] Nos autem, vt sæpe iam diximus: omnes repromissiones quæ excedunt mediocritatem illius temporis ad Christi referamus aduentum, in quo captiuus quondam populus passione Domini liberatus, habitauit in Sion & Hierusalem: in specula videlicet & in visione pacis, hoc est, in Ecclesia. *Ibidem.*

Promissiones veteris testamẽti ad Christi referẽdæ exemplum.

QVIA hæc dicit Dominus, creans cælos, & cæt.] Iurat per semetipsum, quoniam sententia oris sui, & verbum quod protulit semel super salute gentium, nequaquam irritum fiat, sed repromissio eius opere compleatur, dicentis supra: Conuertimi ad me, & salui eritis omnes fines terræ. Iurat secundum Apostolum, vt per duas res immobiles, in quibus impossibile est mentiri Deum, firmam consolationem habeamus: sed & hoc iurat, quod idolis derelictis, omne genu ei flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis per illum iuret lingua mortalium, in quo perspicuè significatur populus Christianus. *Tomo 4. libr. 13. Commentariorum in cap. 45. Esaiæ.*

Promissiones iuramento confirmantur. Hebr. 6.

Philip. 2.

NON enim, &cæt.] Ne putetis, inquit, difficile esse quod spondeo, & vobis incredibile videatur, impium & iniquum posse saluari: vel populum Iudæorum, vel omnes qui in gentibus nesciebant Deum: Hoc considerate, quod multa inter mea vestraque consilia sit differentia, & quanta naturæ, tanta voluntatis diuersitas. *Proverb. 19.* Multæ enim cogitationes in corde viri: consilium autem Domini in sempiternum manet. Vos vt homines sæpe promissi pœnitentes, veterem voluntatem, nouella voluntate subuertitis. *Psalm. 32.* Dominus enim dissipat consilia gentium, & reprobat cogitationes populorum, & irritas facit voluntates Principum. Cogitationes autem cordis eius à generatione in generationem, & quicquid decreuerit, non potest immutari. Vultis scire diuersitatem mei vestrique consilij? Quantum cælum loci distat à terra, & aliud Angelorum, aliud hominum habitaculum est: tantum meæ cogitationes à vestris consilijs separantur. De meis enim cogitationibus dicitur: Inscrutabilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ illius. *Rom. 11.* Porrò de vestris: Cogitauerunt consilium, quod non potuerunt stabilire. *Psalm. 20. Sup. 8. Sec. 70.* Et in alio loco: Quodcunque inieritis consilium, dissipabitur, & quicquid locuti fueritis, non permanebit in vobis. Perspicua interpretatione non indigent: iccircò stringuntur potius quàm dissoluuntur.

ET quomodo, &cæt.] Pendent ex superioribus quę dicuntur, & breuiter hic sensus est: Non sit incredulus populus nationum, quod post tanta scelera impius repente saluetur. Non enim sunt cogitationes meæ, vt cogitationes hominum, & quantum cælum distat à terra, tantùm meæ cogitationes à cogitationibus hominum separatæ sunt: Ego enim clementissimus sum, & multus ad ignoscendum. Vultis & aliam accipere similitudinem? Quomodo imber & nix descendit de cælo, & illuc vltra non reuertetur: sed inebriat terram, & infundit eã, & varia semina pullulat: vt plenis segetibus panes in vsus hominum procreentur. Sic repromissionis meæ verbum, quod semel pollicitus sum, & quod egressum est de ore meo, irritum non erit: sed omnia opere complebuntur. *Tomo quarto, libro decimo quinto Commentariorum in cap. 55. Esaiæ.*

Repromissiones Dei non possunt esse irritæ à simili.

TVNC Darius Rex scripsit, &cæt.] Hoc dicimus, ideò signa fieri per seruos Dei apud barbaras nationes, vt vnius Dei cultus & religio prędicetur. *Tomo quarto, lib. 1. Commentariorum in cap. 6. Danielis.*

Fides confirmatur miraculis.

HAEC ostendit, &cæt.] Non solùm ea quæ multa

Ex diuinatione certa rerum futurarum cõfirmatur fides. 4. Reg. 20.

multa post sæcula futura sunt Propheticus sermo prædicit, sed & vicina, & quæ statim vaticiniũ consequantur. Solemus enim homines multò plus de nobis, quàm de posteris cogitare, dicente Ezechia: Fiat pax in diebus meis. Vt qui viderint rebus expleta, quæ ante nunciata sunt, cõuertantur ad cultum Dei; in cuius Prophetis diuinationis est veritas. *Tomo 5. libr. 3. Commentar. in caput 7. Amos.*

ET orauit Ionas ad Dominum Deum suum, &cæt.] Si Ionas refertur ad Dominum, & ex eo quod tribus diebus ac noctibus in vtero Ceti fuit, passionem indicat Saluatoris: debet & oratio illius typus esse orationis Dominicæ. Nec ignoro quosdam fore, quibus incredibile videatur, tribus diebus ac noctibus, in vtero Ceti, in quo naufragia digerebantur, hominem potuisse saluari. Qui vtique aut fideles erunt, aut infideles: si fideles multo credere maiora cogentur. Quo modo tres pueri missi in caminum ęstuantis incendij intantum illæsi fuerint, vt ne vestimenta quidem eorum odor ignis attigerit. Quo modo recesserit mare, & ad instar murorum hinc indè rigidum steterit: vt præberet viam populo trãseunti. Quo modo humana ratione, aucta fame leonum rabies prædam suam timens aspexerit, nec tetigerit, & multa huiusce modi. Sin autem infideles erunt: legant quindecim libros Nasonis Metamorphoseos, & omnem Græcam, Latinamque historiam: ibique cernent vel Daphnen in laurum, vel Phaëtontis sorores in populos arbores fuisse conuersas: quo modo Iupiter eorum sublimissimus Deus, sit mutatus in Cygnum, in auro fluxerit: in tauro rapuerit, & cætera, in quibus ipsa turpitudo fabularum diuinitatis denegat sanctitatem: Illis credunt, & dicunt Deo cuncta possibilia. Et cum turpibus credãt, potentiaque Dei vniuersa defendant, eandem virtutem non tribuunt & honestis. *Tom. 5. Com. in cap. 2. Ionæ.*

Dilectio mate probat fidem esse de ijs quæ capiunt humanũ excedunt.

Daniel. 3.

Exod. 14.

Daniel. 14.

Fides rerum credendarũ soli diuinæ imitetur potentiæ.

IN septimo mense, vicesima & prima, &cæt.] Loquere ad Zorobabel, & ad IESVM, & reliquum populum: qui viderunt antiquam domum Dei, & nunc interfunt instaurationi eius: nunquid ad comparationem prioris non talis est ista quæ cernitur, vt quodammodo non esse videatur? Verùm nolite desperare, nec lassas manus dimittite: sed & tu Zorobabel, & tu IESV, & omnis populę, confortamini, & facite opus in domo mea: Ego enim sum vobiscum, & sermo meus quem pepigi vobiscum cùm egrederemini de terra Aegypti. Et spiritus meus non recedet à vobis: Nolite timere: ego sum qui iubeo, Dominus omnipotens, cuius dixisse, fecisse est. Quando primum testamentum dabam, & in Sina monte sum visus, commoui cælum & terram, & mare rubrum, & desertum: vt vobiscum ponerem testamentum: nunc autem polliceor vobis, me adhuc cælum & terram, & mare, & aridam semel commoturum: vt illis commotis moueantur omnes gentes, & veniant iuxta LXX. quæ electa sunt Domini de cunctis gentibus: Iuxta Hebraicum verò: veniet delideratus cunctis gentibus, Dominus noster atque Saluator: Tunc implebo domum istam gloria maiore quàm priorem, & semper vobis addam, dicit Dominus omnipotens. Et ne forsitan sponsorem putetis infirmum: Meum est aurum, & meum est argentum, & meæ sunt cunctæ opes. Ego in ornamentum templi aurum argentumque donabo, vt maior fiat huius domus gloria, quàm prioris. Et difficile videtur, quod polliceor, & humana infidelitas ad maiora promissa semper hæsitat: propterea rursum dico qui promitto: Dominus omnipotens sum. *Tomo quinto Commentariorum in caput 2. Aggæi.*

Dei omnipotentia promissa confirmat.

Dei omnipotẽtis dixisse, fecisse est.

GRATIA Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro fratres, amen.] Amen LXX. interpretres, fiat: Aquila, Symmachus & Theodotio, fideliter siue verè interpretati sunt. Et quomodo in veteri testamento quadam iurandi consuetudine Deus sua verba confirmat, dicẽs: Viuo ego dicit Dominus: per sanctos quoque iuratur. Viuit anima tua: ita & Saluator noster in Euangelio per verbum Amen, vera esse quæ loquitur, ostendit. Quod autem, Amen, consensum significet audientis, & sit signaculum veritatis, ad Corinthios quoque prima nos docet, in qua Paulus ait: Cæterum si benedixeris spiritu, quis supplet locum idiotæ? Quomodo dicet amen super tua benedictione, quoniam quidem nescit quid dicas? Ex quo ostendit non posse idioten respondere verum esse quod dicitur, nisi intellexerit quod docetur. *Tomo sexto, libro tertio Commentariorum in caput sextum, ad Galatas, in fine.*

Iuramenta Dei signaculum veritatis in veteri & nouo testamento. Num. 1.

1. Cor. 14.

ET coexcitauit, simulque fecit sedere, &cæt.] Quæritur: quomodo Deus, qui nos saluos fecit & suscitauit, simul fecerit sedere cum Christo. Et quidem qui simplicius est responsurus, hoc asserit: quod iuxta præscientiam Dei id quod futurum est, quasi factum esse iam dixerit. Et quia mos iste sit Scripturarum, vt interdum futura, tempore præterito declinentur: Verbi causa, de Cruce Domini: Foderunt manus meas, & pedes. Et alibi de Passione eius: Quasi ouis ad victimam ductus est: & adhuc de iniurijs flagellorum: Liuore eius nos sanati sumus. Et ibidem: Ab iniquitatibus populi mei ductus est in mortem. Hoc autem ideo, ne quia futura semper incerta sunt, hominum spes fluctuet & vacillet, ea quæ Deus futura cognouit (apud quem nihil ambiguum est) quasi iam facta memorantur. Vt quia præterita secundum Philosophos quoque fieri infecta non possunt: qui audierunt, quasi iam facta habeant, quæ futura sunt. *Tomo sexto, libro primo Commentariorum in caput 2. ad Ephesios.*

Ob certitudinem fidei futura adhuc præteriti temporis verbis exprimũtur. Psalm. 21. Esaiæ 53. Ibidem. Sec. 70.

Futura tam certa sunt de si transissẽt.

ET si autem qui potest super omnia facere, &cæt.] Ad id quod supra dixerat: Propterea curuo genua mea ad patrem, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias suas virtute confortari, & reliqua, nunc infert: Ei autem qui potest super omnia facere abundantius, quàm petimus, aut intelligimus: hoc ostendens, se quidem iuxta imbecillitatem hominis postulasse, quæ eis conducibilia videbantur. Cæterùm quantum ad rei ipsius pertinet veritatem, plus DEVM valere tribuere, quàm rogatur, & spes nostras vinci effectibus: quia secundum id quod oportet orare, nescimus, & sæpe contra nos petimus, æstimantes esse pro nobis. Quantò enim melius erat fornicatori ægrotare, & debilitate torqueri, quàm

Spes nostræ fides vincitur effectibꝰ

Christi templum facere membra meretricis. Potens est ergo Deus, non solùm super id quod petimus, sed etiam super id quod intelligimus, tribuere. Euenit interdum vt sensum nostrum non exprimamus in vocem, & mentem verba non explicent, tacitoque cogitatu gemitibus inenarrabilibus, vt ipse Apostolus ait, nescio quid, quod dicere non possumus, deprecemur. Præstabit igitur super quàm petimus, aut intelligimus, secundum eam virtutem, quæ operatur in nobis: vt quomodo nunc non iuxta meritum nostrum, sed supra vota dat nobis aliqua, quæ nec petere ausi fuimus, nec si petissemus, æstimauimus nos meruisse & cætera tribuat, quæ nec mens potest cogitare, nec lingua proferre. *Tom. 6. libr. 2. Commentariorum in caput tertium, ad Ephesios.*

Roman. 8.

Veritas duplex, prior in ipse vitæ æternæ posita.

HAEC veritas, cuius cognitio iuxta pietatem est, in spe vitæ æternæ posita est, quia statim ei, qui se cognouerit, præmium tribuit immortalitatis. Absque pietate verò notitia veritatis delectat ad præsens, sed æternitatem non habet præmiorum: quam promisit non mendax Deus ante sæcula æterna, & manifestauit eam temporibus suis in CHRISTO IESV. Cui autem promisit ante, & postea fecit esse perspicuam, nisi sapientiæ suæ? quæ erat semper cum Patre, cùm lætaretur orbe perfecto, & gauderet super filijs hominum, & repromisit eos, quicunque in illa crediturí essent, habituros esse vitam æternam? Antequam orbis iaceret fundamenta, antequam maria diffunderet, montes statueret, cœlum suspenderet, terram deiecta mole solidaret, hæc repromisit Deus, in quo mendacium non est: Non quia posit mentiri, & nolit in falsitatis verba prorumpere: sed quia qui Pater sit veritatis, nullum in se habeat mendacium, secundum illud: Erat autem Deus verax: omnis autem homo mendax. Propterea autem non mendax Deus dicitur, & cum iureiurando quædam in Prophetis pollicetur: vt nos securiores effecti, magis speremus futura esse quæ prædicta sunt, & tota mente credentes, ad consequenda ea quæ ventura sunt, præparemur. Non ab re videtur breuiter perstringere: cur Deus solus verax, & omnis homo mendax, Apostoli voce dicatur. Et nisi fallor, quomodo solus habere dicitur immortalitatem (cùm & Angelos, & multas rationabiles fecerit creaturas, quibus dederit immortalitatem) ita & solus dicitur esse verax: non quod & cæteri non immortales, & veritatis sint amatores: Sed quod ille solus naturaliter sit, & immortalis & verus. Cæteri verò immortalitatem & veritatem ex largitione illius consequantur: & aliud sit verum esse, & quid habere per semetipsum aliud in potestate donatis esse quod habeas. *Tom. 6. lib. 1. Comment. in cap. 1. ad Titum.*

Dei promissa sunt semper vera.

Prouerb. 18.

Roman. 3. Iureiurando quædam in prophetis pollicetur, vt nos securiores in credendo & sperando efficiamur.

Ibidem.

1. Tim. 6.

MISERICORDIAM & veritatem eius quis requiret?] Misericordia est: quia indulget nostra peccata. Veritas, vt amplius non peccemus, vt peccatum super peccatum non inducamus. Quis, propter quid hic dicit? Quia pauci sunt, qui aliquid boni habeant, & Deum requirant: sed plus dicunt eorum virtute, vel suis viribus, quàm Dei donum. Misericordiam & veritatem quis requiret eius? Non eius requiritur misericordia ac veritas ab eis, qui in plenitudine Dei consistunt: Sed nec his quicquam deest, iuxta illud oraculum Saluatoris: In die illa nihil rogabitis Patrem. In hac ergo plenitudine Propheta spem ponit. *Tom. 7. Commentariorum in Psalmum 60. Fol. 74.*

Spes & fides nutritur plenitudine veritatis promissionum Dei.

Ioan. 15.

Articulus III. In mysterijs diuinis fidem antecedere, rationem subsequi debere.

Non valet natura contra naturæ Dominum. Roman. 9.

QVIS crederet mortalium; vt vndecim annorum puer generaret filium? Multa & alia dicuntur in Scripturis, quæ videntur incredibilia, & tamen vera sunt, neque enim valet natura contra naturæ Dominum: aut potest vas fictum dicere: quare me ita fecisti, aut ita: Licet, quod pro miraculo, signo, atque portento fit, legem natura facere non possit. *Tomo tertio, epistola 132. ad Vitalem.*

Impossibile diuinæ natiuitatis nosce mysteria. Prouer. 8.

Sup. 40. Rom. 11.

Partus virginis difficulter potest exponi. Lucæ 1.

SICVT ouis ad occisionem ducetur, &cæt.] Generationem eius quis enarrabit? Quod dupliciter intelligitur. Aut enim de diuinitate eius accipiendum est, quod impossibile sit diuinæ natiuitatis nosce mysteria. De qua ipse loquitur in Prouerbijs: Ante omnes cælos generauit me. Iuxta illud quod alibi legimus: Quis cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? id est, nullus. Aut de partu virginis, quod difficulter possit exponi. Denique cùm Mariæ diceretur ab Angelo: Concipies & paries filium: Illa respondit: Vndè mihi hoc, quia virum non cognoui? Cui rursum Angelus. Spiritus, inquit, sanctus veniet super te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, vt vel ab Angelo, vel ab Euangelista tantùm, natiuitatis huius Sacramenta dicantur. Cuius narrator rarissimus est, secundum illud: Quis Sapiens, & intelliget hæc, intelligens, & cognoscet ea? Sin autem prudens Lector tacita cogitatione responderit: Et quo modo scriptum est: Nemo nouit Filium nisi Pater, & nemo nouit Patrem, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare: Et qui nouit Patrem, & Filium, vtique & generationis potest enarrare mysterium. Audiat aliud esse nosce, aliud eloqui, quia frequenter quæ mente concipimus, sermone explicare non possumus: Ergo & mysterium diuinæ natiuitatis in corpore, possunt sancti, fide magis noscere, quã dicere. Alioquin & Apostolus raptus in tertium cælum, & in Paradysum, audiuit verba, quæ nequaquam valet humana lingua proferre. Sed & Spiritus interpellat pro nobis gemitibus ineffabilibus. Iste ius igitur, cuius generationem, aut nullus, aut rarus enarrare potest, sublata est vita de terra, vt nequaquam in terra, sed in cælo viueret. Siue abscissus est de terra viuentium, vt impleretur de eo, quod scriptum est in Apocalypsi Ioannis: Ego sum primus & nouissimus: qui viuebam, & sum mortuus: & ecce viuo in æternum: vt post vitam, quam vixit in terra, mortuus terræ, cælis viueret in æternum. *Tomo quarto, libro decimo quarto Commentariorum in caput quinquagesimum tertium Esaiæ.*

Ose e 14.

Præoccupatio obiectionis. Lucæ 10.

2. Cor. 12.

Rom. 8.

Apocal. 1.

RESPONDENS autem Iesus dixit ei: Beatus es, &cæt.] Testimonio de se Apostoli reddit vicem. Petrus dixerat: Tu es Christus filius DEI viui: mercedem recepit vera confessio: Beatus es Simon Barjona. Quare? quia

Reuelatio articulorum fidei ex Spiritu sancto.

quia non reuelauit tibi caro & sanguis, sed reuelauit Pater. Quod caro & sanguis reuelare non potuit, Spiritus sancti gratia reuelatum est. Ergo ex confessione sortitur vocabulum, cùm reuelationem ex Spiritu sancto habeat, cuius & filius, appellandus sit. Si quidem Barjona in nostra lingua sonat, filius columbæ. Alij simpliciter accipiunt, quod Simon, id est, Petrus, sit filius Ioannis, iuxta alterius loci interrogationem: Simon Ioannis diligis me? Qui respondit: Domine tu scis. Et volunt Scriptorum vitio deprauatum, vt pro Barijohanna, hoc est, filius Ioannis, Barjona scriptum sit, vna detracta sy llaba. Iohanna autem interpretatur Domini gratia. Vtrumque autem nomen mysticè intelligi potest, quod & columba, Spiritum sanctum, & gratia Dei, donum significet spirituale. Illud quoque quod ait: Quia caro & sanguis non reuelauit tibi Apostolicæ narrationi comparatur, in qua ait: Continuò non acquieui carni & sanguini: Carnem ibi & sanguinem, Iudæos significans: vt hic quoque sub alio sensu demonstretur, quod ei non per doctrinam Pharisæorum, sed per Dei gratiam Christus Dei filius reuelatus sit. *Tomo sexto, libro tertio Commentariorum in caput decimumsextum Mat. thæi, Canone 33.*

Ioan. 21.

Galat. 1.]

Quomodo surdi percipiant fidem. Est fides ex auditu.

Rom. 10.

HOC solùm à vobis volo discere, &cæt.] Quærat quispiam, si fides non est, nisi ex auditu, quomodo qui surdi nati sunt, possunt fieri Christiani. Deum quippe Patrem ex magnitudine & pulchritudine creaturarum potest quis intelligere, & à conditionibus conditor consequenter agnoscitur. Christi autem natiuitas, crux, mors, resurrectio, nisi ex auditu sciri non potest. Aut surdi igitur Christiani non sunt, aut si surdi sunt Christiani, falsum est quod alibi ab Apostolo dicitur: Itaque fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Ad quod qui simplici responsione contentus est, dicit non eum generaliter dixisse, fides omnium ex auditu est, sed fides ex auditu, quod & in parte, & in toto accipi potest: Eorum scilicet fides ex auditu, qui audiunt, qui credunt. Qui autem huic scrupulo satisfacere conatur, prius illud tentabit asserere, quod nutibus quoque & quotidiana conuersatione, &, vt ita dixerim, totius corporis loquente gestu, surdi possunt Euangelium discere; deinde etiam hoc, quod Dei sermo, cui nihil surdum est, ad eas magis loquatur aures, de quibus & ipse ait in Euangelio: Qui habet aures audiendi, audiat. Et in Apocalypsi: Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesijs. Et Esaias: Dominus addidit mihi auriculam. Iste est alius homo, cui Deus loquitur in occulto, qui clamat in corde credentis: Abba pater, & (vt frequenter exposuimus) quomodo corpus omnia membra & sensus habet, ita animam quoque vniuersos & sensus, & membra habere, legimus, & inter cætera aures etiam, quas qui habuerit, non magnopere indigebit his auribus corporis ad Christi Euangelium cognoscendum. *To. sexto, libro primo Commentariorum in caput tertium ad Galatas.*

Prima responsio.

Alterare. sponsio.

Tertia responsio.

Luc. 8. Apoc. 2. Esaiæ 6. 33. & 35.

Roman. 8.

Vt corpus ita & anima omnes sensus & omnia membra habet ἀνθρωπικῶς.

Articulus IIII. Fidem rectam ad salutem necessariam esse, & profitendam & strenuè defendendam.

FACESSAT Nouatus, errantibus non porrigens: Montanus cum insanis fœminis prosternatur iacentes in barathrum præcipitans, ne leuentur. Quotidie peccamus omnes, & in aliquo labimur. Qui ergo in nos clementes sumus, rigorem contra alios non tenemus: quin potius oramus, petimus, obsecramus, vt aut simpliciter nostra fateatur, aut apertè defendat aliena. Nolo verborum ambiguitates: nolo mihi dici, quod & aliter possit intelligi. Reuelata facie gloriam Domini contemplamur. Claudicabat quondam & Israeliticus populus in vtroque pede: sed Elias, qui interpretatur fortis Domini, vsque quo (ait) claudicatis in vtroque vestigio? Si Dominus est Deus, ambulate post eum: si autem Baal, sequimini eum. Et ipse Dominus de Iudæis: Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterauerunt, & claudicauerunt à semitis suis. Certè si hæreseos nulla suspicio est, vt cupio, & credo: cur non verbis meis meum sensum loquitur? quam ille simplicitatem vocat, ego malitiam interpretor. Persuadere mihi vult, quod purè credat. Purè ergo & loquatur, & siquidem vnum verbum, vel vnus sensus esset ambiguus, si duo, si tres; ignorantiæ veniam tribuerem; nec ea, quæ aut obscura, vel dubia sunt, de certis & perspicuis æstimarem; nunc verò quæ ista simplicitas est, quasi super ona & aristas inter theatrales præstigias pendenti gradu incedere, vbique dubium, vbique suspectum? putas eum non expositionem fidei, sed figuratam controuersiam scribere. Quod iste nùc expetit, olim in schola didicimus. Nostra aduersum nos dimicat armatura. Etiam si benè credit, & circumspectè, & timidè loquitur, suspicionem mihi facit nimia diligentia. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Stultum est frustra infamiam sustinere. Obijcitur ei crimen, cum nõ habet conscientiam. Ergo crimen, quod totum pẽdet in verbo, neget confidenter, ac liberè faciat inuidiam aduersario suo, eadem audacia, qua ille insimulat, hic defendet, cumque omnia dixerit, quæ voluerit, quæ proposuerit, quæ suspicionibus carent; si perseuerat calumnia, conserta manu in ius trahat. Nolo ifi suspicione hæreseos quem quam esse patientem; ne apud eos, qui ignorant innocentiam eius, dissimulatio conscientia iudicetur, si taceat: licet superfluum sit eius præsentiam quærere, & extorquere silentium, cuius apud te litteras teneas. *Tomo 2. epistola 61. ad Pammachium, cap. 1.*

2. Cor. 3.

3. Reg. 18.

Psal. 17.

Prou. 10.

Infitiatio hæreseos nemo patiens esse debet.

HOMO sacrilegus, & idolorum cultor, solebat ludens beato Papæ Damaso dicere: Facitè me Romanæ vrbis Episcopum, & ero protinus Christianus. Quid mihi lõgo sermone & lacinioſis periodis Arianũ te non esse demonstras? aut nega hoc dixisse eum, qui arguitur; aut si locutus est talia, damna, quia dixerit. Vis scire, quantus sit ardor benè credentium? audi Apostolũ. Et si nos, aut Angelus de cælo aliter euangelizauerit vobis, quàm annunciauimus, anathema sit: Tu mihi vt crimen extenues, & dissimulato nomine criminosi, quasi secura sint omnia, & nullus in blasphemijs arguatur, erosam fidem artifici sermone contexis. Dic statim & Epistola tua hoc habeat exordium: Anathema ei, quicunque ille sit, qui talia ausus est scribere. Fides pura moram non patitur.

Ardor magnus credentium Galatæ.

Erosa fides hæreticorum artifici sermone contexitur.

Actor 13. Fides pura citra moram profitenda.

Vt apparuerit scorpius, illico conterendus est. Dauid inuentus secundum cor Domini: Nonne, inquit, odientes te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam; Perfecto odio oderam illos. Ego, si patrem, si matrem, si germanum aduersum Christum meum audiuissem ista dicentes, quasi rabidi canis blasphemantia ora lacerassem, & fuisset in primis manus mea super eos. Qui patri & matri dixerunt, Non nouimus vos, hi impleuerunt voluntatem Domini. Qui diligit patrem, aut matrem super Christum, non est eo dignus. *ibidem capite tertio.*

Psal 118.

Hæretico odio habendi & conterendi.

Deut 33. Matt. 10.

INTELLEGIS, quid sit, fidem suam audacter ac liberè profiteri? Pone errare me: apertè dico quod sentio, & tu igitur aut liberè nostra profitere, aut constanter tua loquere, noli statu cre te in acie mea, vt rusticitate simulata in tuto abeas, cum volueris pugnantis terga consodere. Non est istius temporis, contra Origenis dogmata conscribere: alteri istud, si Christus vitam dederit, operi dedicabimus, nunc quæritur, an qui arguitur, ad interrogata respõderit, & simplex sit & aperta eius responsio. *ibid. cap. 6. in fine.*

Fides audacter & libere profitenda

Simplex & aperta debet esse fidei confessio.

CONFERAMVS arguentis accusatique personas: & cuius vel meritum, vel vita, vel doctrina præcesserit, illi magis accommodemus fidē. Vides ne quod clausis, vt dicitur, oculis summa quæque perstringam, non tam eloquens quod mente concepi, quam iudicans quid reticeam? Intellexi, & probaui dispensationem tuam, quod Ecclesiasticæ paci consulens, quasi Sirenos cantus obturata aure pertransis. Alioqui, quia à parua ætate sacris litteris eruditus es, nosti quo sensu vnumquodque dicatur: quomodo in ambiguis sententijs, tuus sermo libratus, & aliena non damnet, & nostra non deneget. Sed fides pura & aperta confessio non quærit strophas, & argumenta verborum. Quod simpliciter creditur, simpliciter confitendum est. Poteram quidem liberè proclamare, & inter gladios quoque igneosque Babylonicos dicere: Cur aliud respondetur, quam quæritur? cur nõ simplex est, nec aperta confessio? Totum timet, totum temperat, totum relinquit ambiguum, & quasi super aristas graditur. *Tom. 2. Epist. 62. ad Theophilum ca. 2.*

Ecclesiastica pax consulentium & hæreticorũ doctrinam quasi Sirenos cantus transilimus obturata aure.

Pura & aperta fidei confessio non quærit strophas verborum.

INCOMPARABILITER enim pulchrior est veritas Christianorum, quam Helena Græcorum: pro ista enim fortius nostri martyres aduersus hanc Sodomam, quam pro illa illi heroes aduersus Troiam, dimicauerunt. *Tom. 2. Epist. 87. ad Hieronymum.*

Pro fide Christiana fortiꝰ quam pro Helena heroes, dimicãdum.

IN multitudine viæ, &cætera.] Qui ambulat in via vna & regia, non laborat, de qua per Moysen præcepit Deus: Via regia ambulabis, & non declinabis ad dexterã, neque ad sinistram: Vna via est veritatis, quæ dicit in Euãgelio: Ego sum via, veritas, & vita: & multæ mendaciorum viæ, per quas nunc ambulasse arguitur Hierusalem: quarum viarum Deus sciens differentiam, supra loquitur ad errantes. Non sicut viæ meæ, viæ vestræ, quæ dicunt Domino confitentes: declinare fecisti vias nostras à vijs tuis. Cognita igitur vna via regia, videamus quæ dexteræ viæ sint, & sinistræ, per quas prohibemur incedere. Via regia temperata est, nec plus in se habens nec minus. Verbi gratia. Via regia, & recta, prudentia est. Declinamus ad dexterã, si plus sapimus quam oportet sapere, & pro prudentia calliditatem diligimus. Quia serpens prudentior erat omnibus bestijs in paradiso. Et filij tenebrarum prudentiores sunt filijs lucis. Ad sinistramque diuertimus, quando stulti fumus, & minus sapimus quam necesse est. De quibus dictum est: Dixit stultus in corde suo: non est Deus. Pietas quoque, & vera religio, via regia est. Declinat ad dexteram, qui superstitiosus est, & meretur audire. Ne sis multum iustus. Ad sinistram, qui negligit cultum Dei, & inter hædos, hircosque numeratur. Liberalitas quoque, & dispensatio virtus maxima est: à qua declinat ad dexteram, qui parcus est, & non solum alijs, sed ne sibi quidem tribuit, quod necesse est. Ad sinistram, qui comedit substantiam suam cùm meretricibus, & dicit cum Israel: Manducemus, & bibamus: cras enim moriemur. Fortitudo etiam, atque constantia, via regia est, à qua declinat ad dexteram, qui timerarius & pertinax est, ad sinistram, qui formidolosus & pauidus. Vnde vir sanctus per viam rectam gradi cupiens deprecatur: Deduc me Domine in via recta. Et in alio loco: Notam fac mihi domine viam, in qua ambulem, quoniam ad te leuaui oculos meos. De istiusmodi via, & alibi scriptura commemorat: Quærite viam bonam, & ambulate in ea, & inuenietis purificationem animarum vestrarũ. *Tomo quarto libro decimosexto Commentariorum in caput 57. Esaiæ.*

Gen. 8.

Luc. 16.

Pietas & vera religio via regia est Psal. 9.

Eccles. 7.

Virtutum via regia est Sup. 12.

Psal. 138.

Ibidem. 142.

Hier. 6.

IVRAVIT Dominus in dextera, &cætera.] Quando autem dicit: Nequaquam vltra dabo triticum tuum inimicis tuis, & vinum tuum alienigenæ non bibent, in quo laborasti: ostendit laborem antea ludæorum, & omnia opera eorũ à dæmonibus fuisse possessa, quando inter Deũ & idola fluctuabant, quando eis dicebat Helias: vsquequo claudicatis vtroque pede? si Dominus est Deus, sequimini illum. Et iuxta typicam historiam quæ in Iudicum libro narratur: Veniebant Madianitæ, & vsque ad Gazam fructus eius deuastabat, ita vel cibus hominum in escas bruterum animantium verteretur. *Tomo quarto libro decimoseptimo Commentariorum in caput sexagesimum secundum Esaiæ.*

Omnia opera hæreticorum à dæmonibus possidẽtur.

3. Reg. 18.

Iud. 6.

SIC recto incedendum est tramite, vt nec ad sinistram nec ad dexteram declinemus: id est, nec Iudaicum, nec hæreticum sequamur errorem. Quorum alij qui carnis sunt, solas diligunt carnes: alij ingrati beneficiorum Dei habere detrectant, quod Christus & natus habuit, & resurgens. *Tomo quarto in Prowmio lib. 18. Comm. in Esaiã.*

Nec Iudaicæ nec hæretico errori sequendum.

VRSVS insidians, &cætera.] Per duas bestias ferociſsimas, nimis dolosam, & crudelem persecutionem antiqui hostis exprimit qui per ministros suos, alium blandimentis, alium minis, alium verò supplicijs à semita rectæ fidei subuertere, & à spe cœlestis auxilij, quasi desolatos atterere cupit. Vnde sequitur: Semitas meas subuertit &c. de cuius Leonis insidijs propheta in Psalmis testatur dicens, Sedet in insidijs cũ diuitibus in occultis. *To. 4. lib. 2. Comment. in cap. 3. Lamentat. Hieremiæ.*

Diabolus tribus modis à vera fide homines abducit, blandimentis, minis, supplicijs

ET introduxit me in atrium &c.] Via iuxta LXX. in hoc tantum habetur loco, in septentrionali, id est, australi plaga omnino tacita est: vt possimus intelligere in orientali portanon, illã tantùm

Ioan. 14.

Psal. 118. Pura fides etiã pollutæ hæreticorũ sordes deesse porta Orientalis.

tantùm intelligendam viam, quæ dicit: ego sum via, veritas, & vita. Per ipsum enim venimus ad Patrem, & de ipso scriptum est: Beati immaculati in via, sed & illos, qui nihil de Christo sinistrum sapiũt, sed fides eorum pura est, & nequaquã hæreticorum sorde polluta. *To. 4. li. 12. Com. in cap. 40. Ezech.*

Fœlicitas & diuitiæ fidelium.

STATHERA iusta, & ephi iustum, &cæt.] Eius qui fidelis est, totus mundus diuitiarum: illius autem qui infidelis est, neque obolus. Quasi alijs verbis dixerit: Infidelis nihil in mundo possider, sed etiam minima indiget portione. *Tom. 4. lib. 14. Comm. in cap. 45. Ezech.*

ET accedens vnus Scriba, ait illi: &cæt.] Scriba iste legis, qui tantùm litteram nouerat occidentem, si dixisset: Domine sequar te quocunque ieris, non fuisset repulsus à Domino. Sed quia magistrum vnum de pluribus æstimabat, & litterator erat (quod significantius Græcè dicitur γραμματεὺς) & non spiritualis auditor: ideo non habet locum, in quo posit Iesus reclinare caput suum. Ostenditur autem nobis & ob hoc Scribam repudiatum, quod signorum videns magnitudinem, sequi voluerit Saluatorem, vt lucra ex operum miraculis quæreret: hoc idem desiderans, quod & Simon Magus à Petro emere voluerit. Talis ergo fides iuxta sententiam Domini condemnatur, & dicitur ei: Quid me proter diuitias, & fœculi lucra cupis sequi? cùm tantæ paupertatis sim, vt ne hospitiolum quidem habeam, &non meo vtar tecto. *To. 6. Comm. in cap. 8. Matthæi.*

Damnantur qui lucra ex operum miraculis quærunt. Actor. 8.

Luc. 17.

SIMILE est regnum cælorum grano, &cæt.] Multi legentes granum sinapis, & illud quod in Euangelio à discipulis dicitur: Domine adauge nobis fidem, & respondetur eis à Saluatore: Amen dico vobis: Si habueritis fidem quasi granum sinapis, & dixeritis monti huic, migra de loco isto, migrabit: putant Apostolos vel paruam fidem petere, vel Dominum de parua fide dubitare, cùm Apostolus Paulus fidem grano sinapis comparatam maximam iudicet. Quid enim dicit? Si habuero totam fidem, ita vt montes transferam: charitatem non habeam, nihil mihi prodest. Ergo quod Dominus dixit fide fieri quæ grano sinapis comparatur: hoc Apostolus docet tota fide posse fieri. *Tom. 6. libr. 2. Comment. in cap. 13. Matth.*

1. Cor. 13. Magna fidei potentia & efficacia.

SED licet nos, aut Angelus de cælo, &c.] Potest & hyperbolicè dictum accipi: non quo aut Apostolus, aut Angelus aliter potuerit prædicare, quàm semel dixerant: sed etiam si hoc posset fieri, vt & Apostoli, & Angeli mutarentur: tamen non esset ab eo, quod semel acceptum fuerat, recedendum: maximè cùm ipse Apostolus in alio loco firmitatem fidei suæ ostendat, dicens: Scio quia neque mors, neque vita, neq; Angeli, neque Principatus, neque præsentia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque alia creatura poterit nos separare à dilectione Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Veritatem dico, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea. Hæc quippe dicta nõ sunt eius, qui posit à Christi fide & dilectione aliquando discedere. *Tom. 6. lib. 1. Comm. in cap. 1. ad Galat.*

Roman. 8.

Constantia & firmitas Christianæ fidei retinenda.

Roman. 9.

DONEC occurramus omnes in, &c.] Omni studio laborandum, primum in fidei occurrere vnitatem: deinde in eadem vnitate, habere agnitionem filij Dei. Quorum cùm fuerit secura possessio, paruuli esse cessantes, & mensuram interioris hominis recipientes (quæ mensura plenitudinis, mensura Christi est) perfecti viri vocabulum sortiemur: ita tamen vt ad consummatam ætatem plenitudinis Christi, omnis credentium turba perueniat, & nequaquam in dogmatibus fluctuans, ad instar paruulorum gurgite infidelitatis feratur incerto, dum venti hincindè perflantes, hæreticorum videlicet, siue sapientium sæculi, diuersæ compugnantesque rationes, naufragium audientibus, aut inferunt, aut minantur: dum alij absque voluntate fallaciæ (ea tamen quæ falsa sunt) prædicant: alij verò omni calliditate erroris laqueos componentes, nos decipere & vincere festinant. Cùm autem occurrerint atq; peruerint sancti in mensuram supradicti viri; tunc intelligentes charitatem Christi, augebuntur in eis omnia, quæ acceperãt semina veritatis, habentes corporis Ecclesiæ caput Dominum Iesum. *Tom. 6. lib. 2. Commentar. in cap. 4. ad Ephesios.*

Progressus & profectus fidelium in fide.

REDIMENTES tempus, quoniam dies mali sunt.] O vos Ephesij (quibus de somno sæculi istius exurgentibus sol iustitiæ ortus est Christus) cautè ambulate atque prudenter, & abiecta insipientia, tenete sapientiam: per quam positis, non cum varietate temporum commutari, sed diuersitatem temporum vobis vnum tempus efficere. Et quia sunt plurimæ persecutiones (In principio quippe fidei propemodũ quotidie vexabãtur Ecclesiæ) vnum tenete cursum, & hũc scitote seruandum: vt nõ in morem stulti, quasi luna mutemini, sed quod semel cœpistis, firma mente teneatis: ne videlicet si persecutorem iudicem videritis, & vos cum iudicis voluntate mutemini. Rursum si alius dogmatis vestri laudator aduenerit: vos fateamini Christianos: sed quod estis, omni tempore reseruate. Aliquod de scripturis ponamus exemplum, vt quod dicimus manifestius fiat. Ioseph vnum habebat propositum, placere Deo. Hoc nulla varietate temporis immutatum est: nec fratrum inuidia, nec conditione seruitutis: nec ætatis illecebris, nec dominæ repromissis, nec squalore carceris, nec postea tumore Aegyptiæ potestatis: sed semper vnus fuit, & veritatem vt diximus temporum sibi redimens, malos dies vertit in bonos. Hoc idem & de Iob sentiendum est, quod per varia tentamenta vexatus: nec diuitijs, nec damnis, nec orbitate, nec vulnere, nec exprobratione amicorũ, nec solitudine, nec postea bonorum omnium restitutione mutatus est. *Tomo 6. libro 3. Commentariorum in caput quintum ad Ephesios.*

Fides Catholica nullo tempore commutanda est.

CONQVASSABIT capita in terra multorum.] Implebit ruinas non credentium: conquassabit capita eorum qui dubij sunt, eorum qui non habent perfectam fidem. *Tomo 7. Comm. in Psalmum 109.*

Exemplo Ioseph firmum propositum Catholicæ fidei omni tempore custodienda illustratur.

Exẽplo Iob firmum propositum retinendæ fidei cõprobatur.

Articulus V. Fidem rectam, non esse aliam, atque Catholicam fidem.

VEL lauda, vel reproba, quid & hic dubius incedis? Si bona erant, quæ loquebatur: cur non apertè prædicas? si mala; cur non constanter reprehendis? *To. 2. epist. 61. ad Pammac. ca. 2.*

Aperte prædicanda Catholica fides

Fides ecclesiæ apertissimè confitenda.

EGO liberè dicam: & quamquam torqueatis labia, trahatis capillum, applaudatis pede Iudæorum lapides inquiratis, fidem Ecclesiæ apertissimè confitebor. *Ibid. cap. 11.*

In libris Origenis de Principijs quædam minus Catholicè dicta emendanda.

SANCTVS aliquis ex fratribus schedulas ad nos cuiusdam detulit; quæ Origenis volumen, quod περὶ ἀρχῶν, inscribitur, in latinum sermonem versum tenerent, & quoniam in his multa sunt, quæ tenuitatem nostri ingenij permouêt, quęque minus catholicè dicta existimamus, suspicamur etiam ad excusationem auctoris multa de libris eius esse subtracta, quæ apertam impietatem eiusdem monstrare potuissent; quęsumus præstantiam tuam, vt & hoc specialiter non tam nobis, quam vniuersis, qui in vrbe habitât, profuturum opus digneris impendere: vt supra dictum librum Origenis, quemadmodum à supradicto auctore editum est, ad fidem tuo sermone manifestes, & quæ à defensore eius interpellata sunt, prodas: & quæ etiam in his schedulis, quas ad sanctitatem tuam direximus, vel cõtra Catholicam regulã, vel imperite edita sunt, redarguas atque conuincas. *Tom. 2. Epistol. 64. ad Hieronymum.*

Quæ contra Catholicam regulam in Origenis libris exstant, corrigenda.

QVISQVIS es assertor nouorum dogmatũ, quæso te, vt parcas Romanis auribus; parcas fidei, quę Apostoli voce laudata est. Cur post quadringentos annos docere nos niteris, quod ante nesciuimus? cur profers in medium, quod Petrus & Paulus edere noluerunt? Vsque ad hunc diem sine ista doctrina mundus Christianus fuit, illam senex tenebo fidem, in qua puer natus sum. Pelusiotas nos appellant, & luteos animaleśque & carneos, quod non recipiamus ea, quæ spiritus sunt. Illi scilicet Hierosolymitæ, quorum mater in cælo est. *Tom. 2. Epist. 65. ad Pammachium & Oceanum ca. 3.*

Rom. 1.

Fides antiqua Catholica retinenda

OBLICIVNT mihi sectatores eius, cerealiaque arma expediunt fessi rerum, quare περὶ ἀρχῶν, libros Origenis, noxios, & Ecclesiasticæ fidei repugnantes, in latinum sermonem verterim. Ad quos breuis & succincta responsio est: Tuæ me, frater Pammachi, & tuorum litteræ compulerunt, dicentes, illos ab alio fraudulenter esse translatos, & interpolata nonnulla, & vel addita, vel mutata. Ac, ne parum Epistolis haberem fidem, missis exemplaria eiusdem translationis, cum præsatiuncula laudatrice mea. Quæ cum legissem, contulissemque cum Græco, illico animaduerti, quæ Origenes de Patre, & Filio, & Spiritu sancto impiè dixerat, & quæ Romanæ aures ferre non poterant, in meliorem partem ab interprete commutata cætera autem dogmata, de angelorum ruina, de animarum lapsu, de resurrectionis præstigijs, de mundo vel mundis Epicuri, de restitutione omnium in æqualem statum, & multo his deteriora, quæ longum esset retexere, vel ita vertisse, vt in Græco inuenerat, vel de commentariolis Didymi, qui Origenis apertissimus propugnator est, exaggerata & firmiora posuisse: vt qui in trinitate Catholicum legerat, in alijs hæreticum non cauerет. Alius forsitan, qui non esset amicus eius, diceret: Aut totum muta, quod malum est; aut totum prode, quod optimũ putas. Si propter simplices noxia quæque detruncas, & ea quæ ab hæreticis addita simulas, in peregrinum non vis transferre sermonem; cæde

Libri Origenis de Principijs noxij & Ecclesiasticæ fidei repugnantes.

Romanæ aures ferre non possunt hæreses contra Trinitatem.

quidquid est noxium: sin autẽ veritatis fidem in translatione conseruas; cur alia mutas, & alia dimittis intacta? Quamquã aperta confessio est, in eodem prologo emendasse te praua, & optima reliquisse, ex quo non interpretis libertate, sed scriptoris autoritate teneberis, si quid in ijs, quæ vertisti, hæreticum comprobetur, & manifesti criminis argueris, iccirco te veneni calicem circumlinire melle voluisse, vt simulata dulcedo virus pessimum tegeret. *Tom. 2. lib. 1. aduersus Ruffinum cap. 2.*

Hæretici veneni calicem melle circũliunt vt simulata dulcedo virus pessimum tegat.

NVNQVAM de opere meo fuit quæstio, nũquam Roma commota est. Quid necesse erat latinis auribus tradere, quod detestatur & Græcia? quod orbis accusat? Ego per tot annos tam multa conuertens nunquam scandalo fui: tu ad primum & solum opus, ignotus prius, temeritate factus es nobilis. Docet ipsa præfatio, & Pamphili martyris librum pro defensione Origenis à te esse translatum. Et hoc agis totis viribus, vt cuius fidem martyr probat, Ecclesia non refutet. *Ibid.*

In fide alijs scandalo esse nõ debemus.

ILLVD est, quod desideriorum vir Macari te admonitum volo, vt scias hanc quidem fidei regulam, quam de libris eius supra exposuimus esse talem, quæ & amplectenda, & tenenda sit. In omnib. enim his Catholicum inesse sensum, euidenter probatur. Quamuis de Eusebij libro multa subtraxerit, & in bonam partem de Filio & Spiritu sancto nisus sit commutare: tamẽ multa in eo scandala reperiuntur, & apertissimæ blasphemiæ, quæ iste sua negare non poterit, Catholica esse pronuncians. *Tom. 2. lib. 2. contra Ruffinum cap. 4.*

Ea fidei regula amplectẽda quæ sensum habet Catholicum.

IN die illa ponam duces Iuda &cæte.] Nos dicamus quod tempore persecutionis Ecclesiæ, duces ad tribum nominis Christiani (de quibus supra diximus) cum Dominus pacem reddiderit Hierusalem, & interfecerit aduersarium spiritu oris sui: futuri sunt quasi caminus ignis, in lignis, vt deuorent infructuosas arbores, & sicut fasces in stipula: vt quodcumque frumentũ non habet, & circumfertur omni vento doctrinæ, tradatur incendio. Et deuorabunt (inquit) duces Iuda & tribũ ad dexteram & ad sinistrã, eos qui in medio itinere incedere noluerunt: ne scierunt ὑπερβολὰς ἔναι κακίας, vnde Dei populus pollicetur: nec ad dexteram, nec ad sinistrã declinabimus: via regia gradiemur. Via dextera parcitas est, quam Græci ρειδολιαν vocant: sinistra luxuries: media rectáque, frugalitas. Omnes igitur qui sunt in via dextra, quibus dicitur: Ne sis iustus nimis: Et in sinistra qui audiũt: Viæ quę ad sinistram sunt, peruersæ sunt: deuorans flamma consumet. *Tom. 5. lib. 3. Com. in cap. 12. Zachariæ.*

Ecclesiæ Doctores futuri quasi caminus ignis in lignis contra hæreticos.

ET erit in die illa, dicit Dominus &cæt.] In die illa, quam crebro cõmemorat, omnia idola auferentur de terra: Siue illa idola de quib. psal misita dicit. Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominũ: vt nulla sit alia religio nisi tantum nominis Christiani, de quibus in propheta scriptum est: Vlulatæ sculptilia in Hierusalem & in Samaria. Sicut enim feci Samariæ & sculptilibus illius: sic faciam Hierusalem & idolis eius. *Tom. 5. lib. 3. Commentar. in cap. 13. Zachariæ.*

Psal. 113.

Nulla alia erit religio nisi sola nominis Christiani.

IN die illa erit Dominus vnus, &cæt.] Postquam

Qui mediam viam Catholicam non ingrediuntur deuorabuntur. Num. 20.

Eccles. 7.

Prou. 4.

Psal. 71.

quam Dominus Iesus rex fuerit super omnem terram, de quo ad patrem spiritus sanctus loquitur per prophetam: Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis: tunc vnus Dominus erit, de quo scriptum est: Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: Et vnum nomen eius omni praua religione calcata, iuxta illud qđ Propheta decantat: Domine Dominus noster quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Et rursum: Magnificasti super omnes nomen sanctum tuum. Et alibi: Sicut nomen tuum Deus, ita & laus tua in vniuersa terra: de quo & Habacuc loquitur: Laudis eius plena est terra. De cuius gloria nominis ipse Deus loquitur: Absque me non scies Deum, & præter nomen meum, quod magnificatum est super omnes. Tunc reuertetur omnis terra, in qua habitauêre Iudæi, vsque ad desertum, id est, vsque ad populum gentium, qui prius desertus erat, & legis notitiam non habebat: à Gabaa vsque ad Remmon, hoc est, à colle vsque ad excelsum: quia de terra & deserto ad colles, & de collibus ad montana consurgimus. Vnde & sponsus in Cantico Canticorum transilit colles, qui minores sunt, & salit super montes excelsos: de quibus scriptum est: Montes excelsi ceruis. *Tomo quinto lib. 3. Commentariorum in caput 14. Zachariæ.*

Deut. 4. Omni praua religione calcata vna erit religio Christiana. Psal. 8. Ibidem. 137. Psal. 47. Habac. 3.

Isaiæ. 13.

Cant. 2.

Psal. 103.

ROMANAE plebis laudatur fides. Vt alibi tanto studio & frequentia, ad Ecclesias, & ad martyrum sepulcra concurritur? vbi sicad similitudinem cœlestis tonitrui amen reboat, & vacua idolorum templa quatiuntur? Nõ quod aliam habeant Romani fidem, nisi hanc quam omnes Christi Ecclesiæ, sed quod deuotio in eis maior sit, & simplicitas ad credendum. *Tomo sexto in Prœmio secundi libri Commentariorum ad Gal. latas.*

Latus Romanæ fidei.

Romana fides & Catholica fides vna eademque est.

TERMINVM posuisti: quem non transgredientur.] Catholicam vtique fidem, quam vsque ad terminum præsentis vitę custodiunt. *Tom. 7. in Psal. 103.*

Catholicæ fidei terminos non oportet transgredi.

Articulus VI. Fidem donum Dei esse.

PAX fratribus & charitas cum fide à Deo patre, & Domino Iesu &c.] Paci similis est charitas cum fide, quam & ipse simul Deus pater donat, & filius: vt diligamus Deum de toto corde, & proximos sicut nosmetipsos, & pro inimicis nostris precemur. *Tom. 6. lib. 3. Comment. in cap. 6. ad Ephesios.*

Fides donũ Dei patris et filij.

SPES eius in Domino Deo ipsius.] Videamus tres pueri quid dicant in fornace Babylonia, quãdo vocat eos Nabuchodonosor rex. Nõ necesse est nos de hoc verbo respondere tibi. Potest quidem nos Deus liberare de fornace ardenti. Sed si non liberauerit: scito rex, quia imaginem quam constituisti, non adoramus. Videte fidem. Credimus, inquit, quod liberare potest. Sed si fortè peccata nostra prohibuerint: tamen credimus & in eum, qui non vult modo liberare. Non enim credimus in hac vita, sed in futura. Non propterea credimus in illũ, ne hic ardeamus: sed ne per ista incendia ad alia transeamus. Incende igitur, præpara caminum: iste ardor, ista combustio nostra purgatio est. Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius. Vide signifi-

Dan. 3.

Fides donũ Dei è medijs flammis & periculo liberat.

Matt. 13.

cantiam verborum. Adiutor eius, & non poterat ibi vllum signum facere propter incredulitatem eorum. Deus adiutor noster est. Volentes & laborantes liberat, & collaborat: dormientes, & tacentes, & nolentes non liberat. Spes eius in Domino Deo ipsius. Egregiè dixit spes: & in præsenti non liberat, tamen spes de futuro est. *Tom. 7. Com. in Psal. 145.*

Articulus VII. Fidem non ita esse donum Dei, vt propter voluntatis motum, non sit pariter & liberi arbitrij.

ET dixit: Veruntamẽ populus meus est, &c.] Quod si prudens lector tacita cogitatione responderit: quare multi non sunt saluati, si ipse saluauit eos, & dilexit, & pepercit filijs suis, & redemit eos sanguine suo: susceptique & exaltauit assumptos? Infertur causa perspicua. Ipsi autem non crediderunt, & exacerbauerunt spiritum sanctum eius: siue sancti illius, quod Hebraicè dicitur kodso. Voluit itaq; Deus saluare cupientes, & prouocauit ad salutem: vt voluntas haberet præmium, sed illi credere noluerunt. *Tomo quarto libro 17. Commentariorum in caput 63. Esaiæ.*

Incredulitas causa damnationis. Deus ad salutem prouocat credentes vt voluntas habeat præmium.

ET respondit mihi Dominus, & dixit, &c.] Iustus, qui credit verbis meis, & de his non ambigit quæ polliceor, habebit præmium vitam sempiternam. Nec statim debes arguere vel in te interficiendo, vel in illo viuificando, quod apud me acceptio personarum sit, quia ipse viuificationis suæ causa est, qui ex fide sua viuit: sicut tu ex eo quod te subtraxisti, & credere noluisti, displicuisti animæ meæ. *Tom. 5. Com. in cap. 2. Habacuc.*

Qui ex fide viuit ipse viuificationis suæ causa est.

1. Cor. 7.

ET fidelibus in Christo Iesu.] Quoniam sanctificata est mulier infidelis in fratre fideli, & vir infidelis sanctificatus est in muliere fideli. Et sunt vasa quoque sancta, & mutæ pecudes quæ Deo mactantur in templo, propterea eos quos sanctos dixerat, vocauit & fideles: quia fides ex mentis propriæ descendit arbitrio, sanctificatio verò ex sanctificantis interdum, absq; voluntate nostra sumitur largitate. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 1. ad Ephesios.*

Fides ex mẽtis propriæ descendit arbitrio.

GRATIA enim estis salui facti &c.] Ideo, inquit, abundantes diuitias gratiæ suæ, in bonitate in superuenturis sæculis ostensurus est: quia gratia salui facti estis per fidem, non per opera. Et hæc ipsa fides non est ex vobis, sed ex eo qui vocauit vos. Hoc autem ideo, ne forsitan nobis cogitatio occulta subreperet: si per opera nostra saluati non sumus, certè vel per fidem saluati sumus, & alio genere nostrum est quod saluamur. Addidit itaq; & dixit, fidem quoq; ipsam non nostræ voluntatis esse, sed Dei muneris. Non quod liberum homini tollatur arbitrium, & secundum illud Apostoli ad Romanos, neque sit currentis neque volentis, sed miserentis Dei: verum quod arbitrij ipsa libertas Deum habeat auctorem, & ad illius beneficium cuncta referantur, cum etiam bonum nos velle ipse permiserit. Hoc autem totum propterea, ne quis glorietur à semetipso, & non à

Fides partim est Dei muneris partim nostræ voluntatis. Rom. 9.

Arbitrij libertas Deum habet auctorem.

Deo

Deo se esse saluatum. *Tom.6.lib.1.Comment. in cap. 2. Ad Ephesios.*

NE vnquam obdormiam in morte.] Notandum, quod Dominus dormiebat, quando fides Apostolorum titubabat, vnicuique Dominus prò fide sua vigilat: & per fidem excitatur. Et si non habetur fides, quasi dormire videtur. Vnde dicit: Excita fidem tuam, & tunc suscitas Christum. Respice & exaudi me Domine Deus meus. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte. Tu es enim lux vera quæ illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum. Tu enim illuminas oculos cordis nostri, ne nos æternæ mortis obrepat somnus. *Tom. 7. Com. in Psal. 12.*

Cum excitamus fidem no strã suscitamus Christum.

Ioan. 1.

Articulus VIII. Quomodo fides, Spes, Charitas inter se cohæreant & affectæ sint.

CARITAS patiens est, caritas benigna est, caritas non æmulatur, non inflatur, omnia sustinet, omnia credit. Cunctarum virtutum mater est caritas, & quasi spartum triplex Apostoli sententia roboratur dicentis, Fides, Spes, Caritas, credimus, speramus; atque ita per fidē, & spem dilectionis vinculo copulamur. *Tom. 2. Epistola sexagesimasecunda ad Theophilum capite 4. in fine ferè.*

Charitas omnium virtutum mater Eccles. 4.

Copulatrix Theologicarum virtutum.

SEMITA iusti recta, &c.] In vna Christi semita omnes iustitiæ reperiuntur: & propterea eam suo calcauit & triuit pede, vt quicunq; voluerit per eam ambulare, cursu ambulet inofenso. In hac semita iudiciorum Domini, sustinuerunt eum, sancti & separauerunt in eo: quia spes non confundit. Et nomen illius & memoriale habuerunt in desiderio animæ, dicentes: Concupiuit anima mea desiderare iudicia tua in omni tempore. Et iterum: desiderat anima mea. Et defecit in salutari tuo. Qui autem nomen Domini habet in desiderio, aliud non desiderat. Et hoc notandum, quod desiderium Domini non in carne sit, sed in anima: iuxta illud quod in alio Psalmo legimus. Sitiuit anima ad Deum, fontem viuum. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur: ne quæ volumus, illa faciamus. Quodque sequitur: In nocte, iuxta LXX. sequenti capitulo iungitur, iuxta Hebraicum priori. Ille autem potest dicere: Anima mea desiderauit te in nocte, qui cum Psalmista loquitur confidenter: Lauabo per singulas noctes lectum meum: in lachrymis stratum meum rigabo. Potest nox & tenebræ, pro tribulatione & angustijs accipi. Vnde & in alio Psalmo super iusti securitate propheta decantat: Per diem sol non vret te, neque luna per noctem, id est, nec in prosperis nec in aduersis vnquam de tuo moueberis gradu. *Tomo quarto libro octauo Commentariorum in caput 26. Esaiæ.*

In Christi semita omnes iustitiæ reperiuntur.

Spes ex semita iudiciorum Dei.

Rom. 5.

Psal. 118.

Ibidem.

Psal. 41.

Gal. 5.

Psal. 6.

Nox pro tribulatione & angustijs. Psalm. 120.

Quædam dei dona sunt munimenta & quædam ornamenta.

FACTVS est Dominus velut inimicus: &cætera. Iuxta allegoriam verò, sicut mœnia in vrbibus pro ornamento sunt, munitiones verò in defensionem: ita alia sunt dona, quæ nos muniunt, alia quæ ornant. Prophetiæ quippe doctrina, genera linguarum, curationum virtus, quasi quædam mœnia mentis sunt: quæ etsi quisque non habeat, stare munitus per fidem & iustitiam potest: quamuis ornatus virtutum altitudine minimè esse videatur: fides verò, spes, & charitas, non nostra mœnia, sed munitiones sunt: quæ si habere negligimus, hostium insidijs patemus. De Iudæa ergo, quia prophetiam, atque doctrinam, vel miraculorum signa abstulit, mœnia præcipitauit. Quia verò fidem, spem atque charitatem, propter eius duritiam auferre permisit, munitiones eius dissipare studuit. Rectus verò ordo seruatus est, vt prius mœnia, & post munitiones dissipatæ dicerentur: quia cum peccatrix anima relinquitur, prius ab ea virtutum dona (quæ ad manifestationem spiritus datę fuerunt) & post fidei, spei atque charitatis fundamenta destruuntur. *Tomo quarto libro primo Commentariorum in caput 2. Lamentationum Hieremiæ.*

Ornamenta non omnibus necessaria quæ.

Munimenta necessaria insluia fides spes, & charitas.

Recto ordine prius ornamenta deinde munimenta auferuntur.

VENATIONE ceperunt me, &c.] Auis nomine ipse Dominus significatur; qui licet in terra de virgine matre sit editus, tamen cælestia, doctrina sua & exemplo semper petit: membraque sua fide & spe quasi duabus alis ad superna semper subleuat, dicens in Euangelio: Regnum meum non est de hoc mundo. Et item: exiui, in quit, à patre, & cætera. Et rursum: Qui vult venire post me. De hac aue in Iob scriptum est: Semitam ignorauit auis: nec intuitus est eam oculus vulturis. *Tom. 4. lib. 2. Com. in cap. 3. Lamentationum Hieremiæ.*

Spe & fide quasi duabus alis subleuatur Christiana in cœlū. Ioan. 18. Ibidem. 16. Matt. 16. Iob. 28.

FRVCTVS autem spiritus, est caritas, &c.] Inter fructus spiritus, septimum & sacratiorem locum fides possidet, quæ etiam alibi inter tres ponitur virtutes, quæ sunt, spes, fides, charitas. Nec mirum si spes in hoc catalogo non referatur, cum in fide sit quod speratur, & ita eam Apostolus ad Hebræos scribens definiat. Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum necdum apparentium. Siquidem id quod speramus esse venturum, & necdum est, in præsenti, fide possidemus, sperantes nos tenere quod credimus. Quæritur quoque quomodo fides in charitate sit posita. Qui diligit, nunquam se lædi æstimat, nunquam aliud nisi quod diligit & diligitur, suspicatur. Cum autem dilectio procul abfuerit, & fides pariter abscedit. *Tomo sexto libro tertio Commentar. in cap. 5. ad Galatas.*

Fidei dignitas. 1. Cor. 13.

In fide spes continetur. Hebr. 11.

Fides in charitate continetur.

Amissa charitate amittitur & fides viua.

ET galeam salutis accipite, &cætera.] Propter hanc galeam, salutis, omnes in capite nostro sensus integri perseuerant, & maximè oculi, de quibus in Ecclesiaste Salomon ait: Sapientis oculi in capite eius. Sciebat enim quod esset viri caput, & qui nam isti oculi in viri capite collocati. Si enim caput viri Christus est, & oculi sapientis, in capite eius sunt: sequitur vt omnes nostri sensus, mens, cogitatio, sermo, consilium, si tamen sapientes fuerimus, in Christo sint. In Christo autem verbo, lumine, iustitia, veritate, cunctisque virtutibus. *Tomo sexto libro tertio Commentariorum in caput sextum ad Ephesios.*

Galea fidei Eccl. 2. 1. Cor. 16.

PAX fratribus & charitas cum fide &cætera.] Si qua alia dona sunt, quæ tribuuntur à Deo

Deo patre & Domino Iesu Christo, inter hæc pax non minimum possidet locum, quæ superat omnem sensum, & custodit corda intellectusque sanctorum: serenitas quædam atque trãquillitas animæ quiescentis, & vniuersam tempestatem & turbinem perturbationum fugans. Huic similis est charitas cum fide, quam & ipsam simul Deus pater donat & filius: vt diligamus Deũ de toto corde, & proximos sicut nosmetipsos, & pro inimicis nostris precemur. Hãc pacem & charitatem, quam credentibus Apostolus imprecatur, hi tantum habent, qui fratrum nomine merentur vocari. Pax quippe fratribus & charitas cum fide & pace. Igitur & charitatem & fidem sic pater præstat & filius. *Ibid. Folio 196. in fine.*

Pacis pulcherrima definitio.

Pax charitas, fides cognata sunt & vicina.

SENES sobrios esse, &c.] Sanos non tantum in fide, verum & in charitate & in patientia: vt cum primum fidei habuerint sanitatem, audiant à Saluatore: Fides tua te saluum fecit. Et alibi: Neque in Israel tantam fidem inueni. Et propter eandem fidei sanitatem, fiant filij Abrahæ, de quo scriptum est: Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Et Habacuc de hac fidei sanitate commemorans ait: Iustus autem ex fide mea viuet. Relege ad Hebræos Epistolam Pauli Apostoli (siue cuiuscunq; alterius eam esse putas: quia iam inter Ecclesiasticas est recepta) totum illum catalogum fidei enumera, in quo scriptum est. Fide, maius sacrificium Abel à Cain obtulit Deo: & Enoch trãslatus est, ne videret mortem: & Noe de his quæ necdum videbat, Deo credens, fabricatus est arcam: & Abraham in terram quam nesciebat, egressus est. Et ne videretur scriptura nullum mulieribus fidei exemplum dare, in eadem epistola scribitur: quia & Sara acceperit virtutem ad recipiendum semen alieno iam ætatis suæ tempore: quia fidelem eum qui repromiserat, arbitrata est. Laudatur ibi fides Isaac, & Iacob, & Ioseph: Moysi quoque & Rahab, & cæterorum quos melius potest scire, qui ipsam Epistolam legerit. Quomodo est igitur fidei sanitas: ita eadem sanitas & in charitate est. Quis autem sanitatem possidet charitatis, nisi ille qui primum Deum dilexerit ex tota anima sua, & ex toto corde suo, & ex totis viribus suis? Deinde Christi præceptum audiens in proximum: Diliges proximum tuum sicut teipsum, diuiserit charitatem: quia in his duobus mandatis pendet omnis lex & prophetæ. Qui habet sanitatem charitatis, non æmulatur, non inflatur, non agit perperam, non inhoneste, non ad iracundiam concitatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati omnia sustinet, omnia credit, omnia sperat, omnia præstolatur. Et quia charitas nunquam excidit: qui in charitatis est sanitate, nunquam & ipse corruit. Si quidem nec tribulatio cum, nec angustia, nec fames, nec persecutio, nec nuditas, nec periculum, nec gladius separare poterit à sanitate charitatis quam habuerit in Christo Iesu. Quid de gladio & cæteris minoribus loquar: quæ non possunt cum diuidere, qui sanitatis possidet charitatem: cum nec mors, nec vita, nec angeli nec principatus, nec præsentia, nec futura, nec fortitudo, nec altitudo, nec profundum, nec alia quælibet creatura possit separare eum qui habet charitatem sanitatis in Christo Iesu? *Tomo sexto libro primo Commentariorum in cap. 2. ad Titum.*

Fidei sanitas commendatur. Mar. 10. Matt. 8.

Gen. 15. Habac. 2. Hebræ. 11.

Epistola Pauli ad Hebræos tempore Hieronymi inter Ecclesiasticas epistolas erat recepta.

Catalogus fidē saluatorum.

Charitatis sanitas.

Matt. 5.

Ibid. 22.

1. Cor. 13.

Fortitudo charitatis.

SPES mea à iuuentute mea.] Ideo spes non confunditur, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. *Tomo septimo Commentariorum in Psalmum. 70.*

Articulus IX. Fidem charitate perfici atq; vtilem reddi.

DICIT se primum respondere rumoribus, quibus illius Romæ carpatur fides, hominis probatissimi tam in fide quam in charitate Dei, & nisi post triginta annos parentibus redditus, nollet nos deserere, quos tam tardè viderat, ne inhumanus, putaretur, aut durus, & tã longi itineris labore fragilior ad iterandos labores esset infirmus, ipsum venire voluisse: qđ quia non fecerit, contra latratores suos misisse baculum litterarum quem ille teneret in dextera, & fæuientes contra se abigeret canes. Si probatus est cunctis, & maximè ipsi, cui scribit, Episcopi in fide & caritate Dei quo modo Romę mordetur & carpitur, & appetitæ æstimationis eius fama crebrescit? Deinde cuius est humilitatis, probatum se dicere in fide & caritate Dei, cũ Apostoli petant: Domine adauge nobis fidē: & audiant: Si habueritis fidem, vt granum sinapis; & ad ipsum dicatur Petrum: Modicę fidei quare dubitasti? Quid loquar de caritate, quæ & fide, & spe maior est, & quam Paulus optat potius, quam præsumit: sine qua & martyrio sanguis effusus, corpusque flammis traditum, coronam non habet præmiorum? Harum vtramque iste sic sibi vendicat, vt tamen contra se habeat latratores: qui nisi inuicti Pontificis baculo repellantur, latrare non cessant. *To. 2. lib. 2. Apologiæ aduersus Ruffinum.*

Fides capit incrementū. Luc. 17.

Matt. 14. Caritas spē & fide est maior. 1. Cor. 13.

ET exiens vidit turbam multam, &c.] Visa turba miseretur, & curat languores eorum, vt fides plena statim præmium consequatur. *Tomo sexto libro secundo Commentariorum in caput 12. Matt. Cano 28.*

Luc. 15.

Fides plenā præmiū cōsequitur.

NAM in Christo Iesu neq; circũcisio aliquid valet, &cætera.] In Christo Iesu nec circuncisio valet, nec præputium corporale: quia in medio, id est, inter vitia virtutesque sunt posita, sed fides quæ per charitatē operatur: Vt & fides quæ reputata est Abrahæ in iustitia comprobetur, & omne opus fidei in charitate ponatur tota lege & prophetis ex charitate pendentibus. In his siquidem duobus præceptis: Diliges Deum tuum, & diliges proximum, Saluator asseruit legem prophetasque consistere. Et Paulus in alio loco. Etenim non adulterabis, non furaberis, non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur: Diliges proximum tuum sicut te. Si ergo omne mandatum recapitulatur in eo quod dictum est, diliges proximum tuum tanquam te, fides autem per charitatem operata valet plurimum, manifestum est operationem fidei per charitatem, plenitudinem mandatorum omnium continere. Quomodo autem iuxta Apostolum Iacobum

Tota lex & prophetæ ex charitate pẽdent. Matt. 22. 1. Cor. 6.

Iacobum, fides absque operibus mortua est, sic absque fide quamuis bona opera sint, mortua computantur. Qui igitur in Christo non credunt, & sunt probis moribus, aliud quid magis habent quam opera virtutum? Exemplum fidei, quæ per charitatem operatur, de Euangelio illa meretrix tribuat, quæ cum in domo Pharisæi Domino accubanti pedes lauisset lachrymis, terssisset crinibus, liniisset vnguento, & Pharisæo murmuranti, Dominus parabolam, quinquaginta & quingentos denarios debitoris proposuisset, adiecit: Propter quod dico tibi: Dimittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum: Et ad ipsam mulierem conuersus, ait: Fides tua te saluam fecit: vade in pace. Apertè enim in hoc loco demonstratum est, mulierem istam habuisse fidem per charitatem operatam, quæ multum valuerit in Christo. *Tom.6.lib.2.Com.in cap.5.ad Galatas.*

Exemplum fidei per charitatem operantis in Maria Magdalena. Luc.7.

SED per charitatem seruite inuicem, &cætera.] Tantum bonum est charitas, vt omnis lex in illa recapituletur. Enumerat & alio loco Apostolus charitatis bona, dicens: Non zelatur: non agit perperam. Multisque in medio replicatis in fine concludit. Omnia sperat: omnia sustinet: charitas nunquam excidit. Et Saluator in Euangelio, hoc signum, sui ait esse discipuli, vt diligat proximum. Quod quidem puto non solum hominibus, sed etiam angelis conuenire. Alijs verbis idipsum dicitur: Quæ vobis fieri non vultis, alij ne feceritis: & quæ vultis, vt vobis faciant homines, hæc eadem & vos eis facite similiter. Nolo adulterari vxorem meam: nolo substantiam diripi: nolo me falso opprimi testimonio: & vt cuncta breui sermone comprehendam, indignè fero aliquid mihi fieri quod iniustum est: Hæc eadem si per charitatem in me operantem, vel fecero alteri, vel voluero, lex omnis impleta est. Nec difficile est docere quo modo vniuersa præcepta, non occides, non adulterabis, non furaberis, nó falsum testimonium dices, & cætera his similia, vna charitatis obseruatione teneantur. Hoc ostendere arduum est, quo modo hostiæ quoque quæ in Leuitico sunt præceptæ, et ciborum vel abstinentia vel permissio: cum alia munda, alia immunda: solemnitatum quoque iugis per annos recursus, in vno charitatis præcepto recapitulentur: Nisi fortè quis illo transferat, vt affirmet legem spiritualem esse, & imaginibus & exemplaribus nos cœlestium deseruisse, antequam verus pontifex adueniret: qui postquã semel seipsum offerens victimam, suo sanguine nos redemit, omnis illa prisce legis varietas & difficultas, in ipsius super homines dilectione completa est. Intantum quippe pater amauit mundum, vt filium suum charissimum & vnigenitum daret pro nobis. Ei autem, qui semel spiritu viuens, opera carnis mortificauit, & à Saluatore dilectus, nequaquam seruus, sed amicus vocatus, non est vltra lex posita: quę impijs & peccatoribus, & non subiectis & nepharijs constituta est. At nunc cum omnia quæ difficiliora sunt, vel modica ex parte facimus: Hoc solum non facimus, quod & factu facilius est, & absque quo cassa sunt vniuersa quæ facimus, Ieiunij corpus sentit iniuriam: vigiliæ carnem macerant, eleemosynæ labore, quæruntur: sanguis in martyrio, quamuis ardeat fides, tamen sine dolore & timore non funditur. Hæc omnia sunt qui faciant: sola charitas sine labore est. Et quia sola cor mundum efficit: à Diabolo expugnatur in nobis, ne Deum pura mente videamus: Quando enim sedens loquor contra fratrem meum, & contra filium matris meæ pono scandalum: quando aliena torqueor felicitate, & alterius bonum meum malum facio, nonne hoc quod sequitur, in me expletur: Si inuicem mordetis & comedetis, videte ne ab inuicem consumamini? Charitatis rara possessio est. Quis vult ipse anathema esse à CHRISTO pro fratribus suis, Apostolum sequens? Quis cum lugentibus lugens: cum gaudentibus gaudens, alieno vulnere vulneratur? Quis fratris morte perimitur? Omnes magis amatores nostri, quam amatores DEI sumus, Vide quantum bonum sit charitatis. Si ita martyrium fecerimus, vt nostras velimus ab hominibus reliquias honorari: si opinionem vulgi sectantes, intrepidi sanguinem fuderimus, & substantiam nostram vsque ad mendicitatem propriam dederimus: huic operi non tam præmium quam pœna debetur, & perfidiæ magis tormenta sunt, quam corona victoriæ. *Tomo sexto libro tertio Commentariorum in caput quintum ad Galatas.*

1. Cor. 13.

Matt.22.

Charitas præceptum etiã angelis conuenit. Ibid.7.

Psal.49.

Charitatis rara possessio est.

Rom.9. Ibid.12.

Homines magis amatores sui quam Dei, hinc rara charitatis possessio.

FRVCTVS autem spiritus, est charitas &cætera.] Et quæ alia inter fructus spiritus debuit tenere primatum, nisi charitas, sine qua virtutes cæteræ non reputantur esse virtutes, & ex qua nascuntur vniuersa quæ bona sunt? Siquidem & in lege & in Euangelio, ipsa obtinet principatum: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, & diliges proximum tanquam teipsum. Quantis bonis referta sit charitas, & supra breuiter perstrinximus, & nunc vel parum dixisse sufficiat, quod dilectio non quærit quę sua sint, sed quæ aliena. Et quamuis suo quis vitio inimicus sit diligenti, & tranquillitatem eius ad odiorum fluctus concitare nitatur, tamen nunquam ille turbatur, nunquam creaturam Dei odio dignam æstimat. Charitas enim operit multitudinem peccatorum. Illud quoque quod à Saluatore dicitur: Non potest arbor bona fructus afferre malos, neque arbor mala, fructus afferre bonos, non tam de hominibus, quam de fructibus carnis & spiritus arbitror pronunciatum: quia nec spiritus vnquam potest ea vitia quæ in carnis operibus numerata sunt facere, nec caro his fructibus qui oriuntur ex spiritu redundare. Potest autem fieri per negligentiam possidentis, vt spiritus qui versatur in homine, fructus non habeat suos, & è contrario caro operibus suis mortificatis, peccare desistat. Non tamen illo vsque procedunt, vt & neglecta arbor spiritus, opera carnis afferat, & arbor carnis exculta, fructus germinet spirituales? *Tomo 6. lib. 2. Comment. in ca. 5. ad Galatas.*

Charitas in lege & in euangelio obtinet principatum. Deut.6. Matt.22.

Iacob.3. Matt.7.

Spiritualia non facit opera carnalia, nec carnalis opera spiritualia.

VT det vobis secundum diuitias gloriæ, &c.] Pro-

Propterea curuo genua mea ad patrem, ad cuius similitudinem, omnis in cælo, & in terra paternitas nominatur, deprecans eum, atque obseruans, vt tribuat vobis virtutem gloriæ suæ, id est, maiestatis suæ habere consortium: Vosque roboret atque confirmet per spiritum sanctum: quia nulla fortitudo absque spiritu est: Roboret aũt atq; confirmet in interiorem hominem. Non enim corporis vires, sed animæ quærimus: nec extèriorem, sed interiorem hominem cupimus roborari: vt postquam habitauerit Christus in interiore homine in ipsius interioris hominis habitet principali, id est, in cordib. nostris. Nequaquam per cuncta eius membra discurrens, sed in rationabili eius habitans, & in eo domicilium, sedemque suam ponens. Hoc autem totum per fidem fiet, si credamus in eum: Quamobrem, ait, habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Habitatio autem ista, quæ per exordium fidei fabricatur, radices & fundamentum in charitate habet: vt quoniã Dei agricultura sumus, Dei ædificatio, omnia in charitate succrescant atq; ædificentur: Cùm autem radicati & fundati in charitate, in interiore homine habitare Christum tota mentis fiducia nouerimus: tunc incipiemus cum cæteris sanctis etiam ad illa nos tendere: vt sagaci animo comprehendamus, quæ sit latitudo, & longitudo, profundũ & altitudo: & non solùm hoc, sed etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi scire cupiemus: vt postquã hæc omnia fuerint in nobis ordine & ratione cõpleta, tũc impleamur in omnẽ plenitudinẽ Dei. *To.6.lib.2.Com.ca.3. ad Ephes.*

Per fidem in principali hominis parte intellectu habitans Christus corroborat interiorem hominem. Habitatio Christi in nobis per exordium fidei fabricatur, radices & fundamentũ in charitate habet. 2.Cor.3.

SALVTA eos, qui nos amant in fide, &c:] Si omnis, qui amat, amaret in fide, & non esset alij, qui absque fide diligerent: nunquam Paulus ad amorẽ, fidem, apposuisset, dicens: Saluta eos, qui nos amant in fide. Amant quippè & matres filios, ita vt mortem pro eis oppetere sint paratæ, sed non amant in fide: & vxores maritos, quibus frequentissimè cõmoriuntur, sed amor ille non fidei est. Sola sanctorum dilectio in fide, diligit tantùm, vt etiam si ille, qui diligitur infidelis sit, tamen sanctus in fide eum diligat, secundũ illud: State in fide: Omnia vestra in charitate fiant. Et alibi: diligite inimicos vestros. Diligit sanctus inimicos suos, & ideò in fide diligit, quia credit in eum, qui pollicitus est se pro expletione mandati retributurũ esse mercedẽ: *Tom.6.Com.in cap.3 ad Titum in fine ferè.*

Potest esse fides absque fide.

Sola sanctorum dilectio in fide.

2. Cor.16. Luca.6

ET dixi, &c.] Columba simplex animal est absq; felle, & à malitia fellis alienum: quia osculum charitatis animæ significat: quia Ecclesia duas pennas habet, hoc est, duo præcepta charitatis, dilectionem Dei videlicet, & proximi. *To.7. Com.in Psalm.64.*

Duæ pœnæ Ecclesiæ duo sunt præceptæ charitatis.

FLAVIT spiritus eius, & fluent aquæ, &c.] Mihi videtur de Deo dici. Ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Quę tormenta dicuntur ferpturis sanctis peccatori præparata? Nihil Gehenna calidius est, & tamen ipsa frigida est. Gehenna ex igne est. Sed si quis à charitate refrixerit, mittitur in gehennæ ignem. Scriptum est: Quoniam in nouissimis diebus refrigescet charitas multorum. Quicunque ergo se refrixerit, iste mittitur in ignem: Dominus nobis præstet, ne quando frigus ingredietur corda nostra, non peccamus, nisi ante refrixerit charitas. Denique quid loquitur Apostolus: Spiritu feruentes. Et Deus noster ignis est. Si ergo Deus noster ignis: propterea ignis est, vt frigus diaboli eijciat. Aquilo ventus frigidissimus, nomine autem dexter vocatur. Pulchrè dixit, vocatur. Assumpsit enim sibi nomen, cùm sinister sit. Si cuius ergo anima refrixerit, vt Aquilo vetus frigidissimus est. Quando autem calor charitatis in corde nostro refrigescit? Si peccauerit, si refrixerit, si mortuus fuerit: diligenter attendite, quæ dico: si refrixerit, si mortuus fuerit. Refrigescere autem, mortuorum est: calere viuentium. Si quis ergo refrixerit, & mortuus fuerit, mittet Deus verbum suum, vt liquefaciat eũ. Dominus præflet, vt & nostrum frigus liquefiat, vt Crystallum illud soluatur, & molle fiat. *To.7.Cõ in Psalmũ 147.*

Matth.24.

Rom.12. Deut.4.

Articulus X. A iustitia fidei opera antecedentia ipsam fidem, non autem subsequentia, in epistola ad Romanos excludi, vt & in electione & prædestinatione.

IN primo statim volumine testimoniũ Pauli, in quo loquitur. Sicut elegit in ipso nos ante constitutionem mundi, vt essemus sancti & immaculati coram ipso: sic interpretati sumus, vt electionem, non iuxta Origenem, eorum diceremus, qui prius fuerant, sed ad Dei præscientiam referremus. Denique diximus; quod autẽ electos: nos, vt essemus sancti & immaculati coram ipso, hoc est, Deo, ante fabricam mundi testatus est, ad præscientiam Dei pertinet; cui omnia iam facta sunt; & antequam fiant, vniuersa sunt nota. Sicut & Paulus ipse prædestinatur in vtero matris suæ: & Hieremias in vulua sanctificatur, eligitur, roboratur, & in typo Christi prophera gentibus mittitur. Certè in expositione ista nullum crimen est: & Origene dicente contraria, nos sensum secuti sumus. Et quia commẽtatoris est officium nullorum sententias ponere; & hoc me facturum in præfatione promiseram: etiam Origenis absque inuidia nominis eius explanationem posui, dicés: Alius verò, qui Deum iustum conatur ostendere, quod non ex præiudicio sciẽtię suę, sed ex merito electorũ vnũquemq; èligat, dicit ante visibiles creaturas, cęlũ, terrã, maria, & omnia, quę in eis sunt fuisse, alias inuisibiles creaturas, in quib. & animas, quæ ob quasdã causas sòli Deo notas, deiectę sunt deorsum, in vallem lachrymarũ, in locum afflictionis & peregrinationis nostræ, in quo sanctus cõstitutus orabat, vt ad sedẽ pristinam reuerteretur, dicens: Hei mihi, quia incolatus meus prolõgatus est, habitaui cũ habitantib. cedar, multum peregrinata est anima mea. Et Apostòl. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et melius est reuerti, & esse cũ Christo. Et alibi, Antequã humiliarer, ego peccaui: & cętera his similia, quæ longũ est scribere: Animaduerte quid dixerim. Alius verò, qui Deũ iustũ conatur ostendere, conatur ostendere, inquam, non offendit. Sin autem in eo scandalum pateris, quare latissimam Origenis disputationem breui sermone comprehenderim, & lectori sensum eius aperuerim; atque ex eo tibi occultus illius videor esse sectator, quia nihil ab eo dictũ prætermiserim: vide, ne hoc iccircò fecerim, vt vestram

Commentatoris officiũ multorum sententias exponere. Origenis error quod ex præcedentibus meritis homines eligantur.

Psal.119.

Rom 7. Philip.1. Psal.118.

calumniam declinarem; ne me diceretis, quæ ab eo fortiter sunt dicta, tacuisse, & illum in Græco robustiùs disputare: posui ergo omnia licet breuiùs, quæ in Græco reperi: vt nihil haberent discipuli eius noui, quod Latinorum auribus ingereretur, faciliùs enim nota, quam repentina, contemnimus. Exposita autem interpretatione eius, quid in fine capituli dixerimus, auscultа. Non enim ait Apostolus. Elegit nos ante constitutionem mundi, cùm essemus sancti & immaculati: sed, elegit nos, vt essemus sancti & immaculati: hoc est, q̃ sancti & immaculati ante nõ fuimus vt postea essemus, quod & de peccatoribus ad meliora conuersis dici potest: & stabit illa sententia: Nõ iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, id est, in tota vita sua, in omni, quo in mũdo isto versatus est, tẽpore. Quod qui dem ita intellectũ, & aduersum eũ facit qui, ante quam mundus fuerit, animas dicit esse electas propter sanctitatem, & nulluni vitium peccatorum. Non enim, vt anteiam diximus, eliguntur Paulus, & qui ei similes sunt, quia erant sancti & immaculati, sed eliguntur, & prædestinantur: vt in consequenti vita per opera, atque virtutes sancti, & immaculati fiant. Et audet quispiam, post huiusmodi sententiam, nos Origenis hæreseos accusare? decem & octo fermè anni sunt, ex quo istos dictaui libros, eo tempore, quo Origenis nomen florebat in mundo, quo περὶ ἀρχῶν illius opus Latinæ aures ignorabant: & tamen professus sum fidem meam, & quid mihi displiceret ostendi, ex quo etiam si in cæteris aliquid hæreticum monstrare potuisset inimicus, non tam dogmatum peruersorum, quæ & hic, & in alijs libris sæpè damnaui, quam improbi tenerer erroris. *Tomo 2. lib. 1. aduersus Rufinum cap. 6.*

Ex loco Pauli euidenter concludit in electione prædestinatione et iustificatione ex studio opera precedentia non sequentia.

Psalm. 142. Quomodo accipiendus hic versiculus. Non iustificabitur, &c.

Vindicat et liberat se ab errore Origenis.

Hoc solum à vobis volo discere, &c.] Sunt quidem, ait, multa, quæ possunt interrogatione vos cogere, legi Euangelium præferendum: sed quoniam insensati estis, & nequaquam ea potestis audire, simplici vobiscum sermone loquor, & de eo, quod promptum est, scisciturr: Spiritum sanctum, quem accepistis, vtrum vobis legis opera, sabbati obseruatio, circuncisionis, & neomeniarum superstitio dederint, an auditus fidei, per quam ex gẽtibus credidistis? Quod si negari non potest, spiritum sanctum & virtutes, quæ in principio fidei acceptum spiritum sequebantur, non ex operibus legis, sed ex fide Christi datas, manifestum est vos à melioribus exorsos, in peiora corruere. Consideremus autem diligenter, quia non dixerit: Volo à vobis discere, vtrum ex operibus spiritum accepistis, sed adiecerit, ex operibus legis. Sciebat enim & Cornelium Centurionem spiritum ex operibus accepisse, sed non ex operibus legis, quam nesciebat. Si autem è contrario dicitur, ergo & sine auditione fidei accipi spiritus sanctus potest. Nos respondebimus accepisse quidem eum spiritum, sed ex auditu fidei & naturali lege, quæ loquitur in cordibus nostris, bona quæque facienda & vitanda mala, per quam dudum quoque Abraham, Moysen & cæteros sanctos iustificatos retulimus: quam augere deinceps potest operum obseruatio, legis quoque iustitia, non tamen carnalis legis, quæ præterijt, sed spiritualis, quia lex spiritualis est. Neque verò, quia fidem præferimus, legis opera destruimus: nec dicimus secundum quosdam, faciamus mala, donec veniant bona (quorum damnatio iusta est) sed seruituti gratiam anteponimus. Dicimusque, quod Iudæi propter metum faciunt, id nos facere propter charitatem. Illos seruos esse, nos filios: illos cogi ad bonum, nos bonum sponte suscipere. Non igitur ex fide Christi licentia nascitur delinquendi, sed ex dilectione fidei voluntas boni operis augetur, dum bona ideò facimus, nõ quia iudicem formidamus, sed quia scimus ea ei placere, in quem credimus. *Tomo 6. lib. 1. Com. in cap. 3. ad Galatas.*

Operæ præcedentia ceremonialia excludunt.

Actor 10. Opera legis antecedentia excludũtur à iustificatione. Cornelius Centurio ex quibus antecedentibus iustificatus fit.

Rom. 7. Ibidem.

Per fidem opera non destruuntur.

Christianorũ & Iudæorũ discrimen in legis obseruatione.

Vide plura in eãdem sententiam, articulo 1, & 2. Titulo 5 de prædestinatione.

Articulus XI. Per fidem non abrogari legem, sed firmari.

HAEC dicit Dominus Deus: In die qua elegi Israhel, &c.] Iuxta literam, inclytam esse terram Iudææ, & cunctis terris fertiliorem, dubitare non poterit, q̃ à Rinocorura vsque ad Taurum montem, & Euphratem fluuium cunctam considerauerit terram, & vrbium potentiam, amœnitatemque regionum: Palæstinam videlicet, & Phœnicem, Arabiam, Syriam, Cælem, Ciliciam, & cæteras regiones, quas Israeli, si Dei præcepta seruasset, Dominus repromisit: quas quia non accepit, vitium fuit incredulitatis eius. Nã & in ipsa Palæstina, Iudeaque prouincia, gentes plurimæ remanserunt, quæ non sunt eiectæ. Neque enim sponsor in crimine est, si ille, cui repromittitur, indignum se fecerit sponsione, præsertim cùm præponatur optio promittentis. Si volueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ, comedetis. Sin autem nolueritis, gladius deuorabit vos. Eliguntur ergo præsentia, nec statim, qui eligitur, tentari nõ potest, nec perire: quia & Saul electus in regem, & Iudas in Apostolum, suo postea vitio corruerunt. *Tom. 4. lib. 6. Com. in cap. 20. Ezechielis.*

Ob incredulitatem non ingressi terram promissam quidam Iudæi.

Aurea.

Esaiæ 6.

Articulus XII. Quomodo intelligendum sit illud Habacuc 2. Iustus ex fide viuit.

ET respondit mihi Dominus, & dixit, &c.] Pro tabulis & buxo, q̃ Hebraicè dicit Iuhoth Symmachus interpretatus est, paginas. Et vbi LXX. posuerunt, iustus autem ex fide viuit: omnes æqualiter transtulerunt: ex fide sua viuit. Denique Symmachus significantius interpretans ait: Iustus autem per fidem propriam suam viuet. quod Græci dicitur, ὁ δίκαιος τῇ ἑαυτοῦ πίστει ζήσει: heemounatho quippè quod interpretatur in fide sua: si iod & non vau, literã haberet in fine (vt Septuaginta putauerunt) & legeretur beemounathi, rectè transtulissent in fide mea. Nunc autem similitudo literæ iod & vau, quæ mensura tantùm inter se distant, causa erroris fuit. Hoc quare dictum sit, sequens disputatio comprehendit: iuxta repromissionem, quæ ad sanctum virum in Esaia fit; dicens: Adhuc loquente te dicam, ecce adsum. Nunc quoque prophetæ respondit Dominus, & præcepit, vt scribat visionẽ, & digerat eã super tabulas, id est, manifestius scribat. Tabulas autem puto illas, de qui-

Esaiæ 65.

puli multitudinem gentium cõgregabit. Quod si paululum se subtraxerit, & votis tuis ô lector, qui legere iuberis in buxo & in tabulis, quas propheta descripsit, venire tardiùs visio cœperit: expecta eam, quia veniens veniet, & non tardabit. Si autem dubitauerit fides tua, & putaueris non venire quod spondes, habebis pro grandi pœna, quod meæ animæ displicebis. Iustus autem, qui credit verbis meis, & de his non ambigit, quæ pollicor, habebit præmium vitam sempiternam, statim debes arguere, vel in te interficiendo, vel in illo viuificando, quod apud me acceptio personarum sit: ipse viuificationis suæ causa est, qui ex fide sua viuit: sicut tu ex eo, quod te subtraxisti, & credere noluisti, displicuisti animæ meę. Manifestè autem in his de aduentu Christi prophetia est. Vnde & proposita quæstio soluitur, quod donec ille veniat, iniquitas dominetur in mundo, & iudicium non perueniat ad finem, & verus Nabuchodonosor capiat reti suo, & sagena homines, quasi piscículos, & rationabile animal, quasi reptile non habens principem. Porrò, quod pro visione interpretati sumus: quia adhuc visus procul, & si moram fecerit, expecta illum, id est, visum: non putet aliquis errore deceptus pro visione, quæ est generis fœminini, visum posuisse, qui est generis masculini, & minus vsitatum est in Latino. Siquidem Hazon, quod Aquila interpretatur ὁραματισμὸν, apud Hebræos genere masculino visus dicitur, & vsq; ad finẽ sub eodẽ genere visionis, id est, visus masculina declinatio conseruatur LXX autem dicentes γράψον ὅρασιν, id est, scribe visionem, & non tardabit. Si subtraxerit se, non placebit animæ meæ, in eo primum interpretati sunt visionem genere fœminino: quæ apud Hebræos, vt diximus, generis masculini est. Deinde secundum Hebraicum genus, vbi declinatur masculinè, sustine eum, & non placebit animæ meæ in eo, ipsa quoque masculino genere declinauerunt. Cùm vtique debuerint iuxta id, quod primum interpretati sunt visionem, etiam in reliquis fœmininum genus ponere visionis: vt dicerent, expecta eam: quia veniens veniet: quod si se subtraxerit, non placebit animæ meæ in ea, id est, in visione. Hoc propterea, ne quod sciebamus, videremur tacere. Cæterùm non ignoro secundum interpretationem eorum posse & ita accipi. Scribe visionem, in qua Christus repromittitur, & prophetię tuæ vel in buxo, vel in tabulis, vel vt Symmachus transtulit, paginis hũc texe sermonem: quod tempore constituto, & in in consummationẽ mundi veniat filius meus, qui saluet oues perditas domꝰ Israel, & alias quoque oues antiquis ouibus copulet, & vnum efficiens gregem, iungat duas virgas, quas Ezechiel, id est, virtus Dei, sociatas, & sibi inuicem cohærentes tenet in prophetali manu. Quod si paululum ô propheta, vel tu populẽ (ex cuius persona dubitare vitus est propheta meus) se subtraxerit Christus, & visus fuerit retardare: expecta illum: veniens enim veniet & non tardabit, & cætera, quæ iam suprà exposuimus. Porrò, quod Apostolus Septuaginta magis testimonio abusus est, ad Romanos scribens: Iustus autem ex fide mea viuet, & non cò, quod habetur in Hebraico, causa periticia est. Scri-

2. Cor. 3.

Prouerb. 3.

Paraphrastica explicatio, loci Habacuc.

Esaiæ 1.

Iustus qui credit diuinæ promissioni vt ait in fide sua.

Manifesta spes manifestam habebit promissionem.

1 Tim. 6.

Roma 12.

1. Cor. 14.

Esaiæ 49.

1. Ioan. 2.

Iustus qui non ambigit de Dei promissis, nec habebit vitam æternam. Iustus viuificationis suæ causa est.

Prophetia hæc est de aduentu Christi.

Ezech 7. Duæ virgæ foctatæ duos populos vnum Deus in Christo designat.

Rom. 1.

Cur Paulus in allegando textu Habacuc sit sequutus, non Hebræos, sed 70. interpretes.

bebat enim Romanis, qui scripturas Hebraicas nosciebant: nec erat in cura de verbis, cùm sensus esset in tuto, & damnum ex eo præsens disputatio non haberet. Alioquin vbicumque diuersus est sensus, & aliter scriptus est in Hebraico, aliter in LXX. nota eum his vti testimonijs, quæ à Gamaliele doctore legis didicerat. *Tomo quinto Commentar. in caput secundum Habacuc.*

A diuersis diuerso fine traditum Christus.

IN fide viuo filij Deo, &c.] Et pater tradidit filium, & filius ipse se tradidit, & Iudas, & Sacerdotes cum principibus tradiderunt, & ad extremum traditum sibi, tradidit ipse Pilatus. Sed pater tradidit, vt saluaret perditum mundum. Iesus ipse se tradidit, vt patris suamque faceret voluntatem. Iudas autem & Sacerdotes & seniores populi & Pilatus, vitam morti nescij tradiderunt. Quæ cum ipsa quoque se pro nostra salute tradiderit, beatus multumque felix, qui viuente in se Christo per singulas cogitationes & opera poterit dicere: In fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. *Tomo 6. libro primo Comment. in caput 2. ad Galatas.*

Per fidem viuit Christus in suis membris.

QVI ergo tribuit vobis scriptum, &c.] Tribuit, hoc est, administrat, præsentis temporis est legendum, vt ostendatur per singulas horas atque momenta semper dignis sanctum spiritum ministrari, & quanto quis in Dei opere & amore profecerit, tantò magis sancti spiritus in se habere virtutes, quas auditus fidei, & non legis opera consummant. Non quo legis opera contemnenda sunt, & absque eis simplex fides appetenda, sed quo ipsa opera fide Christi adornentur. Scita est enim sapientis viri illa sententia, non fidelem viuere ex iustitia, sed iustum ex fide. *Tomo 6. lib. primo Comment. in cap. tertium ad Galatas.*

Ex loco Habacuc malè bona opera reijciuntur à Lutheranis sola fides commendatur. Habacuc 2.

QVONIAM autem in lege nemo iustificatur, &c.] Exemplum quo probatur iustus ex fide viuere, & non ex operibus, de Habacuc tulit, quod ita LXX. interpretes ediderunt: Iustus autem ex fide mea viuet. Aquila & Theodotio: Iustus autem ex fide eius viuet, id est, Dei. Considerandum itaque, quia non dixerit, homo aut vir ex fide viuet, nec occasionem tribuere et ad virtutum opera contemnenda, sed iustus ex fide viuet: Vt quicunque fidelis esset, & per fidem victurus, non aliter posset ad fidem venire, vel in ea viuere, nisi prius iustus fuisset, & puritate vitæ, quasi quibusdam ad fidem gradibus ascendisset. Potest ergo fieri, vt sit aliquis iustus, & tamen viuat absque fide Christi. Si legum scrupulus commouetur, Pauli verba suscipiat, in quibus de se ait: Secundum iustitiam quæ in lege est sine reprehensione. Erat igitur Paulus tunc iustus in lege, sed necdum viuere poterat, quia non habebat in se Christum loquentem: Ego sum vita. In quem credens postea cœpit & viuere, Faciamus & nos aliquid simile huic, quod dicitur, iustus ex fide viuit, & dicamus, Castus ex fide viuit, sapiens ex fide viuit, fortis ex fide viuit, & à cæteris virtutum partibus vicinam sententiam proferamus aduersum eos, qui in Christum non credentes, fortes & sapientes, temperantes se putant esse vel iustos, vt sciant nullum absque Christo viue-

Habacuc 2.

Locus Habacuc non tribuit occasionem ad virtutum opera contemnenda.

Veritate vitæ, quasi quibusdam ad fidem, gradibus ascenditur. Iustitia legis est absque Christi iustitia. Philip. 3. Ioan. 11.

Virtutes omnes vim & energiam suam, fortiùs ex fide Christi.

re, sine quo omnis virtus in vitio est. *Tomo sexto libro secundo Commentar. in caput tertium ad Galatas.*

Absque fide Christi est omnis virtus in vitio.

Articulus XIII. Eandem fidem esse antiquorum patrum, ante aduentum Christi, & nostram.

VERA sapientia perdet falsam sapientiam: & quamquam stultitia prædicationis in cruce sit, tamen Paulus sapientiam loquitur inter perfectos. Sapientiam autem non sæculi huius nec principum istius sæculi, qui destruuntur: sed loquitur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam prædestinauit ante sæcula, Dei sapientia Christus est, Christus enim Dei virtus, & Dei sapientia. Hæc sapientia in mysterio abscondita est: de qua & noni Psalmi titulus prænotatur, pro occultis filij: in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi: & qui in mysterio absconditus erat, prædestinatus est ante sæcula. Prædestinatus autem, & præfiguratus in lege, & prophetis. Vnde & Prophetæ appellabantur videntes: quia videbant eum, quæ cæteri non videbant. Abraham vidit diem eius, & lætatus est. Aperiebantur cæli Ezechieli: qui populo peccatori clausi erant. *Tom. 3. Epist. 103. ad Paulinum cap. 5.*

1. Cor. 2.

Dei sapientia in mysterio abscondita prædestinata fuit ante omnia sæcula. 1. Cor. 1.

Colloss. 2.

Rom. 1. 1. Cor. 2.

1. Reg 9.

Ioan. 8. Ezechiel. 1.

AT ne forsitan lectoris tacita cogitatio trahat eum ad illam intelligentiam, vt quod non est datum parenti, reddatur posteris: vas electionis loquitur ad Hebræos, Fide, qui vocatur Abraham, obediuit egredi in locum, quem accepturus erat in possessionem: & egressus est, nesciens quo iret. Fide peregrinatus est in terra promissionis, quasi in aliena, in tabernaculis habitans cum Isaac & Iacob, & cohæredibus eiusdem promissionis: expectabat enim fundamentum habentem ciuitatē, cuius artifex & creator Deus est. & iterum cum de Abel, & Enoch, Noe, Saraque dixisset, intulit: Iuxta fidem mortui sunt hi omnes, non acceptis repromissionibus, sed procul eas videntes, & salutantes, & confitentes, quia peregrini & aduenæ erant super terram. Qui enim hæc loquuntur ostendunt, quod quærant patriam: siquidem illius recordabantur, de qua egressi erant; habebant tempus, vt reuerterentur: nunc verò meliorem desiderant, id est, cælestem. Multisq; in medio sanctis commemoratis, ad extremū intulit: Et hi omnes testimonium habentes in fide, non acceperunt repromissionem, Deo de nobis melius quid prouidente, ne sine nobis perfecti fierent. Accessimus enim ad montem Syon, & ciuitatem Dei viuentis Hierusalem cælestem, & multorum millium angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitiuorū, qui scripti sunt in cælis. *Tom. 3. Epist. 129. ad Dardanum.*

Hebr. 11.

Fide salutati patriarcha.

Omnes veteris testamenti sancti testimonium habent in fide.

Hebr. 11.

QVOD dixit in generatione & generatione, omnia significat tempora, quę ante legē, & in lege, & in Euangelij gratia, vnde & Apostolus dicit: Gratia salui facti estis per fidem: & hoc non ex vobis, sed ex dono Dei. Et omnes epistolæ eius in salutationis principio non prius pacem habēt, & sic gratiam, sed ante gratiam, & sic pacem, vt donatis nobis peccatis nostris; pacem Domini

Tribus temporibus necessaria fides & gratia Saluatoris ac medicatoris.

Ephe. 2.

Domini consequamur. Antequam montes nascerentur; & parturiretur terra, & orbis; a sæculo vsque in sæculum tu es Deus. *Tomo 3. Epist. 139. ad Cyprianum.*

Per fidem Abrahæ iustificantur omnes fideles.

SICVT enim ille in præputio ex fide iustificatus est: ita & nos iustificabimur in eadem fide. Si habuerimus fidem & opera patris nostri Abraham. *Tom. 3. Epist. 140. ad Principiam.*

Ioan. 1. Porta liminis vetus et nouum testamentum. 2. Cor. 6.

POTEST porta liminis, in quo sacratus est numerus veteris & noui testamenti, vel ipse Dominus intelligi, qui dicit: Ego sum ostium: vel certè omnes sancti, per quos ingredimur ad notitiam Dei, quorum Apostolus Paulus loquebatur: Os nostrum patet ad vos ô Corinthij, & dilatamini & vos. Tredecim aūt cubiti post octonariū cubitum, librorū Moysi continent sacramentum: qui & in quinque monstrantur patribus, & in Samaritana Euangelij: quæ arguitur quod quinque habuerit viros, & sextum, quem se putabat habere, non habebat: & tamen octonarius & quinarius numerus, vno cubito, id est, quartodecimo consummatur, quia in Christo recapitulantur omnia. Vnde dicitur: & cubitus vnius finis vtrinque: dum & vetus & nouum testamentum, vna Christi mensura complectitur & altitudinem triginta cubitorum arcæ Noe, vnus cubitus includit. *Tomo 4. lib. 12. Com. in cap. 40. Ezech.*

Matth. 14. Ioan. 4. Typi quinque librorū Moysaicorū.

In Christo omnia recapitulantur quæ sunt in nouo & veteri testamēto.

PASCE populum tuum in virga tua, &c.] Cùm scierimus veram circumcisionem, & confusi fuerimus super peccatis nostris: tunc erimus in Galaad (quæ interpretatur transmigratio testimonij) in Ecclesia Christi, ad quam testimonia legis & Prophetarum eloquia transcenderunt: & hoc fiet nobis secundum dies antiquos, secundum dies, quando egressi sumus de terra Aegypti: de quibus Moyses dicit: Recordamini dies æternitatis, non dies huius sæculi: qui appellantur mali, sed dies perpetuos. *Tomo quinto libro secundo Commentar. in caput septimum Michea.*

Ad Ecclesiam Christi testimonia legis & prophetarum transcenderunt.

Deut. 32. Sec. 70.

ET factum est verbum Domini, &c.] Notādum ꝙ in eadē die, hoc est, in vicesima & quarta noui mensis (tacito mēsis numero, quia de Christi prophetabatur aduentu, & de regno eius) secundo ad Aggeum sermo fit Domini nostri nō in manu eius, vt prius, neque ad Aggeum prophetam, vt in visione quarta: sed tātum ad Aggeum, id est, ad Domini festa celebrantē, quia ne quaquam venturum, sed venientem nunciaret & cerneret. Et quomodo Abraham vidit diem Christi, & lætatus est: Et Ioannes agnum Dei digito demonstrauit: sic & ille videns regnū filij Dei, haberet in se vniuersas solennitates. In hoc loco apud plerosque diuersa sententia est: Alij enim suspicantur de primo eius aduentu dici: alij de secundo, quando in sua maiestate futurus est. Nos vtrumque suscipimus: quia & tunc regnauit cùm venit, & postea regnaturus est. *Tom. 5. Com. in cap. 2. Aggæi.*

Veteres sancti in veteri testamento eandem fidē habuerunt. Ioan 8. Ioan. 1.

Christus caput legis tanquam lampas in lege fulget.

ET dixit ad me, &c.] Candelabrū aureum solidum, legē, id est, νόμον interpretantur: Lampadem autem, id est, flammam in vertice candelabri lucentem atq; fulgentem, Christū, quod caput legis sit, & omnem mundum illuminet. Septem lucernas super candelabrum, septem gratias spiritus sancti: de quibus suprà diximus, quod in lapide vno, septem oculi sint. Nullie nim dubium, quin lex spiritu sancto dictante conscripta sit. Septem autem infusoria, in quib. oleum sit, quod mittatur in lucernas, quæ super candelabro luceant, hoc intelligi volunt, septem istas gratias de cælo ad homines per legem descendere. Duas autem oliuas super candelabrum à parte dextra & sinistra, inter quas media lampas luceat, legem & prophetas interpretantur. *Tomo quinto lib. primo Comment. in caput 4. Zacharia.*

Septem gratiæ spiritus sancti de cælo ad homines per legē descendunt.

SIBILABO eis, & congregabo illos, &c.] Secundum Anagogen, significat Dominus, & sibilat his qui peccatis fuerant ante captiui, & loquitur ad eos: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugū meum super vos, & discite à me, quia mansuetus sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris: iugum enim meum suaue, & onus meum leue est. Quid hac significatione sibiloq; clementius, quod dispersus populus cōgregatur? Congregātur aūt, quia Dominus redemit eos, non corruptibilib. argento & auro ex vana sua conuersatione: sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Domini Iesu. Vnde loquitur in Psalmo: Exultatio mea, erue me, à circundantibus me. Et iterum: Redemisti me Domine Deus veritatis. Et multiplicabit eos sicut fuerant antea multiplicati: vt impleretur illud quod promissum est Abrahæ: Multiplicabo eū, & benedicam illi, & benedictus erit, vt fiat pater multarum gentium. Filios autem Abraham non eos debemus accipere, quibus Dominus loquitur: Si filij essetis Abraham, opera patris vestri faceretis, sed illos, de quib. Apostolus ait. Quotquot ex fide sunt, filij sunt Abraham. De hac multiplicatione & Esaias mystico sermone testatur, dicens: Qui modicus est, erit in millibus, & qui paruus, erit in gentem magnam. Multiplicationem autem, & benedictionem liberorum, non accipiamus carnaliter: alioquin Elias, & Elisæus, & Hieremias, & Baptista Ioannes, quo maior inter natos mulierum, non fuit, hac benedictione caruerunt: sed illam, qua vocantur ad fidem multitudines nationum. denique sequitur. Seminabo eos in populos, & de longè recordabuntur mei. Seminati sunt in populis, qui Domini audiere sermonem: Euntes, docete omnes gentes. Et in alio loco: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, vt eatis, & fructū afferatis, & fructus vester maneat in æternum. Cumque Apostoli fuerint in populis seminati: gentes & populi longè positi recordabuntur mei: illo Prophetico huic sententiæ congruente: Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ. Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium: Quoniam Domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Quodque dicitur: de longè recordabuntur mei, illi simile est: Qui longè estis recordamini Domini, & Hierusalem ascendat super cor vestrum. Longè fuit omnis gentium multitudo, sed recordata est Dei: quia ex vno omnes parente generamur. Cumque Apostolis in cunctis gentibus seminatis, gentes longè positæ, Dei fuerint recordatæ, viuent cum filijs suis: vt qui prius infidelitate

Matth. 11.

Psalm. 31.

Ibidem 70.

Gen. 17.

Ioan 8.

Esaiæ 60. Sec 70.

Per fidem omnes sumus filij Abrahæ

Matth. 11. Promissio Abrahæ fit non carnaliter, sed spiritualiter capienda.

Matth. 28. Ioan. 5.

Psal. 21. Hier. 51.

Gentes infidelitate mortuæ viuere incipiunt ex fide.

mortui erant, fidei viuere incipiant. Isti sunt filij, quos Paulus nutriuit in Euangelio, scribens ad Corinthios: Lac vobis potum dedi. Et Petrus in dispersione scribit fidelibus, qui renati erant non ex semine corruptibili, per sermonem viuentis Dei & permanentis: sicut modo geneti paruuli, vt rationabile lac concupiscerent, & in ipso crescerent in salutem. Ad hos filios scribebat & Euangelista Ioannes: Filioli, custodite vos ab idolis. Et reducam, inquit, eos de terra Aegypti, & de Assyrijs, congregabo eos de terra Aegypti, in qua imperabat rex Pharao, qui quõdam gloriabundus aiebat: Mea sunt flumina, & ego feci ea. Et de terra Assur, quam tenebat rex Assyrius, sensus magnus, qui & ipse dicebat: Super sydera cæli ponam thronum meum, & ero similis altissimo. Cùm autem de tenebris Aegypti, & de tribulatione mũdi, & de potestate Assyrij (qui interpretatur arguens, atq; conuincens: ipse enim inimicus, & vltor) nationes Dominus congregarit, inducet eas in terram Galaad & Libani. Galaad in linguam nostram vertitur, testimonium transmigrationis: quando de carnalibus transimus ad spiritualia: de parte venimus ad totum: terrena relinquimus, & ad cælestia transmigramus. Libanus autem interpretatur λευκασμὸς, id est, dealbatio. Adducimur itaque de tenebris Aegypti: vt post quam transierimus, & migrauerimus è mundo, dealbemur in Domino, & dicatur de nobis: quæ est ista, quæ ascendit dealbata? *Tomo quinto libro 2. Comment. in cap. 10. Zacha.*

1.Cor. 3.

1.Ioan.5.

Exech. 29. Esaiæ 10. Sec. 70. Ibidem 14.

Cant. 8. Sec. 70.

ECCE ego mittam vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Domini, &c.] Post Moysen, cuius mandata spiritualiter docuimus esse seruanda, Eliam dicit esse mittendum. In Moyse legem, in Elia prophetiam significans, dicente Abraham ad quendam diuitem purpuratum: Habent Moysen & prophetas, illos audiant. Et Dominus atque Saluator transfiguratus in monte, loquentes secum habebat Moysen & Eliam in candidis vestibus, qui & dicebant ei, quæ passurus esset in Hierusalem. Lex enim & summus prophetarum chorus Christi prædicat passionem. Igitur antequam veniat dies iudicij, & percutiat Dominus terram anathemate, siue omninò vel subitò, LXX. transtulerunt, hoc enim significat ἀφνῶ, mittet Dominus in Elia (qui interpretatur Deus meus, & est de oppido Thesbi, qui conuersionem, & pœnitentiam sonat) omnem prophetarum chorum, qui conuertat cor patrum, ad filios, Abraham videlicet & Isaac & Iacob, & omnium prophetarum: vt credant posteri eorum in Dominum Saluatorem, in quem & illi crediderunt. Abraham enim vidit diem Domini, & lætatus est, siue cor patris ad filium, id est, cor Dei ad omnem, qui spiritum adoptionis acceperit. Et cor filiorum ad patres eorum, vt Iudæi & Christiani, qui nunc inter se discrepant, pari in Christũ religione consentiant. Vnde dicitur ad Apostolos, qui seminarium in toto orbe Euangelij prodiderunt: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. *Tom. 5. Com. in cap 4. Malachiæ.*

Marc. 9.

Mandata Mosaica spiritualiter seruanda.

Luc. 16.

Lex & omnis prophetarum chorus Christi prædicat passionem.

Patriarcharum & posteritatis fides eadem.

FILII Dauid, filij Abraham, &c.] Ideo cæteris prætermissis, horum filium nuncupauit: quia ad hos tantum est facta de Christo repromissio. Ad Abraham: In semine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes, quod est Christus. Ad Dauid de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. *Tom. 6 lib. 1. Com. in cap. 1. Matthæi.*

Ioan. 8.

Psal. 131.

NON inueni tantam fidem in Israel. &c.] de præsentibus loquitur, non de omnibus retro patriarchis et prophetis: nisi fortè in Centurione, fides gentium præponitur Israeli. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 8. Matthæi. Can. 11.*

Iudæi & Christiani pari in Christum religione conueniãt.

MVLTI Prophetæ cupierunt videre. &c.] Videtur huic loco illud esse contrarium, quod alibi dicitur: Abrahã cupiuit diẽ meũ videre, & vidit, & lætatus est. Non aurẽ dixit omnes prophetę & iusti cupierũt videre q̃ videtis: sed multi: Inter multos potest fieri, vt alij viderint, alij nõ viderint: licet & in hoc periculosa sit interpretatio, vt inter sanctorũ merita, discretionẽ q̃ libet facere videamur. Ergo Abraham vidit in ænigmate, vidit in specie. vos autem in præsentiarum tenetis, & habetis Dominum vestrum, & ad voluntatem interrogatis, et conuescimini ei. *Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 13. Matthæi Can. 24.*

Ioan. 7.

Patriarchæ & Prophetæ viderunt in ænigmate & in specie, nos in præsentiarum Dominum habemus.

SIMILE est regnum cælorum homini patri familias, &c.] Parabola ista vel similitudo regni cælorum, ex his quæ præmissa sunt, intelligitur. Scriptum est enim ante eam: Multi erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Non tempore differente Domino, sed fide: dicitque patrem familias primo mane exisse, vt conduceret operarios in vineam suam, & pretium operis constituisse denarium. Deinde egressum circa horam tertiam, vidisse alios stantes in platea otiosos, & illis nequaquam denarium, sed quod iustum est fuisse pollicitum. Sexta quoque hora, & nona fecisse similiter, vndecima autem inuenisse alios stantes, qui tota die otiosi fuerant, & misisse eos in vineam. Cum autem sero factum esset, precepisse procuratori suo, vt à nouissimis inciperet reddere: hoc est, ab operarijs horæ vndecimæ vsque ad operarios horæ primæ: omnesque pariter contra nouissimos inuidia concitatos, iniquitatem arguisse patris familias: Non quod minus acceperint, quam fuerit cõstitutum, sed quod plus accipere voluerint his, in quos se clementia conditoris effuderat. Mihi videntur primæ horæ esse operarij, Samuel, & Hieremias, & Baptista Ioannes: qui possunt cum psalmista dicere: Ex vtero matris meæ Deus meus es tu. Tertiæ verò horæ operarij sunt, qui à pubertate seruire Deo cæperunt. Sextę horę, qui matura ætate susceperunt iugum Christi. Nonę, qui iam declinant ad senium. Porro vndecimæ, qui vltima senectute: & tamen omnes pariter accipiunt præmium, licet diuersus labor sit. Sunt qui hanc parabolã aliter differant: prima hora volunt missum esse in vincam, Adam, & reliquos patriarchas vsque ad Noe. Tertia ipsum Noe vsque ad Abrahã, & circumcisionem ei datam. Sexta ab Abraham vsque ad Moysen, quando lex data est. Nona, ipsum Moysen & prophetas. Vndecima, Apostolos & gentium populum, quibus omnes inuidẽt. Vnde hoc ipsum intelligens, post horam iã vndecimam, cùm esset propè solis occasum & ad vesperam, Ioannes Euangelista loquitur: Filioli mei, nouissima hora est. *Tomo 6. lib. 3. Com. in in cap. 20. Matth. Can. 41.*

Veteres & noui testamenti homines non differunt fide, sed tempore vocationis.

1.Ioan.2.

TVRBAE autem quæ præcedebant, &c.] Quia manifesta est historia, spirittualem sequamur ordinem differendi. Turbę quæ egressę fuerant de Hiericho, & sequutæ sunt Saluatorem ac discipulos eius, postquam pullum asinæ solutũ viderunt (qui ante ligatus fuerat) & Apostolorũ vestibus exornatum, & sedentem supra eũ Dominum Iesum: supposuerunt vestimenta sua, & strauerunt viam ramis arborum. Cumque opere cuncta fecissent, vocis quoque tribuunt testimonium, & præcedentes, atque sequentes non breui atque silenti confessione, sed clamore plenissimo resonant: Osanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini. Quod autem dicit: Turbæ quæ præcedebant, & quæ sequebãtur, vtrumque ostendit populum: & qui ante euangelium Domino crediderunt, cõsona Iesum confessionis voce laudare: & secundũ superioris, parabolæ exemplũ diuersarũ horarũ operarios, vnum fidei accipere præmium: *Tom. 6. lib. 3. Com. in cap. 21. Matth. Can. 43.*

Vterque populus & qui ante euangelium & qui post euangelium domino crediderunt vnum fidei accipiunt præmium.

PAVLVS Apostolus, non ab hominibus, neque per hominem, &c.] Aiunt Hebræi inter ipsos quoque Prophetas & sanctos viros esse quosdam, qui & prophetæ & Apostoli sint: alios verò qui tantum prophetæ. Denique Moysen cui dicitur: Et ego mittam te ad Pharaonem, & ipse respõdeat: proinde alium quem mittas: Et Esaiam cui loquitur Deus. Quem mittam, & quis ibit ad populum istum? esse & Apostolos & prophetas. Vnde & nos possumus intelligere Ioãnem quoque Baptistam, & Apostolũ appellandũ, si quidem ait scriptura. Fuit homo missus à Deo cui nomen erat Ioannes. Et in epistola ad Hebræos, propterea Paulum solita consuetudine nec nomen suum, nec Apostoli vocabulum præposuisse, quia de Christo erat dicturus: Habentes ergo principem sacerdotum, & apostolum confessionis nostræ Iesum: nec fuisse congruum, vt ibi Christus Apostolus dicendus erat, ibi etiam Paulus apostolus poneretur. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 1. Epistolæ ad Galatas.*

Bipartita dimissio sanctorum.

Exod. 3.

Esaiæ. 6.

Heb. 1.

Ibid. 3.

SEDABIJ in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum.] Statim vt credidit Paulus, ad legẽ, ad prophetas, ad veteris testamenti iam in occiduo positi sacramenta conuersus, quæsiuit in eis Christum, quem iussus fuerat in gentibus prædicare, & reperto illo, non est ibi diutius commoratus, sed reuersus est Damascum: hoc est, ad sanguinem, & ad passionẽ Christi, & inde prophetica lectione firmatus pergit Hierosolymam, locum visionis & pacis: non tam discisurus aliquid ab apostolis, quã cum eis euangelium quod docuerat collaturus. *To. 6. lib. 1. Com. in ca. 1. ad Gal.*

In veteri testamento quæsiuit Paulus Christum.

SCIENTES autem quod non iustificatur homo ex operibus legis, &c.] Aiunt quidam, si verum hoc sit quod Paulus affirmat, ex operibus legis neminem iustificari, sed ex fide Iesu Christi, patriarchas & prophetas, & sanctos, qui ante Christi aduentũ fuerũt, imperfectos fuisse. Quos admonere debemus eos hic dici iustitiam non consequutos, qui tantum ex operibus iustificari posse se credant. Sanctos autem, qui antiquitus fuerint, ex fide Christi iustificatos. Siquidem Abraham vidit diẽ Christi & lætatus est. Et Moyses maiores diuitias æstimauit thesauro Aegyptiorum improperium Christi. Aspiciebat enim remunerationem. Et Esaias vidit gloriam Christi, vt Ioannes Euangelista commemorat, & iudas de omnibus generaliter: Cõmonere, inquit, vos volo, scientes semel omnia: quoniam Iesus populum de terra Aegypti saluans, secundò eos qui non crediderunt, perdidit. Vnde non tam legis opera damnantur, quam hi qui tantum ex operibus iustificari se posse confidunt. Saluatore quoque ad discipulos loquente: Nisi superabundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnũ cælorum. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 2. ad Galat.*

Sancti veteris testamenti ex fide Christi iustificati.

Ioan. 8.

Heb. 11.

Esaiæ. 6.

Matth. 5.

ANTE quorum oculos Iesus Christus, &c.] Nobis rectè proscriptus est Christus, de cuius patibulo & passione, alapis & flagellis, omnis prophetarum prædicit, chorus: vt crucem ipsius nõ de Euangelio tãtum in quo crucifixus refertur, sed multo antequam descendere dignaretur ad terras, & hominem qui est crucifixus assumeret, nouerimus. Nec parua laus Galatarum est, quod ita crediderint in crucifixum, vt antè fuerat eis præscriptus: quod scilicet lectitantes prophetas, & omnia veteris legis sacramenta noscentes, via & ordine venerint ad credendum. *Tom. 6. libr. 1. Com. in cap. 3. ad Galat. fol. 130.*

Fides Christum in veteri testamento præscripta.

SI autem vos Christi: ergo Abrahæ, &c.] Quia repromissiones ad Abraham, & ad semen eius factæ sunt, quod est Christus Iesus: consequenter hi Christi filij, id est, semẽ eius sunt, semen quoque dicuntur Abraham, cuius sunt semen ex semine. Verùm quotiescunque Dominus noster Iesus semẽ Abrahę nominatur, corporaliter sentiendum est, quod ex eius stirpe generetur. Quoties autem nos, qui saluatoris sermone susceptо credidimus in eum, & nobilitatẽ generis Abrahæ, ad quem est promissio facta, suscepimus: tũc spiritualiter semen fidei & prædicationis accipere debemus. Deinde etiam hoc considerandum, quod quando de Domino loquitur: Abrahæ autem dictæ sunt promissiones & semini eius, hoc est Christo Iesu, repromissiones pluraliter ponat. Quãdo verò de his qui per Christum semen sunt Abrahæ, singulariter repromissio nuncupatur, vt in præsenti loco: ergo Abrahæ semen estis, secundum promissionem hæredes. Decens quippe erat, vt quod in Christo vno pluraliter dicebatur, id in multis hominibus singulariter poneretur. *Tom. 6. lib 2. Com. in cap. 3. ad Gal. at.*

Diuersimodè Christus & nos dicimur semen Abrahæ.

Christiani ratione fidei & prædicationis semen Abrahæ.

SED tunc quidem nescientes Deum, &c.] Respondeat aliquis, & dicat: Si, lex & præcepta, quæ in lege conscripta sunt infirma & egena elementa sunt, & hi qui cognouerũt Deum, magis autem cogniti sunt ab eo, legem obseruare non debent (ne incipiant nõ tam Deum colere à quo cogniti sunt, quam ad eos reuerti, qui natura non sunt dij.) Aut legem obseruauerunt Moyses & Prophetæ, & non cognouerunt Deum, nec cogniti sunt ab eo. Aut si cognouerunt Deum, mandata legis minimè compleuerunt; Quod vtrumque periculosum est dicere: Aut illos non fecisse quæ legis, & sic cognouisse Deum: aut nõ cognouisse Deũ, dum infirma & egena legis elementa custodiũt. Quod quidẽ sic solui potest, vt dicamus illos, quemodo Paul' factus est Iudæis vt Iudæos lucrifaceret, & in Cenchris ex voto comam totõdit, & nudipedalia atque caluitium Hierosolymis in templo exercuit: vt eorum sederet inuidiam, qui causati de eo fuerant quod contra legem Moysi & Deum faceret prophetarum: Ita & sanctos viros fecisse quidem ea quæ legis erant, sed sensum magis legis secutos esse quàm litteram: Qui non minus quam Abrahã,

Obiectio prãposita per dilemma.

Dissolutio obiectionis.

1. Cor 9.

Actor. 18. & 21.

Numer. 6.

Sancti veteris testamenti magis spiritualem sensum legis quã literam sequuti.

1. Cor. 3.

sublato de facie velamento, cupierunt videre dei Christi, & viderunt, & lætati sunt: facti infirmo populo infirmi vt infirmos lucrifacerent, & his qui sublege erant, quasi essent ipsi sub lege, vt eos ab idolis, quibus in AEgypto assueuerant, separarent. Absurdum quippe est Moysen & cæteros confabulatores Dei in ea fuisse conditione, vt non credamus eis esse præfinitū tẽpus à patre venisse, & redemptos eos esse de seruitute legali, & adoptionem filiorum consecutos, & hę reditatem cœpisse cum Christo. Quæcunque enim totogneri humano sapientia Dei quasi in filio præstitit: hæc eadem vnicuique sanctorum semper suo ordine & dispensatione largita est. *Tom.6.lib.2.Com.in cap.4.ad.Galat.*

Sancti veteris testamenti hereditatem cœperũt cum Christo & credidernnt in Christum.

QVOD si spiritu ducimini, non estis sub lege.] Quæritur in hoc loco si quicunque spiritu ducitur, non est sub lege: vtrum Moyses & Prophetæ vel spiritu acti sunt, & sub lege vixerint: quod Apostolus negat: aut habentes spiritum sub lege non fuerint, quod Apostolus hic affirmat: aut quod est tertium, sub lege viuentes, spiritum non habuerint, quod de tantis viris nefas est credere. Ad quod nos breuiter respondebimus: Non idem esse sub lege esse, & esse quasi sub lege: quomodo non idipsum est, in similitudine carnis peccati, & in carne esse peccati. Nec idem sonat verus serpens, & ærei similitudo serpentis, quem Moyses in eremo suspendit. Sic igitur & sanctos Prophetas & Moysen, ambulantes spiritu, & spiritu viuentes, non sub lege, sed quasi sub lege vixisse, vt ipsi viderentur quidẽ esse sub lege: sed eos qui sub lege erant, lucrifacerent, & ab humilitate litterę ad altitudinem spiritus prouocarent. Nam & Paulus, qui Iudæus Iudæis factus est, & omnibus omnia, vt omnes lucrifaceret. non dixit, factus sub lege, sed factus quasi sub lege, vt ostenderet se non veritatem legis, sed similitudinem custodisse. videmur nobis soluisse propositam quæstionem. Sed quid faciemus de illo Pauli capitulo dicentis: Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret. Si enim Christus sub lege fuit, & non quasi sub lege: tota illa superior disputatio vacua fiat. Verũ & hæc oppositio suo soluetur loco. Qui enim propterea factus sub lege est, vt eos qui erant sub lege, redimeret: vtique cum esset liber a lege, legi se subdidit voluntate. Et multo erat Paulo liberior: qui non sub lege, sed quasi sub lege fuisse restatus est. Et quomodo in cœnum & barathrum mortis propter nos descendit, qui orabamus dicentes: Quis me liberabit de corpore mortis huius. Ita & ex muliere nasci voluit, & esse sub lege vt eos qui nati erant de muliere & sub lege, saluaret. Et certe non est natus de muliere, id est, de nupta, sed de virgine. Verum abusiuè virgo mulier appellata est, propter eos qui illã fuisse virginem nesciebant. vt itaque propter illos qui sanctam Mariam arbitrabantur maritũ habere, mulier pro virgine posita est: sic propter eos q̃ æstimabant Christũesse sub lege, nescientes quia factus esset his qui erant sub lege. quasi sub lege: dicitur & ipse factus esse sub lege. *Tom.6.lib.3. Commen. in cap.5.ad Galatas.*

Quæstio trimembris.

Responsio.

Num.21. Sancti veteris testamenti quasi sub lege fuerunt.

Ab humilitate litteræ ad altitudinem spiritus prouocamur. 1.Cor.9.

Paulus non veritatem legis sed similitudinem custodiuit.

Sup 4. Alia obiectio. Dissolutio.

Rom 7.

Abusiue Maria virgo mulier appellatur sic καλεῖται χριστιανὸς Christus sub lege.

Omni tempore omnes creaturæ aduentum filij dei pollicebãtur.

RECAPITVLARE omnia in Christo, quæ in cœlis & quæ in terra sunt in ipso.] Omnis dispẽsatio, quæ & ante mundum & postea esse cœpit in mundo, tam inuisibiliũ quam visibiliũ creaturarũ, aduentum Dei filij pollicebatur. Quod Adam qui de paradiso eiectus est, per Saluatorẽ reuocandus erat. Quod in fabricatione turris, linguarum vnitas scissa est: in Actibus Apostolorum portendebat dona linguarum. Quod Isaac in typo Domini crucem suam ipse portauit. Quod Samson sanctam comam nutriens Dalilę pauperis dilexit amplexus, & omnia cordis sui secreta cõfessus est, Saluatoris & ecclesiæ ex gentibus verè pauperis & egenæ mysterium significabat. In cruce itaque Domini & in passione eius recapitulata sunt omnia, id est, vniuersa in hac ἀνακεφαλαιώσει supputata. Quod vt manifestius fiat, quotidianæ consuetudinis aliquod ponamus exemplum. Verbi causa: viginti denarios erogaui, rursum quinque, & alios quindecim, triginta quoq; & tres decies. p diuersa tẽpora dedi: Hæc si in vnũ voluero supputare, cẽtenarij mihi numeri summa succrescit, & in vno numero habebo omnia quæ ante descripsi. Sic itaque vniuersa mysteria & omnis dispensatio vetustatis, non solum quæ in terris, sed etiam quæ in cœlis gesta est, in Christi passione completur. Cũ enim semel mihi Christus passus fuerit, & sepultus & resurrexerit, & ad patrem victor ascenderit, non necesse habeo veterem numerum, quia in vno omnia teneo. diligenter attendite, quod nõ solum omnes historię scripturarum, quas in terra gestas Spiritus sanctus numerat: sed etiam in cœlestibus, quæ nobis occultę sunt, in Christi recapitulata passione teneantur. *Tom.6.lib.1.Com.in cap.5.ad Ephesios.*

Gen.3. Gen.12.

In fide passionis Christi omnia recapitulantur.

QVOD alijs generationibus non fuit notum filijs hominum, &c.] Mysterium Christi quod ex patre supra apostolus executus est, quomodo alijs generationibus fuerit ignotum, plenius retractandum videtur, vtrumne Abraham, Iacob, & Moyses, Esaias & cæteri prophetæ illud ignorauerint, an non? à quibus esse prædictum aduentum Christi & vocationem gentium, scriptura cõmemorat. Abraham quippe vidit diem eius, & lætatus est, & dicitur ei: Benedicentur in semine tuo omnes gẽtes. Et Iacob de eo qui oriundus esset ex Iuda propheticè loquitur: Et ipse erit expectatio gentium. Moyses quoq; maiores diuitias Aegypti thesauris opprobrium Christi arbitratus est. Et Esaias: Ecce (inquit) virgo in vtero concipiet, & pariet. Et alibi: Erit virga Iesse, & qui surget ad regnandũ gentibus, in ipso gentes sperabunt. Et ne longum fiat, pauca de Psalmis dixisse sufficiat: Et adorabunt in conspectu eius omnes familiæ gentium. Et iterum: Omnes gentes seruient ei. Et adhuc manifestius de populo Israel, & de Domino Saluatore: Visita vineam istam, & perfice eam quam plantauit dextera tua, & super filium quem confirmasti tibi. Cuius etiam corporis dispensatio in consequentibus indicatur: Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis, quem confirmasti tibi: aut igitur iuxta Montanum, patriarchas & prophetas, in ecstasi locutos accipiẽdum, & nescisse quæ dixerint. Aut si hoc impium est. (spiritus quippe prophetarum, prophetis subiectus est) intellexerũt vtique quæ loquuti sunt. Et si intellexerũt quęritur quomodo nunc Paulus dicat, quod alijs gẽrationibus non fuit notum

Prophetæ & patriarchæ sciuerunt mysterium redẽptionis Christi. Ioan.8. Gen.22.

Gen 94.

Heb.11. Esaiæ7. Ibid.11.

Psal.21. Ibid.71.

Psal.79.

Impium est dicere cum Mõtano prophetas nescisse quæ locuti sunt. 1.Cor.14.

tum, fuisse Christi Apostolis reuelatum aut igitur illud est respondendum, quod cautè Paulus signanterque testatus sit, filijs hominum ignotum fuisse mysterium, non filijs Dei, ad quos loquitur: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Quod scilicet hi qui spiritum adoptionis acceperint, de quibus patriarchæ & prophetę fuerũt, Dei scierint sacramentum. Aut si hoc non recipitur, & nimium violentum & coactum videtur, illuc sermo trãsibit, vt dicat non definitè & generaliter dixisse Paulum alijs generationibus ignotum fuisse omnino Domini sacramentum, sed sic, quomodo nunc reuelatum est sanctis eius & Apostolis, nescisse patriarchas veteres & prophetas. Aliud est enim in spiritu ventura cognoscere, aliud ea cernere operecompleta. Vnde & Ioannes propterea maior Prophetis omnibus dicitur, quia quem cæteri prophetauerunt, ipse cõspexerit, & digito demonstrarit, dicens: Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mũdi. Iuxta quę sensum & illud exponi potest: Multi Prophetæ & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Hæc vtique & videre & audire cupiebant, quæ futura cognouerunt. Quod si nesciebant ventura, quomodo desiderare poterant, quæ penitus ignorabant? Legimus in regnorum libris, Dominũ Salomoni in somnio pollicentẽ atque dicentem: Pro eo quod petijsti á me verbum istud, & non petijsti tibi dies multos, nec postulasti diuitias, nec animas inimicorum tuorum, sed petijsti vt intelligeres, & audires iudiciũ: Ecce feci secundum verbum tuum, & dedi tibi cor prudens: & sapiens sicut non fuit ante te, & post te non surget similis tibi. Et quomodo quidam putant Apostolis CHRISTI reuelatum esse mysterium, quod ignotũ fuerit Salomoni, cum Apostolis omnib. sapientiorem Salomonem fuisse, & retro patriarchis vox diuina pollicita sit, qui de se quoque ipse loquitur confidenter: Deus docuit me sapientiam, & intellectum sanctorum cognoui. Nec non & Dauid de scientia occulti mysterij gloriatur, dicens: Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Et ad eum qui sibi de sapientia supplaudebat, Deus loquitur per prophetam: Nunquid tu sapientior es Daniele? Aut ille igitur, de quo supra iam diximus, tenendus est sensus. ita patriarchas & prophetas, vt nunc Apostolis reuelatum est, Christi ignorasse mysterium, quia aliud sit tenere quid manibus, aliud futurum in spiritu pręuidere. aut dicendum, quomodo non sunt similes facies faciebus, sic nec corda esse cordibus, & iuxta Apostolum diuersa esse charismata: alium habere prophetiam, alium genera linguarum, alium dona curationum, alium opitulationes & gubernationes. illum esse sapientem, hunc fidelem, istum pollere scientia secretorum, illum simplici tãtum fide esse contentum. Neque enim omnes in exemplum Salomonis de naturis bestiarum et volucrum, & herbarũ similiter sunt locuti, vt disputarent à cedro libani vsque ad hyssopum, quæ exijt per parietem. E contrario Salomon non ita forsitan viderit vt Moyses omnes species victimarum, & cultur̃ Dei. Nec ei facie ad faciem sit locutus Dominus, nec visorum tantam vel habuerit vel intellexerit supellectilẽ, quorum typum illi in monte Dominus ostendit. Et quomodo patriarchæ & Prophetæ habuerunt aliqua, quæ Apostolos non habuisse credendum est: sic è contrario pro opportunitate temporis & pro euangelij prædicatione; habuerunt Apost. magis notum mysterium Christi. Quod scierunt quidem & Sancti antiquitus viri, sed nõ ita vt Apostoli, quibus prædicandi necessitas incumbebat: Quod est autem hoc mysteriũ, quod sicut nunc, alijs generationibus non fuit reuelatum? Vtique illud quod sequitur: esse gentes cohæredes, & concorporales, & comparticipes promissionis in Christo Iesu par euangelium, cuius factus est Paulus minister secundũ donum gratiæ Dei, quæ data est ei iuxta operationẽ virtutis eius. Scio appositionem coniunctionis, per quam dicitur, cohæredes, & concorporales, & cõparticipes, indecoram facere in latino sermone sententiam. Sed quia ita habetur in Græco, & singuli sermones, syllabæ, apices, puncta, in diuinis scripturis plena sunt sensibus, propterea magis volumus in compositione structurą; verborũ quam intelligentia periclitari. Gentes igitur cohæredes sunt Israel, siue qd̃ melius arbitramur, Christo cohęredes sunt, vt hæreditas nostra Deus sit, & cohæredes Christi, quod & in alio loco scriptum est: Hæredes Dei, cohæredes autem Christi: Non quod aliqua inter nos possessio diuidatur, sed quod ipse Dominus sit hæreditas nostra, atque possessio. Dominus quippe, ait, Hereditas vestra est. Et alibi: Dominus pars mea & hereditas mea. Concorporales autem illud significat, vt, quemadmodũ in vno corpore plura sunt membra, verbi causa, oculi, manus, aures pedes, venter, & genua, & cum in vno sint corpore, habeant differentias suas, & pro se inuicem lętentur & doleant: sic, licet diuersas habeant gratias, hi qui in Christo credidere, in vno tamẽ sint ecclesię corpore conglobati. Et in superioribus quidem duobus verbis, id est, in eo quod dait cohæredes, & concorporales. poterat in vno corpore diuersum aliquid suspicari. Ex eo autem quod addidit; & comparticipes promissionis in Christo Iesu, omnis penitus diuersitas amputata est: Vbi enim vna comparticipatio est. vniuersa communia sunt, Pulchrè etiam addidit. Per Euangelium, cuius factus sum minister secundũ donum gratiæ, quę data est mihi iuxta operationem virtutis eius. *Tom.6.lib.2. Com.in cap.3.ad Ephesios fol.171.*

Rom 8. Deus. Psal.13.

Christiani filij Abrahã prophetarum & patriarcharum per fidem.

PROPTEREA curuo genua, &c.] Quomodo nos qui non sumus de genere Abraham, si fidem illius habuerimus, filij vocantur Abraham: patriarchas quoque & prophetas si tamen nos ab eis peccata non separent, nostros patres dicimus: Ita puto & angelos cæteraſque virtutes habere principes sui generis in cœlestibus, quos patres gaudeant appellare. Archangelus enim nisi angelorum dici nõ potest: & dominatio & principatus, & potestas, nisi inferiores subiectos habeant, non vocantur. *Tom.6.lib.2.Com. in ca.3. ad Ephesios.*

GRATIAS ago Deo meo, &c.] Nunc hoc quæritur quomodo eandem fidẽ in Christo Iesu habere quis possit. & in sanctos eius ἀπὸ κοινοῦ enim resonat charitatem quam habes in Domino Iesu, & in omnes sanctos eius. Ad expositionem huius loci de Exodo sumamus exemplũ. Credidit populus Deo, & Moysi seruo eius: Vt

Exod.19.

Pfal 50.

Quomodo patriarchæ & prophetæ sciuerint vel ignorauerint mysterium Christi. Ezechh 28. 1.Cor.12.

3.Reg. 4. Collatio Apostolorum cum patriarchis & prophetis in cognitione mysterij Christi.

na autem eadem credulitas in Moysen refertur & in Deum, vt populus qui credebat in Dominum, æque credidisse dicatur in seruum. Hoc autem non solum in Moyse, sed in omnibus sanctis eius est: vt quicunque credidit Deo, aliter eius fidem recipere non queat, nisi credat & in sanctis eius. Non est enim in Deum perfecta dilectio & fides, quæ in ministros eius odio & infidelitate tenuatur. Quod autem dico, tale est: Credit quispiam in conditorem deum, non potest credere, nisi prius crediderit de sanctis eius vera esse quæ scripta sunt: Adam à Deo plasmatum: Euam ex costa illius & latere fabricatam: Enoch translatum: Noe naufrago solũ orbe seruatum. Quod primus Abraham de terra sua & cognatione iussus exire, circuncisionem quã in signũ futuræ prolis acceperat, posteris dereliquit: Quod Isaac oblatus, victima sit, & pro illo aries immolatus, coronatusque sentibus, passionem Domini deformarit. Quod Moyses & Aaron decem plagis Aegyptum afflixerit. Quod ad vocem Iesu filij, Naue, precesque steterit sol in Gabaon, & luna in valle Ailon, Longum est diuersa iudicum gesta percurrere, & totam Samson fabulam, ad veri solis (hoc quippe nomen eius sonat) trahere sacramentum: ad Regum libros veniam: Quando in tempore messis obsecrante Samuele, pluuiæ de cœlo & flumina repentè manarunt, & Dauid vnctus in rege est, & Nathan & Gad prophetauerunt mysteria, cum Elias igneo raptus est curru, Et Eliseus spiritu duplici, mortuus mortuum suscitauit. Hæc & cætera quæ de sanctis scripta sunt, nisi quis vniuersa crediderit, in Deum sanctorum credere non valebit: nec adduci ad fidem veteris testamenti, nisi quæcunq; de patriarchis & prophetis & aliis insignibus viris narrat historia, vera comprobarit: vt ex side legis, ad fidem veniat euangelij: & iustitia Dei in eo reueletur ex fide in fidem: sicut scriptum est: Iustus autem ex fide viuit. *Tom.6.Com.in cap. 1.ad Philemonem*

Eadem est fides in deũ et in ministros eius sanctos.

Nisi quis vniuersa crediderit quæ sãctis scripta sunt, in Deũ sanctorum credere non poterit.

Ex side legis ad fidem euãgelij veniendum.

Rom.1

MEMOR sui testamenti sui.] Quod cum Abraham initium fidei nostræ pepigit. *Tom.7.Co. in Psal.105.*

Initium fidei nostræ pactũ cum Abraham.

AB initio cognoui de testimonijs tuis.] Ab Adam in omnibus Patriarchis ac Prophetis. *Ibid.*

QVIA in æternum fundasti ea.] In Euangelijs, in quibus & nos fundati sumus supra fundamentum memoratum: sicut dixisse Paulum Apostolum sæpe meminimus. *Tom.7.Commentar. in Psal.118.*

Caput V. De Iustificatione.

Articulus I. Hominem suis operibus, quæ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinam fiunt, absque diuina per Iesum Christum gratia, coram Deo iustificari non posse.

Matth. 21

INGRESSA sepulchrum Lazari Mariæ & Marthæ vidit hospitium, & Bethphage villam sacerdotaliũ maxillarum, & locum in quo pullus lasciuiens gentium, Dei frena susce-

Luc.19.

pit: Apostolorumque stratis vestibus, mollia terga præbuit ad sedendum. Rectoque itinere descendebat Hiericho, recogitans illum de Euãgelio vulneratum, ac sacerdotibus & Leuitis, mentis feritate prætereuntibus, clementiam Samaritæ, id est, custodis; qui seminecem suo iumento impositum, ad stabulum Ecclesiæ deportauit. *Tom.1. Epist.27 ad Eustochium, cap. sexto.*

Verus Samaritanus sine bonis operib. præcedentibus nos recipit in gratiam. Luc.10.

SI enim iuxta Iob: Luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ in cõspectu eius: quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis? Omne enim os obstruitur, & obnoxius est omnis mundus Deo: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram eo, nullaque distantia est personarum. Omnes enim peccauerunt, & indigent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius. Sin autem scribit: Existimamus fide iustificari hominem sine operibus legis, siquidem vnus est Deus qui iustificat circũcisionem ex fide, & præputium per fidem manifestè ostendit, nõ in hominis merito, sed in Dei gratia esse iustitiã, qui sine legis operibus credentium suscipit fidẽ. Vnde sequitur, Peccatum vestri non dominabitur. Cur? quia non estis sub lege, sed sub gratia: nõ enim volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei: Vnde & gentes, quæ non sectabantur iustitiam, comprehenderũt iustitiam, iustitiam autem ex fide. Israel autem, sequens legem iustitiæ in legem iustitiæ non peruenit: quoniam non ex fide, sed ex operibus: offenderunt enim in lapidem offensionis. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Cunctæ prope epistolæ Apostoli hoc habent principium: Gratia vobis, & pax à Deo patre & Christo Iesu Domino nostro: & simili fine clauduntur. *Tom.2.lib.2.Dialogorum aduersus Pelagianos cap.3 fol.283.*

Iob.25.

Rom 3. Ex operibus legis nemo iustificatur sed gratiæ per gratiã Christi & fidem.

Rom.6.

Rom.9.

Rom.10.

SIC VT & in alio loco loquitur: Fiduciam autem talem habemus per Iesum Christum ad Deum. non quia ex nobis ipsis sufficiẽtes simus reputare aliquid quasi ex nostro: sufficientia nostra ex Deo est, q & nos dignos fecit ministros noui testamenti. Non enim iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi: Vnde infert & nos in Iesum Christum credidimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non operibus legis: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Si enim ex lege iustitia, ergo Christus sine causa mortuus est. In lege maledictio est: scriptum est enim: Maledictus omnis, qui non permanet in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea: Christus nos redemit de maledictione legis, factus pro nobis maledictio. Si enim data esset lex, quæ posset viuificare, verè ex lege esset iustitia. Sed concluſit, scriptura omnia sub peccato, vt repromissio per fidem Iesu Christi daretur credentibus. Lex ergo pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. Vnde addit, & vno versiculo omnia comprehẽdit, dicens: Euacuati estis à Christo: qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Hæc cuncta percurro, vt ostendam à nullo legem esse completam, & per legem mandata omnia, quæ continentur in lege, Deus est enim qui operatur in nobis, & velle & perficere. Laborat Apostolus, & iuxta iustitiam quæ in lege est, sine querimonia conuersatus, omnia prõ Christo ducit quisquilias, vt in ueniatur in Christo non habens suam iustitiam quæ ex lege, sed quæ ex fide Christi est à Deo. Vnde

Gal.2. Ex operibus legis cerimonialis vetera nemo iustificatur.

Gal 3.

Gal 5.

Philip. 2.

Philip.3.

Iustitia est ex fide Christi à Deo nõ ex iustitia legis.

Vnde scribit ad Thessalonicenses: Fidelis autem est Dominus, qui seruabit vos, & custodiet à malo. Ergo non liberi arbitrij potestate, sed Dei clementia conseruamur. Ac ne putes argumentationibus vanis, quæ mouent audientibus quæstiones, veritatem posse fidei subuerti, idem Apostolus scribit ad Timotheum. O Timothee depositum custodi, deuitans profanas vocum nouitates, & cõtradictiones falsi nominis scientiæ quã quidam promittentes, circa fidem errauerunt. Bonitas enim, & misericordia Saluatoris nostri, non ex operibus iustitiæ, quæ facimus, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit, vt iustificati illius gratia, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. *Ibid. fol.284.*

2.Thess.3.

1.Tim.6.

Titum.3.

PRO nihilo, inquit, saluos faciet eos: haud dubium quin iustos, qui non proprio merito, sed Dei saluantur clementia. *Tom. 2. Dialog. aduersus Pelagianos cap 7. in fine ferè.*

Psal. 55. Iusti non pro prio merito sed dei saluãtur clementia.

Phil. 2.

SI Apostolus ad comparationẽ gratiæ Christi, quæ prius lucrum arbitrabatur in lege, reputauit quasi stercora, vt Christum lucri faceret: quanto magis nos scire debemus, ideo Christi & Euangelij gratiam successisse, quia in lege nemo iustificari potuit, *Tom.2.lib.3. Dialog. aduersus Pelagianos. ca.5.fol.296.*

Quia in lege nemo iustificari potuit: ideo Christi euangelij gratia successit. Christus omnia peccata sanguine potest purgare.

ET consurgit mihi Caina hæresis, atque olim emortua vipera contritum caput leuat, quæ nõ ex parte vt ante consueuerat, sed totum Christi subruit sacramentum. Dicit enim esse aliqua peccata, quæ Christus non possit purgare sanguine suo, & tam profundas scelerum pristinorum inhærere corporibus atq; animis cicatrices, vt medicina illius attenuari non queant. Quid aliud agit nisi vt Christus frustra mortuus sit, frustra autem mortuus est, si aliquot viuificare non potest. Mentitur Ioannes Baptista. & digito Christum & voce demonstrans: Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi, si sunt adhuc in sæculo, quorũ Christus peccata non tulerit. Aut enim ostẽdendi sunt nõ esse de mũdo, quod Christi ignoret indulgentia: aut si de mũdo sunt, eligendum è duobus alterum. Liberati à peccatis Christi potentiam probant: non liberati quasi adhuc rei, imbecillitatem demonstrãt. Sed absit hoc de omnipotente credere, quod in aliquo impotens. Omnia, quæ pater facit, & filius facit similiter. Infirmitas filij redundat ad patrem. Cuncta ouiculæ membra portata sunt, totæ Apostoli epistolæ, Christi gratiam sonant: Et ne parum videretur simplex gratiæ nuncupatio: Gratia inquit, vobis, & pax multiplicetur. Multiplicatio promittitur, & à nobis paucitas affirmatur. *Tom.2. Epistol.83. ad Oceanum, capit.1.*

Ioan.1.

Omnipotente gratia Christi iustificatur.

1.Pet.1.

CVR non dicam, præcepta illa veterum sacramentorum nec bona esse: quia non eis homines iustificantur, vmbræ enim sunt prænunciantes gratiam, qua iustificamur: nec tamen mala, quia diuinitus præcepta sunt, personis temporibusq; congruentia? cum me adiuuet etiam prophetica sententia, qua dicit Deus, se illi populo dedisse præcepta non bona: Fortè enim propterea non dixit mala, sed tantum non bona, id est, non talia, vt illis homines non boni fiant, aut sine illis boni non fiant. Vellem me doceret benigna sinceritas tua, vtrum simulati quisquam sanctus orientalis, cùm Romam venerit, ieiunet sabbatho, excepto illo die Paschalis vigiliæ: Quod si malum esse dixerimus, non solùm Romanam Ecclesiam, sed etiam multas ei vicinas, & aliquanto remotiores damnabimus, vbi mos idem tenetur, & manet. Si autem, non ieiunare sabbatho, malum putauerimus: tot Ecclesias orientis, & multo maiorem orbis Christiani partem qua temeritate criminabimur? Placet ne tibi vt medium quiddam esse dicamus, quod tamen acceptabile sit ei, qui hoc non simulatè, sed congruenti societate atque obseruantia fecerit? & tamen nihil inde legimus in canonicis libris, præceptum esse Christianis: quanto magis illud malum dicere non audeo, quod Deum præcepisse ipsa Christiana fide negare non possum: quia didici non ex operibus legis me iustificari, sed gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum? *Tom.2. Epistola. 97. ad Hieronymum, fol.327.*

Nõ per legẽ, sed per gratiam Christi iustificamur.

ET alibi, cum superius de dispensatione gratiæ loqueretur, quod ipsa iustificet, velut interrogans ait: Quid ergò lex? Atque huic interrogationi continuò respondit: Præuaricationis gratia posita est, veniret semen cui promissum est. Hos ergò damnabiliter dicit esse sub lege, quos reos fecit lex, non implentes legem, dum non intelligendo gratiæ beneficium ad faciendа Dei præcepta, quasi de suis viribus superba elatione præsumunt. Plenitudo enim legis charitas. Charitas verò Dei diffusa est in cordibus nostris, non per nos ipsos, sed per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Sed huic rei quantum satis est explicandæ, prolixior fortasse, & sui proprij voluminis sermo debetur. Si ergò illud quod lex ait: Non concupisces: si humana infirmitas gratia Dei adiuta nõ fuerit, sub se reum tenet, & præuaricatorem potius damnat, quam liberat peccatorem, quanta magis illa quæ significationis causa præcepta sunt, circuncisio, & cetera, quæ reuelatione gratiæ latius innotescente necesse fuerat aboleri, iustificare neminem potuerant? *Ibidem fol.328.*

Gal.3.

Gratiæ ingẽs beneficium

Rom.13.

Rom 3.

Exod.10: Cerimoniales significationis causa sacramentum præcepta non iustificant.

VT diximus: omnis ex lege quæstio nascebatur. Lex quippe iustitiæ tenax clementiam nõ habebat: sed quicunque adulter, homicida, fraudator, & vt breuiter dicam, mortali crimine tenebatur, nulla venia pœnitentiæ laxabatur à crimine, oculum pro oculo iubebantur exoluere. Omnes itaque declinauerant, simul inutiles facti erant vsque ad vnum. vbi autem abundauit peccatum, superabundauit & gratia: & misit Deus filium suum factum ex muliere, qui destructo medio pariete, fecit vtraque vnum; & austerita tem legis, Euangelij gratia temperauit. Vnde & Paulus ad Ecclesias scribens: Gratia vobis, inquit, &: pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo: gratia, quæ non ex merito retributa, sed ex donante concessa est: Pax verò, qua reconciliati Deo sumus, habentes propitiatorem Dominum nostrum Iesum Christum: qui donauit nobis delicta nostra; & deleuit chirographum mortis, quod erat contra nos, affigens illud cruci, & principatus & potestates, fecit ostentui, triumphans eas in ligno. Quæ autem maior potest esse clementia, quam vt filius Dei, hominis filius nasceretur? decem mensium fastidia sustineret? partus expectaret aduentum, inuoluetur pannis, subijceretur quę parentibus? per singulas adoleret ætates? & post contumelias vo

Exod 21.

Rom.3. Psal.13 Rom.5. Gal.4. Eph.2. Rom.1. 2.Cor.1. Colos.1.

Austeritas legis euangelij gratia temperata.

tuli

cum, alapas & flagella, crucis quoque pro nobis fieret maledictum, vt nos à maledictione legis absolueret, patri factus obediens vsque ad mortem? & id opere compleret, quod ante ex persona mediatoris fuerat deprecatus, dicens: Pater volo, vt quo modo ego & tu vnum sumus, ita & isti in nobis vnum sint? Ergo, quia ad hoc venerat, vt quod erat impossibile legis, quia nemo ex ea iustificabatur, ineffabili misericordia vinceret, publicanos & peccatores, ad pœnitentiam prouocabat, conuiuium quoque eorum expetens, vt in conuiuio docerentur: sicut manifestum esse poterit ei, qui euangelia sollicita mente perlegerit; quomodo, & cibus eius, & potus, & deambulatio, & vniuersa q̃ gessit in corpore, salutem hominũ procurarint. *To. 3. Epist. 146. ad Damasum.*

ET osculatus est eum, iuxta illlud, quod in Cantico canticorum Ecclesia de sponsi prædicatur aduentu: Osculetur me osculo oris sui. Nolo mihi, dicens, per Moysen, volo per prophetas loquatur: ipse meum corpus assumat, ipse me osculetur in carne: vt & illud quoque', quod in Esaia scriptum est, huic sententiæ coaptemus: Si quæris, quære & ad me habita in saltu. *Ibid. fol. 408.*

IPSE respondens, ait Patri suo: Ecce tot annis seruio tibi. Pater supplex ad cõcordiã deprecatur. ille iustitiã q̃ in lege est sequens, Dei iustitię non subijcitur. Porro quæ maior iustitia Dei, quam ignoscere pœnitentibus, filium suscipere redeuntem? Ecce tot annis seruio tibi, & nunquã mandatum tuum præteriui: quasi hoc ipsum nõ sit præterire mãdatum, saluti alterius inuidere, ante Deum se iactare iustitiæ, cum nemo coram eo mundus sit. Quis enim lætabitur casum se habere cor, ne si vnius quidem diei fuerit? Dauid confitetur: In iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea. Et in alio loco: Si iniquitatem attẽdis Domine, quis sustinebit? Et hic dicit nunquã se præterisse mandatũ, totics obliuiscentem captiuitatib⁹ traditus. Ecce tot annis seruio tibi, & nũquam mandatũ tuum præteriui. Hoc est, quod Paulus Apostolus loquitur. Quid ergo dicimus? quia gentes, quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem, quæ ex fide est: Israel verò, sectando legem iustitiæ, ad legem iustitiæ non peruenit. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operib. legis. Potest ergo & ex eius persona dici, qui iuxta eundem Apostolũ in iustitia quæ ex lege est, sine reprehensione versatus sit: licet mihi videatur magis se iactare Iudæus, quam vera dicere, ad exemplum illius pharisæi, dicentis: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri homines, raptores, iniusti, adulteri, sicut & hic publicanus. Oro te, nonne tibi videtur ea quę ille de publicano dixerat, dicere istum de fratre? Hic est qui comedit omnem substantiam suam, viuens cum meretricibus. *Ibid. fol. 409.*

DIVES, qui habebat villicum, siue dispensatorem, Deus omnipotẽs est: quo nihil est ditius: Huius dispensator est Paulus qui ad pedes Gamalielis sacras litteras didicit, & legem Dei susceperat dispensandam. Qui cum cœpisset credẽtes in Christo persequi, ligare, occidere, & omnem Dominũ, sui dissipare substantiã, correptꝰ à Domino est: Saule, Saule q̃d me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare. Dixitque in corde suo. Quid faciam? quia qui magister fui, & villicus, cogor esse discipulus, & operarius, fodere non valeo, omnia enim mandata legis, quę terę incubabant, cernuo destructa, & legem atq; prophetas vsque ad Ioannem Baptistam esse finitos. mẽdicare rubesco, vt qui doctor fueram Iudęorum, cogar à gentibus, & à discipulo Ania, salutis ac fidei mendicare doctrinam. Faciã igitur quod mihi vtile esse intelligo, vt postquã proiectus fuero de villicatione mea recipiant me Christiani in domos suas. Cœpitque eos, qui prius versabantur in lege, & sic in Christum crediderãt, ne arbitrarentur se in lege iustificandos, docere legem abolitam, prophetas præteriisse, & antea pro lucro fuerãt, reputari in stercora. Vocauit itaque duos de pluribus debitorib⁹. Primũ qui debebat centum batos olei, eos videlicet, qui fuerant ex gentibus congregati, & magna indigebant misericordia Dei, & de centenario numero; qui plenus est atque perfectus, fecit eos scribere quinquagenarium, qui propriè pœnitentium est, iuxta iubileum, & illam in euangelio parabolam, in qua alteri quingenti, alteri quinquaginta denarij dimittuntur. Secundum autem vocauit populum Iudęorum, qui tritico mandatorũ Dei nutritus erat, & debebat ei centenarium numerum, & coegit, vt de centum, octoginta faceret id est, crederet in Domini resurrectione, quę octauę diei numero continetur, & de octo completur decadibus, vt de sabbatho legis transiret ad primam sabbathi. Ob hanc causam à Domino prędicatur quod benefecerit, & pro salute sua in euangelij clemẽtiam de legis austeritate mutatus sit. *Tom. 3. Epist. fol. 151. Ad Algasiam.*

CVM feceris iudicia tua in terra, &c.] Iuxta LXX. iubentur habitatores terræ iustitiam discere: Omnis enim vir videtur sibi iustus, Deus autem corda omnium nouit qui reddet vnicuique secundum opera sua. Et in alio loco eiusdẽ voluminis dicitur. Sunt viæ viri, quæ videntur rectæ; nouissima autem earum respiciũt in profundum inferni. Vnde débemus iustitiam discere, nec confidere in proprio iudicio. Est enim iustus qui pereat in iustitia sua, non quo iustus sit, sed quo sibi iustus esse videatur. Sin autem Christus factus est nobis à Deo sapientia, & iustitia, sanctificatio, & redemptio, quibus præcipitur vt cognoscant iustitiam, hoc iubetur, vt Christum discant atque cognoscant. Propterea autem præcipio, ait, vobis, vt discatis iustitiam, quia ablatus est impius, & regnũ illius destructum est: qui quamdiu regnabat in terra, iustitiam scire non poterat, nec facere veritatem. De qua alibi scribitur, quod gratia & veritas per Iesum Christũ facta sit. *T. 4. lib. 3. Com. in ca. 26. Esaiæ.*

TACEANT, &c.] Sic interrogat eos, & ad respondendum prouocat, vt interrogatione doceat quod ignorant. Quis suscitauit ab oriente iustum, siue iustitiam? Neque enim Iudæorum tantum Deus, sed & gentium, qui vocauit Christum Dominum Saluatorem, qui factus nobis sapiẽtia à Deo, iustitia, & sanctitas, & redẽptio. In quo iuxta eundem Apostolum, Dei iustitia reuelatur vocauit autem eum: vt se in omnibus sequeretur, & opera patris faceret: & illud impleret dicens: Deus vt facerem voluntatem tuam, volui: In huius cõspectu reges colla submittent, & gladio illius, ac sagittis aduersariæ potestates, quasi stipula subijcientur, & puluis persequitur

Phil 2.

Ioan. 17.

Quod erat impossibile legi ineffabili sua misericordia vicit Christus. Rom. 8.

Cant. 2.

Esaiæ 28.

Qui sequitur iustitiam legis dei, iustitiæ non subijcitur. Rom. 20.

Pro 20. Iob. 20.

Psal. 50. Psal. 129.

Rom. 9.

Iactantia Iudæi. Luc. 18.

Act. 22. Actio 7. Actio 9. Paulus non à lege veteri sed à Christo debet emendicare iustitiam ac salutem.

Lex abolita prophetæ præterierunt: nemo igitur in lege iustificari poterit.

Quinquagenarius tibi, Deus proprie pœnitentium est.

Bene facit qui pro salute sua in euangelij clementiam de legis austeritate mutatur.

Prou. 21.

Prou. 14.

Eccle. 7. Per Christũ iustitia. 1. Cor. 1.

Ioan. 8.

Psal. 39.

quetur eos, reges videlicet & principes gentium singularũ: Et pertransibit in pace, ad pacem cũctos vocans, vt recõcilientur Deo. Semita in pedibus illius non apparebit, id est, viæ laboré non sentiet, nec aliquã imbecillitatis humanæ lassitudinem: sed de torrente bibet in via, & propterea leuabit caput. Quis, inquit, hæc operatus est, & fecit? Quis suscitauit iustũ, siue iustitiam? Quis ei gentes & reges tradidit? Quis gladio eius & arcui vniuersa subiecit? vtiq; ille, qui ab initio mundi, hæc futura prædixit, qui omniũ conditor est. Et quia dixerat sciscitantis affectu, quis suscitauit ab oriente iustũ, &c. Cunctis tacentibus sibi ipse respondit: Ego sum Dominus, primus, & nouissimus ego sum. Ipse est, qui & in Apocalypsi Ioannis loquitur: Ego sum αλφα & ω, principiũ & finis. Viderunt insulæ, id est, gentes, siue ecclesiæ de gentibus cõgregatæ, quæ mundi huius sustinent tempestates, & timuerunt Dominũ: Principium enim sapientiæ timor Domini. Omnes terrarũ termini ad Apostolorũ verba tremuerunt appropinquantes, & ad Christi Euangelium pariter accedẽtes. Cumq; seipsos cernerent esse saluatos, id quod supra audierant, accedant, & tunc loquantur, opere cõpleuerunt: vt auxiliarentur proximis suis: & fratres suos vellent in dño cõfortare, & dicerent eis: Recedite ab idolis, simulacra demonũ antiqua contẽnite, quæ humana finxit manus, quæ malleo cudẽte producta sunt: quæ cõpacta glutino, quæ stabilita clauis, vt nõ moueantur, & cum steterint ambulare nõ valeant. *To. 4. li. 11. Com. in ca. 41. Esa.*

Pſal. 109.

Apocal. 1.

Proverb. 9.

Christus iustus per doctrinam suã multos iustificat.

SI posuerit pro peccato, &c.] In scientia sua, id est, in doctrina, ipse iustus (qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius: & seruus patris, qui formã serui acceperat, & Domini seruierat volũtati) multos iustificabit de toto orbe credentes. Et iniquitates eorũ ipse portabit: quas illi portare non poterant, & quarũ pondere opprimebantur. *Tom. 4. lib. 14. Com. in cap. 53. Esaiæ.*

ECCE tu iratus es, &c.] In quo considerandũ quod iustitia quæ in lege est, ad cõparationem Euangelicæ puritatis immunditia nominetur. Etenim nõ est glorificatum, quod prius glorificatũ fuit, propter excellentem gloriã. Vnde & Apostolus Paulus, qui secundum iustitiã, quæ in lege est, vniuersa cõpleuerat: dicit se omnia duxisse pro dãno, vt Christũ lucrifaceret, & ꝓpter eminentẽ scientiã Domini nostri Iesu Christi: ꝓpter quem cuncta arbitratur quasi stercora, vt Christu lucrifaciat, & inueniatur in eo non habens suã iustitiã, quę ex lege est, sed per fidẽ Christi, quæ est ex Deo iustitia. Est. n. iustus qui perit in iustitia sua, si post Euangelij veritatẽ vmbras velit exercere legales, & nõ iustè quod iustũ est persequi. Vnde iuxta sapientissimũ Salomonẽ: Omnis vir videtur sibi iustus, cum in lege versãtur: ad quos dominus loquitur in Euãgelio: Vos estis, qui vosmetipsos iustificatis corã hominib. quod Paulus fugiẽs ait: Nihil mihi cõscius sum, nec tamẽ in hoc iustificatus sum: Ex peccato autem Dei iustitia. De qua idẽ Salomon loquitur: Intelligite iustitiã veram. Ergo est alia iustitia quæ nõ habet veritatẽ: & hæc est vera iustitia, de qua rursum in Euangelio dicitur: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã. Quam multi Prophetæ & iusti desiderauerunt videre, & non viderunt. Abraham autẽ vidit istam iustitiã, & lætatus est;

2. Cor. 3. Philip. 3.

Perit in sua iustitia qui post Euangelij veritatẽ vult exercere vmbras legales. Eccles. 7.

Prouerb. 21. Sec. 7.

Luc. 16. 1. Cor. 4.

Prouerb. 1. Sec. 70. Matth 5 Ioan. 8.

nequaquã sequens occidentẽ literam, sed spiritũ viuificantẽ. Nec mirũ hæc de hominibus dicere, cum astra quoq; Dei iustitiæ cõparata, non sint munda, & aduersum angelos suos, peruersum quid excogitauerit. Si quis post Euangeliũ Christi, & aduentũ filij Dei, pædagogæ legis obseruat ceremonias, audiat populũ confitentẽ, ꝙ omnis illa iustitia panno fordidissimo cõparetur: cui & Hester diadema suũ, quod erat regiæ potestatis insigne, cõparat: quod nequaquã volũtate, sed necessitate portabat dicens: Tu scis necessitatem meã: quoniam detestor signũ superbię meę, quod super caput meũ in diebus ostentionis meę: abominor illud sicut pannũ menstruũ: nec porto in diebus quietis meę. *T. 4. li. 17. Cõ. in c. 64. Esa.*

Iob. 15. Ibidem. 4.

Per legem promulgata Euangelio nemo iustificatur. Hester. 4.

DOMINE oculi tui respiciunt fidẽ, &c.] Propheta loquitur ad Dominum: Domine oculi tui respiciunt fidẽ, quæ Hebraicè dicitur emouna, nõ opera Iudęorũ, in quibus iuxta legis ceremonias exultabant, sed fidẽ Christianorũ, per quam gratia salui facti sumus. *To. 4. lib. 1. Com. ca. 5. Hier.*

Oculi Domini respiciunt fidem Christianorũ non opere legis.

ET non audierunt, &c.] Me dicente: Audite vocem meã, & ero vobis Deus, & reliqua: nõ audierunt, nec inclinauerunt aurem suam, sed sui cordis fecére desideria, & contra Apostoli sententiã, qui præteritorũ obliuiscebatur, & in priora se extendebat, fecere contraria: vt præterita cuperent, & futura contẽrent. Quodq; dicit: à die qua egressi sunt patres eorũ de terra Aegypti vsq; ad diẽ hanc: omne tẽpus in medio dicit eos per offensam domini transegisse, Vnde & necessaria fuit, Euangelij gratia, quæ illos non suo merito, sed Domini misericordia conseruauit. *Tomo 4. libr. 2. Comment. in caput 7. Hieremiæ.*

Philip. 5.

Necessitas Euangelicæ gratiæ.

SI iniquitates nostrę responderint, &c.] Dicamus nos in tẽpore siccitatis, aquarumq; penuria: Tibi peccauimus, & malũ corã te fecimus: tuum præstolamur aduentũ, qui saluas Israel, non suo merito, sed tua clemẽtia. *To. 4. li. 3. C. in ca. 14. Hier.*

Pſal. 50. Israel saluatur non suo merito, sed Dei clementia.

ET habens fiduciam, &c.] Grande discrimen nõ in Dei clementia, sed in suo decore cõfidere. Quãtoq; quis sublimior fuerit, debet timere ne corruat, & fornicetur in nomine suo. Aduersariæ siquidẽ potestates solitos contẽnunt cibos, & peregrina alimẽta desiderant. Vnde de diabolo dicitur: Escæ eius electæ. Non vult quẽliber decipere. Saul regẽ qui electus à Domino est, & Iudam Apostolũ supplantare festinat. Non ergo confidamus in ꝓpria pulchritudine, nec Dei libertatẽ, nostram putemus esse virtutẽ, sed potiꝰ audiamus: Ne glorieris in craſtinũ: Nescis enim qd ventura pariat dies: Et in alio loco: Fratres si prævẽtus fuit homo aliquo peccato, vos qui spirituales estis, instituite huiusmodi in spiritu mansuetudinis; cõsiderans teipsum, ne forte & tu tenteris. Neq; exponamus, siue effundamus fornicationẽ nostrã omni transeunti: vt nõ Dei in quem credimus, sed eius famus à quo polluimur. Qui cuncta recipit vitia, & diuersorũ peccatorũ spiritũ transeuntẽ, suo suscepit gremio, & diuaricat pedes suos omni trãseunti, ille effudit fornicationẽ suã, & eiꝰ incipit sustinere dominatũ, cuiꝰ hospes extiterit. *To. 4. l. 4. Cõ. in c. 16. Ezech.*

Non in nobis ipsis, sed in Dei clementia confidendum. Abac. 1.

Proverb. 27. Galat. 6.

Pſal 22. Exod 7. et 8.

VT scire valeamus, qui sit baculus arundineus, super quo domus Israel cõfidere nõ debeat, ex contrario baculo & virga Domini intelligere poterimus, de qua ad Dominum dicitur: Virga tua & baculus tuus, ipsa me cõsolata sunt. Hanc

virgam habuit & Aaron, quæ Dracones Aegyptios deuorauit: & quãdo percussit aggeres Nili, & Cyniphes in toto Aegypto generatæ sunt.

Ibid. 10. Non in baculo arundineo, sed in virga domini confidendum. Num. 17. 1. Corinth. 4.

Moyses quoq; iuxta Lxx. extendit hanc virgã, & leuauit in cœlũ: & Dominus induxit ventum austrũ super terram toto illo die & tota nocte, & mane leuauit ventus, & adduxit locustas super omnẽ terram Aegypti. De hac puto virga scribi & in Numerorum libro, quod floruerit, & nuces siue amygdalas germinarit. Hanc habebat & Apostolus cũ dicebat: Quid vultis: in virga veniã ad vos? Et qui Pascha celebrabant, baculos tenebant manibus: sine quibus imbecillitatẽ humani corporis sustẽtantib. carnes agni cõcedere nõ poterãt. Hæc est virga de radice Iesse: super quã septẽ spiritus requieuerunt. Sed nõ talis Pharao, nec baculus Aegypti & virga arundinea, quę decipit apprehendẽtes se, & lacerat humeros eorũ, id est fortitudinẽ. Et quicunq; super eam fuerit innixus, dissoluuntur lumbi eius, & stare nõ potest, nec accinctus renibus pascha celebrare. Quod his congruit, quorum scrutatur corda & renes Deus. *Tom. 4. lib. 9. Com. in cap. 29. Ezechielis.*

Exod. 12.

Esaiæ. 11.

AFRICANVS in quinto temporum volumine, &c.] Nulli dubium quin de aduentu Christi prædicatio sit: qui post septuaginta hebdomadas mundo apparuit: post quẽ cõsummata sunt delicta, & finem accepit peccatũ, & deleta est iniquitas, & annunciata iustitia sempiterna, quę legis iustitiã vinceret, & impleta est visio & prõphetia: quia lex & Prophetæ vsq; ad Baptistã Ioannem: & vnctus est sanctus sanctorum: quæ omnia priusquam Christus humanum corpus assumeret, sperabantur magis quàm tenebantur. *Tomo 4. lib. 1. Comment. in cap. 9. Danielis, fol. 515.*

Per Christũ iustitia sempiterna.

Matth. 11.

VNDE adimplentur sexaginta duæ hebdomadæ & dimidia: q̃ efficiunt annos quadringentos triginta septẽ, menses sex, vsq; in diem natiuitatis Christi. Et manifestata est iustitia æterna, & vnctus est sanct⁹ sanctorũ, id est, Christ⁹, & signata est visio & prophetia, & dimissa sunt peccata: quæ per fidẽ nominis Christi omnibus in eum credentibus tribuuntur. Quid est autẽ quod dicit signari visum & prophetiã? quoniam omnes Prophetæ nunciabant de ipso q̃ esset venturus & pati haberet: Igitur quoniam impleta est prophetia per aduentũ eius: propterea signari visionem & prophetiã dicebat: quoniã ipse est signaculum omniũ Prophetarum, adimplens omnia quæ retro de eo prophetæ nunciabant. Post aduentum enim & passionem eius, iam non est visio neque prophetia quæ Christum nunciet esse venturum. *Ibidem. cap. 9. fol. 518.*

Per fidem nominis Christi omnibus remittuntur peccata.

Christus signaculum omnium prophetarum.

ET sponsabo te mihi in sempiternum, &c.] Quærimus cur tertiò despõsionis nomen repetierit. Primo enim ait: Sponsabo te mihi in sempiternũ. Secundo: Sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in misericordia, & miserationib⁹. Nec hoc fine cõtentus iungit & tertium: Sponsabo te mihi in fide & scies quia ego dñs. Primò despõdit eam in Abrahã, siue in Aegypto, vt vxorem habeat sempiternam. Secundò in monte Sinai, dans ei pro sponsalibus legis iustitiã, atq; iudiciũ & iunctã legi misericordiã: vt quando peccauerit, tradatur captiuitati: cum ægerit pœnitentiã reuocetur in patriã, & misericordiã cõsequatur. De his sponsalibus in diuersis locis Psalmista decantat: Misericordiã, & iudiciũ cantabo tibi domine. Et: Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, & iustitia & pax deosculatæ sunt se. Quos duos calices in 74. Psalmo legimus. Calix in manu domini, vini meri plenus misto, & inclinauit ex hoc in illũ: de iustitiæ calice in calicem misericordiæ, & rursum de calice misericordię in calicem iustitiæ. Si iniquitates, inquit, obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Quia apud te ,ppitiatio est. Ista igitur meretrix, quæ primũ voto sponsi in æternos fuerat iuncta cõplexus, vt nunquã à vinculo recederet martiali: quia recessit, & in Aegypto fornicata est, rursum per legem assumitur: quam quia præteriit', prophetis quasi sponsi sodalibus, qui ad se missi fuerant, interfectis: Nouissimè venit Dei filius, Dominus Iesus: quo crucifixo & à mortuis resurgente, despõsatur nequaquã in legis iustitia, sed in fide & gratia Euangelij: vt cum cognouerit vnigenitũ, cognoscat & patrẽ. Dicit enim ipse ad Philippũ: Tanto tempore vobiscũ sum, & nõ cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrẽ meũ: quomodo tu dicis, ostende nobis patrẽ: nõ credis quia ego in patre, & pater in me est? Qui in fide fuerit desponsatus, & crediderit Euãgelio, statim sciet quia ipse sit Deus, credens in cũ, quẽ prius negauerat, *To. 5. lib. 1. Com. in cap. 2. Oseæ fol. 41.*

Psal. 129.

Matth. 11. Ecclesia Christo de sponsatur nõ in legis iustitia sed in fide & gratia Euangelij.

Psal. 35.

Ioan. 14.

ET peruenit verbum ad regẽ Niniue & surrexit de solio suo, &c.] Quid valeat apud homines sęculi eloquentia, & sapientia secularis testes sunt Demosthenes, Tullius, Plato, Xenophon, Theophrastus, Aristoteles, & cæteri oratores ac Philosophi: qui velut reges habẽtur hominũ, & præcepta eorum nõ vt præcepta mortaliũ, sed quasi oracula accipiuntur Deorũ. Vnde & Plato dicit: Felices fore respublicas, si aut Philosophi regnent, aut reges Philosophentur. Quam autem difficilè istiusmodi homines credant in Deum, vt quotidiana exempla prætereã, & sileã de veteribus historijs Ethnicorũ, sufficit nobis Apostoli testimoniũ, qui ad Corinthios scribẽs, ait: Videte fratres vocationẽ vestrã: quia nõ sunt multi sapientes secundũ carnem, non multi potentes, nõ multi nobiles: sed stulta mũdi elegit Deus, vt confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi, & ea q̃ erãt cõtemptibilia elegit De⁹, &c. Vnde rursum dicit: Perdam sapientiã sapientiũ: & intelligentiã prudentium reprobabo. Et: Videte ne quis vos spoliet per Philisophiam, & inanem seductionẽ. Ex quo perspicuũ est prædicationẽ Christi reges mundi audire nouissimos, & depositio fulgore eloquentiæ, & ornamentis & decore verborũ, totos se simplicitati & rusticitati tradere: & in plebeũ cultum redactos sedere in sordibus, & destruere quod ante prædicarant. Proponamus nobis beatũ Cyprianum: qui prius idololatriæ assertor fuit, & in tantam gloriam venit eloquentiæ, vt oratoriam quoq; doceret Carthagini: audisse tandẽ sermonẽ Ionæ, & ad pœnitentiã conuersum in tantam venisse virtutẽ, vt Christum publicè prædicaret, & pro illo ceruicẽ gladio flecteret. Profectò intelligimus regẽ Niniue descendisse de solio suo & purpurã sacco, vnguenta luto, munditias sordibus cõmutasse: non sordibus sensuũ, sed verborum. Vnde & de Babylone in Hiere. dicitur: Calix aureus Babylon inebrians omnẽ terram. Quem nõ inebriauit eloquẽtia sęcularis? Cuius non

Oratores reges hominũ & Philosophi difficilimè credunt in Deum

1. Corinth. 1.

Coloss. 2.

Conuersio Rhetoris Cypriani.

Hierem. 51.

Pſal. 100. Pſal. 85.

Difficilis cõuersio & no bilium & diuitum.

non animos compositione verborũ, & discretu dinis suæ fulgore perstrinxit? Difficile homines potentes & nobiles & diuites & multo his difficilius, eloquentes credunt Deo: obcæcatur enim mens eorũ diuitijs & opibus, atq; luxuria & circundati vitijs, non possunt videre virtutes: simplicitatemq; scripturæ sanctæ non ex maiestate sensuum, sed ex verborũ iudicant vilitate. Cum autẽ ipsi qui prius mala docuerant, versi ad pœnitentiã docere cœperint bona: tunc videbimus Niniuiticos populos vna prædicatione conuerti: & fieri illud qd' in Esaia legimus: Si nata est gens simul. Homines quoq; & iumenta operta saccis & clamantia ad Dominũ eodem sensu intellige: Quod & rationabiles, & irrationabiles, & prudẽtes ac simplices ad prædicationem Ionæ agant pœnitentiam: iuxta illud quod & alibi dicitur. Homines & iumenta seruabis Domine. *Tom. 5. Comm. in cap. 3. Ionæ fol. 141.*

Esaiæ 66. Sec. 70.

Pſal. 35.

Et dixit ad me, quid tu vides, &c.] Educet Dominus lapidem primariũ, de quo legimus: In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, & Deus erat verbũ; Et omnia per ipsum facta sunt, & sine ipse factũ est nihil. Quod autẽ dicit: Exæquabit gratiã gratiæ eius: hoc significat. Nos omnes de plenitudine eius accepimus, & gratiam pro gratia, id est, pro gratia legis, gratiam Euangelij, vt æqualem gratiam & par munus, & ex Israel credentes accipiant, & populus Ethnicorũ. Vndè & Gabriel loquitur ad Mariam: Inuenisti gratiam apud Deum. Et Paulus Apostolus scribit: Gratia enim saluati estis. Et Ioãnes Euangelista: Lex, inquit, per Moysen data est: gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est. *Tom. 5. lib. 1. Comm. in cap. 4. Zachariæ.*

Ioan. 1.

Ibidem. Pro gratia legis gratiã Euangelij accepimus. Luc. 1. Ephes 2. Ioann. 1.

ECCE ego saluabo populum meum, &c.] Quodque sequitur: In veritate & iustitia hoc significat: quod veteris legis vmbra discedat, Euangelij veritas veniat: nequaquam in iustitia Iudęorum, sed in iustitia Christiana: ipse enim Dominus veritas est, atq; iustitia, de quo legimus: Veritas de terra orta est. & iustitia de cælo prospexit. Vnde & in 14. Psalmo, Iustitia simul & veritas nominantur: Qui ambulat sine macula, & operatur iustitiam, & loquitur veritatem in corde suo. *Tom. 5. lib. 2. Comm. in cap. 8. Zachar.*

Veteris legis vmbra discessit, Euangelij veritas aduenit. Pſalm 84. Alia iustitia Iudaica est, & alia Christiana.

NVNC autem non iuxta dies priores, &c.] Priusquam fidem Christi quis recipiat, & in eo Spiritus sancti fundamenta iaciantur. nullus audire poterit, est merces operi tuo: siue ille Iudæus sit, siue hæreticus, siue gẽtilis, quidquid boni operis fecerit, nisi in nomine Christi fecerit, mercedem sui boni operis non habebit. Videmus hæreticorum virgines, Philosophorum rigorem, Iudæorum in escarum varietate obseruantiam, & tamẽ dicimus iuxta Aggæum, quod comedent & non satientur: bibent & non inebrientur: operiantur & nõ calefiãt: & qui mercedes congregat. mittat eas in pertusum sacculum. Postquam verò fidem Christi receperint, & illi, & hi qui in Ecclesia fuerant peccatores (& pro magnitudine delictorum captiuitati huius mundi traditi, & Babylonio igne combusti, & audierint Dominum prædicantẽ: Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me: euangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem, & cæcis vt videant: sanare eos qui contrito sunt corde, & completum fuerit in eis

Sine fide Christi nulla bona opera prosunt, fec ex fide Christi.

Aggæ 1.

Esaiæ 61.

illud quod per Amos dicitur: Conuertã populi mei Israel captiuitatem, & ędificabunt ciuitates dissipatas, & plantabo eos.) Tunc & in diebus illis orietur iustitia & multitudo pacis. Vinea dabit fructum suum, quæ dicit in Euangelio: Ego sum vitis, vos rami. Omnem ramum qui manet in me, mundat pater, vt maiores fructus afferat. Cumq; mundati fuerint rami eius, id est, flagella & propagines, & gemmãtibus oculis spem futurorum fructuum cœperint polliceri: vt impleatur illud quod scriptum est: Vineæ florentes dederunt odorem. *Ibidem.*

Amos 9. Pſal. 71.

Ioan. 15.

ET egredientibus illis ab Hiericho, &c.] Multi latrones erant in Hiericho, qui egredientes & descendentes de Hierusalem, interficere & vulnerare consueuerant: iccirco Dominus venit Hiericho cum discipulis suis, vt liberet vulneratos, & multam turbam secum trahat. Deniq; postquam egredi voluit ab Hiericho, sequuta est eum turba multa. Si mansisset Hierosolymis, & nunquam ad humilia descendisset, turba vsque hodie sederet in tenebris, & vmbra mortis. Sed & duo cæci erant iuxta viam. Cæcos appellat qui necdum dicere poterant. In lumine tuo videbimus lumen. Secus viam, quia videbantur quidem legis habere notitiam, sed viam quæ Christus est, ignorabant: quos pleriq; Pharisæos intelligunt & Sadducæos: alij verò vtrumque populum, & veteris testamẽti & noui, quod alter scriptam legem, alter naturalem sequens, sine Christo cæcus erat. Hi ij quia per se videre nõ poterant, audierunt prædicationis Saluatoris, & confessi sunt filium Dauid. Sin autem vterque cæcus, refertur ad populum Iudæorum hoc quod sequitur: Increpabat eos turba: super ethnicis intelligendũ est: quos Apostolus monet ne glorientur & superbiant contra radicem suam, sed cùm ipsi erroꝛe priorum inserti fuerint ex oleastro in bonam oliuam, nequaquam debeant inuidere priorum saluti. Miserere nostri fili Dauid. Increpantur à turbis, & nihilominus non tacent, sed crebrius id ipsum iugeminant, vt desiderium plenum veræ lucis ostendant. *Tom. 6. lib. 3. Comm. in cap. 20. Matth. Can. 42.*

Pſal. 35.

Populus Iudæus & gentilis ante Christi aduẽtum nudus erat.

HOC autem factum est, &c.] Cùm historia, vel impossibilitatem habeat, vel turpitudinem, ad altiora transmittimur: vt asina ista quæ subiugalis fuit, & edomita iugum legis traxerat, synagoga intelligatur. Pullus asinæ lasciuus & liber, gentium populus, quibus federit Iesus, missis ad eos duobus discipulis suis, vno in circuncisionem, & altero in gentes.

EVNTES autem discipuli', fecerunt, & cæt.] Pullus iste & asina, quibus Apostoli sternunt vestimenta sua, vt Iesus mollius sedeat, ante aduẽtum Saluatoris nudi erant: multisque sibi in eos dominatum vendicantibus, absq; operimento frigebãt. Postquam verò susceperẽt Apostolicas vestes, pulcriores effecti, Dominum habuẽre sessorem. Vestis autẽ Apostolica, vel doctrina virtutum, vel edissertio Scripturarum intelligi potest: siue Ecclesiasticorum dogmatum varietates: quibus nisi anima instructa fuerit & ornata, sessorem habere Dominum non meretur. *To. 6. lib. 3. Comm. in cap. 21. Matth. Can. 43.*

Præcipuus scopus epistolarum Pauli.

NVLLVS Apostoli sermo est, vel per epistolam, vel præsentis, in quo non laboret docere antiquæ legis onera deposita, & omnia illa quæ in

typis & imaginibus præcesserunt, id est, otium sabbathi, circuncisionis iniuriam, calendarum. & trium per annum solénitatum recursus, scrupulositatem ciborum, & per dies singulos lauacra iterum sordidanda, gratia Euangelij subrepente cessasse: quâ non sanguis victimarum, sed fides animæ credentis impleret. Verùm alibi pro parte. & vt se aliud agenti hæc quæstio obtulerat, ex latere disputatum est, & pene perstrictum. In his aũt duabus, vt dixi, epistolis, speciáliter antiquæ legis cessatio, & nouæ introductio continetur. Sed ad Galatas hoc propriũ habet: quod non scribit ad eos, qui ex Iudæis in Christum crediderant, & paternas putabant cærenias obseruãdas, sed ad eos, qui ex gentibus fidẽ Euangelij receperãt, & rursum retro lapsi, quorundam fuerant authoritate deterriti: asserentium Petrum quoq;, & Iacobum, & totas Iudææ Ecclesias, Euangeliũ Christi cum lege veteri miscuisse. Ipsum etiam Paulum aliud in Iudæa facere, aliud nationibus prædicare, & frustra eos in crucifixum credere, si id negligendum putarẽt, quod Apostolorũ principes obseruarent. Quãobrẽ ita cautè inter vtrunq; & medius incedit, vt nec Euangelij prodat gratiam, pressus ponderę; & authoritate maiorum: nec præsseribꝰ faciat iniuriã, dum assertor est gratiæ: obliquè verò, & quasi per cuniculos latenter incedens, vt Petrum doceat pro commissa sibi circuncisionis plebe facere, ne ab antiquo repente viuendi more desciscens, in crucem scandalizata nó crederet, & sibi prædicatione gẽtium credita, æquũ esse id pro veritate defendere, quod alius pro dispẽsatione simularet. *To.6. Proœ. Cõ. in epi. ad Gala.*

Contenti ẽ epistol. ad R. ma. et ad Galatas.

Diserimẽ epistolæ ad Roman. & ad Galatas.

Ad Galatas cõtra eos mittat, qui vo lebant ex operibus legis iustificari et nõ ex gratia

GRATIA vobis, & pax à Deo Patre, &c.] Nó vt in cæteris epistolis, Dei Patris & Dñi nostri Iesu Christi gratiã ponit & pacem, per quas absq; operũ merito, & peccata nobis cõcessa sunt pristina, & pax indulta post veniã: sed prudẽter iam cautam agit aduersũm eos qui fuerãt à lege prẽuẽti, & putabant se posse ex operibus iustificari: vt scirent se saluos gratia, in eo perseuerare debere ꝙ cœperant. *Tom.6. lib.1. Comm. in cap.1. ad Galat.*

MIROR qd' sic tam citò trãsferimini, &c.] Miratur Paulus: Primùm quód translati sint ab Euangelij libertate in legaliũ operũ seruitutẽ. Deinde ꝙ tam cito translati: quia nó eiusdẽ reatus est transferri ab aliquo difficulter, & cito transferri: vt in martyrio nó eadem pœna plectitur, qui absq; colluctatione & tormẽtis statim prosiliuit ad negandũ, & ille qui inter eculeos, fidicu las, ignesq; distortus, cõpulsus est qd' credebat negare. Recẽs adhuc erat Euangelij prædicatio, nõ grande tẽpus in medio, quo Galatas Apostolus ab idolis ad Christũ traduxerat. Miratur ita quę quomodo tã cito recesserint ab eo, ad cuius nomẽ dudum facti fuerãt Christiani. Habet aũt & locus ipse ὑστεροβαρον, ꝙ ita suo ordine legi potest. Miror ꝙ sic tã cito transferimini à Christo Iesu, qui vos vocauit in gratiã, dicẽs: Nõ veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã. Gratia quippe salui facti sumus, & nõ per legẽ. *Ibi. fol.121*

Gratia Christi saluamur & non per legem: Luc.5.

Cur alius Apostolus circuncisionis, alius præputij fit dictus.

SED contra cũ vidissent, &c.] Prouidẽtia Dei, alius Apostolus circũcisionis datus est, qui legis vmbris videretur acquiescere alius in prẽputio constitutis, qui Euangelij gratiã nõ putaret esse seruitiũ, sed liberã fidem. Ne sub aliqua occasione impedimentũ fidei nasceretur, & propter circũcisionẽ siue præputiũ nõ crederetur in Christũ.

Act.10.

Nec hoc dicimus quo Petrus, qui & ipse in Act. Apost. nullũ hominẽ cõmunem esse testat' est, & in illo vase, quod 4. angulis de cælo missum viderat, edocetur nihil interesse Iudæus sit aliquis an gẽtilis, quasi oblitus priorũ, super Euangelij gratia, legem putauerit obseruandã, sed vt ipse quoq; legẽ custodire se simulãs, paulatim Iudęos ab antiquo viuẽdi more deduceret. Nõ. n. poterãt tantũ obseruationis laborẽ, & veteris vitę cautissimã conuersationẽ quasi purgamenta subito & dãna cõtemnere. Ex quo perspicimus propterea dexteras datas Paulo & Barnabæ societatis, à Petro, Iacobo, & Ioãne, ne obseruatione varia, diuersũ Christi Euangeliũ putaretur, sed & circuncisorũ, & habentiũ præputiũ, esset vna cõmunio. *Tom.6.lib.1.Com.in cap.2. ad Gala.fol.127.*

NOS natura Iudęi, & nõ ex gẽtibꝰ peccatores.] Vt totũ argumentũ breui sermone cõprehendã, sensus est ille qui texitur. Nos, id est, ego & tu Petre (miscuit.n. personã suam, ne illi facere videretur iniuriã) Cũ essemus, inquit, natura Iudæi, ea facientes quæ lege præcepta sunt, & nó ex gẽtibꝰ peccatores (qui vel generaliter, quia idolis seruiũt, peccatores sunt, vel quos nunc putamus immũdos) sciẽtes ꝙ nõ possemus ex legis opere, sed ex Christi saluari fide, credidimus in Christũ, vt qd' lex nobis nõ dederat, fides tribueret, quã habebamꝰ in Christo. Quod si recedẽtes à lege, in qua saluari nó potuimus, transcẽdimus ad fidẽ, in qua nõ carnis quęritur circũcisio, sed cordis puri deuotio: & nũc à gentibꝰ recedẽdo hoc agimus, vt quicunq; nõ sit circũcisus, immundꝰ sit: ergo fides in Christũ in qua nos putabamus ante saluari, magis peccati est ministra, quã iustitiæ, quę aufert circuncisionẽ, quã qui non habuerit, immundus est. Sed absit vt qd' semel destruxi, & sciui mihi nó profuisse, rursum vendicem. Semel à lege discedens, legi sum mortuus, vt in Christo viuerẽ, crucíq; eius affixus, & in nouum renatus hominem, fide magis quàm carne subsisterem, & cũ Christo egrederer è mundo. Quod semel adorsus sum, teneo. Nõ mihi gratis Christus est mortuus, in quo frustra credidi, si putaui absq; fide eius in veteri lege saluari. *Ibid. fol.128.*

Frustra credidit Paulus in Christum si absq; fide eius in veteri lege potuit saluari.

PROPTER quod ex operibus legis non, &c.] Nõ iustificatur ex operib. legis caro illa, de qua scribitur: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Iustificatur aũt ex fide Iesu Christi caro illa, de qua in resurrectiõis dicitur sacramento: Omnis caro videbit salutare Dei. Sed & iuxta humiliorẽ intellectũ, iustificabatur quondam ex lege non omnis caro: sed tantùm hi homines, qui in Palęstina erant. Nunc autem, ex fide Iesu Christi iustificatur omnis caro, dum Ecclesia eius in toto orbe fundatur. *Ibid fol.129.*

Esaiæ 40. Sec. 70. Luc. 3.

NON abijcio gratiam Dei, si enim per & cęt.] Abijcit gratiam Dei, tam ille qui post Euangelium viuit in lege, quàm is qui peccatis post baptismum sordidatur. Qui autem potest iuxta Apostolum dicere: Gratia eius in me nõ fuit vacua, iste & hoc loquitur confidenter: Non abijcio gratiam Dei. Quod autem sequitur, valdè necessarium est aduersũm eos, qui post fidem Christi putant legis præcepta seruanda. Dicendum quippe eis. Si per legem iustitia est, ergo Christus gratis mortuus est. Aut certè doceant, quomodo non Christus gratis mortuus sit, si opera iustificent. Sed quãuis sit it hebetes, dicere nõ audebũt Christũ sine causa mortuũ. Ad particulã, igitur

1. Cor. 15.

Post fidem Christi præcepta legis non seruanda docet absurde.

igitur Syllogismi, quæ hic proponitur, id est; si enim per legẽ iustitia, ergo Christus gratis mortuus est, debemus illud assumere, quod consequenter infertur, & negari non potest: Christus aũt non est gratis mortuus, & concluderet: Non igitur per legem iustitia. *Ibidem. fol.130.*

Lex posterior prioribus repromissionibus non præiudicat.

FRATRES secundum hominem dico, &c.] Simplex sensus, qui in hoc loco texitur, hãc vim habet, vt doceat Apostolus, non posse per legem, quæ postea data est, repromissiones quæ ante factæ sunt ad Abraham, destrui, & posteriora prioribus pręiudicare, cũ repromissiones ad Abraham ante quadringẽtos triginta annos datę sint, quod benedicẽtur in illo vniuersæ nationes. Legis aũt obseruatio, quod qui fecisset eã, viueret in ea, post quadringentos triginta annos Moysi data sit in monte Sina. *To.6.li.2.Com.cap.3.ad Gal.*

Cant. 1. Ioan. 1.

EVACVATI estis à Christo, &c.] Quomodo nemo potest duobus dominis seruire, sic vmbrã pariter & veritatem legis implere difficile est. Vmbra in lege veteri est, donec aspiret dies, & amoueãtur vmbræ, veritas in Euangelio Christi: Gratia enim & veritas per Iesum Christũ facta sunt. Perdit ergò gratiam Christi, & Euangeliũ quod tenuerat amittit, qui in aliqua obseruatione legis se iustificari putat, & cum gratiã amiserit, à Christi fide destituitur, & in eius opere cõquiescit, κατηργήθητε enim ἀπὸ τοῦ χριστοῦ, non vt in latino male interpretatum est: Euacuati estis à Christo, sed in Christi opere cessastis, magis intelligitur, vt id quod supra specialiter de circũcisione præceperat, dicens: Si circuncidamini, Christus vobis nihil prodest, nõ de tota lege generaliter cõprehendat, nihil eos in Christi opere pficere, qui in quacũq; obseruatione legis se crediderint iustificãdos. *To.6.lib.2.Com.cap.5.ad Gal.*

Perdit gratiam Christi & Euangelij, qui se in aliqua obseruatione legis iustificari putat.

Act.5.

GRATIA Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, fratres, amen.] Non dissensio, nõ legis seruitus, non rixa, non iurgium, sed gratia Domini Iesu Christi sit cum spiritu vestro. Nequaquam cum carne, nequaquam cum anima: siue quia spirituales facti, caro & anima esse desistitis, siue quod in principali etiã ea quæ minora sunt comprehendantur. Anima enim & caro subiecta sunt spiritui. De quo & Ecclesiastes loquitur: Spiritus reuertetur ad eũ, qui dedit illũ. Et Paulus in alio loco: Ipse spiritus testimoniũ perhibet spiritui nostro. Hæc autẽ gratia Domini Iesu nõ cum omnibus est, sed cum his qui fratres ab Apostolo merẽtur vocari, fratres fideles, fratresq; germani, quod Amen verbũ significat Hebręum, *Tom.6.lib.3.Com.in cap.6.ad Galatas.*

Eccles. 12. Rom.8.

GRATIA vobis, & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo.] Siue ambo ad vtrunq;, hoc est, & gratia, & pax: tam ad Deũ patrẽ, quàm ad Dominum nostrũ Iesum Christũ: siue ad singulos referenda sunt singula, vt gratia ad Deum patrẽ, pax verò referatur ad Christũ. Siquidem statim sequitur: In laudem gloriæ gratiæ suæ: in qua gratificauit nos in dilecto, vt gratia patris in eo sit, quod filium pro salute nostra dignatus est mittere: Pax verò filij in eo, quod per ipsum patri reconciliati sumus, & destincto medio pariete, inimicitias in carne sua euacuans, fecerit vtrunq; vnum. *Tom.6.lib.1.Com.in cap.1.ad Ephesios.*

GRATIA Saluatiestis.] Si non sunt dignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: gratia magis sumus quam opere saluati. Nihil enim possumus Domino retribuere pro omnibus quæ retribuit nobis. *Tom.6.lib.1.Com.in cap.2.ad Ephesios.*

Rom.8. Gratia magis, quàm o-

Per fidem saluamur. Psal. 115.

VT ostenderet in sæculis superuenientibus, &cæt.] Quanta sit beneficij magnitudo, & quam multiplex gratia, qua nos Dominus de sæculi istius perturbationibus liberatos fœdere fecit, & regnare cum Christo, hinc vel maximè comprobatur, ꝙ in futuris sęculis non vno, sed omnibus suam cunctis rationalibus creaturis super nos ostensurus est gloriã, suasq; diuitias mõstraturus. Quod nos, quiquondã lege tenebamur inferni, & propter vitia atq; peccata, vt operibus carnis, ita eramus & supplicijs destinati, nunc in Christo regnemus sedeamusq; cum eo. Sedeamus autẽ non in humili quocunq; loco, sed super omnem principatum & potestatẽ, & virtutẽ & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiã in futuro. Si enim Christus suscitatus à mortuis, sedet ad dexterã Dei in cœlestibus supra omnem principatum & potestatem & virtutem, & cætera, & non sedemus, regnamusq; cum Christi necesse est, vt supra his quæ sedet ille, sedeamus. Sed qui diligẽs lector est, statim requirit & dicit: quid ergo, maior homo angelis, & cunctis in cœlo potestatibus? Quod quia periculosum est respondere: principatus & potestates & virtutes & dominationes, & omne nomen quod nominatur nõ solum in hoc sæculo, sed etiã in futuro (maximè quia omnia Christi subiecta sunt pedibus) non ad bonam partẽ, sed ad cõtrariam referret: vt dicat eas esse angelos refugas, & principem mundi istius, & luciferum, qui mane oriebatur: super quibus sancti cum Christo in fine sessuri sunt: illis quoq; tribuentes beneficium, qui nunc insreni, & malè libertate sua abutentes passim vagentur, & per præcipitia corruant peccatorum. Cum autem tales habuerint sessores: iuxta sedentium voluntatem incipient gubernari. Alius verò hoc quod ait: Vt ostenderet in sæculis superuenientibus abundãtes diuitias gratiæ suæ in bonitate supra nos, in Christo Iesu: ad intelligentiam illam transferet, quod non simus merito nostro, sed gratia eius saluati, & maioris bonitatis iudiciũ sit pro peccatoribus magis, quàm pro iustis mori. Pro bono enim forsitan quis audeat interire: vt daturus nobis sit, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Quæ omnia ex parte iam dederit in Christo Iesu: quia nullum absq; Christo bonum dici potest. *Tom.6. Ibidem.*

Quæstio. an homo maior angelis & cũctis in cœlo potestatibus.

Non nostro merito, sed gratia Christi saluamur Rom. 5. 1. Corinth. 1.

ILLVXIT enim gratia Dei saluatoris, &c.] Post catalogum doctrinæ ad Titum: quid senes, quid anus, quid adolescentulas & iuuenes, quid ad extremum seruos erudire deberet, rectè nunc intulit: Illuxit enim gratia Dei Saluatoris omnibus hominibus. Non est enim aliqua differentia liberi & serui: Græci & barbari: circuncisi & habentis præputiũ: mulieris & viri. Sed cuncti in Christo vnum sumus: vniuersi ad Dei regnum vocamur: omnes post offensam patri nostro reconciliandi sumus: non per merita nostra, sed per gratiam Saluatoris. Vel quod Dei patris viuens & subsistens gratia ipse sit Christus: Vel quod Christi Dei Saluatoris hæc sit gratia, & nõ nostro merito saluati simus: secundum illud ꝙ in alio loco dicitur: Pro nihilo saluabis eos.

Reconciliamur patri cœlesti, non per merita nostra, sed per gratiam Saluatoris. Psal. 135.

Quæ gratia omnibus ideo hominibus illuxit: vt erudiret nos, abnegantes impietatem & sæcularia desideria, pudicè & iustè & piè viuere in hoc sæculo. *Tom.6.lib.1. Commentariorum in cap. 2. ad Titum.*

Quæstio. FVIMVS enim aliquando & nos stulti, &c.] Quærat aliquis quomodo Paulus fuerit stultus, incredulus, errans, & seruiens varijs desiderijs & voluptatibus, in malitia & inuidia, odiosus & odiens, antequam Saluatoris nostri bonitas atq; clementia per lauacrum secundæ regenerationis cum saluum faceret: non ex iustitiæ operibus quæ fecerat: sed ex misericordia sua, effuso abundanter & largè super Apostolos atque credentes per Iesum Christum spiritu sancto: vt hæreditatem gratiæ consecuti, spem vitæ in perpetuum possiderent. Et certè legimus eum secundum iustitiam, quæ in lege est, sine querela fuisse circuncisum octaua die: Hebræum ex Hebræis, secundum legem Pharisæum, de tribu Beniamin eruditum ad pedes Gamalielis, & ab infantia sacris litteris institutum. Ad quod respondetur, Iudæos qui ante aduentum Saluatoris, & passionem eus, & resurrectionem in legeversati sunt, licèt nonplenam, attamen aliqua ex parte habuisse iustitiam: sicut Simeon quoq; & Anna prophetissa in templo Dei seruiens est reperta. Postquam verò populus conclamauit, crucifige, crucifige eum: non habemus regem nisi Cæsarem: sanguis eius super nos, & super filios nostros, & ablatum est ab eis regnum Dei, & traditum genti facienti fructus eius: ex eo tempore, qui in Christum nõ credidit, fuit stultus, errabundus, incredulus, & seruiens varijs voluptatibus. An non vobis videtur Paulus fuisse stultus, quando habebat zelum Dei, sed non secundum scientiam, & persequebatur Ecclesiam, et lapidantium Stephanum vestimenta seruabat? cum in tantum odij contra Saluatorem instigatus exarserit, vt literas à sacerdotibus acciperet: pergens Damascum ad eos qui in Christum crediderant vinciẽdos? Aut vllas poterat habere virtutes sine virtute Dei Christi Iesu: aut æstuantem flammam restinguere voluptatum, cum non esset templum Dei? Quæ autem maior potest esse malitia & inuidia, quam contra absentes epistolas sumere, & vbicq; Christi vastare discipulos? nolle ipsum saluum fieri, & cæteris qui salui esse poterant inuidere: odisse Christianos, & consequenter ab omnibus odiũ promereri. Quis autem maior, error & inobedientia & vecordia, quam postquam respirauit dies, & præterierunt vmbræ, legem abolitam velle seruare, & dicere: ne attrectaueris, ne contigeris, ne gustaueris, & apparente solido cibo & virili, infantiæ lacte cupere potari. *Tomo. 6. lib.1. Com.in cap 3. ad Titum.*

SIMVL & humilitas eius est ad miranda, quod qui omnem vtilitatẽ iustitiamq; legis quasi quis quilias & purgamenta contempsit, rectè se sine Christo vitijs omnibus seruisse memorarit. *Ibid.*

STVLTA autem quæstiones, &c.] Qui Deum non rectè quærunt, pacem inuenire nõ possunt. Plurima exempla sunt quærentium non rectè Deum. Iudæi prauè quærunt Deum, sperantes se eum inuenire posse sine Christo. Hæretici vano sermonum strepitu concrepantes quærunt quem inuenire nõ possunt. Philosophi quoq; & barbari de Deo varia sentientes, quæsierunt Deum: sed quia non rectè quæsierunt, fuerunt eorum fatuæ quæstiones, putantiũ Deum humanis sensibus posse cõprehendi. Ab his igitur Paulus nos reuocat quæstionibus. Cæterum ad sapientes, & quæ scripturarũ authoritate sunt fultæ, magis cohortatur, & protiocat, præceptorum non nescius Saluatoris, in quibus ait: Quærite & inuenietis: pulsate & aperietur vobis: petite & dabitur vobis: Omnis enim qui querit inueniet, & qui petit accipiet, & qui pulsat aperietur ei, modo non sit corpus nostrum subditũ peccatis, & ingredietur in nos sapiẽtia. Exerceatur sensus, mens quotidie diuina lectione pascatur, & quæstiones nostræ stultæ non erunt quæstiones. *Ibid.*

FRATER nõ redemit, redimet homo?] Quod non redemit Moyses, redemit Christus. *Tom. 7. Comment. in Psalmum 48.*

SALVAVIT sibi dextera eius.] Quod dicit, hoc est: Saluauit homines: non alienum, sed suũ opus, hoc est, quod fecerat sibi, sibi ipse saluauit. Fecerat hominem in salutem, qui vitio suo perierat. Iste mortuus est, vt saluaret sibi hominem dextera sua. Dextera hic pro virtute ponitur, & brachium pro robore.

ET brachium sanctum eius.] Licèt & brachium & dextera Christus dicatur: dextera Domini fecit virtutem, & brachium Domini cui reuelatum est: tamen hic de Christo dicitur.

* NOTVM fecit Dominus salutare suũ.] Non dixit: ostendit, sed notum fecit. Quod dicit, hoc est: quod ante nouerant Deum, & suo vitio obliti sunt. Ergo Deus veniens, sua gratia hoc quod perdiderat, manifestauit eis. Ergo hoc dicit: Ille quem nouerat Adam, quem nouerat Seth: quem nouerat Enoch: qui inuocauit Dominũ, & speranit in eum, & nouerat Noe, & postea oblitũ fuerat humanũ genus: venit iterum in mundum, vt homines qui postea obliti fuerant, iterũ cognoscerẽt. Notum fecit Dominus salutare suum. In Hebraico legitur: Notum fecit Dominus Iesum suum. Vbicunq; enim salutare dicitur: in Hebraico Iesus ponitur. *Tom. 7. Com. in Psal. 97.*

ANIMA eorum in ipsis defecit.] Multi fuerunt qui repromitterent istam viam, quæ deduceret ad ciuitatem. Promisit Socrates, promisit Plato, promisit Aristoteles. Hæmorrousa quæ fluebat sanguine, multos quæsiuit medicos, & à nullo sanari potuit: Viam ciuitatis habituculi non inuenerunt. Doctrina illorum magis famẽ faciebat veritatis, quam saturitatem. Hæmorrousa totam substantiã suam impendit in medicos. Esuriens fuit, & sitiens sanitatẽ, & anima eius in ipsa defecit. Sed quoniam perdiderat suã vniuersam substantiam, hoc est, ecclesia de gentibus congregata: quia anima eius in ipsa defecit, clamauit ad Dominum cum tribularetur. Tactus fimbriæ domini, clamor credentis fuit.

ET clamauerunt ad Dominum cum tribularentur.] Ad Dominum, inquit eum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Tunc exaudimur à Domino, quando non simplex vox, sed tribulatio clamat ad Dominum.

ET eduxit eos in viam rectam.] Quia viam ciuitatis habituculi nõ inuenerunt, propterea deduxit eos in viam rectã. Ergo ostendit, quia ante inuenerunt quidẽ vias, sed prauas & non rectas. Et deduxit eos in viam rectam. Via deduxit eos in viam

Via Christum deduxit nos in viam salutis.

in viam. Ipse Dominus atquè saluator deduxit eos in viam rectam: fecit eos vt in se ambularẽt. Ipse & ductor, & via. Et deduxit eos in viam rectam, vt per hanc viam, hoc est, per Dominum Saluatorem irent in ciuitatem habitationis, in Ecclesiam eius, quæ fundata fuerat super ipsum & petram, & viam atque ductorem. *Tom.7.Com. in Psalm. 106.*

EXAVDI me in tua iustitia.] Et in Christo tuo. Hoc est, non confide de me, sed ego veritatem & iustitiam tuam peto vt ipsa mei misereatur.

ET non intres in iudicium cum seruo tuo.] Ecce manifestissimè demonstrauit quia misericordiam Dei præstolatur dicens. Et non intres in iudicium cum seruo tuo. Hic quasi aliquis iudicet inter Deum & prophetam, sicut & in quinquagesimo Psalmo scriptum est: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Et propterea intrat in iudicium Deus, vt iustè puniat. Tale quid fecit & Cyrus rex Persarum & Medorum, regi Armeniorum, quando transgressus est amicitias eius. Vicit eum, & captiuum accepit, & proprios illius cognatos, & vxorem, & filios fecit iudicare inter illos, vt iuste aut misereatur, aut puniat.

Nullus quã liberetur à peccatis nisi à Christo iustificari potuit. Iob. 25.

QVIA non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.] Deus Abrahã, Deus Isaac, Deus Iacob; Deus viuentium, & non mortuorum. Ergo nec ipsi Patriarchę iustificabuntur in conspectu Dei: Stellæ enim non sunt mundæ in conspectu eius. *Tom.7.Com.in Psal.142.*

Articulus II. Gratis iustificari hominem, neque quicquam eorum, quæ iustificationem præcedunt, sine fide, sine opera, ipsam iustificationis gratiam promereri.

NON igitur putes solum tuum esse, quod tuum est, sed earum, quæ suam in te expressere pudicitiam, & honorabilium nuptiarum, cubilisque immaculati pretiosissimum germinauere tesserem: qui perfectos afferet fructus, si humiliaueris te sub potenti manu Dei, & scriptum semper memineris. Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Vbi autem gratia non operum retributio, sed donantis est largitas, vt impleatur dictum Apostoli: Non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis. Et tamen, velle, & nolle nostrum est: Ipsumque quod nostrum est, sine Dei misericordia nostrum non est. *Tom. 1. Epist. 8. ad Demetriadem. cap.7.*

Iacob. 4.

Misericordia Dei antece dit nostra o pera. Idem 7. Concurrit li beri arbitrij & gratiæ Dei Ephes.1

IN primo statim volumine testimoniũ Pauli, in quo loquitur: Sicut elegit in ipso nos ante constitutionem mundi; vt essemus sancti & immaculati coram ipso: sic interpretati sumus, vt electionem, non iuxta Origenem, eorum diceremus, qui prius fuerant, sed ad Dei præscientiam referremus. Deniq; diximus, quod autẽ electos nos, vt essemus sancti & immaculati coram ipso, hoc est, Deo, ante fabricam mundi testatus est, ad præscientiam Dei pertinet; cui omnia futura iam facta sunt; & antequam fiant veniuria sunt nota. Sicut & Paulus ipse prædestinatum præternisserim: vide ne hoc iccirco fecerim, vt vestram calumniam declinarem; ne me diceretis, quæ ab eo fortiter sunt dicta tacuisse, & illum in Græco robustius disputare, posui ergo omnia, licet breuius, quæ in Græco reperi: vt nihil haberent discipuli eius noui, quod latinorum auribus ingererent, facilius enim nota, quã repentina, contemnimus. Exposita autem interpretatione eius, quid in fine capituli dixerimus, auscultа.

Gal.1. Hier.1.

Deus non eligit, nec iustificat quẽquam ex meritis præcedentibus contra Origenem.

NON enim ait Apostolus: Elegit nos ante cõstitutionem mundi, cum essemus sancti & immaculati: sed, Elegit nos, vt essemus sancti & immaculati: hoc est, qui sancti, & immaculati ante non fuimus, vt postea essemus, quod & de peccatoribus ad meliora cõuersis dici potest: & stabit illa sententia: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, id est, in tota vita sua, in omni, quo in mundo isto versatus est, tempore. Quod quidem ita intellectum, & aduersum eũ facit, qui antequam mundus fieret, animas dicit esse electas propter sanctitatem, & nullum vitium peccatorum. Non enim, vt ante iam diximus, eligũtur Paulus, & qui ei similes sunt, quia erãt sancti & immaculati, sed eliguntur, & prædestinantur, vt in consequenti vita, per opera atque virtutes sancti, & immaculati fiant. *To. 2. lib.1.Com.in ca.6.aduersus Russinum.*

Prima gratia non datur obmeritis nostra præcedentia.

Psal.142.

IN Deuteronomio, qui liber præteritorum enumeratio est, perspicuè demonstratur, non in operibus nostris atque iustitia, sed Dei misericordia nos conseruari, dicente DOMINO per Moysen: Ne dicas in corde tuo, cum subuerterit eos Dominus Deus tuus à facie tua, in iustitia mea introduxit me Dominus, vt possideam terram hanc

Deuteronomij liber præteritorum enumeratio est. Deut 9.

Quatuor genera hominũ quærentium Deum, tria priora non rectè quærunt.

Philip. 3.

Actor. 22. Respõsio per distinctionẽ temporis. Ante crucifixionẽ Christi imperpetua iustitia in dæorum. Lucæ. 2. & 23. Matth 21. Post crucifixionem Christi fuit stultus populus Iudæorum.

Actor. 8.

3.

ram hanc: quia in impietate gentium istarum Dominus consumet eos à facie tua;non in iustitia tua & directione cordis tui intrabis,vt possideas terram eorum: sed in impietate corũ Dominus Deus tuus consumet eos à facie tua,vt suscitet verbum, quod locutus est patribus tuis, Abraham,Isaac,& Iacob. Et scies, quod non in iustitia tua Dominus Deus tuus dabit tibi terram optimã,vt possideas eam;quia populus duræ ceruicis es tu. *Tom.2.lib.1.Dial.aduersus Pelagian. cap.11.fol.279.*

Insigne testimonium pro gratia gratis data sine meritis præcedẽtium operum

Ezech.16.

AD Hierusalem in Ezechiele loquitur Deus:Perfecta eras in decore meo:& est sensus,non in tuis operibus,non in tua conscientia confidisque iactantia,sed in meo decore:quo te clementia mea libertate donaueram. Denique in consequentibus loquitur ad eam, quando saluatur non suo merito,sed eius misericordia. *Tom.2.lib. 3.Dial.aduersus Pelagian.ca.10.*

Hier.46.

VNDE & nos dicimus esse iustos,esse sanctos viros,& post peccata placentes Deo, non suo tãtum merito,sed eius clementia,cui omnis creatura subiecta est, & indiget misericordia eius. Audiant hæretici,qui eleuantur per superbiam, & dicunt:ipsi nobis fecimus cornua. *Ibidem cap. vndecimo.*

Hæretici per superbiam ruinam primam gratiã suis antecedentibus meritis.

QVO DAUTEM dixit in generatione & generatione,omnia significat tempora, & ante legẽ, & in lege,& in Euãgelij gratia. Vnde & Apostolus dicit:Gratia salui facti estis per fidem:&hoc non ex vobis, sed ex dono Dei. Et omnes Epistolæ eius in salutationis principio,non prius pacem habent, & sic gratiam, sed ante gratiam, & sic pacem Domini consequamur. Antequam montes nascerentur;& parturiretur terra,& orbis,à sæculo vsque in sæculum tu es Deus. *Tomo tertio Epistola centesima trigesima nona ad Cyprianum.*

Gratia gratis data triplici diuerso tempore fuit necessaria. Ephes.2.

Ioan.13.21. Matt.11.

ET sicut Ioannes super pectus Iesu recubuit, qui secretorum eius effectus est particeps: ita & iugum suum leue,id est, mandatorum suorum facilia præcepta, ex gratia magis, quam ex merito super iuniorem filium collocauit. *To.3. Epi. 146.ad Damasium.*

ET dices in die illa. Confitebor tibi Domine quoniam,&c.] Qui prius in solitudine dixeratis,quando ascendistis de terra Aegypti, & mare siccatum est rubrũ: Cantemus Domino,gloriosè enim magnificatus est: & reliqua: Nunc percussa lingua maris Aegypti:& flumine illius arefacto,atque inciso,& humiliato glorificate Dominum,& dicite: Confitebor tibi Domine: quoniam qui iram merui & furorem tuum,misericordiam consecutus sum:tu es enim Saluator meus, id est,Iesus: & nequaquam fiduciam habebo in idolis:nec timebo quæ non sunt timenda: sed tu es fortitudo mea & laus mea,qui factus es mihi in salutem. Audiat sceleratissima hæresis,factum Dominum ijs,qui saluantur, & quorum prius Dominus non erat: vt creationẽ in scripturis sanctis, atque facturam, non semper condicionem eorum, quæ non erant,sed interdum gratiam in eos, qui merucrint sibi Deum fieri,intelligamus. *Tom.4.lib.4.Commentar.in cap.[illegible] Esaiæ.*

Exod.15.

Creat & facit Deus sanctos eos, qui prius sancti & iusti non erant.

EMITTE agnum dominatorem terræ,&c.] O Moab,profugis meis,qui me dereliquerãt,qui de Ecclesia egressi erant, & dimittentes doctrinam spiritus sancti,suum sensum sequebantur, vel qui habitauerant apud te:cum eos cœperit vastator Diabolus persequi, tu eis ad Domini timorem tota mẽte conuersa præbeto latebras: & scito quod post aduentum agni, qui de petra deserti ortus est dominator vniuersæ terræ: & venit ad montem filiæ Sion:finita sit omnis potentia diaboli:quę pulueri comparatur:Et consumptus est miser: qui multos fecit miseros: & defecit qui conculcabat omnem terram:eos videlicet qui terreni erant.Illo autem consumpto,& redacto ad nihili, et penitus deficiente,præparabitur solium & regnum sempiternum. Primũ in misericordia: Oês. n. sub peccato sumus, & indigemus gratia Dei. Et sedebit in tabernaculo Dauid,quod corruerat, & suscitatum est, qui post misericordiam iudicet,& quærat iusticiam,& reddet vnicuique secundum opera sua. Consideremus à principio vel oneris, vel sermonis Moab, in quo dicitur: Nocte vastata est Ar, Moab conticuit:& cętera vsque ad hunc locum, & videbimus quomodo per gradus & ordinem pœnitentiæ, de Moabitis Israelitæ fiant, & fugiant quasi aues, & auolent quasi pulli de nido: vt transcendant per Arnon:& habitent in monte filię Sion:& omni Diaboli vel Antichristi potestate contrita, Christus regnet in his, & ponat solium suum,qui misericordia iustitiaque saluati sunt.Non enim pater iudicat quenquam: sed omne iudicium dedit filio. *Tom.4.lib.6.Com.in cap.16.Esaiæ.*

Esaiæ.16.

Rom.2. Præparatio regnum Dei misericordia, & post miseri cordiam quærit Deus iustitiam.

Gradatim ex Moabitis fiunt Israelitæ.

Iustificatio est transcensio.

Ioan.5.

PROPTEREA hæc dicit Dominus super domum &c.] Illud autem quod Septuaginta trãstulerunt:hæc dicit Dominus super domum Iacob, quam separauit ex Abraham, sic intelligi potest,quod scribas & pharisęos,qui Dominum blasphemabant, separauerit ab Abraham: qui vidit diem Domini,& lætatus est. Si enim fuissent filij Abraham,fecissent opera Abraham.Et Apostolus disputat eos appellandos filios Abraham, qui habuerint similitudinem fidei Abraham:hoc est,populum gentium:qui non ex operibus, sed ex fide Abraham filius appellatus est. *Tomo quarto libro nono Commentariorum in caput 29.Esaiæ.*

Ioan 8.

Rom.4. Populus gentium non ex operibus,sed fide Abraham filius appellatus est.

1.Pet.2.

VAE qui contradicit fictori,&c,] Quid mirum si filium meum, iustum regem miserim mundo, siue ab inferis suscitauerim, cuius omnes viæ rectæ sunt? Peccatum enim non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius: Qui ædificet ciuitatem meam super petram,aduersum quam portæ inferi non præualeant: & quæ in monte posita,latere non possit. Dæmoniacisque prius vinculis alligatos,omnes dimittat liberos, non in pretio, neque in muneribus: Gratis enim salui facti sumus, audientibus Apostolis,atque facientibus. Gratis accepistis, gratis date. *Tomo 4. Lib.13.Com.in cap.45.Esaiæ.*

Matt.16.

Ibid.5. Gratis salui facti sumus, nõ in pretio, non in muneribus.

MEMENTOTE istud & fundamini &cęte.] Quia vos ipse genui,ipse portaui, & ab infantia vsque ad senectutem, non vestro merito, sed mea pietate saluamini: discute idola,quæ fecistis,& ad vnius Dei cultum reuertimini. *Tom.4. libro decimo tertio Commentariorum in cap. quadragesimum sextum Esaiæ.*

Non nostro merito,sed Dei pietate saluamur.

EXCVTERE de puluere: Consurge,sede &c.] Nequaquam ad Hierusalem,id est, ad ruinas lapidũ illius,& cineres ac fauillas, prophetę esse

esse sermonem, sed ad populum qui habitet in ea, & quod propter effœminationem animi filia nominetur, sequens versus ostendit, in quo ait:Solue vincula colli tui captiua filia Sion. Verè enim captiuus est populus Iudæorum,qui vsque hodie Nabuchodonosor portat iugum, & peccatorum ac blasphemiarum suarum strictus est funibus,qui gratis est venditus, & nihil fecit dignum propter quod possit redimi. Cui & supra dicitur: Ecce peccatis vestris venundati estis, & in iniquitatibus vestris dimisi matrem vestram. Causasque reddidit, cur venundati sint,cur abiecti. Quia, inquit, veni, & non erat homo,vocaui,& non erat qui audiret. Ex quo manifestum est, ideo errori & dæmonibus eos traditos,quia non audierunt clamantem: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Remittentur autem qui voluerint credere,nequaquam argento & pecunia, sed pretioso Christi sanguine, vt audiant per Apostolos: Gratia vobis & pax. Non enim ob merita, sed ob gratiam & fidem Christi Deo reconciliati sumus. *Tomo quarto libro decimo quarto Commentariorum in caput 52.Esaiæ.*

Sup.50.

Matt.11. Pretioso Christi sanguine gratis redimimur. Rom.1.

OMNES sitientes, &c.] Præcipitur sitientib. vt nequaquam bibant aquas Sior turbidas, & tumentes gurgites Assyriorum: sed pergant ad aquas Siloe,quæ vadunt cum silentio: nec timeant eloquij paupertatem,si argentum forte non habeant:sed audiant Apostolum dicentẽ: Gratia salui facti estis. Et Dominum ad discipulos: Gratis accepistis,gratis date. Mirumq; in modũ emunt aquas absque pecunia,& non bibunt eas sed comedunt. Ipse enim & aqua & panis est,qui de cælo descendit. *Tom.4.lib.15.Commentar.in cap. 55.Esaiæ.*

Gratis iustificamur.

Ephes 2. Matt.10.

Ioan.6.

ET dixit:Veruntamen populus,&c.] Nequaquam per patriarchas,Moysen,& prophetas:sed meum corpus assumat,in mea carne versetur, verbum caro fiat, & sic osculetur me, habitans in me,vt sit Emanuel. Nequaquam igitur vt legatus,nec vt angelus,sed ipse saluabit eos:qui receperunt salutem,non operum merito, sed charitate Dei. *Tom.4.lib.17.Commentariorum in caput 63.Esaiæ.*

Non operum merito,sed gratia Dei recipimus salutem. Isay.8.

GRATIA Dei, & non merito operum suorum saluatus est Israel. *Tom.4.lib.18.Com.in ca. 65. Esaiæ in fine.*

CANTATE Domino: laudate Dominum: &c.] Qui pauper est spiritu, nec habet diuitias, quæ receperunt in isto sæculo consolationem suam,de quibus & Paulus loquitur: Tantum vt pauperum memores essemus: cum fuerit vindictam à Domino consecutus, Dominum laudat in spiritu,& se de manu pessimorum erutũ gloriatur. Hoc autem totum fit,non nostro merito sed eius gratia qui pauperem liberauit: nec habet diuitias superbiæ corruentis, sed humilitatem pauperis liberati. *Tom.4.lib.4. Com.in cap. 20.Hieremiæ.*

1.Cor.13,

Ioan.19. Marc.12:

LONGE Dominus apparuit mihi, &cæter.] Quia offenderat Israel Dominum & dixerat: Non habemus regem nisi Cæsarem. Et: Venite & interficiamus eum & nostra erit hæreditas:& longe recesserat à Deo,propterea Dominus post multum tempus apparuit ei:nõ tempore Zorobabel & Ezdrę postquam rursum capti sunt:sed in charitate perpetua dilexit eum: quæ nullo fine delebitur. Et attraxit eum miserans. Nequaquam enim merito, sed clementia saluatus est. *Tom.4.lib.6.Commentariorum in ca.31. Hieremiæ, Fol.297.*

Miserans attraxit nos Deus.

TETENDIT Dominus arcum suum &cęt.] Sed ne dicerent,patres nostri suo merito placuerunt,ideo tanta sunt à Domino consecuti:intulit, non meritis datum, sed quia ita sit Deo placitũ: cuius est gratuitum omne, quod præstat. Complacuit enim in illis,quando de toto mundo sola gens electa est, de qua Saluator Dominus aduenire,qui brachium, victoria, & fortitudo est nostra. *Tom.4.Com.in cap.2.Lamentationũ Hieremiæ.*

Dei donatio sit gratuita.

QVIA hæc dicit Dominus Deus &c.] Intelligimus cum per misericordiam Dei receperimus pristinam gloriam,imo acceperimus pactũ Euangelij sempiternũ: postquam placatus fuerit nobis Dominus in omnibus, quæ fecimus, memoriam præteriti nos habere peccati,& semper os claudere:quia non ex operib. nostris, sed ex Dei gratia saluati sumus. *Tomo quarto libro quinto Commentariorum in caput decimum sextum Ezechielis.*

Pristinam gloriam per Dei misericordiam recipimus.

ET recordamini viarum vestrarum, &cæt.] Quidquid autem diximus de populo Israel,qui liberatus de Aegypto, in solitudine multa commisit & offendit Deum, & postea in terram repromissionis inductus, veneratus est idola, lignaque & lapides coluit,& postea Dei clementia conseruatus est:referamus ad eos, qui de Aegypto sæculi huius,manu excelsa Domini liberati sunt,& introducti in vitiorum solitudinem, rursum Aegyptum suspirarunt, & fecerunt ea, per quæ puniri debuerant:sed nihilominus per pœnitentiam non suo merito, sed Domini clementia conseruati sunt. *Tom.4.lib.6.Com.in cap. 21.Ezech.in fine.*

Non nostro merito,sed Dei clementia conseruamur.

ET hæ sunt,&cæt.] Possideas(iuxta Apostolum) omnem benedictionem spiritualium in cœlestibus in Christo: dum quidquid habes nõ tuæ putas esse virtutis,sed eius misericordię qui fruges dedit. *Tom.4. Commentariorum in caput 45. Ezechielis.*

Eph,1. Quicquid habemus nõ est nostræ virtutis,sed Dei misericordia.

COGNOSCITIS ergo,quia qui ex fide sunt, &cætera.] Plenius de hoc in Epistola ad Romanos disputat,quod fides reputata sit Abrahæ ad iustitiam,non in circumcisione,sed in præputio. Et diligenter obseruans, docet eos filios esse Abrahæ; quicunque hac mente crediderint, qua incircumcisus credidit Abraham, qui exultauit vt videret diem Domini,& vidit, & lætatus est. Vnde & ad infideles Iudæos dicitur: Si filij estis Abrahæ,opera Abrahæ facerctis. Quæ autem alia,illo in tempore cum hæc dicebantur,ab eis opera Dominus expetebat, nisi credulitatem in filium Dei,quem pater miserat loquentem: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui me misit? Vnde & in alio loco de generis sibi antiquitate,& nobilitate plaudentibus respondetur: Et ne dixeritis, quia patrem habemus Abraham. Potest enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Lapides ibi nemo ambigit dura significari corda gentilium, quæ mollita sunt postea, & fidei recepere signaculum. Virtutes Abraham, in quibus ante circumcisionem DEO placuit, diligens lector

Rom.4.

Ioan.8. Ibidem.

A Iudæis nihil præcedentia opera sed fidem expetebat saluatoria. Ibidem 5.

Ioan.8.

lector enumera,& quoſcunque in ſimili opere repereris,dicito filios eſſe Abraham, iuſtificari in præputio,qui circunciſionem non ob meritũ operum,ſed in ſignum fidei prioris accepit. *Tomo ſexto libro primo Commentariorum in caput tertium ad Galatas.*

Abraham circunciſionem non ob meritum operum,ſed in ſignum fidei prioris accepit.

SECVNDVM diuitias gratiæ eius,quæ abundauit in nobis.] Qui intelligit hoc quod dictũ eſt: Gratia eſtis ſaluati, & non ex operibus: & quinquaginta &quingentorum denariorum in Euangelio debitorem, quod cui plus dimittitur,plus diligat,iſte poteſt ſcire quod ſecũdum diuitias ſuas Dei gratia abundarit in nobis, maximè in Eccleſia de gentibus congregata, quæ aliena fuit à teſtamento & promiſſionibus Iſrael,cuius delicto nos ſalutem conſecuti ſumus. An non eſt magnitudo gratiarum in Paulo & in cæteris ſanctis de quib. dicitur: Neſcitis quoniam angelos iudicabimus? & in alio loco: In quem deſiderant angeli conſiderare & rurſum: Pater da vt quomodo ego & tu vnum ſumus,ſic & ipſi in nobis vnum ſint. *Tomo ſexto libro primo Commentariorum in caput primum ad Epheſios.*

Diuitiæ abundantia Dei gratiæ in nobis quia gratuitæ ſalus fuit.
Rom.11.
1.Cor 6.
4.Pet 1.
Ioan.18.

GRATIA enim eſtis ſaluifacti per fidem.] Ideo,inquit, abundantes diuitias gratiæ ſuæ, in bonitate in ſuperuenturis ſæculis oſtenſurus eſt: quia gratia ſalui facti eſtis per fidem, non per opera. Et hæc ipſa fides non ex vobis eſt,ſed ex eo qui vocauit vos. Hoc autem ideo, ne forſitan nobis cogitatio occulta ſubreperet: ſi per opera noſtra ſaluati non ſumus, certè vel per fidem ſaluati ſumus, & alio genere noſtrum eſt quod ſaluamur Addidit itaque & dixit,fidem quoque ipſam non noſtræ voluntatis eſſe,ſed Dei muneris. Non quod liberum homini tollatur arbitrium, & ſecundum illud Apoſtoli ad Romanos,non ſit currentis neque volentis, ſed miſerentis Dei: verum quodarbitrij ipſa libertas Deum habeat auctorem, & ad illius beneficium cuncta referantur,cum etiam bonum nos velle ipſe permiſerit. Hoc autem totum propterea, ne quis glorietur à ſemetipſo, & non à Deo ſe eſſe ſaluatum. *Tom.6.lib.1. Comment.in cap. 2.ad Epheſios.*

Antipophora

Fides ipſa muneris Dei eſt & libertas arbitrii habet authorem.
Rom.9.

PVLCHRE etiam addidit: per Euangelium, cuius factus ſum miniſter ſecundum donum gratiæ, quæ data eſt mihi, iuxta operationem virtutis eius: vt Dei gratiam non ſuum meritũ demonſtraret. Sciebat namque ſe perſecutorem fuiſſe, & Chriſti Eccleſiam deuaſtaſſe, ex qua humilitate,arrogantiæ penitus crimen excluditur. Super qua nonnulli eum reprehendendum putant, quia ſibi dixerit myſterium reuelatum, quod patriarchis, & Prophetis fuit ignotum. Nunquam enim humilitatis diſcipulus,verbis arrogantiæ intumeſceret,Euangeliũ cuius miniſter eſt, non ſui meriti dicens fuiſſe, ſed gratiæ Dei. *Tom.6.lib.2.Commentar.in cap.3.ad Epheſios.*

Paulus Dei gratiam non ſuum meritũ demonſtrat.

Gratia eſt cũ nullo merito necopere,ſaluamur.
2.Cor 5.

QVOD autem ait: Gratia vobis,& pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto, adhuc à duobus ad plures ſcribitur, & in omnibus penè Epiſtolis æquale principium eſt: vt gratiam eis, & pacem à Deo patre & Chriſto Domino imprecetur. Ex quo oſtenditur vnam filij patriſque eſſe naturam:cum id poteſt filius præſtare quod pater, & dicitur id pater præſtare qd' filius. Gratia autẽ eſt, qua nullo merito nec operemur. Pax qua reconciliati Deo per Chriſtum ſumus, vt ibi: Obſecramus pro Chriſto reconciliamini Deo. *Tom.6.lib.1. Commentar.in cap.1. ad Philemonem.*

QVID eſt homo quod memor es eius?] Quale meritum ſtat hominis, vt memor eius factus, pro eius redemptione ſuſcipias carnem. *Tom.7. Com.in Pſal.8.Fol.7.*

Articulus III. Sine præueniente ſpiritus ſancti inſpiratione hominem non poſſe credere, ſperare, diligere, aut pœnitere ſicuti oportet, vt ei iuſtificationis gratia conferatur.

ANTEQVAM dignis operibus, & vera pœnitentia ad patrem rediret antiquum, Deus,apud quem cuncta futura iam facta ſunt, & qui eſt omnium præſcius futurorum, ad eius præcurrit aduẽtum,& per verbum ſuum, quod carnem ſumpſit ex virgine,reditum filij ſui iunioris anticipat. *Tomo tertio Epiſtola 146.ad Damaſum.*

Deus præcurrit & anticipat &c.

MISERATIONVM Domini recordabor, &cætera.] Oſtenditur, diligentibus & cognoſcentibus Deum, miſericordiam Domini ſubuenire. Non eſt enim volentis, neque currentis,ſed miſerentis Dei. Et: Niſi Dominus ædificauerit domum & cuſtodierit ciuitatem:in vanum vigilat qui ædificat & cuſtodit eam. Ipſe enim virtutem tribuet vt faciamus fortitudinem, & poſimus dicere: Fortitudo mea, & auxilium,& refugium meum in die malorũ meorum. *Tomo quarto libro 17. Commentariorum in caput 63. Eſaiæ.*

Miſericordia Domini præueniens.
Rom.9.
Pſal.20.
Hier.16.

SED & ſi, &cætera.] Et impius quidem vel iniquus ſi conuerſus non fuerit, in impietate & iniquitate ſua morietur. Iuſtus autem ſi fecerit impietatem atque peccatum, non ſaltem moritur,ſed ponitur offendiculum coram eo, ſiue tormentum,& vt Theodotio dixit, infirmitas: vt torqueatur & planam viam non inueniat, & intelligat ſe languidum: de quibus & Apoſtolus dicit: Ideo infirmantur multi apud vos, & dormiunt multi. Prodeſt enim iuſto intellige. re delictum ſuum,conſcientiæque tormentum & dicere cum Pſalmiſta: Conuerſus ſum in ærumna mea, dum mihi infigitur ſpina. *Tomo quarto libro primo Commentariorum in cap.tertium Ezechielis.*

1.Cor.11.
Pſal.31.

ET eleuauit,&cætera.] Primum ſimilitudine manus apprehenditur: poſtea eleuatur à ſpiritu: qui ſpiritus non eum ſtatim ad cælum ſeuat, ſed inter terram & cælum: vt terrena interim derelinques,feſtinet ad cælum. Poſſumus autem & hoc dicere, quod propter bona opera, propheta ſimilitudine manus Dei apprehenſus ſit,& propter ſcientiam rerum, ſpiritualium eleuetur à ſpiritu. *Tom.4.lib.3. Commentar.in cap.8. Ezechielis.*

A ſpiritu ſancto præuenimur & ſubleuamur à terrenis ad cæleſtia.

Spiritus Ieſu emolliuerda vt ſint aptæ & diſpoſitæ ad ſuſcipienda Domini præcepta.

INDIGNATIO eius effuſa eſt vt ignis, &cætera.] Præſtet Ieſus,vt auferatur cor lapideum, & mutetur in nobis cor carneum, duritiaque mollita poſsit in ſe præcepta Domini ſuſcipere quæ ſcribuntur; Sacrificium enim Deo ſpiritus

ritus contribulatus,cor contritum & humiliatum Deus non ſpernet. *Tom.5. Commentar. in cap. 1.Nahum.*

Pſal.50.

ANTE faciem eius ibit mors, &c.] Si iuxta LXX. legerimus(ante faciem eius ibit verbum, & egredietur in campos poſt pedes eius) hoc ſignificat,quod ſermo Dei ante viſitationem eius,quæ nunc allegoricè facies dicitur, præcedat & præparet corda credentium: vt prauа in rectum, & inæqualia ſternat in planum, & auditoris anima quaſi confectus ager, ſementẽ poſſit recipere ſpiritualem. *Tom.5.lib.2.Comment.in cap.3.Habacuc.*

Sermo Dei præcedit & præparat corda credentiũ

Spiritus ſancti præparatio ſimili illuſtratur.

QVONIAM autem in lege nemo &c.] Conſiderandum itaque quia non dixerit,homo aut vir ex fide viuet,ne occaſionem tribueret advirtutum opera contemnenda,ſed iuſtus ex fide viuet: Vt quicunque fidelis eſſet, & per fidem victurus,non aliter poſsit ad fidem venire, vel in ea viuere, niſi prius iuſtus fuiſſet, & puritate vitæ, quaſi quibuſdam ad fidem gradibus aſcendiſſet. *Tomo ſexto libro ſecundo Commentariorum in c. 3.ad Galatas.*

Puritate vitæ præparatione ſpiritus ſancti quaſi quibuſdam ad fidem gradibus aſcenditur.

IPSIVS enim ſumus factura creati &c. Reddidit cauſas quare gratia ſaluati ſumus per fidem, & hoc ipſum non ex nobis, ſed ex munere Dei, dicens: Ipſius enim factura ſumus: hoc eſt quod viuimus,quod ſpiramus;quod intelligimus & credere poſſumus,ipſius eſt, quia conditor noſter eſt. *Tom.6.lib.1.Commentario.in cap.2. ad Epheſios.*

QVI coronat te in miſericordia & miſerationibus.] Præcurrente miſericordia, dat victoriam: vt tribuat palmam. *Tom.7. Comme.in Pſalmum 102.*

Præcurrens miſericordia

Articulus IIII. Liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum, aſſentiendo Deo excitanti atque vocanti cooperari poſſe, vt ſe ad obtinendam iuſtificationis gratiam diſponat ac præparet.

NIHIL tam offendit Deum, quam deſperatione meliorum hærere prioribus, licet & ipſa deſperatio incredulitatis iudicium ſit,qui enim deſperat ſalutem, non putat futurum eſſe iudicium,quod ſi metueret, vtique bonis operibus ſe iudici prepararet. Audiamus per Hieremiam loquentem Deum: Conuerte pedem tuum à via aſpera, & guttur tuum à ſiti. Et iterum: Nunquid,qui cadit, non reſurget? aut, qui auerſus eſt, non reuertetur? Et per Eſaiam: Quando conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris,& ſcies vbi fueris. Scire non poſſumus ægrotationis mala,niſi cum fuerit ſanitas conſecuta. Et quantum boni virtus habeat, vitia demonſtrant:clariuſque fit lumen comparatione tenebrarum. Ezechiel quoque ijſdem verbis,quia eo dem& ſpiritu,Conuertimini,inquit,& recedite ab iniquitatibus veſtris domus Iſrael, & non erunt vobis in tormentũ impietates veſtras,quibus impiè egiſtis aduerſum me, & facite vobis cor nouum,& ſpiritum nouum. Et quare moriemini domus Iſrael? Nolo enim mortem peccatoris,dicit Dominus. Vnde & in conſequentibus loquitur: Viuo ego,dicit Dominus. Nolo mortem peccatoris, niſi vt reuertatur à via ſua, & viuat,ne mens incredula de bonorum repromiſsione deſperet; & ſemel perditioni animus deſtinatus, non adhibeat vulneri curationem: quod nequaquam exiſtimat poſſe curari. Idcirco iurare ſe dicit,vt ſi non credimus promittenti Deo, credamus ſaltem pro noſtra ſalute iuranti. Quam ob cauſam iuſtus precatur, & dicit: Conuerte nos Deus ſalutaris noſter, & auerte furorem tuum à nobis. *Tom.1. Epiſt.46. ad Ruſticum cap.2.*

Bonis operibus nos iudici præparamus. Hier.2.

Hier.8.
Eſaiæ.30.

Ezech.18.

ET mihi in Euangelio promittuntur regna cœlorum: quæ inſtrumentum vetus omnino non nominat. Sed ſi non fecero, quæ præcepta ſunt: nequaquam erit culpa in promittente, ſed in me,qui promiſſum accipere non merui. Vbi enim optio proponitur ad eligendum, qui operari renuis,fruſtra cupias quod promiſſum eſt. *Tom.5.Epiſt.129.ad Dardanum.*

Optio nobis proponitur ad eligendũ.

IN die illa erunt quinque ciuitates,&cæter.] Quando ab Aegypto recedimus, & exire volumus de poteſtate Pharaonis, ita vt terra noſtra & confeſsio formidoloſa ſit Aegypto, tunc mouemur & quaſi reſpondemus Domini voluntati: & tamen quia adhuc in præſenti ſæculo ſumus, lingua Hebræa nec dum loqui poſſumus. *To.4.lib.7.Com.in ca.19.Eſaiæ.*

Quando mouemur ad iuſtificationem & reſpondemus Domini voluntati per conſenſum liberi arbitrij.

STABSTVLERIS de medio tui carenam, &c.] Cõ fideremus quantis virtutibus perueniamus ad lucem Dei, vt tenebræ noſtræ vertantur in meridiem, dicamuſque cum ſponſa: Vbi paſcis, vbi cubas,in meridie? *Tom.4.lib.16.Commentariorũ in cap.58.Eſaiæ.*

Per virtutes diſponimur & præparamur ad lucẽ Dei.

ET vidi,& ecce manus miſſa ad me.] Extendit in paſsione pennas ſuas, ſuſcepitque diſcipulos: & portauit illos in humeris ſuis, & locutus eſt: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem: vt congregaret filios Iſrael, ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alas ſuas: & extenſione manuum Moyſi ſuperat Amalec. *Tom.4.libro primo Commentariorum in caput ſecundum Ezechielis.*

Cant.1.
Præuentio Dei per extenſionem manuum deſignatur.
Eſaiæ.65.
Exod.17.

ET aperui os meum;& cibauit me, &c.] Ego inquit, aperui os meum, quia mihi dictum eſt Aperi os tuum, & comede. Et operto ore Dominus largitus eſt cibos: vt initia voluntatis in nobis ſint, & perfectionem beatitudinis à Domino conſequamur. Non eſt enim volentis, neque currentis,ſed miſerentis Dei. Attamen & velle & currere, noſtri arbitrij eſt. Pro aperui, LXX. tranſtulerunt aperuit,vt ſubaudiatur, Deus: quia ipſe & aperuit os prophetæ, & cibauit eum. *Tomo quarto libro primo Commentarior. in cap.3. Ezechielis.*

Initia voluntatis in nobis, perfectio beatitudinis à Deo.

ODIO habuerunt in porta corripientem, &c.] Portas virtutis manifeſtè in alio Pſalm. diſcimus: Aperite mihi portas iuſtitiæ, ingreſſus in eas confitebor Domino. Hæc porta Domini, iuſti intrabunt in eam. Denique & ſapientia in portis ciuitatis conſidens dixit: Quanto tempore innocentes obtinuerint iuſtitiam, non confundentur. Ego portas ciuitatis, hoc eſt, animæ credentis in Chriſtum, puto eſſe virtutes, per quas ad credentes Chriſtus ingreditur. *Tom.5.li. 2.Com.in cap.5.Amos.*

Pſal.117.
Prou.1. Sec.20.
Per virtutes præcedentes ad credentes Chriſtus ingreditur.

QVAPROPTER expecta me dicit Dñs,&cæter.] Nos autem qui non ſequimur occidentem

literam

literam, sed spiritum viuificantem, nec Iudaicas fabulas, audimus à Domino: præparare, consurge diluculo, dissipati sunt omnes racemi eorũ: & præparati dicimus: Paratum cor meum Deus paratum cor meum. Audimusque in Prouerbijs imperatum: Præpara in egressu opera tua: Et illud quod in Leuitico sacratè dicitur: vbi septimo mense decima die mensis offert Aaron pro populo hircum emissarium, atque viuentẽ: & ponens manus super caput eius, imprecatur in cuncta peccata populi Israel: traditque eum in manus hominis præparati, & mittit in eremũ: intelligimus in nobis, & præparantes nos veri imperio sacerdotis, tollamus malum de medio Ecclesiæ. Cumque hæc fecerimus, nox præterit, appropinquat dies, & quasi in die honestè ambulantes dicimus: Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Statimque inferimus: Mane exaudies orationem meam: mane astabo tibi, & videbo. Nisi enim præparati fuerimus non nobis orietur sol iustitiæ. Orto autem sole omnes racemi de vinea Sodomorum dissipantur, & pereunt: vt non solum grandes botri, sed etiam quod paruũ esse videbatur in nobis, Christi lucerna radiante dispereat. Et pro his omnibus mercedem vobis pollicens Deus ait: Expecta me in die resurrectionis meæ in testimonium: Post vitia enim atque peccata Deus resurget in vobis. *Tom. 5. Co. in cap. 3. Sophoniæ.*

Testimonia scripturæ de dispositionib. & operibus præparatorijs.
Psal. 56.
Prouerb. 24.
Leuit. 16.
Psal. 62.
Ibidem 5.
Nisi præparati fuerimus non orietur nobis sol iustitiæ.

ET suscitauit Dominus spiritum, &c.] Præcipitur nobis vt ædificari possit domus spiritualis in sacerdotium sanctum, ad offerendas spirituales victimas placentes Deo, tales nos præbere, vt suscitetur in nobis spiritus sanctus, & ingrediamur in domum Domini, & faciamus opera Domini: Iam enim Zorobabel de genere Dauid, & Iesus sacerdos in æternum suscitatus est à patre in virtute, secundum spiritum sanctificationis de resurrectione mortuorum: vt ille præsit operi, nos verò faciamus ipso adiuuante & disponente. Quæ tamen opera Dei facere ante non possumus, nisi timeamus à facie Domini, & credamus, & ingrediamur templum Dei, & ea quæ domui DEI digna sunt perpetremus. *Tomo quinto libro primo Commentariorum in caput primum Aggæi.*

Nostra dispositio & præuia præparatio necessaria ad iustificationem.
Deus præest operi, nos coperamur.

IRATVS est Dominus super patres vestros, &c.] Præcepit eis vt reuertantur ad Dominum, qui de Babylonia sunt reuersi, vt & Dominus reuertatur ad eos: ne incipiant sustinere filij, quod quondam sustinuerunt patres, ad quos similiter prophetæ illius temporis sunt locuti. *Tom. 5. lib. 1. Co. in cap. 1. Zachariæ.*

ECCE ego mittam angelum meum &c.] Præparat viam Ioannes, et rectas facit semitas Dei nostri in cordibus credentium, in quibus propter prauitatem & incredulitatem prius Deus ambulare non poterat. Templum autem vt Ecclesiam interpretantur, vel vnumquemque credentium in Ecclesia: Ædificamini domos spirituales, sacerdotium sanctum: offerentes spirituales victimas & acceptabiles Deo per Christum Iesum. Eos vero qui crediderint: Nescitis quod templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? *Tom. 5. Com. in ca. 3. Malachiæ.*

Ioannes præparat viam Christo.
1. Pet. 2.
1. Cor 3.

CARO autem concupiscit aduersus spiritũ, &c.] Caro præsentib⁹ delectatur & breuibus: spiritus perpetuis & futuris. Inter hoc iurgium media anima consistit, habens quidem in sua potestate bonum, & malum, velle, & nolle: sed non habens hoc ipsum velle ac nolle perpetuũ: quia fieri potest, vt cum carni consenserit, & opera eius fecerit, rursum per pœnitentiam se remordens, spiritui copuletur, & opera eius efficiat. Hoc est ergo quod ait: Hæc enim sibi inuicem aduersantur, id est caro & spiritus: vt non quæcunque vultis, illa faciatis. Non quo proprium nobis tulerit arbitrium, quo vel carni vel spiritui assentiamur: sed quia quod facimus, non est nostrum propriè, sed opus ipsum vel carni vel spiritui deputatur. Grandis laboris & disputationis est nimiæ, ostensis carnis operibus & spiritus, media aliqua reperire, quæ nec ad carnem videantur pertinere, nec ad spiritum. Carnales dicimur, quando totos nos voluptatibus damus. Spirituales quando spiritum sanctum pręuium sequimur, id est, cum ipso sapimus instruente, ipso docemur auctore. Animales reor esse philosophos, qui proprios cogitatus putant esse sapientiam, de quibus rectè dicitur: Animalis autem homo non recipit ea quæ sunt spiritus. Stultitia quippe est ei. Quod vt manifestiùs fiat, aliquod sumamus exemplum: Caro terra, anima, aurum: spiritus ignis vocetur. Quamdiu autem fuerit in terra perdit vocabulum suum, & à terra cui commixtum est, appellatur. Cum verò separatum ab humo, auri & speciem & nomen acceperit, aurum quidem dicitur, sed necdum probatum. Si autem per ignem excoctum fuerit & purgatum, tunc auri splendorem & ornatus sui accipit dignitatem. Ita & anima inter humum & ignem, hoc est, inter carnem spiritumque consistens, quando se tradiderit carni, caro dicitur quando spiritui, spiritus appellatur. Quod si proprio crediderit cogitatui, & absque gratia spiritus sancti inuenire sæstimauerit veritatem, quasi aurum sordidũ, animalis hominis appellatione signabitur. *Tom. sexto libro tertio Commentariorum in caput quintum ad Galatas.*

Anima media, consistit inter pugnantia carnis & spiritus, & potest per liberum arbitrium cui velit, cõsentire.
Spiritus sanctus prœuius sequendus.
1. Cor. 2.
A simili declaratur animam in medio cõsistere inter spiritũ & carnem.

VNICVIQVE autem nostrum data est gratia &c.] Licet Deus pater super omnia sit, & per omnes & in omnibus: tamen gratia iuxta mensuram credentibus datur. Non quod ad mensuram spiritum & gratiam tribuat Deus (magnificentiæ enim eius non est finis) sed quod iuxta mensuram vasculorum infundat liquorem: tãtum muneris largiens, quantum potest ille cui donatur accipere. Nec enim ad mensuram dat Deus spiritum, aut potest habere mensuram, quod æqualiter vbique diffusum est. Quod vt manifestius fiat, imperfectum licet & non implens similitudinem: tamen per quod possit intelligi quod dicitur, sumamus exemplum. Mare certè immensum est, & capacitas eius Deo soli nota: ex hoc si quis velit multis hominibus, secundum id quod gestare queunt, tradere: necesse est vt ad mensuram vnicuique tribuat & partes eius mensuram recipiant: cuius solium immensuabile est. Ita & spiritus sanctus immensus quidem est, & nullo fine concluditur: tamen vnicuique datur secundum quod expedit. Et simul notandum, quod hæc eadem gratia, quæ nunc attributa perhibetur, secundum mensuram donationis Christi data sit nobis. *Tomo sexto lib. secundo Com. in cap. 4. ad Ephesios.*

Aliud simile ad eandem rem illustrãdam adhibitum.
Similiter ostendit Deum infundere minori vel maiori gratiam pro qualitate nostræ dispositionis. Ioan 3.

QVI

QVI sedes super Cherubin, moueatur terra.] diuersa sunt schemata. Aut enim sedemus, aut stamus, aut ambulamus, aut iacemus. Infelix est cui iacet Deus: iacet enim cum iacente. Quomodo plangit cum plangente, & ridet cum ridente, ita & iacet cum iacẽte. Quomodo sitit cum sitiente, & esurit cum esuriente, & nudus est cum nudo: sic & iacet cum iacente. Qui ergo vulneratus est & iacet, & ipse quodammodo iacere dicitur cum eo. Qui ambulat & ille ambulat cum eo. Qui ambulat videtur quidẽ melior esse ab eo qui iacet: tamẽ nec dum venit ad eius felicitatem qui stat. Deniq; & Adam quãdo se abscondit à facie Dei, ambulabat ei Deus post meridiẽ. Dicat aliquis: Si Adam offenderat Deum, & de paradiso fuerat eiectus: ergo imperfecta felicitate est cuicunque ambulat Deus. Et ego dico. Si Adam penitus occisus fuisset, & non ei datus fuisset locus pœnitẽtiæ, iacuisset ei Deus. Nunc verò quia datur ei locus pœnitentiæ: propterea ambulat ei Deus. *Tom. 7. Com. in Psalm. 98. fol. 126.*

Pro nostræ cooperationis varietate varié nobis affectus est Deus.
Gen. 3.

CONFITEAMVR nomini tuo magno, &c.] Præparent se sancti ad confitẽdum nomini tuo, quod est sanctum, Si quidem tu dixisti: Sancti estote, quia ego sanctus sum. *Ibid.*

Præparatio sanctorum. Leuit. 19. & 20.

Articulus V. Liberum arbitrium posse etiam dissentire, atq; vocanti ad iustitiam Deo non obedire.

ET mihi in euangelio promittũtur regna cælorum: quæ instrumentũve tus omnino non nominat. Sed si non fecero, quæ præcepta sunt; nequaquam erit culpa in promittẽte, sed in me, qui promissum accipere non merui. Vbi enim optio proponitur ad eligendum qui operari renuis: frustra cupias, quod promissum est. *Tom. 3. epist. 129. ad Dardanum.*

Quibus optio proponitur, illi possunt renuere & resistere.

ET audiui vocem Domini dicentis, &c.] Propterea non dicit Dominus, quem ire præcipiat, sed proponit audientibus optionem: vt voluntas præmium consequatur. *Tomo. 4. libr. 3. Com. in cap. 6. Esaiæ.*

Optionem proponit Deus vt voluntas præmium consequatur.

APERI os tuum & comedẽ quæ ego, &c.] Dignum te, inquit, præbe sermonibus meis, & cibũ suscipe spiritualem: vt quomodo in Euangelio dicitur: Qui habet aures audiendi audiat: & hic dicatur: Qui habet apertum os ad comedẽdum; comedat. Vnde & Psalmistæ Dominꝰ loquitur: Aperi os tuũ & implebo illud. Et ille respondit: os meum aperui & attraxi spiritum. Et Apostolus Paulus: qui habebat in se thesauros sapientiæ & scientiæ, & in quo Christus Dominus loquebatur, scribit Corinthijs: Os meum apertum est ad vos ô Corinthij. Et de Saluatore Matthæus refert Aperiens os suum, docebat discipulos. *To. 4. lib. 1, Com. in cap. 2. Ezechielis.*

Lucæ. 6.
Psalm. 8. & Ibidem 118.
2 Cor. 6.
Matth. 5.

HAEC dicit Dominus Deus &c. Iuxta litterã verò, inclytam esse terram Iudææ, & cunctis terris fertiliorem, dubitare non poterit, qui à Rinocorura vsque ad Taurum montem, & Eufratem fluuium cunctã considerauerit terram, & vrbiũ potentiam, amœnitatemq; regionum: Palæstinã videlicet & Phœnicem, Arabiam, Syriam, Cœlen, Ciliciam, & cæteras regiones, quas Israeli, si Dei præcepta seruasset, Dominus remisit: quas quia non accepit, vitium fuit incredulitatis eius. Nam & in ipsa Palæstina Iudææq; prouincia, gẽtes plurimæ remanserunt, quæ non sunt eiectæ. Neq; enim spõsor in crimine est, si ille cui repromittitur indignum se fecerit sponsione, præsertim cum proponatur optio promittentis. Si volueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ cõedetis. Sin aũt nolueritis, gladius deuorabit vos. Eligũtur ergo præsentia, nec statim qui eligitur, tentari nõ potest, nec perire: quia & Saul electus in regem, & Iudas in Apostolũ, suo postea vitio corruerunt. *Tom. 1. lib. 6. Com. in cap. 20. Ezech.*

Sponsor non habet in crimine, si ille cui repromittitur, se fecerit indignum sponsione.

ET non despiceres in die fratris tui: in die peregrinatiõis eius, &c.] Significatur autem quod anima in meditullio vitiorũ atq; virtutum posita sit, & possit in vtramq; partem per horarum momenta conuerti. *Tom. 5. Com. in cap. 1. Abdiæ.*

Anima in meditullio virtutum & vitiorum est posita.

NOS natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores.] Subrepunt hoc loco hæretici, qui ridicula quędam & inepta fingentes, aiunt, nec spirituale peccare posse naturam, nec iustè aliquid facere, terrenã. Quos interrogemus quare de bona oliua rami fracti sunt, & cur de oleastro in radicem bonæ oliuę inserte sunt, si nec de bono cadere quicquã potest, nec de malo surgere? Aut quomodo vel Paulus persecutus sit ante ecclesiam, si de natura spirituali fuit: aut postea Apostolus factus, si de terrena fece generatus est. Quod si terrenũ eum non fuisse contenderint, ipsius verbã ponamus. Eramus filij natura iræ sicut & cæteri. Natura Iudæus est, qui de genere est Abraham, & à parentibus die octauo circumcisus est. Non natura Iudæus, qui postea est factus ex gentibus. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 2. ad Galat 4.*

Rom. 11.
Homo potest communicare ex peccatis diuinis terrenum & contra.
Ephes. 2.

PERSVASIO vestra nõ est ex eo qui vocauit vos.] Melius & verius sic legitur. Persuasio vestra non est ex eo qui vocauit vos. Aliud quippe Dei opus est, aliud hominum. Dei opus est vocare, hominum, vel credere, vel non credere: Et ficubi alibi de scripturis liberũ hominis affirmatur arbitriũ, vt ibi. Si volueritis & audieritis me: Et iterũ: Et nunc Israel quid petit à te Dominus Deus tuus, & ex hoc loco vel maximè comprobatur. Verum simpliciores quique putantes se deferre Deo, vt persuasio quoq; nostra in eius sit potestate, abstulerunt partẽ orationis, non, & sensum contrarium apostolo reddidere. Siue ergo in bonã, siue in malã partem, nec Deus, nec diabolus in causa est, quia persuasio non est ex eo qui vocauit nos, sed ex nobis, qui vel consentimus, vel nõ consentimus vocanti. *Tom. 6. lib. 2. Com. in 5. ad Galatas.*

Exod. 19. Deut. 10.
Nos Deo nõ cogi possumus consentire vel non consentire.

ET omnia subiecit sub pedib. eius, &c.] Huic videtur illud esse contrarium, quod alibi scribitur: Necdum enim ei videmus omnia subiecta: Sed & illud: Oportet enim illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Si enim necdum ei subiecta sunt omnia, oportet eum regnare donec ei subijciantur omnia: quo modo nunc sub pedibus eius Deus vniuersa subiecit, maximè cum & in alio loco Paulus ipse testetur: Cui autem ei subiecta fuerint omnia, tunc & ipse filius subijcietur ei, qui sibi subiecit omnia. vt sit Deus omnia in omnibus? Ergo aut secundũ præsentiam id quod futurum, quasi iam factum esse commemorat: iuxta sensum quem supra exposuimus, vbi aut: Benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestib. in Christo. Aut certè si de præterito sentiendũ est: sic debemus accipere, q̃ etiã ea q̃ non sunt ei voluntate subiecta, naturę cõditione deseruiãt: Verbi causa, dæmones.

Heb. 2. 1. Cor. 15.
2. Cor. 15.

sed venientem nũciaret & cerneret. Et quomodo Abraham vidit diẽ Christi, & lætatus est. Et Ioannes agnũ Dei digito demonstrauit: sic & ille videns, regnũ filij Dei haberet in se vniuersas solemnitates. In hoc loco apud plerosq; diuersa sententia est: Alij enim suspicãtur de primo eius aduentu dici: alij de secundo, quando in sua maiestate futurus est. Nos vtrũq; suscipimus: quia & tunc regnabit cũ venit, & postea regnaturus est. *Tom.5.lib.1.Com.in cap.2.Agg.*

Iean 8. *Iean 1.*

Fides gentiũ præponitur Israeli.

NON inueni tantam fidem in Israel.] De præsentibus loquitur, non de omnib. retro patriarchis & prophetis: nisi fortè in Cẽturione, fides gentium præponitur Israeli. *Tomo 6.libro 1.Com.in cap.8.Matth.Can.* 11.

Per fidem credentium Christum regnat in terris.

ET dare animã suam redemptionẽ pro multis.] Quando formam serui accepit, vt pro mundo sanguinem funderet. Non dixit animã suam redemptionẽ dare pro omnib. sed pro multis, id est, pro his, qui credere voluerint. *Tom. 6.lib.3. Com.in cap.20.Matth.Can.42.*

DATA est mihi omnis potestas in cælo & in terra] Illi potestas data est, qui paulò antè crucifixus, qui sepultus in tumulo, qui mortuus iacuerat: qui postea resurrexit. In cælo autem & in terra potestas data est, vt qui ante regnabat in cælo, per fidem credentium regnet in terris. *To.6.libro 4.Com.in cap.28.Matth.Can.66.*

Gen. 15.

PRVDENS autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes, & cætera] Nulli dubium, quod Isaac & Iacob, siue in duodecim patriarchis, & ceteris, qui de Abraham stirpe descendunt, non fuerint benedictæ vniuersæ nationes, sed in Christo Iesu, per quem omnes gentes laudant Deum, & benedicitur nouum nomen super terram. Potest autem Apostolus & de alio Geneseos loco exemplum seminis vsurpasse, vbi scribitur: Eduxit autem foras, haud dubium, quin Abrahã Deus, & dixit ei: Aspice in cælũ, & numera stellas. si poteris denumera eas. Et ait illi: Sic erit semen tuum, & credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Quicunq; igitur credunt, benedicentur cum fideli Abraham: qui ob egregiam in Deum fidem, primus in eum credidisse narratur. Sic Enos ob principalem in Deum spẽ, & inter cæteros eminentem, sperasse scribitur, inuocare Dominum Deum. Non quo & Abel, de quo Dominus ait: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me, & cæteri deinceps Deum non speraverint inuocare, sed quo ex ea parte vnusquisque appelletur, quàm vel maximè habet. *Tom.6. lib.1.Com.in cap.3.ad Galatas.*

Omnes sancti crediderunt & speraverunt in Deo omni tempore, sed tamen alij minus, alij magis. Ibidem 4. Sec.70.

NOS enim spiritu ex fide, spem iustitiæ expectamus] Spiritum, ad distinctionem literæ posuit. Spes verò iustitiæ, Christus intelligendus, quia ipse est veritas, patientia, spes, iustitia, omnesq; virtutes, cuius nos secundum expectamus aduentum, quo iudicaturus est omnia, & iam non patientia, sed iustitia affuturus, vt reddat vnicuiq; secundum opera sua: Cuius diei præsentiam Apostolus, & qui ei sunt similes expectantes aiũt? Adueniat regnum tuum. Vt cum filius Deo & patri tradiderit regnũ, & in subiectis omnib. fuerit & ipse subiectus, tunc caput subijciatur in corpore, & sit Deus omnia in omnib. Quia q. nũc est ex parte per singulos, tũc incipiat totus esse per cũctos. *To.6.lib.1.Cõ.in ca.5.ad Galat.*

Matth.6.

1.Cor.15.

IN quo habemus redẽptionem, &c.] Ille redimitur, qui captiuus est, & in hostiũ veniens potestatẽ liber esse desiuit: ita & nos quidã dicunt in hoc mundo esse captiuos, & sub principib. & potestatib. iugo seruitutis teneri, nec ante vinctas catenis explicare manus, & oculos sursũ attollere, nisi redẽptor aduenerit. Sed quis iste, aiunt, tãtus & talis, qui possit pretio suo totum orbẽ redimere? Iesus Christus filius Dei, pprium sanguinẽ dedit, & nos de seruitute eripiens, libertate donauit. Et re vera, si historijs gentilium credimus, cp Codrus & Curtius, & Decij, mures, pestilẽtias vrbium, & fames & bella suis mortib. repressserint, quãto magis hoc in Dei filio possibile iudicandum est, cp cruore suo, non vrbẽ vnam, sed totum purgarit orbem? Dupliciter verò sanguis Christi, & caro intelligitur: spiritualis illa, atque diuina, de qua ipse dixit: Caro mea verè est cib⁹, & sanguis meus verè est potus: Et nisi manducaueritis carnem meam, & sanguinem meum bibe ritis, non habebitis vitam æternam: Vel caro & sanguis, quæ crucifixa est, & qui militis effusus est lancea. Iuxtà hanc diuisionem & in sanctis eius diuersitas sanguinis & carnis accipitur, vt alia sit caro, quæ visura est salutare Dei, alia caro & sanguis, quæ regnum Dei nõ queant possidere. Cõsequenter autẽ pro redemptione sanguinis Christi, remissionem accepisse scribimur peccatorum: Quia nisi redempti fuerimus, frustra nobis peccata donantur. Nec ante veniã accipere possumus delictorum, & serui esse cessamus, nisi pretium pro nobis cruentus quondam victor acceperit. *To.6.li.1.Cõ.in c.1.ad Ephes.fol.163.*

Christi redẽptio similib. exemplis nõnullis illustratur.

Ioann.8.

Esaiæ 43. 2.Cor.15.

RECAPITVLARE omnia in Christo, quę in cælis & quæ in terra sunt in ipso] Omnis dispensatio, quę & ante mundum & postea esse cœpit in mundo, tã inuisibium, quã visibilium creaturarum, aduentum Dei filij pollicebatur: Quod Adam, qui de paradyso eiectus est, per Saluatorẽ reuocandus erat. Quod in fabricatione turris, linguarum vnitas scissa est: in Actib. Apostolorum portendebat dona linguarum. Quod Isaac in typo Domini crucẽ suam ipse portauit. Quod Sam son sanctã comam nutriens, Dalilæ pauperis dilexit amplexus, & omnia cordis sui secreta cõfessus est, Saluatoris & Ecclesiæ ex gentibus verè pauperis & egenæ mysterium significabat. In cruce itaq; Domini & in passione eius recapitulata sunt omnia, id est, vniuersa in hac ἀνακεφαλαιώσει supputata. Quod vt manifestiùs fiat, quotidianę cõsuetudinis aliquod ponamus exemplũ. Verbi causa: 20. denarios erogaui, rursum quinque, & alios quidecim, & triginta quoque & terdecies, per diuersa tẽpora dedi. Hæc si in vnum voluero supputare, centenarij mihi numeri summa succrescit, & in vno numero habebo omnia, quæ ante descripsi. Sic itaque vniuersa mysteria, & omnis dispensatio vetustatis, non solùm quæ in terris, sed etiam, quæ in cælis gesta est, in Christi passione completur. Cùm enim semel mihi Christus passus fuerit, & sepultus, & resurrexerit, & ad patrem victor ascenderit, non necesse habeo veterem numerum, quia in vno omnia teneo. Diligenter attendite, quod non solùm omnes historiæ scripturarum, quas in terra gestas Spiritus sanctus enumerat: sed etiam in cæleſtibus, quæ nobis occultæ sunt, in Christi recapitulata passione teneantur. *To.sexto libro 1. Com.in cap.1.ad Ephe.fol.164.*

In passione Domini omnia recapitulata similiter Arithmetico computata

Gen.3.
Gen.12.
Actor. 2.
Gen.22.
Ind.16.

Articulus VIII. Sola fide impium non iustificari.

Ezech. 18.

ET ad principem dicitur Tyri, qui similitudinem conditoris amiserit: Tu signaculum similitudinis, & corona decoris in delicijs: paradysi Dei natus es. Esaias quoque de hoc signaculo loquitur: Tunc manifesti erunt, qui signantur. Hoc signaculum in manudatur, quando opera iustitiæ scriptura significat, vt ibi: Factum est verbum Domini in manu Aggæi Prophetæ, dicentis ad Hierusalem: Ornatui te, inquit, ornamento, & imposui tibi armillas circa manus tuas. Rursum ad eũ virum, qui iudutus est podere, alius locus signaculi demonstratur: Pertransi per mediam Hierusalem, & da signaculum in frontibus virorum gementium & dolentium in omnib. iniquitatibus, quæ fiunt in medio eorum. Quare? vt postea possint dicere: Signatũ est super nos lumen vultus tui Domine. Et calciamentum in pedibus eius. Sponsi quippè perdiderat dignitatem, & nudis pedibus pascha celebrare non poterat. Hæc sunt calceamenta, de quibus Dominus ait: Et calciaui te hyacintho. Et calciamenta in pedibus eius: necubi coluber infidians, plantam ingredientis inuaderet: & super scorpiones & serpentes securiùs ambularet, vt præpararetur ad Euangelium pacis iam non gradiens secundũ carnẽ, sed secundum spiritũ; & dictũ ei propheticũ conueniret: Quã speciosi pedes Euangelizantium pacẽ, euangelizantiũ bona. *To. 3. Epist. 146.ad Damasum,fol.409.*

Opera iustitiæ necessaria præter fidem.

Agg 1.2.

Esaiæ 8.

Ezech. 9.

Psal. 4.

Ezech. 16.

Gen.3.

NON est delicata in Deum & secura confessio. Qui in me credit, debet suum sanguinem fundere, qui enim perdiderit animam suam in præsenti, lucrifaciet eam in futuro. Quotidie credens in Christum, tollit crucem suam, & negat semetipsum. Qui impudicus fuit, versus ad castitatem, temperantia luxuriam negat. Qui formidolosus, & timidus assumpto robore fortitudinis priorem se esse nescit. Iniquus si sequatur iustitiam, negat iniquitatem. Stultus si Christum confiteatur, Dei virtutem, & Dei sapientiam, negat stultitiam. Quod scientes, non solum persecutionis tempore, & necessitate martyrij, sed in omni conuersatione, opere, cogitatione, sermone negemus nosmetipsos, quod ante fuimus; & confiteamur eos, qui in Christo renati sumus, iccircò enim Dominus crucifixus est, vt nos, qui credimus in eum, & peccato mortui sumus, crucifigemur cum ipso; dicamusq; que, quod Apostolus Paulus docuit: Cũ Christo crucifixus sum: Et; mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Qui cũ Christo crucifixus est, & spoliet principatus, & potestates, & triumphat eas in ligno. Vnde & in Euangelio secundũ Matth. in typum eorum, qui in Domino crediturierant, & se cũ illo crucifixuri. Simõ Cyreneus portat crucem eius; quã iuxta alios Euangelistas, prior ipse portauit. *Tom.3.Epist.151.ad Algasiam, Quæst.3.*

Matth.10. Fides non est delicata sed habet ad imitam abnegationem.

1.Cor.3.

Galat.7.

Col.2.
Matth.27.
Marcæ 15.
Lucæ 23.
Ioan. 19.

IN die illa cantabitur, &c.] Ego puto hoc esse canticum, de quo in alio loco sanctis præcipitur: Cantate Domino canticũ nouum. Erit autẽ canticum, hoc cp sequitur: Vrbs fortitudinis nostrę Saluator. Quę est ista vrbs? Quæ in monte sita latere non potest. De qua & in alio loco scriptum est: Fluminis impetus lętificat ciuitatẽ Dei. Et rursum, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Huius vrbis cõditor est, de quo loquitur pater: Iste ædificauit ciuitatẽ meã: Imò vrbs fortitudinis nostrę Saluator est. i. Iesus. Et ponetur in ea murus & antemurale. Murus bonorũ operum, & antemurale rectè fidei, & duplici septa sit munimẽto. Non.n. sufficit habere murũ fidei, nisi ipsa fides bonis operib. cõfirmetur. Hic murus & antemurale, siue circũmurale, de viuis lapidib. extruitur, qui iuxta prophetam voluuntur super terram. *Tom.4.lib.8.Com.in cap.26.Esaiæ.*

Ibidem 8. infra 45.

Duplex murus Ecclesiæ fidei & bonorum operũ

Zach.9.

ILLE ingreditur portas Dñi, qui custoditiustitiã in bonis operib. & seruat, siue amplectitur veritatẽ in fidei veritate, vt per bona opera, & fidẽ perueniat ad pacẽ, quæ omnẽ sensum exuperat, & ipsam pacẽ mereatur accipere, quia credidit in Deũ qui æternus bonorũ operum retributor est. Vnde & in alio loco scribitur: Desiderasti sapiẽtiam: serua mandata, & Dñs tribuet tibi cã. *Ibid.*

Iustitia bonarum operum & fidei veritas simul necessaria.

Psalm. 4.
Ecclesiast.8.

QVAERITE Dominũ dum inueniri, &c.] Per Hierem. loquitur Deus; Ego Deus appropinquans, & non de longè. Appropinquans eis, qui mihi appropinquãt fide, & lõgè recedens ab his, qui à me procul infidelitate discedunt. Propter quæ dicitur ad credentes: Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Ac ne hoc putaremus posse sufficere, statim supraiungit: Resistite diabolo, & fugiet à vobis. De quo & Petrus dixerat: Aduersarius vester diabolus, sicut leo circumiẽs, quærit quem deuoret: aduersum quem resistite, cõfortati fide. Nec satis est quærere Dominum, & dum pœnitentiæ tempus est inuenire, atq; inuocare eum, dũ propè est, nisi reliquerit impius vias suas pristinas, & cogitationes antiquas, quibus à Domino declinauerat. Tunc enim reuertemur ad Dominum, qui miserebitur nostri, & ad clementissimum patrem, qui multus est in misericordijs, & facilis ad ignoscendum: cùm cogitationes & vias pristinas relinquerimus, vt postea mereamur audire: Beati quorum remissę sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. *Tomo.4. lib.15.Com.in cap.55.Esaiæ.*

Jeremi.27.
Iacob 4.

Non sufficit fides appropinquare Deo, sed & bonis operibus opus est.
1. Petr. 5.

Psalm. 31.

TVNC delectaberis super Dominum, &c.] Sicut qui fidem habuerit Abraham, appellatur filius Abraham: sic qui supplantat vitia, atque peccata, vocatur filius Iacob. Et cuius quis virtutis imitator est, illius appellatur & filius. *Tomo 4.lib.16.Com.in cap. 58.Esaiæ.*

Filij Abrahæ per fidẽ filij Iacob per bona opera.

VERVNTAMEN populus meus est, &c.] Quod si prudẽs lector tacita cogitatione respõderit: quare multi nõ sunt saluati, si ipse saluauit eos, & dilexit, & pepercit filijs suis, & redemit eos sanguine suo, susceptiq; & exaltauit assumptos? Infertur causa perspicua. Ipsi aũt non crediderunt, & exacerbauerũt spiritum S. eius: siue sancti illius, q̃ Hebraicè dicitur Rodso. Voluit itaq; Deus saluare cupientes, & quocauit ad salutem, vt vo luntas haberet præmiũ, sed illi credere noluerũt. Alioquin & de Ioanne scriptum est: Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes: hic venit, vt præberet testimonium luci, vt omnes crederẽt per eum. Nec statim in culpa est, si plures credere noluerunt, sed voluntas venientis hæc fuit, vt omnes crederent & saluarentur. Sin autẽ quis exasperauerit & afflixerit spiritum sanctum, vel sancti eius: id est, Christi, Deum exasperat: Eiusdẽ.n. spiritus sanctus cũ patre filioq; naturę est.

Ioann. 1.

Fides necessaria primũ deinde opera bona per spiritum sanctum.

Ephes. 4. Quamobrem Apostolus præcipit: Nolite contristare spiritum sanctum, in quo signati estis. Qui

Sap. 1. spiritus sanctus recedit à corpore subdito peccatis: Et in peruersam animã nõ ingreditur sapientia. Vnde & Dauid conscientia peccatorũ, ne spiritum sanctum perderet, precabatur dicens: Et

Psal 50. spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Vt autẽ sciamus omnem, q̃ exasperat spiritum sanctũ, Deum offendere, & de amico inimicum & hostẽ fieri, Petrus Apostolus significantiùs in Apostolorum Actib. loquitur: Quare cõuenit vobis mẽtiri spiritui sancto? nõ estis hominibus mentiti,

Actor 5. sed Deo. Iste est spiritus sanctus, de quo in Euangelio Dominus dicebat. Si diligitis me, mandata mea seruate, & ego petã patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt sit vobiscũ in sempiternum,

Ioan. 14. spiritũ veritatis. De quo & in Sapientia reperimus, quæ nomine Salomonis scribitur: Sanctus enim spiritus disciplinę fugiet dolũ, & recedet à

Sapien. 1. cogitationib. stultis. *To. 4. li. 17. Cõ. in cap. 63. Esaiæ.*

QVIA hæc dicit Dominus, &c.] Sudore & labore nimio ad vbertatem fructũ peruenimus.

Hierem. 24. Vnde & ad Syõ per Hierem. dicitur: Da cor tuũ in humeros tuos: vt à mandatis intelligat Dominũ, imitans eũ, de quo scriptum est: Iesus cœpit

Fides non sit otiosa, sed per opera currat ad præmium. facere & docere: vt non otiosa sit fides, sed per opera currat ad præmium. *Tom. 4. lib. 18. Com. in cap. 66. Esaiæ.*

ET hæc sunt verba libri, &c.] Filias quoq; nostras demus viris, vt & fidei veritas, quæ interpretatur in filijs, bonis operib. copuletur: quæ referuntur ad filias, & opera bona iungãtur fidei sanitati. *Tom. 4. lib. 5. Com. in cap. 29. Hieremiæ.*

Fidei veritas bonis operibus copulanda.

ECCE dies veniunt, &c.] hoc in præsenti loco dicitur, q̃ nequaquã peccatis patrum in æternũ offenderit Israhel, sed proprijs meritis, & fide in Christum post tempora multa saluetur. *To. 4. li. 6. Com. in ca. 31. Hieremiæ.*

Proprijs meritis & fide saluamur.

ICCIRCO vnumquemq; iuxta vias suas, &c.] Siue de gentiũ multitudine, siue de Israel, populo sint, qui iudicãtur, non est personarũ acceptio

Fide coronãtur homines apud Deũ, sed vnusquisq; sua coronabitur fide, & impietate atque infidelitate damnabitur. *To. 4. lib. 6. Com. in cap. 18. Ezechielis.*

IN die qua elegi Israel, &c.] Iuxta literam verò inclytã esse terram Iudææ, & cunctis terris fertiliorẽ, dubitare nõ poterit, qui à Rinocorura vsque ad Taurum montem, & Euphratem fluuiũ, cunctã considerauerit terrã, & vrbium potentiã amœnitatemq; regionum: Palæstinã videlicet & Phenicẽ, Arabiã, Syriã Cœlen, Ciliciam, & cæteras regiones, quas Israeli, si Dei præcepta seruasset, Dominus repromisit: quas quia non accepit, vitiũ fuit incredulitatis eius. Nã & in ipsa Palæstina, Iudææq; prouincia, gẽtes plurimę rẽmãserunt, quę non sunt iectę. Neq; enim sponsor incrimẽ est, si ille cui re, pmittitur, indignũ se fecerit spõsione, præsertim cũ proponatur optio promittentis. Si volueritis, & audieritis me, quę bona sunt terrę cõeditis. Sin aũt nolueritis, gladius

Esaiæ 1. Dignos nos spõsione faciemus per merita bonorum operũ. deuorabit vos. Eligũtur ergo pscentia, nec statim qui eligitur, tentari nõ potest, nec perire, quia & Saul electus in regem, & Iudas in Apostolũ, suo postea vitio corruerũt. *Tom. 4. li. 6. Com. in cap. 20. Ezechielis.*

Cessat spes & fide sine bonis operibus decipiuntur homines.

FILII hominis, qui habitãt in ruinosis, &c.] Cumq; deberent agere pœnitentiam super his, propter quę captiuitas venerat, seipsos cassa spe-

decipientes loquebantur: Vnus fuit pater noster Abraham, & tamen hanc terram hereditate possedit: non quod ipse possiderit, sed quod semen eius terrã repromissionis acceperit. Si igitur ille vnus in tantos multiplicat⁹ est populos: nos multò plures, qui relicti sumus in terra Iudæa, & habitamus in vrbibus desertis ac ruinosis, vtique multò amplius multiplicabimur: vt possideamus plures, quod vnus ille possedit. Quibus respondit Dominus: Abraham vnum fide possedisse terram repromissionis. Credidit enim Abraham Deo; & reputatum est ei ad iustitiam. Istos autem incredulitate & scelerib. occupatos, etiam si plures sint, possidere non posse. Simulque enumerat, quid facientes, offendant Deum: sex videlicet genera peccatorum. *Tom. 4. lib. 10. Com. in cap. 33. Ezechielis.*

Genes. 15.

ISTIVSMODI mihi videntur eorum similes, qui theatralibus luduntur carminibus, & vel tragœdos audiunt, vel comœdos, & ibi cum voluptate palpantur: ita vt cùm egressi fuerint à te, replicent ea, & decantent, & dulci sono se decipiant. Et audient, inquit, verba tua, & non facient ea. Tales sunt vsque hodie multi in Ecclesijs, qui aiunt: Venite, audiamus illum & illum: miracula quentia prædicationis suæ, verba voluentem: plaususq; commouent, & vociferantur, & iactãt manus: Et quæ operibus neglexerant, postquam aduenisse cognouerint (necesse est enim venire, quod propheta Dei sermone pronunciat) tunc incipiant approbare & nosse, quod cuncta, quæ audierant, non fuerint hominis verba, sed Domini: qui per prophetam & virum Ecclesiasticũ locutus est. *Ibidem.*

Quibus similes sint, qui se palpant inani fide.

SECVNDVM, &c.] De hæreticis facilis intelligentia est quod quanto plures fuerint, tantò magis delinquũt Deo, & glorientur in populis, & iccircò decipiant infelices, vt peccata populi comedant, & per dulces sermones deuorent domus viduarum. Cùm enim viderint aliquos delinquentes, aiunt, nihil aliud quærit Deus, nisi fidei veritatem, quàm si custodieritis, non curat quid agatis, Hæc enim dicentes, in iniquitatibus eorum fubleuant animas eorum: vt non solùm non agant pœnitentiam, nec humilientur, sed gaudeant in sceleribus suis, & erecta ceruice gradiantur. Vnde & populus, & sacerdos, & hi, qui docti sunt, & hi, qui docuerunt, pari iudicio constringentur. *Tom. 5. lib. 1. Com. in cap. 4. Oseæ.*

Luc. 20.

Hæretici solam fidem iactant.

Luberum perstringit aperte, & quasi digito notat.

VAE prouocatrix & redempta ciuitas, &c.] Cæterùm: Illustris & redempta ciuitas Christi sanguine, iuxta superiora perspicuè Ecclesia intelligitur: quæ & vocatur columba, propter simplicitatem multitudinis in ea credentium. Hęc non audiuit vocem Domini, neque suscipere voluit disciplinam: nec confisa est in Domino: quia noluit appropinquare ad Dominũ Deum suum, vt mereretur veniam peccatorum. Frustrà enim quis vocem Domini Dei sui audire se dicit, & cõfidere in Domino, quando operib. fidẽ destruit, & magis mãmonę iungitur, q̃ Domino Deo suo, & duplici corde accedit ad cũ, & duobus dominis, sæculo & Deo militare posse se credit. Huius principes sunt, sicut leones rugientes. Nõ ambigimus de rugitu Leonũ & discursu, quãdo viderimus principes eius ita in subiectos populos detonare, & voce tyrannica rabidisque conui-

Operibus malis fides destruitur.

conuitijs plebem conterere: vt non pastorem in grege, sed leonem inter ouiculas putes frendere. Iudices quoque eius quasi lupi Arabiæ, occidentes vespere, & nihil relinquentes in mane: nõ aspicientes ad ortum solis, sed morantes semper in tenebris, & possessiunculas ecclesiæ, &, ea quæ in Dei donaria conferuntur, vertentes in lucrum suum: vt non habeant pauperes quod mane cõedant: qui quasi in nocte, & nullo vidente omnia populantur, & cùm luporum more cuncta diripiant, ne paruos quidem cibos indigentibus derelinquunt. Prophetæ etiam, id est, magistri, qui se putant docere populos, & de scripturis sermocinari: πνευματοφόροι, id est, portantes spiritũ

Factis verba nõ destruenda. siue spirituales (& hoc εἰρωνικῶς legendum) sunt viri contemptores: non enim docere, sed facere in ecclesia conuenit, non factis verba destruere. Ceterum tu cum aliud doceas, & ipse non facias, non tam, doctor, quàm contemptor vocandus es: de quo & in Habacuc scribitur: Videte contemptores, & respicite, & admiramini mirabilia, & dis-

Abacuc. 1. perdimini *Tom. 5. Com. in cap 3. Sophoniæ.*

ET nunc ponite corda vestra, &c.] Porro secundum tropologiam, & ad nos dicitur, qui nũc in Iesum Christum credimus, si tamẽ credimus, & opere fidei ostendimus veritatem, vt reuertamur mẽte ad illud tẽpus, quando gentiles eram⁹, quotidie vitijs seruientes: nec extruxeramus in nobis templum Deo. *Tom. 5. Com. in cap. 2. Aggæi.*

Opere fidei veritas ostẽdenda.

Ecclesia per bona confortatur.

HAEC dicit Dominus exercituum, &c.] Quidquid de Hierusalem & de templo dicitur, spiritualiter ad ecclesiam referentes: in qua confortantur manus per bona opera, & fundantur domus, quando fidei fundamenta iaciuntur: templumque extruitur, quando multitudo credentium roboratur, & ita viuit, vt templum Dei esse mereatur. *Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 8. Zacha.*

FIDELIS sermo, & de his volo te, &c.] Hoc quod ait, fidelis sermo, ad superiora iungendum est, in quibus præmiserat, vt iustificati ipsius gratia, hæredes efficiamur, secundum spem vitæ æternæ. Dignus enim fide super hereditate Dei sermo, & super spem vitæ æternæ. Vnde oportet de his non dubium, non timentem, & ipsum credere, & vt credant cæteri cõfirmare. Non solum autem hoc, sed & hoc cum cæteris his qui volue rint credere confirmandum est, quapropter ait,

Vtra fidem cura bonorũ operum habenda. Et de his volo te confirmare: Qui autem ista vera esse crediderint, necesse est, vt curam habeant bonorum operũ, per quæ hæreditas Dei, & spes vitę præparatur ęternę. Et pulchrè vt maiorem fidem faceret, non dixit: qui credunt hominibus sed qui credunt Deo. Necesse est enim vt curam bonorum operum habeant, quę adimpleta, & õni studio perpetrata, sunt bona vtiliaque credentibus. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 3. ad Titum.*

SALVTA eos qui nos amant in fide, &c.] Si omnis qui amat, amaret in fide. & non essent alij, qui absque fide diligerent: nunquam Paulus ad amorem, fidem apposuisset, dicens: Saluta eos qui nos amant in fide. Amant quippe & matres

Amor fidei iungẽdus, nec omnis fides coniuncta est amori. filios, ita vt mortem pro eis oppetere sint paratæ sed non amant in fide: & vxores maritos, quibus frequentissimè commoriuntur, sed amor ille non fidei est. Sola sanctorum dilectio in fide diligit in tantum, vt etiam si ille qui diligitur infidelis sit, tamen sanctus in fide eum diligat, secundum illud: State in fide: Omnia vestra

2. Cor. 16.

in charitate fiant. Et alibi: Diligite inimicos vestros. Diligit sanctus inimicos suos, & ideo in fide diligit: qui credit in eum qui pollicitus est se pro expletione mandati retributurum esse mercedem. *Ibidem. fol. 210.*

Luc. 6.

EXVLTENT & lętentur, qui volũt iustitiam meam.] Hoc est fidem & opera; *To. 7. Com. in Psalmum 39. fol. 52.*

Articulus IX. Timorem diuinæ iustitiæ non esse malum, neque facere peccatores deteriores.

VENISTI ad Ecclesiam: ascendisti ad montem pulcherrimum: stupore & miraculo, Christi magnitudinem confiteris: vides ibi multos virtutis tuæ socios: Noli altum sapere, sed time.

Rom. 11. Iacobi 4. 1. Cor. 10. Dominus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et qui se exaltat, videat ne cadat. Potentes potenter tormenta patientur. Ti-

Sap. 12. Timor virtutum & humanis cultus. mor virtutum custos est: securitas ad lapsum facilis. Vnde & quodam Psalmo, postquam propheta dixerat: Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit: iungit timorem, qui custos est beatitudinis, & infert: Virga tua, & baculus tuus, ipsa me cõsolata sunt. Et est sensus: dum tormenta formido, seruaui gratiam, quam acceperam. *Tom. 3. Epist. 127. ad Fabiolam Mansione 23.*

ACHAB, rex impijssimus vineam Nabuthe cruore possedit; & cum Hiesabel, non tam coniugio sibi, quam crudelitate coniuncta, Heliæ increpatione corripitur. Hæc dicit Dominus: Occidisti, & possedisti. Et iterum: in loco in quo linxerunt canes sanguinem Nabuthæ, ibi lingẽt sanguinem tuum, & Hiezabel canes comedent ante muros Iezrael. Quod cum audisset Achab,

3. Reg. 21. scidit vestimẽta sua, & posuit saccum super carnem suam, ieiunauitq;, & dormiuit in cilicio. Factusque est sermo Domini ad Heliã, dicens: Quoniam reueritus est Achab faciem meam, non inducam malum in diebus eius. *Tomo 1. Epistola 46. ad Rusticum cap. 3. in fine.*

Timor diuinæ iustitiæ ad pœnitẽtiã compulit Achab.

SI habueris pauorem, sollicitus eris: si sollicitus fueris, leo in caulas ouiũ tuarũ introire non poterit: quod vel ad præpositos Ecclesiarũ, vel ad custodiam refer animæ tuæ, ad quã Leo diabolus per diuersa vitiorum foramina ingredi nititur. *Tom. 3. Epist. 127. ad Fabiolam Mansione 24.*

Sollicitudo et timor impedit peccata. 1. Pet. 5.

PORRO, quod vertimus filios stridoris, ad illum sensum refer, quod timore supplicij & cius loci, vbi est fletus & stridor dentium, deserens diaboli vincula, Christo Domino credentium turba colla submittat. *Ibidem. Mansione 28.*

Timore supplicij destruuntur vincula diaboli. Luc. 13.

MERCENARIVS secundum alium intellectum eos animaduertim⁹ ex Iudæis, qui ob præsentia tantum bona, legis præcepta custodiunt, Hi iusti sunt, & misericordes, non ob ipsam iustitiam, & ob ipsum misericordiæ bonũ, sed vt à Deo terrenæ felicitatis & longe vitæ præmium consequantur. Qui autem ista desiderat, merito compellitur ad ob sequium præceptorum, nec eorum prœuaricatione, quæ iussa sunt, careat cõcupitis. Porro vbi metus est, nõ est dilectio. Perfecta quippe dilectio, foras mittit timorem. Nã qui diligit, non ideo imperata custodit, quia aut timore pœnarum, aut præmij auiditate compellitur, sed quia hoc ipsum, quod à Deo iubetur, est optimum. Sensus itaque iste est. Quanti ex Iu-

Timor seruilis eiicitur per obsequia. sed nõ filialis. 1. Ioan. 4.

SERVE male piger, scibas, &c.] Quod putauerat se pro excusatione dixisse, in culpam propriam vertitur. Seruus autem malus appellatur, quia calumniam Domino facit. Piger qui noluit talentum duplicare, vt in altero superbia, in altero negligentia cõdemnetur. Si inquit durum & crudelem esse me noueras, & aliena sectari, ibique metare vbi non seuerim: quare non tibi istiusmodi cogitatio incussit timorem, vt scires me mea diligentius, quæsiturum, & dares meam pecuniam siue argentum nummularijs, Vtrũq; enim ἀργύριον, Græcus sermo significat. Eloquia, inquit, Domini, eloquia casta, argentum igne, examinatum probatum terræ, purgatum septuplum. *Tom. 6. Commentariorum, in cap. 25. Matthæi.*

Incussus timor Domini excitat ad bene operandum.

Psal. 11.

MVLIER autem, &c.] Qui simplicem intelligentiam mulieris sequitur & mariti, duas significantias in verbo timoris esse monstrabit. Et dicet vnam, de qua Ioannes. Qui timet, pœnam habet, qui timet non est perfectus: Iuxta quam & serui spiritum seruitutis habent in timore, quem exigũtur à Domino, dicente ad eos: Et si pater sum ego, vbi est gloria mea: & si Dominus sum ego, vbi est timor meus? Alteram verò quę apud philosophos nominatur εὐλάβεια & apud nos, licet non plenè sonet, reuerentia dici potest. Scit quoque & Prophetas perfectorum timorem, quem qui timuerit perfectus est, in tricesimo tertio psalmo, dicens: Non est inopia timentibus eum. Potest igitur vxori simpliciter intellectæ, hic imperari metus, vt timeat, hoc est, reuereatur virum suum. *Tomo 6. libr. 3. Com. in cap. 5. ad Ephesios.*

1. Ioan. 4.

Malach. 1. Sec. 10. Duplex timor.

SERVI obedite Dominis carnalibus, &c.] Propheta loquente ad Hierusalem: Qualis tu timuisti ab homine mortali, & à filio hominis, & Petro in Epistola sua: Timorem eorum ne timeatis, sed Dominum Iesum Christum sanctificate in cordibus vestris. Et Saluatore eadem concinnente: Nolite timere eos qui possunt occidere corpus, plus non habent quod vobis faciant: sed timete eum qui potest & animam & corpus occidere in gehennam: Salomone quoque paria testante: Fili honora Dominum & confortaberis: præter illum autem ne timeas alium. Videtur Apostolus diuersa præcipere, vt serui cum timore & tremore obediant Dominis carnalibus, & vxor vt timeat virum. Atque qui simplicius respondebit, hæc dicet: non perfectis seruis, & eis qui sapientiæ secreta, cognouerint, hæc præcepta constitui, sed his qui principia habebant fidei, & doctrinis humilioribus indigebant. Alius verò asserat eum, qui non habeat spiritum seruitutis iterum in timore, nequaquam huic subiacere sententiæ, vt cum timore & tremore obediat Dominis carnalibus. hoc idem & de vxore dicturus, quę iubetur vt timeat virum. Porro tertius, in hoc quoque loco sicut in muliere, timorem pro reuerentia dictum putabit, sed arctabitur ex eo quod additus est timori tremor. Potest enim vxori reuerentia conuenire, vt reuerens timeat virum. Vbi autem tremor est, metus non sonabit reuerentiam, sed timorem. Necessariò itaque in seruis additum est, vt post timorem Domini habeant, & tremorem, & ad distinctionem Domini spiritualis, nunc carnalis Dominus appellatur: ita vt seruo quicunque crediderit in Deum, & nec dum ad

Esaiæ 32.

1. Petr. 5.

Matth. 10.

Proverb. 7.

Timor quasi principium iustitiæ.

scientiæ summam peruenerit, non indecens sit Domino seruire carnali cum timore & tremore in simplicitate cordis sui, & sic ei seruire fideliter vt Christo. Non ad oculum seruiens, vt hi faciunt qui hominibus placere desiderant: sed vt necessitatem in voluntatem vertat, & faciat de seruitute mercedem, maximè cum Dominus carnis, à Domino spiritus diuersa non imperet. *Tom. 6. lib. 3. Com. in cap. 6. ad Ephesios.*

VENITE filij audite me: timorem Domini docebo vos.] Mos est Prophetarum, vt discipulos filios nuncupent, sicut Paulus: Filioli quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Hos docet, vt primo omnium sapientia, id est, timore Domini imbuantur. Venite filij audite me. Vocat Christus Ecclesiam ad se venire, id est, per fidem, Sancti filij Dei dicuntur: iuxta quod dictum est in Euangelio: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Et Ioannes dicit in Epistola sua: Nunc filij Dei sumus. Timorem Domini docebo vos. Et illud: Initium sapientiæ timor Domini. Et alibi dicit: De timore nascitur compunctio salutaris. Ad hoc debet vnusquisq; venire, vt timorem Domini debeat habere. *Tom. 7. Com. in Psalmum 33.*

Galat. 4.

Discipuli omnium primo timore Domini imbuendi. Ioann. 1.

1. Ioan. 3.

Ecclesiast. 1. De timore nascitur salutaris compunctio.

ET non viderunt solem.] Qui comminationibus scripturarum territus agit pœnitentiam, huic per ignem suppliciorum, sol verus ostenditur. *Tom. 7. Com. in Psal. 57.*

Per terrorem suppliciorum verus sol ostenditur.

ET metuant eum omnes fines terræ.] Perfecta dilectio, foras mittit timorem. Timere incipientium est: diligere, perfectorum. Qui adhuc timet in initio est positus, non habet perfectam & plenam fidem. Qui autem diligit Deum, omnia ei prouenient in bonum. *Tom. 7. Comment. in Psalmum 66.*

1. Ioan. 4. Timor incipientium.

BEATVS vir qui timet Dominum.] Virorum incipientium est timere: perfectorum vero diligere. Siquidem perfecta dilectio, foras mittit timorem. *Tom. 7. Comment. in Psalmum 111.*

1. Ioan. 4.

Articulus X. Gehennæ metum, per quem ad Dei misericordiam, de peccatis dolendo confugimus, aut à peccato abstinemus, prodesse ad iustificationem.

ET egredietur virga de radice Iesse, &c.] Specialiter spiritus timoris Domini impleuerit eum, propter eos qui timore Domini indigent: quia paruuli sunt, quem foras mittit perfecta dilectio. Qui enim timet, pœnam habet, non est perfectus. Vnde & Apostolus loquitur ad credentes: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus abba pater. Et in Malachia legimus: Si pater ego sum: vbi est gloria mea? & si dominus ego sum vbi est timor meus? de quo timore cantatur in Psalmo: Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos. *Tomo 4. lib. 4. Comment. in cap. 11. Esaiæ.*

1. Ioan. 4.

Rom. 8.

Malach. 1.

Psal. 33.

ET egredientur & videbunt cadauera virorum qui præuaricati sunt in me.] Porro qui volunt supplicia aliquando finiri, & licet post multa tempora, tamen terminum habere tormenta, his vtuntur testimonijs. Cum intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiet. Et iterum

Rom. 11. Galat. 3.

Rom. 11. Michæ. 7.

iterum: Conclusit Deus omnia sub peccato, vt omnibus misereatur. Et in alio loco sanctus loquitur: Iram Domini sustinebo, quia peccaui ei donec iustificet causam meam, & auferat iudicium meum, & educat me in lucem. Et rursum: benedicam te Domine, quoniam iratus est mihi. Auertisti faciem tuam à me, & misertus es mei: Dominus quoque loquitur ad peccatorem: Cum ira furoris mei transierit, rursum sanabo. Et hoc est quod in alio loco dicitur: Quam grandis multitudo bonitatis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te. Quæ omnia replicant, asseuerare cupientes, post cruciatus atque tormenta, futura refrigeria: quæ nunc absondenda sunt ab his quibus timor vtilis est: vt dum supplicia reformidant, peccare desistant. *Tom 4. Com. in cap. 66. Esaiæ, fol. 229.*

Sup. 12.

Psalm. 30.

Peccatoribus timor vtilis, vt dum supplicia reformidant peccare desistãt.

SI igitur interrogauerit te, &c.] Prophetæ solebant populo peccatori tristia nunciare, & comminari supplicia, vt eos retraherent ad pœnitentiam: clemens autem & miserator Dominus diu sententiam differebat, putabat deceptus populus, & Pseudoprophetarum fraude seductus, non ventura quæ Dominus minabatur, & rem seueram, in ludum, & iocum veterent, prophetantibusque prophetis quasi irridentes dicebant: Rursum hic videt pondus & onus Domini. Atque ita fiebat, vt nequaquam vltra visio, sed per iocum atque derisum, onus & pondus appellaretur. *Tom. 4. lib. 4. Commentariorum, in cap. 23. Hieremiæ fol. 282.*

Per timorẽ suppliciorum retrahuntur homines ad pœnitentiã.

Articulus XI. Non iustificari hominem sola remissione peccatorum, sed etiam gratiæ & spiritualium donorum susceptione.

QVANQVAM sitierit te anima mea, tamen multo te plus carnis meæ labore quæsiui, & tibi in sancto apparare non potui, nisi prius in terra deserta à vitijs, & inuia aduersarijs potestatibus, & absque humore & rheumate vllius libidinis commorarer. *Tom. 1. Epistola 46. ad Rusticum cap. 2.*

QVANTVM autem ad mysticos intellectus, ille ei ignis mittitur, quem Hieremias ferre non poterat: qui cum animæ nostræ arcana penetrarit, ita nos dissoluit, ita à veteri homine in nouum excoquit, vt in illam vocem possumus erumpere: Viuo autem iam non ego, sed gratia Dei, quæ in me est. *Tom. 3. Epist. 143. ad Damasum.*

Hierem 1. Ignis spiritus sancti à veteri homine in nouum excoquit.

ET date annulum in manu illius signaculum similitudinis Christi, secundum illud in quem credentes, signati estis spiritu repromissionis sancto. *Tom. 3. Epistola 146. ad Damasum fol. 409.*

Iusti habent signaculum similitudinis Christi. Ephes. 1.

DERELINQVETVR filia Sio, &c.] Iuxta Anagogen vinea Dei & pomorum paradisus, anima nostra appellari potest: cui si mens, id est, νοῦς præfuerit habet custodem mentis Deum: sin autem vitia nos quasi quædam bestiæ fuerint deprædata, relinquemur à custode Deo, & omnia nostra redigentur ad solitudinem. *Tomo 4. lib. 1. Com. in cap. 3. Esaiæ.*

Anima per virtutes est vinea & paradisus Dei.

ECCE ego & pueri mei, &c.] Puer efficitur noui Euangelij prædicator, qui deponit veterem hominem, qui corrumpitur in desiderijs seductis, & induitur nouo: qui renouatur in cognitionem iuxta imaginem creatoris. *Tom. 4. lib. 3. Com. in cap. 8. Esaiæ.*

Iustus gerit imaginem creatoris.

MORTVI enim vitam non videbunt, &c.] Quæstio videtur esse difficilis, quomodo mortui vitam non videant? Quæ sic soluitur, tamdiu eos vitam non videre, quandiu mortui sunt. Quomodo si dicamus, cœcus non videt lumen, quamdiu cœcus est: sin autem receperit sanitatem, lumen aspiciet: sic & qui iniquitate mortuus est atque peccatis, antequam viuificetur iustitia atque virtutibus per eum qui dicit: Ego sum vita, viuere non poterit. Vnde & Deus viuorum dicitur non mortuorum. Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur. Legimus in Epistola quæ ad Hebræos scribitur: Ne rursum fundamentum iaciamus pœnitentiæ ab operibus mortuis. Sin autem peccata apellantur opera mortua, quare non è contrario virtutes appellentur opera viua? *Tom. 4. lib. 8. Commentariorum, in cap. 26.*

Iustitia est lumen & vita animæ.

Ioan. 14. Matth. 22. Ezech 18. Heb. 6.

VOX clamantis in deserto, &c.] Quod non solum illo tempore clamabat Iohannes qui sermonis Dei præcursor & præuius, rectè vox appellatur; sed vsque hodie in deserto gentilium, Ecclesiarum clamãt magistri, vt rectas faciamus vias & semitas in cordibus nostris Deo: impleamurque virtutibus, & inclinemur humilitate, praua mutemus in recta, aspera vertamus in mollia, & sic gloriam Domini, & salutare Dei videre mereamur. *Tomo 4. libr. 11. Commentariorum in cap. 40. Esaiæ.*

Matth 3.

Iusti implẽtur virtutibus.

EXCVTERE de puluere, &c.] Animæ quoque dicitur, quæ vitiorum polluta sordibus, candorem pristinæ conuersationis amiserat, vt excutiat puluerem cum Apostolis, qui adhęsit pedibus eius. Neque enim fieri poterat, vt quæ prostrata subiecerat ceruices suas foris transeuntibus, & media terræ siccauerat, dixeratque: Humiliata est in puluere anima mea, adhæsit terræ venter meus, non imaginem terreni acceperit. A qua nos reuocat Apostolus dicens: sicut portauimus imaginem terreni, sic portemus & imaginem cœlestis. Vnde qui in carne sunt placere Deo non possunt. Non quo carnis natura damnetur, cuius conditor Deus est, & in qua plurimi placuerunt Deo regnantque cum Christo. Sed quo opera carnis repudientur: de quibus idem Apostolus loquitur: Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Denique ad huiuscemodi homines dicit: Vbi autem zelus, & æmulatio in vobis est: Nonnè carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Et è contrario ad sanctos: Vos autem non estis in carne: siquidem spiritus Dei habitat in vobis: Excutitur ergo puluis, de quo scriptum est: Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam? vt soluantur vincula colli nostri. Et nequaquam audiamus: Neruus ferreus collum tuum: sed cum sponsa mereamur audire: Quam pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis, collum tuum sicut monilia. Et iterum: Circundedi armillas manibus tuis, & monile collo tuo: vt graui onere liberati, & recipientes ornamenta pristina, captiui esse cessemus: redempti ab eo qui venit prædicare captiuis remissionem. Et de de quo scriptum est: Hic ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem populi mei reducet: non cum pretio, neq; cum muneribus. Cui sensui & Petrus Apostolus congruit: scientes, quoniam non corruptibilibus argento & auro redempti

Matth. 10.

Psalm. 13.

1. Cor. 15.

Rom. 8. Ibidem. Iusti portant imaginem cœlest. 1.

Rom 7.

1. Corinth. 3.

Rom. 8. Spiritus Dei in iustis habitat. Psalm. 29.

Sup. 48. Cant. 1.

Ezech. 15.

Sup. 45.

1. Pet 1.

estis

estis de vana vestra conuersatione patribus tradita, sed sanguine agni immaculati. *Tom.4.lib.14. Comment.in cap.52.Esaiæ.*

Inhærens iustitiæ.

ET requiem dabit tibi Dominus semper, &c.] Cum tenebræ, inquit, peccatoris tui, orta luce fuerint dissolutæ, & pro nocte palpabili meridies fuerit exorta: tunc semper habitatorem habebit Deum, qui impleat splendoribus animam tuã. De quibus in Psalmo legitur: Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum ex vtero ante Luciferum genui te. Siue saturaberis cunctis quæ desiderat anima tua, quia & ipse saturasti animam esurientem: Et dicere poteris: Benedic anima mea Domino, qui implet in bonis desiderium tuum, & ossa tua liberabuntur de interitu, & igne perpetuo. Siue impingue scent: vt pristinam crassitudinem recipiant: quæ fame sermonis Domini attenuata fuerant. Quod quidem & iuxta litteram de resurrectione eorum quæ cæsura sunt corporum, intelligere possumus, & de virtutibus animæ, quas significans sanctus loquitur in Psalmo: Omnia ossa mea dicent: Domine quis similis tibi? De quibus & in Prouerbijs scriptum est: Fama bona impinguat ossa: Et quibus præmia promittuntur: sanitas erit corpori tuo, & curatio ossibus tuis. De quibus rursum scriptum est: Dominus custodit omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur. E contrario qui peccator est, & animæ robur perdidit; atque virtutem, plangit & loquitur: dissipata sunt ossa nostra secus infernum. Neque enim possumus credere, quod ossa peccatorum non in inferno sint, sed iuxta infernum: Et fama bona impinguat ossa, quæ ad corporis saginam non pertinet. Sequitur, & eris, siue erit: id est, aut tu, aut anima tua, sicut hortus irriguus. De quo scriptum est: Fons egrediebatur, & irrigabat omnem faciem Paradysi, pro quo in Hebraico, hortus legitur. Quem fontem non alium possumus dicere, nisi eum cui dicitur: Apud te est fons vitæ: qui indesinenter rigat Ecclesiam suam, & cunctorum corda credentium. *Tomo quarto, libro 16. Commentariorum, in caput 58. Esaiæ.*

Ibid. 102.

Psal. 109.

Psal. 34. Prouerb. 15. & 3. Sec. 70.

Psalm. 33.

Psal. 104.

Prouerb. 25.

Anima iusti est hortus irriguus. Genes. 2.

Psal. 35.

ET ædificabunt domos, &c.] Non solum ait: Ædificabunt domos, & habitabunt in eis: sed plantabunt quoque vineas, & ipsi comedent fructus earum: Iuxta illud quod in Michea dicitur: Requiescet vnusquisque sub vinea sua, & sub ficu sua, & non erit qui exterreat. Hæc est vinea, quæ in Euangelio loquebatur: Ego sum vitis, & vos palmites, & pater meus agricola. Omnis qui non facit fructum, excidetur, & in ignem mittetur. Huius fructus comeduntur & bibuntur, & lætificant cor hominis, & inebriant animam sponsi, & in regno Dei bibuntur quotidie. Sub ficu autem requiescit, & nullius insidias reformidat, qui dulcedine sancti spiritus fruitur, & illius fructibus saturatur, charitate, gaudio, pace, fide, continentia, patientia. De huiusce modi dicitur plantatore: Qui plantauerit ficum, comedet fructus eius. Qui tales ædificauerit domos, & plantauerit vineas, de quibus & Apostolus gloriatur: Ego plantaui, Apollo, rigauit, Deus incrementum dedit: comedet labores manuum suarum, & seminans in spiritu, de spiritu metet vitam æternam: nec diaboli nec satellitum eius fraudibus supplantabitur. *Tom.4. lib.18. Comment.in cap.65. Esaiæ.*

Micha. 4.

Ioan. 15. Matth.3.

Iustus dulcedine sancti spiritus fruitur & illius fructibus saturatur.

Amos 9.

1. Cor. 3. Psal. 127. Galat. 6.

Iusti templũ Dei.

ET dixit Hieremias Propheta, &c.] Nos nouimus corpora credentium templa esse Dei, si tamen spiritus sanctus habitat in illis. *Tom.4.lib.5. Com.in cap.28.Hieremiæ, in fine.*

OPPORTVNIVS ergo multò nunc à nobis, quam tunc à Propheta Dei lamentatur: licet non vrbes multæ, non gens integra, sed anima hominis Christiani multis gentibus nobilior: multisque vrbibus pretiosior. Nam si vnus qui facit voluntatem Dei, melior est quam multitudo iniquorum. Melior erat anima quondam fidelis, in qua Deus inhabitabat, quam multitudines Iudæorum, qui ingrati beneficijs Dei, semper contraria agebant. Vnde legislator corũ perfidiã exprobando, taliter ad eos loquitur dicens: Ego enim scio contentionẽ vestram contra Dominum. Et Stephanus: Dura inquit, ceruice, & incircuncisi cordibus vestris. Si quis templũ corporis, hominis Dei contemplatus est tunc, cum castitatis splendore refulgeret: paruam profecto & valdè inferiorem illam propheticam lamentationem putabit, in qua barbaricæ manus sanctæ sanctorum polluisse deflentur, & sacras ædes ignem populasse hostilẽ: vbi contaminata Cherubin, & arca ac propitiatorium, tabulæq; duæ lapideæ, & vrna aurea lamentantur. Hæc lamẽtatio quam nos deflemus, tanto illa durior & amarior esse probatur, quanto verius cuncta hæc, & euidentius in fideli anima quam intra illius templi parietes erant. Hoc sanctius multo fuit, quod in ea erat templum. Non enim auri & argenti metallo, sed virtutibus animi radiabat: Habebat enim arcam intra se, & duo Cherubin, id est, fidem patris & filij & spiritus sancti sitam. Sed nunc nihil eorum apparet. Ablata sunt hæc cuncta, nudata est domus Dei omnibus ornamẽtis suis, cunctisq; quę diuinitus consecuta fuerat, spoliata muneribus, remãsit deformis ac turpis: perijt ab ea omne munimen, omnisq; custodia. Et iam non clauditur ostium: in ea non seruatur, sed pater ingressus omnibus malis spiritibus ad corruptelam animæ festinantibus: nulla inde turpis cogitatio, nullaque cupiditas fœda repellitur. Sed si venerit fornicationis spiritus, ingreditur: si iactantiæ, si auaritiæ, & horum nequiores & impuriores venerint: nemo prohibet, nemo propellit: Nullus enim custos, nullus remansit ædituus. Nam prius sicut ad cæli secreta nullus huiusce modi malis indulgebatur accessus: ita nec purissimam mentem huiusmodi penetrare poterat vlla cogitatio. *Tom.4. in Proœmio Lamentationum Hieremiæ.*

Sap. 4.

Deut. 18. Actor. 7.

Pulchritudo animæ ob inhabitantes virtutes.

Anima plena virtutib.

QVOMODO sedet sola ciuitas plena populo, &c.] Mysticè plangitur anima fidelis hominis, quæ quondam plena fuit numerositate virtutum, & imperabat diuersis affectibus, dominans concupiscentijs carnis: postea autem à malignis spiritibus flammis libidinis succensa, destituta angelorum solatio, & carens diuino consortio, tot seruit sceptris dedita quot vitijs. *Tom. 4. lib.1. Lamentationum Hieremiæ, cap.1.*

Animæ decor & ornamentum.

ET egressus est à filia Sion omnis decor eius, &c.] Mysticè filia Sion reliquit decorem suum, quãdo anima per incuriam cogitationum, virtutum perdidit ornamentum, nec ei subueniebãt Principes sui, hoc est, rationabiles tractatus: cum quibus resistere debuit inimicis persequẽtibus, sed defecto robore fortitudinis coram hoste persequente, propulsa est in foueam deceptionis. *To. 4.lib.1.Lament.Hierem.cap.1.*

MANVM suam misit hostis ad omnia, & cætera.] Sed & nos si non obseruauerimus diligenter claustra cordis nostri, & per aliquem sensum nostrorum hostis antiquus patentem inuenerit introitum, ingreditur per suggestiones prauas, & illicitas concupiscentias in sacrarium animæ nostræ: vbi sancta Trinitas per fidem veram habitare consuecuit, & spoliat illud decore sapientiæ, & ornatu virtutum: erimusq; miserabiles, & omni confusione dignissimi. *Ibidem. Folio 310.*

Sancta Trinitas inhabitat animã.

QVOMODO obtexit, & cætera.] Mysticè anima peccatrix, quæ quondam habuit lumen scientiæ, & speculum diuinæ contemplationis, quando pedes Domini, hoc est, vestigia præceptorum eius in cordibus illius secretò consistebant: nunc propter cœcitatem cordis, & nequitiam prauæ actionis, de culmine virtutum in fœditatem terrenorum desideriorum prolapsa, iusto iudicio Dei spreta, atque derelicta ab hostib⁹ conculcatur. Vnde Propheta meritò eius deflet ruinam: quia à summo honore ad maximam de uoluta est miseriam, per quam omnium iam de spectui patet & irrisioni. *To.4.li.1.ca.2.Lam.Hier.*

In anima lumen scientiæ & speculũ diuinæ contemplationis

FACTVS est Dominus velut inimicus, &c.] Iuxta allegoriam verò, sicut mœnia in vrbibus pro ornamento sunt, munitiones verò in defensionem: ita alia sunt dona, quæ nos muniunt, alia quæ ornant. Prophetiæ quippe doctrina, genera linguarum, curationum virtus, quasi quædam mœnia mentis sunt: quæ etsi quisque non habeat, stare munitus per fidem & iustitiam potest: quamuis ornatus virtutum altitudine minimè esse videatur: fides verò, spes, & charitas, non nostra mœnia, sed munitiones sunt: quæ si habere negligimus, hostium insidijs patemus.

Duplici: dona animæ alia ornant. alia munitt.

Fides & Iustitia mœnia Tres virtutes Theologicæ munitiones.

DE Iudæa ergo, quia Prophetiam, atq; doctrinam, vel miraculorũ signa abstulit, mœnia præcipitauit. Quia verò fidem, spem, atque charitatem propter eius duritiam auferre permisit, munitiones eius dissipare studuit. Rectus verò ordo seruatus est, vt prius mœnia, & post munitiones dissipatæ dicerentur: quia cum peccatrix anima relinquitur, prius ab ea virtutum dona (quæ ad manifestationem spiritus data fuerũt) & post fidei, spei, atque charitatis fundamenta destruuntur. Quæ cuncta Dominus à perfidis ablata, gentilitati tribuit, atque ex his quæ infidelibus abstulit, mentes fidelium ornauit. Vnde & scriptum est: Speciei domus diuidere spolia. Cùm enim virtutum spolia à Iudæis abstulit, domui cordis gentilium, quàm per fidem inhabitare dignatus est, speciem donorum dedit. Quod videlicet gestum est, cum verba Dei & Iudæorum populus ad solam litteram quæ occidit, acciperet: & cõuersa gentilitas per spiritum, qui viuificat, penetraret. *Ibidem. Fol.313.*

Psalm.67.

ET dissipauit quasi hortum, &c.] Vnde videdum nobis est, ne propter iniquitates nostras habitaculum pectoris nostri deserat inhabitator Spiritus sanctus, respuat Sacerdotium, & despiciat ordinem regiminis nostri: fiamusque sicut hortus dissipatus, vbi nullus virtutum gignitur fructus. Metuendum igitur ne tanta suauitate, & iocunditate priuati, in amaritudinem, & fœditatem perueniamus sempiternam. Dicit enim manifestè Paulus Apostolus: Nescitis quia templum Dei estis? Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Et idem: An nescitis, quia membra vestra templum sunt Spiritus sancti, quem habetis & non estis vestri? Empti enim estis pretio magno: glorificate ergo & portate Deum in corpore vestro. *Ibidem.*

Spiritus S. inhabitat corda credentium.

1. Cor. 6.

1. Cor. 6.

NON crediderunt Reges terræ, &c.] Mysticè cùm animam cuiuslibet fidelis viderimus spirituali scientia, atq; omnium virtutũ decore adornatam, vix credere possumus tam subitaneo casu eam corruere: Quæ vt quondam imperabat spiritualibus inimicis, eos ab obsessis corporib⁹ verbo orationis eijciebat: num eorundem hostium præda fiat, & tota illorum nequissimæ subdita voluntati. *Tom., lib.3. Comment.in cap. 4. Lamentationum Hieremiæ.*

Anima ornatum virtutum decora ornatur.

PROPTEREA mœstum factum est in dolore cor nostrum, ideo cõtenebrati sunt oculi nostri.] Rectè propter peccatum, mœstum cor factum esse dicitur: quia vbi iniquitas premendo insidet cordi, ibi nõ est habitatio Spiritus S. sed animus totus caligine obscuratur peccati: cum in eo dedignatur splendorem suum infundere gratia summi paracleti. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum; & in maleuolam animam non introibit sapientia. Nam aliam adhuc subiũgendo pandit mœroris causam.

Sapient. 1.

PROPTER montem Sion, quia disperijt, vulpes ambulauerunt in eo.] Iuxta historiam ergo digna fuit doloris mœstitia: quod in loco vbi sanctuarium Domini constitutũ erat, & cultura Dei celeberrima, bestiarum ibi fuerunt latibula. *Tomo 4. libro 3. Commentarior. in caput 5. Orationum Hieremiæ.*

Animæ sanctuarium Domini.

ET vidi, &c.] Qui autem in contrariam partem sentiunt, hoc est, bonam; spiritum auferentem siue extollentem, spiritum sanctum intelligunt: qui auferat ab hominibus vitia atque peccata, siue iacentes attollat ad sublimia: faciatque recedere ab Aquilone vento frigidissimo, à quo exardescunt mala super omnem terram. Et in Hieremia; Olla illa terribilis à facie Aquilonis accenditur. Nubem quoque magnam ad personam Christi referunt, qui venit in Aegyptum huius sæculi super nubem leuem: magnamque propriè dici ad comparationem minorum Prophetarum videlicet & Apostolorum, omniumque sanctorum, de quibus scriptum est: Et veritas tua vsq; ad nubes. Et: Mandabo nubibus ne pluant super Israel imbrem. Et alibi: Nubes pulueris pedum eius. Et iterum: Nubes & caligo in circuitu illius. Ignem quoq; micantem, & splendorem in circuitu eius: iuxta illud quod scriptum est: Deus ignis consumens est: Ad quem mittendum super terram Saluator venisse se dicit: & in nobis omnibusq; credẽtibus credere desiderat: qui cùm terrorem peccatoribus inferat, atq; supplicia: tamen splendore rutilet, & lumine, ac fulgore sit plenus. Iccircò nos excoquens, vt puris, atq; purgatis tribuat lætiora. *Tom. 4. lib.1. Comm. in cap.1. Ezechielis.*

Hier. 1. Sec. 70.

Ibidem. Esaiæ 19. Psal.15.

Esaiæ 5. Naum 1. Psal.96.

Dent. 4. Lucæ 12.

ET vir si fuerit iustus, & fecerit iudicium, & cætera.]

cætera.]Si fuerit pater iustus, qui hæc fecerit, & illa non fecerit: & habuerit filium pessimum, qui desertis virtutibus patris, se flagitijs mancipauerit: nonne & iste vita viuet, quia iustus est: & ille morte morietur, quia omnia perpetrarit, quæ pater vitando iustus effectus est? Videamus catalogum virtutum patris, quæ mihi videntur in decem & septem partes diuidi.

Catalogus 17. virtutū, per quas inhabitantes, dicitur quis iustus.

Quarum primum est fecisse iudicium. Secundum huic simile, iudicio copulasse iustitiam. Tertium, non comedisse in montibus. Quartum oculos non leuasse ad idola, siue (vt LXX. transtulerunt) ad cogitationes, domus Israel. Quintum, vxorem proximi sui non violasse. Sextum menstruatæ vxoris vitasse complexus. Septimum, hominem non contristasse: siue vt LXX. ediderunt, oppressisse per potentiam. Octauum, pignus debitori reddidisse. Nonum, per vim nihil rapuisse, vel iuxta LXX. rapinam non rapuisse. Decimum, panem suum esurienti dedisse. Vndecimum, nudum operuisse vestimento. Duodecimum, ad vsuram pecuniam non dedisse. Tertium decimum, nihil ex his quæ dederit amplius accepisse. Decimum quartum, ab iniquitate auertisse manum suam. Decimum quintum, (quod simile videtur primo, sed in parte diuersum est) iudicium verum fecisse inter virum, & virum, siue proximum suum. Decimum sextum, in præceptis Domini ambulasse. Decimum septimum, iudicia & iustificationes illius custodisse. *Tomo quarto, libro 6. Comm. in cap. 18. Ezech.*

VNDECIMVM possidet locum: Et nudum operuerit vestimento. Qui sermo iuxta superioris versiculi explanationem, dupliciter differendus est: vt & nudis tribuamus operimentum Saluatore dicente: Nudus eram, & operuistis me: & nudis fide atq; virtutibus tribuamus vestimentum Christi: De quo scriptum est: Quotquot enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Hoc vestimento nudus erat, qui vestem nō habens nuptialem, proiectus est de conuiuio. De hac nuditate & ad Hierusalem Dominus loquitur. Tu autem eras nuda, & confusione plena. *Ibidem. Fol. 385.*

Matth. 25.

Galat. 3. Matth. 22. Sup. 18. Iustitia vestimento cōparatur.

HIC iustus est, vita viuet, ait Dominus Deus. Qui hæc fecerit, & illa non fecerit, nequaquam punietur delictis patris, sed suis viuet virtutibus. *Ibidem.*

Iustus viuit suis virtutibus.

QVIA nolo mortem, &c.] Nolo vos mori, quos in salutem genui. Filios enim genui & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Reuertimini ergo & viuite. Non dicitur reuertimini, nisi his qui prius cum Deo fuerant, & postea eius defuerūt comitatum. Et viuite per pœnitentiam, qui estis mortui per peccatum. Igitur Israel, quia non reuertitur ad pristinum statum, mortuus esse credendus est. *ibidem. Folio 387.*

Per pœnitentiam mortui viuunt.

ET factus est sermo Domini ad me, & cæt.] Quodque dicitur, & comburetur in ea omnis facies, ab Austro vsq; ad Aquilonem hoc dicit: Ab his qui feruente spiritu videbantur, vsq; ad eos qui crescente iniquitate, & refrigerata charitate multorum, calorem pristinum perdiderunt: ita vt omnis caro perspiciat flammam Domini non extingui. Precatúrque Propheta, ne fiat quod Dominus comminatus est, hoc est, ne succendatur saltus, & ligna omnia concrementur: vt aut adhuc accipiant locum pœnitentiæ, aut sibi non imponatur necessitas tristia nunciandi: præsertim cùm populus ea non intelligat, & obscuritate dictorum, magis ad insaniā prouocetur. *Tom. 4. lib. 7. Comm. in cap. 20. Ezech.*

Feruente spiritu & calente charitate iustificamur.

PROPTEREA Ooliba, hæc dicit Dominus Deus: &c.] Quidquid de Hierusalem τροπικῶς dicitur; & ad animam referri potest: quæ virtutibus Dei iuncta complexui, postea adulterauit in vitia, & recessit ab eo: & patefactis vniuersis sceleribus eius, denudata est atque turbata, & ostensa omnibus, vt à scelere suo aliquando desistat: nec glorietur in nominis dignitate, sed pro mali conscientia & recordatione Aegypti, oculos vltra ad cœlum non audeat attollere. Vnde & nasus ei præciditur, & aures amputantur, quia odorem bonæ fragrantiæ verterat in fœtorem, & audierat iudicium sanguinis: quod nō solùm de odore & auditu, sed de visu quoq; intelligimus: quo quia malè fuerant abusi Samson & Sedechias, priuantur. Surdum quoque Deus & mutum fecit: ne lingua eorum pertranseat vsque ad terram, & tactus omnis auferetur in his, qui vitam penitus perdiderunt. Et hæc fient, vt igni cuncta purgentur, & pereat Aegypti fornicatio, nec vltra oculos suos ad mala possit attollere. *Tomo quarto, libro 7. Commentariorum in cap. 23. Ezechielis.*

Anima Dei complexui iungitur per virtutes, per vitia adulterium cōmittit.

Deut. 16.

Iudic. 16. 4 Reg. 25. Exod. 4.

HAEC dicit Dominus Deus, & cætera.] Secundum tropologiam, hic mihi sensus videtur: Idumæa terrena appellatur & carnea; quæ consurgit contra spiritum, vt non faciamus ea quæ spiritus sunt, & animam in meditullio positam, ad se retrahere festinat: vultúque vltiones reddere, quibus prius subdita fuerat, filijs Iuda: & recordatur doloris antiqui, quod non propriè fuerit potestatis, & ideo vindictam expetiuit de eis, qui recedentes à carne, spiritum sequebātur. Propterea ipse Dominus filiorū Iuda vltor existens, extendit manum super Idumæam, & aufert de ea hominem & iumentum, quidquid vel rationis videtur habere, vel simplicis fidei, vt eam redigat in solitudinem: Et de Theman (quę interpretatur deficiens) & Dedan (quę & ipsa cognationem sonat) omnes gladio interficit: quę posuit in manu populi sui Israel, vt subuertatur Edom: & iram Domini sentiat ac furorem, & intelligat vindictam eius ad hoc profecisse, vt seruiat domui Iudæ.

Hoc est illud de quo & Apostolus disputat, scribens: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Diligit autem Iacob, quia carneum atque terrenum supplantat & superat, & benedictiones illius meretur accipere. Primum enim iuxta carnem, & postea secundum spiritum viuimus. Ante vitia, deinde virtutes, quibus vitia subruuntur: quia appositum cor hominis ad malitiam à pueritia: erroresque adolescentiæ, ætas matura condemnat. Vnde & Dauid: Delicta, inquit, iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Et tamen sciendum quod Iacob primam accepit benedictionem, Esau secundam. Et quod ad extremum dicitur de eo, seruus eris fratris tui: hoc significat, quod postquam caro spiritui subiecta fuerit, illique coniuncta, caro esse desistat, & Idumæa transeat in Iudæam. *Tomo quarto, libro octauo Commentariorum in caput 25. Ezechielis.*

Rom. 9.

Ordo iustificationis.

Genes. 8.

Psalm. 18. Genes. 27.

TV ergo

Homo iudicatur secundum præsentem iustitiā.

TV ergo fili hominis dic ad domum Israel: & cætera.] Et à speciali commonitione, qua Israel domui loquebatur, ad generalem transit disputationem: quod & iustum præteritæ non saluent iustitiæ, si nouis sceleribus fuerit occupatus, & peccatorem vel impium antiqua peccata non perdant, si operibus iustitiæ veteres emendarit errores: Deumque non præterita in vtroque iudicare, sed præsentia. Si dixero, inquit, iusto, vita viues, & ei præmia iustitiæ pollicitus fuero, confisusque ille peccauerit, omnes iustitiæ eius pristinæ obliuioni tradentur, & præsenti iniquitate morietur: nec mea est mutata sententia, cùm non possim in eodem homine, peccatori reddere quod iusto promiseram. Econtrariò si peccatori, & impio fuero comminatus, & dixero adhuc tres dies, & Niniue subuertetur, & ille egerit pœnitentiam, bonisque operibus veterem emendauit errorem: ita vt iudicium faciat & iustitiam: pignus restituat, rapinamque reddat: in mandatis vitæ ambulet, nec faciat quicquam iniustum: nonne debet vita, quæ Christus est, viuere, & nequaquam mori, cùm comminatio peccatoris iustum punire non debeat? Tale quid loquitur sermo diuinus ad Hieremiam Prophetam, quando descendit in domum figuli, & audit vel promissa, vel comminationem Dei id agere, vt vel homines prouocent ad salutem, vel deterreant à peccato. Vnde qui dicunt: Non est æqua via Domini, arguuntur, quod ipsorum sit iniqua sententia: habentium oculum pessimum, & nequaquam noua, sed vetera iudicantium. Quibus omnibus domonstratur, nec peccatorem salutem desperare debere, si agat pœnitentiam: nec iustum in sua confidere iustitia, si perdiderit negligenter, quod magno labore quæsierat. *Tomo quarto, libro decimo Commentar. in cap. 33. Ezechielis.*

Bonis operibus veteris error emendatur.

Ezech. 18.

FACTA est super me manus Domini, & cætera.] Nos spiritualiter post crucem DOMINI Saluatoris completa memoramus: & quotidie fieri in his, vel maximè qui instar Lazari peccatorum suorum fascijs colligati, ad vocem Domini suscitantur: & verè sunt domus Israel, arens quondam, & nullam spem habens salutis: sed intrante in se spiritu gratiæ, & porrigente DOMINO manum, de profundo inferi liberentur: & qui prius dixerant: DOMINE Deus, tu nosti hæc, postea audeant liberati, Modicæ fidei, quare dubitastis? *Tomo quarto, libro vndecimo Commentariorum in caput trigesimum septimum Ezechielis.*

Ioan. 11. Per intrantē gratiam, ipsi iustificamur Matt. 14.

QVOMODO in typo resurrectionis superior sermo Propheticus, restitutionem Iudaici populi demonstrauit, non carnalem, sed spiritualem: sic & ista Prophetia nequaquam ad carnis, sed ad animæ pertinet felicitatem, & ad Christi fidem, qua mundamur in baptismate: cuius regnum in perpetuum est: vt non expectemus ventura, quæ transacta sunt, & quotidie transigi nouimus. *Tomo quarto, libro vndecimo Commentariorum in caput trigesimum septimum Ezechielis, in fine.*

PORTAM quoq; quæ respiciebat viam Aquilonis atrij exterioris, & cætera.] Primus ad virtutem ingressus est, Aquilonem calcare pedibus, & per quinquagenarium & vicesimum, & quintum numerum, ad summitatem centenarij peruenire: deinde introduci ad Australem plagam, & Aquilonis frigus expellere; & tunc ad perfectam venire virtutem id est, ad portam Orientalem, in qua oritur sol iustitiæ, & per quam solus ingreditur Pontifex. *Tomo quarto, libro duodecimo Commentariorum in caput quadragesimum Ezechielis.*

Ordo iustificationis, eiusdemque partes.

TV autem fili hominis ostende domui Israel templum: & cætera.]Sustinet tormentum iniquitatum suarum, qui cessat præterita facere peccata: multumque prodest ei, qui ante peccauerit, videre domum Dei, & omnis fabricæ eius nosse rationem: vt & peccare desistat, & habens illius desiderium, dicat ad Dominum: Domine dilexi decorem domus tuę; & locum habitationis gloriæ tuæ. Et iterum: Vnum petiui à Domino, hoc requiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ: cùm cœpero viuere, esse cum Christo, qui est vita credentium. *Tomo quarto, libro 13. Commentariorum in caput 43. Ezechielis.*

Psalm. 25.

Ibidem 26.

CVMQVE ingredientur portas atrij interioris, & cætera.] Esse indumenta sancta & spiritualia docet & Apostolus, dicēs: Induimini Dominum Iesum Christum. Et in alio loco: Induite vos viscera misericordiæ, benitatis, humilitatis, mansuetudinis & patientiæ. Et iterum: Exspoliati veterem hominem cum operibus eius, & induti nouo, qui renouatur in scientiam iuxta imaginem creatoris: quod & illud significare puto: Oportet enim corruptiuum hoc indui incorruptionem, & mortale hoc indui immortalitatem. Cùm autem corruptiuum hoc indutum fuerit incorruptionem: & mortale hoc immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, & reliqua. *Tomo quarto, libro 13. Commentariorum in cap. 44. Ezechielis.*

Rom. 13.

Coloss. 3.

Ibidem. Inhærens et inhabitans iustitia probatur: 1. Cor. 15.

CVMQVE ingreditur Princeps, &cæt.] Per portam Aquilonis ingreditur qui peccata dimittit; & egreditur per portam meridianam, qui virtutes sequitur. Et è contrariò: si iustus lapsus fuerit in peccatis, ingreditur quidem per portam meridianam, sed egreditur per viā portæ Aquilonis. *Tomo quarto, libro 14. Comment. in cap. 46. Ezechielis.*

PLAGA autem Australis meridiana, & cæt] Post plagam Aquilonis & Orientis, quando ortus nobis fuerit sol iustitiæ, accipimus meridianam plagam: quando totum nobis desuper lumen infunditur, & cum Abraham inimus conuiuium, & inebriamur vino, quod lætificat cor hominis, cum Ioseph & fratribus eius. Incipit autem ita possessio, & hi termini à Thamar: à palma videlicet, victoriaque vitiorum, vsque ad aquas contradictionis. Semper enim virtutibus contradicitur: vnde & prædicationi Euangelicæ, Iudæi contra Paulum differentes, in toto orbe asserunt cōtradici. Et in Euangelio legimus, Simeone dicente: Hic erit in ruinam & resurrectionem multorum, & in signum cui contradicetur. Omnis autem contradictio est sanctitatis, quod interpretatur Cades dicente Psalmista: Concutiet Dominus desertum Cades: quod videlicet primū non habebat Domini sanctitatem: sed concussum est atq; commotum, vt reciperet hospitē Deum, qui dicit: Super quē requi-

Termini iustificationis describuntur.

Genes. 16. Psal. 103.

Genes. 43.

Actor. 28. Luc. 2.

Psal. 28.

Esaiæ 6.

escet spiritus meus, nisi super humilem & quietum & trementem verba mea ? Post desertum Cades vsque ad mare magnum in meridie plagæ australis torrens est, de quo supra diximus: qui non de terra, sed de cœlo pluuias habet diuersarum virtutum varietate collectas. *Tomo quarto, libro decimo quarto Commentariorum in cap. 47. Ezechielis.*

Iustitia est interna animæ pulchritudo.

ET dixit ad me, & cætera.] Omnis sanctus habens in se animæ pulchritudinem, amatur à Domino. *Tom. 4. libro 1. Commentariorum in cap. 10. Danielis.*

SI enim hoc egero, mors mihi est, si autem non, & cætera.] Peccatum mortem vocat. Sicut ergo ei qui facit adulterium, mors est adulterium: sic omne peccatum quod ducit ad mortem, mors appellandum est. Et totiens mori credimur, quotiens peccamus ad mortem. Vnde è contrario totiens resurgimus & viuificamur, quotiens vitæ digna opera facimus. *Tomo quarto, libro primo Commentariorum in caput decimum tertium Danielis.*

Digna vitæ opera iustificant.

QVASI diluculum præparatus, & cætera.] Venite, inquit, & reuertamur ad Dominum, quia ipse cœpit, & sanabit, percutiet & curabit nos, & viuificabit nos post dies duos, & die tertio suscitabit nos: ipse, & non alius: quasi mane & aurora paratus est nobis. De quo & vicesimi primi Psalmi titulus est: Pro assumptione matutina, licet in Hæbræo scriptum sit: Pro ceruo matutino: eo quod interfecta morte, & tortuoso, antiquoq; serpente, cupiat ad montana conscendere, & ipse tenebris dissipatis, oriatur nobis sol iustitiæ, vt nostram illuminet cœcitatem. *Tomo quinto, libro 2. Commentariorum in caput 6. Oseæ.*

Duo iustificationis termini.

ZELATVS est Dominus, & cætera.] Cæterùm iuxta tropologiam omnis anima terra est Domini, in qua seminat paterfamilias sementem suam: quæ cùm pro tritico zizaniam fecerit, id est, auenas & lolium, & offenderit DOMINVM suum, & postea egerit pœnitentiam, plangensque dixerit: Parce Domine populo tuo.

Ioan. 12.

Zelatur Dominus terram suam, & parcet ei, quàm dudum contempserat, suoque eam dignatur alloquio, & dicit: Mittam tibi frumentum, de quo scriptum est. Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multos fructus facit, & vinum quod lætificat cor hominis, & oleum quod exilarat faciem, vt vetus tristitia peccatorum, frumenti & vini & olei, id est, virtutum lætitia temperetur, tantamque habebunt bonorum omnium abundantiam, vt repleantur eis atque saturentur. Cumque hoc fuerint consequuti, nequaquam tradentur in opprobrium gentibus, de quibus Apostolus loquitur. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus Principes & Potestates, aduersus mundi Rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus.

Pſal. 103. Abundātia bonorum in animo.

Epheſ. 6.

Eum quoque qui ab Aquilone est (de quo Hieremias loquitur. Ab Aquilone exardescent mala super omnes habitatores terræ, de quo & Salomon scribit. Aquilo ventus durissimus) procul, inquit, à vobis faciam, & expellam eum in terram inuiam & desertam, quæ non habet notitiam Dei, in qua non habitat Spiritus sanctus. *Tomo quinto Commentariorum in caput secundum Ioelis.*

Hier. 1. Eccleſ. 43.

NOLI timere terra, & cætera.] Ne timeas terra, immo confide atque lætare: quę prius sementem dominicam, tua ariditate perdideras: quia magnificauit Dominus vt faceret tecum misericordiam: in tantum vt iumenta regionis & desertæ solitudinis, latis noualibus complerentur. Et lignum crucis afferret fructum suum, & Spiritus sancti dona dulcissima suam cunctis tribuerent largitatem. Vos quoque quos iustè post pœnitentiam voco filios Sion & Ecclesiæ, lætamini atque gaudete, quia dedit vobis Deus Pater Doctorem iustitiæ, siue tribuit vobis alimenta iustitiæ, & descendere fecit ad vos pluuias temporaneas atque serotinas.

Spiritus S. dona dulciſſima in animā iuſti. Eſaiæ 30.

Pluuia tempestiua est, quando primum doctrinam suscipimus: Pluuia serotina, quando laboris nostri fructus recipimus, & ad perfectam sanctarum Scripturarum scientiam peruenimus. Potest pluuia temporanea & serotina, vetus & nouum accipi testamentum. Et non solùm, inquit, hoc dedit, sed fecit vos nouis virtutum frugibus abundare, & saturari, atque inebriari frumento, vino & oleo, de quo sæpe diximus: Et annos, quos ante perturbationibus regnantibus perdideratis in vobis, quando opera vestra locusta, bruchus, rubigo, eruca que consumpserant, Deus vobis perire non passus est. Tunc comedetis fructus iustitiæ, & saturabimini, & laudabitis nomen Domini Dei vestri, qui fecit vobiscum mirabilia. *Ibidem, Folio octuagesimo quinto.*

ECCE ego ſtudebo ſubter vos, & cætera.] Robustus etiam corde inter fortes nudus fugiet. Qui locus dupliciter exponi potest. Vt aut ideo possit euadere, quia expoliauit se veterem hominem, & pelliceas tunicas peccatorum, & nulla fuit farcina prægrauatus; aut è contrario quia nudus est & Christi perdidit vestimentum, de quo in Apostolo dicitur. Induite vos Christum Iesum. Et in alio loco. Siquidem induti, non nudi inueniamur. Nihil ei proderit fortitudo sua, sed in die prælij atque certaminis fugiet persequentes, & absque armatura Apostoli resistere non valens hostibus terga præbebit. *Tomo quinto, lib. primo Comment. in cap. 2. Amos. Folio 98.*

Iuſti expoliabunt ſe veteri homine.

Rom. 13. 2. Cor. 5.

MISI in vos mortem in via Aegypti, & cætera.] Per omnia flagella & tormenta eruditur Israel: vnde & eo tempore quo ab Aegyptijs auxilia postulabant, mittitur in eos mors, & percutiuntur in gladio iuuenes eorum, & equos quos sibi contra Dei præceptum multiplicauerant, captiuitas sæua concludit: vt putredo castrorum, & fœtor morientis exercitus, viuentium nares impleat. Cumque & hæc fecerit vt corriperet delinquentes, & emendaret errantes, nec sic quidem redierunt ad eum, dicit Dominus. Qui non solùm illo tempore, sed quotidie mittit mortem in via Aegypti: vt qui Aegyptiam triuerit semitam, audiat moriens docentem Apostolum Paulum: Quod enim mortuus sum, mortuus sum peccato: quod autem viuo, viuo Deo.

Hier 6. Sec. 70. Deut. 17.

Galat. 2.

Et in

Rom. 5. 2. Cor. 4. Galat. 2. Duo termini iuſtificationis & duæ partes.

Et in alio loco: Si mortui sumus cum Christo, simul & iam viuemus cum eo. Et iterum: Semper mortificationem Iesu in corpore meo porto. Et rursum: Viuo autem non ego: sed viuit in me Christus. Hac morte viuificare nos vult Dominus: vt morientes peccato; viuamus Deo. Morimur autem peccato, quando mortificamus membra nostra super terram: Fornicationem, immúditiam, luxuriam, idololatriam, & reliqua.

Coloſſ. 3.

Eſaiæ 9.

Legimus in Esaia (duntaxat iuxta Lxx. interpretes: alioquin in Hebraico aliter continetur) Missi mortem in Iacob, & venit super Israel. Iacob vocabulum est nascentis corporis: Israel nomen benedictionis. Quia enim tota nocte luctauit, & vicit in certamine, & oriente Lucifero dicere potuit cum Apostolo: Nox præcessit, dies appropinquauit, propterea Israel videntis Deum fortitus est nomen. Mittitur ergo primum mors in Iacob: vt mortificemus membra nostra super terram, & per mortificationem membrorum corporalium, veniamus ad mortem Israelis: vt omnia perturbationum in nobis incentiua moriantur. *Tomo 5. libro 2. Commentariorum in cap. 4. Amos.*

Geneſ. 32. Rom. 13.

QVAERITE bonum, & non malum, & cæt.] Quærite ergo bonum & non malum: Si enim quęsieritis bonum, in eo quod quæritis bonum, statim repellitis malum. Nunquàm autem quæretis bonum, nisi prius repelleretis malum, implentes verba Psalmistæ, dicentis: Declina à malo, & fac bonum. Cumque quæsieritis bonum, & vitaueritis malum: tunc viuetis in eo qui dicit: Ego sum vita. Bonum quærit qui credit in eum qui in Euangelio loquitur: Ego sum pastor bonus: Repellit malum, qui fugit eum, de quo scriptum est: Mundus in maligno positus est.

Pſal. 36. Ioan. 14. Ibidem 10. 1. Ioan. 5. Matth. 6.

Et in oratione Dominica dicit: Libera nos à malo. Cumque inquit, quæsieritis bonum, & non malum, & vixeritis; tunc erit Dominus Deus exercituum vobiscum: sicut dixeratis, ideo eum esse vobiscum, quia nati essetis de Abraham. Nec sufficit bonum quærere, malumque non quærere, nisi pietatem habeatis in vtroque: vt primum odiatis malum, deinde diligatis bonum.

Odit malum qui non solùm voluptate non vincitur, sed odit opera voluptatis: & diligit bonum, qui non inuitus, aut necessitate, aut metu legum facit quod bonum est: sed iccirco quia bonum est, vt mercedem boni operis habeat conscientiam suam, & dilectionem quam erga bonum possidet. Vnde & Apostolus, inquit: Datorem hilarem diligit Deus: Non enim omnis eleemosyna placet Deo: nisi quæ cum hilaritate profertur. *Tomo 5. libro 2. Commentar. in cap. 5. Amos.*

2. Cor. 9.

QVIA ecce Dominus mandabit, & cætera.] Quodque sequitur: Vsque ad torrentem Occidentis: de sexagesimo septimo interpretabimur, in quo scriptum est: Cantate Domino: psalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi. Nisi enim mala opera in nobis occiderint, Christus non ascendet super nos: Cumque illa occiderint, & Christum habuerimus aurigam, tunc nobis proficientibus, & ad meliora pergentibus in eodem Psalmo imperabitur: Cantate Deo, psallite Domino, qui ascendis super cœlum cœli ad Orientem. Vnde & in mysterijs, primum renunciamus ei qui in Occidente est, nobisque moritur cum peccatis, & sic versi ad Orientem, pactum inimus cum sole iustitiæ, & ei seruituros nos esse promittimus. *Tomo 5. libro 3. Comm. in cap. 6. Amos.*

Chriſtus auriga noſter.

Obſerua myſterij miſſæ ritum.

EGO autem in voce, & cætera.] Ego qui pro multorum salute deuoratus sum, in voce laudis & confessionis immolabo tibi, meipsum offerens: quia Pascha nostrum immolatus est Christus. Et quasi Pontifex & ouis seipsum pro nobis obtulit.

1. Cor.

Et confitebor, inquit, tibi vt ante confessus sum, dicens: Confiteor tibi Pater Domine cœli & terræ, & reddam vota quæ feci pro salute omnium Domino: vt omne quod dedisti mihi non pereat in æternum. Cernimus quid in sua passione Saluator pro nostra salute promiserit: non faciamus mendacem Iesum: mundi simus & ab vniuersis peccatorum sordibus separati, vt nos Deo Patri offerat victimas quas vouerat. *Tomo quinto Commentariorum in caput secundum Ionæ.*

Matth. 11. Ioan. 6. & 18.

Iuſti ab omnibus peccatorum ſordibus ſeparati.

SVRGE, & ambula, quia non est tibi hic requies. Iubemur in nullis mundi rebus putare nobis requiem, sed quasi à mortuis resurgentes, ad sublime tendere, & ambulare post Dominum Deum nostrum, & dicere: Adhæsit anima mea post te. Quod si neglexerimus, & noluerimus audire dicentem: Exurge quia dormis & eleuare, & illuminabit te Christus: dormitabimus quidem, sed decipiemur, & non inueniemus requiem: quia vbi CHRISTVS non illuminat resurgentem, quæ videtur esse requies, tribulatio est. *Tomo quinto, libro primo Commentariorum in caput secundum Michææ.*

Pſalm. 62. Epheſ. 5. Chriſtus lumen internū iuſtorum.

PROPTER immunditiam consumpti estis corruptione, & cætera.] Nunc quia ait: corrupti estis corruptione: ad distinctionem mihi videtur corruptionis salutaris dixisse: iuxta quam & Apostolus loquitur: Et si is qui foris homo noster est, corrumpitur, sed qui intus est, renouatur de die in diem. Qui semper mortificationem IESV portat in corpore suo, & exteriorem corrumpit hominem, & carnem imperio animæ subijcit, iste corrumpitur quidem, sed non corruptione: quia corruptio illius salutaris est. *Ibidem.*

2 Cor. 4. Iuſtitia eſt interior renouatio.

NE læteris inimica mea super me, & cætera.] Nunc veniamus ad intelligentiam spiritualem, & ipso Spiritu sancto exponente, quo scripta sunt, in locis vel difficillimis desudemus. Videtur mihi omnis anima Hierusalem, in qua ædificatum fuit templum DOMINI & visio pacis, & notitia Scripturarum, & postea superata à peccatis, ducta est in captiuitatem, tormentisque tradita, dicere contra Babylonem, id est, confusionem huius mundi, & aduersus contrariam fortitudinem, quæ huic mundo præsidet. Noli insultare mihi inimica mea, quia cecidi, resurgam: DOMINVS enim alleuat elisos, & loquitur per Prophetam: Nunquid qui

Pſal. 1. 44.

Hier 8. Ezech.33. cadit,non resurget? Et nolo mortem peccatoris:tantùm vt reuertatur,& viuat. Si autem ideo me despicis, quia tormenta sustineo : disce per Ezechielem, pœnas primas sanctioribus irrogari,& dici à Domino: à sanctis meis incipite: Quia si ambulauero in tenebris, Dominus lux mea est. Licet enim tenebrarum istarum rectores me deceperint,& sedeam in tenebris , & vmbra mortis,& pedes mei impegerint in montes tenebrosos: tamen sedentibus in tenebris,& in vmbra mortis,lux orta est,& lux lucet in tenebris: Et Dominus illuminatio mea,& salus mea,quem timebo? & loquor ad eum,& dicam: Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine: & lumen semitis meis. Ipse quippe mihi præcepit in tenebris huius sæculi constituto: Sint lumbi vestri præcincti,& lucernæ ardentes in manibus vestris. *Tomo quinto,lib. 2. Commentarior. in cap. 7. Micheæ.*

Ibidem.

Lux iustitiæ oritur sedentibus in tenebris.

Esaiæ 9.

Psalm. 26.

Ibidem 118.

Luc.12.

CONTEMPLARE viam, tene lumbum, &cæt.] Tria præcipiuntur Iudæis. Primum, vt contempletur viam,& iter per quod ambulaturus est,diligenter aspiciat: iuxta illud quod in Hieremia scriptum est: State in vijs, & interrogate semitas æternas, & videte quæ sit via bona,& ambulate in ea: vt cùm steterimus in vijs multis,veniamus ad eam viam, quæ dicit. Ego sum via. Deinde dicitur ei, vt teneat lumbum: id est,vt post electionem viæ, mortificet corpus suum,& seruituti subijciat: ne quasi rex & magister alijs prædicans, ipse reprobus inueniatur. Longum est nunc dicere quod virtus Diaboli vel maximè sit in lumbis,& quod à Dauide repromissio fiat: De fructu lumbi tui ponam super thronum tuum.

Hier. 6.

Ioan.14.

1. Cor. 6, Quisq; iust⁹ rex & magister carnis Iob 38.

Psal.131.

Et illud Apostoli: Adhuc enim in lumbo patris sui erat Abrahæ Leui,quando iuit in occursum Abraham Melchisedech. Et quod Ioannes zona pellicea cingitur , & quod à Saluatore discipulis imperatur: Sint lumbi vestri præcincti. Et Apostolus ad Ephesios: State ergo accincti lumbos vestros in veritate: licet enim ἄσκησις plurimum præstat,& vitæ continentiæ super mortificatione lumborum : tamen nihil eos ita mortificat,vt cognitio veritatis. Vnde dicitur: Accingite lumbos vestros in veritate. Si enim veritas est Christus : qui tota in Christo mente credidit, lumbos suos mortificauit in Christo. Tertiò præcipitur,confortare virtute nimis: Elegisti,inquit, viam tenuisti lumbum, assume virtutem,vt possis pugnare cum hostibus. Et ne forte diffidas,datur tibi causa cur speres: Auertit,inquit,Dominus contumeliam Iacob, sicut contumeliam Israel: quod ambiguum est, aut enim ipsius Iacob contumeliam, qua cæteris faciebat iniuriam auertit, aut contumeliam, quã ab alijs sustinebat Iacob,auertit Dominus. Sed mihi videtur melius esse vt contumelia , quam Iacob solebat cæteris facere, à Domino sit auersa. Non enim tantæ virtutis est, ab alijs factam iniuriam sustinere: quantæ gratiæ Domini est, placidum,mitem,atque tranquillum iniuriam facere non posse. *Tom.5. Commentariorum in cap. 2. Nahum.*

Hebr. 7.

Matth.1.

Luc.12.

Eph. 6.

Gradus iustificationis describuntur.

OPERVIT cœlos gloria eius,& cætera.] Cœlos autem eos esse qui portent imaginem supercœlestis,qui enarrent gloriam Dei, crebro legimus. Virtutem quoque Dei Dominum Saluatorem, Apostolus probat: Christus Dei virtus, & Dei sapientia. Hæc virtus omnium spiritualium virtutum quasi mater est: Verbi gratia: appellatur virtus,Sapientia,Fortitudo, Iustitia, Temperantia, Veritas, Sanctitas, Redemptio. Christus autem factus est nobis à Deo sapientia, & iustitia,& sanctificatio,& redemptio. Hæ igitur speciales virtutes,in quibus Christus ostenditur (secundum profectum eorum, qui eum vel sapientiam recipiunt,vel fortitudinem, vel iustitiam, & cætera huiuscemodi) continentur in generali virtute Dei,hoc est, in Domino Saluatore: atque in hunc modum & de terra intelligimus: quod qui primum propter imaginem terreni, terra vocabantur, & dicebatur ad eos: Terra es,& in terram ibis: in aduentu Saluatoris laude Domini repleantur. Cùm autem & cœli virtute Dei operti fuerint (protecti videlicet, & ab omni parte vestiti) & vniuersa terra repleta laude Dei: tunc splendor eius vt lux erit. *Tomo quinto Commentariorum in caput tertium Habacuc, Folio 198.*

1. Cor. 1.

Profectus in sanctorum.

Per iustitiã ex terrenis fiunt cælestes.

Gen.3.

MISISTI in caput impiorum mortem, & cætera.] Non putemus de hac dici morte communi,qua omnes morimur : Et mortuus est Abraham,& appositus est ad Patres suos: & Prophetæ, & ipse Christus est mortuus : sed mors missa est in iniquos : vt qui prius viuebant iniquitati,mortui peccato viuerent iustitiæ. Quod quidem & Anna in oratione sua significat: Dominus occidit & viuificat. Occidit enim peccatores mittẽs in capita impiorum mortem, vt viuificaret iustitiæ . Dicam aliquid audacius: Christus ad hoc venit in mundum, vt in capita iniquorum mitteret mortem. Et sicut ipse peccato mortuus est semel, sic & illi morerentur iniquitati,& qui facti fuerant participes mortis huius,vitæ quoque participes fierent. *Ibidem, Folio ducentesimo secundo.*

Gen 25.

Ioan.19.

1. Pet 2. Iustitia mortem peccati & vitam iustitiæ cõtinet

1. Reg.2.

1. Pet.3.

QVAPROPTER expecta me, dicit Dominus, & cætera.] Nisi præparati fuerimus, non orietur nobis sol iustitiæ. Orto autem sole omnes racemi de vinea Sodomorum dissipantur, & pereunt : vt non solum grandes botri, sed etiam quod paruum esse videbatur in nobis, CHRISTI lucerna radiante dispareat. Et pro his omnibus mercedem vobis pollicens DEVS, ait: Expecta me in die resurrectionis meæ in testimonium : Post vitia enim atque peccata DEVS resurget in vobis . *Tomo quinto, Commentariorum in caput tertium Sophoniæ.*

Iustificatio quædam est transmigratio.

Post peccata Deus resurgit iniustis.

ET suscitauit DOMINVS spiritum, & cætera.] Sed & hoc possumus dicere , quia octauus numerus, qui sanctus est, & in veræ circuncisionis typo accipitur, triplicatus vicesimum quartum numerum facit: figuraliter nos docemur,vt ædificemus domum Domini in amputatione carnis,& vitiorum circuncisione, & veram puritatem esse credamus , in nomine Patris,& Filij,& Spiritus sancti. *Tom.5. Commentar. in cap. 1. Aggæi.*

Iustitia est circuncisio vitiorum et vera puritas

IN septimo mense, vicesima & prima,&cætera.] Atque vtinam & nos egrediamur de Aegypto,vt verbum testamenti quod accepimus impleamus. Repromittit quoque Dominus Deus his

his qui faciunt opera in domo eius, & implent quem accepêre sermonem spiritum suum, dicens : Et spiritus meus erit in medio vestrum: Sacramentum cernite trinitatis: Ego sum vobiscum,& spiritus meus,& verbum, in quo posui testamentum cum egrederemini de Aegypto Quod autem dicit in medio vestrũ, iuxta illud sentiendum est,quod in Euangelio scriptum legitur: Medius enim vestrum stat,quem vos nescitis,qui post me veniet. *Tom.5. Comment. in caput 2. Aggæi.*

Tota trinitas habitat in iustificatis.

Ioan.1.

PONITE corda vestra ex die ista &c.] Quoniam in fine noni mensis templi fundamenta iaciuntur, hoc intelligere possumus, quod non incipiatur extunc templum Domini, nisi mala opera finiantur. Vnde & in vicesima quarta die mensis eiusdem, fundamẽtum templi ponitur, in quo numero duplex δωδεκὰς & tres ὀγδοάδες, quatuorque ἑξάδες sunt: de quo iam supra plenius disputatum est. Quicunque ergo Dei cultui se dedicauerit,& contempserit ῥαθυμὸν, id est, negligentem patronum (qui in Ezdræ volumine iuxta LXX. interpretes templum Dei ædificari vetat) ipse nescit mensuram frugum & mercedis suæ. Vel certè propter hoc quod dicitur: si adhuc cognoscetur super terram area: qui seminauerit in spiritu, & de spiritu messuerit vitam æternam : nequaquam sibi thesaurizabit in terra,sed omnia opera eius & mercedes operum in cœlestibus colligentur. *Tom.5. Comment. in cap. 2. Aggæi.*

Finitis malis operibus extruitur templum Dei.

1. Esdræ. 3.

Gal.6.

SIBILABO eis,&c.] Cum de tenebris AEgypti,& de tribulatione mundi, & de potestate Assyrij (qui interpretatur arguens atq; conuincens; ipse enim inimicus & vltor) nationes Dominus cõgregarit,inducet eas in terram Galaad & Libani. Galaad in linguam nostram vertitur, testimonium transmigrationis: quando de carnalibus transimus ad spiritualia: de parte venimus ad totum: terrena relinquimus,& ad cœlestia transmigramus. *Tom.5. lib 2. Comment. in cap. 10. Zachariæ.*

Iustificatio quædam est transmigratio.

TVNC Iesus dixit discipulis suis: Si quis &c.] Qui deponit veterem hominem cum operibus suis,denegat semetipsum, dicens: Viuo autem nõ ego, viuit verò in me Christus: tollit crucem suam,& mundo crucifigitur . Cui autem mundus crucifixus est, sequitur Dominum crucifixum. *Tom.6. lib.3. Commentariorum in cap.16. Matth. Cano: 34.*

Col.3. Gal.2.

ITERVM dico vobis: quia si duo ex vobis, &c.] Possumus & hoc spiritualiter intelligere: quod vbi spiritus & anima corpusque consenserint,& non inter se bellum diuersarum habuerint voluntatum: carne concupiscente aduersus spiritum,& spiritu aduersus carnem: de omni re quam petierint, impetrent à patre. Nullique dubium quin bonarum rerum postulatio sit, vbi corpus ea vult habere quæ spiritus . *Tom.6. lib.3. Com. in cap. 18. Matthæi.*

In iustificatis est pulcher cõsensus carnis & spiritꝰ

FACILIVS est camelum per foramen acus &c.] Si legamus Esaiam, quomodo Cameli Madian & Epha veniant Hierusalem cum donis atque muneribus,& qui prius curui erant, & vitiorum prauitate distorti, ingrediantur portas Hierusalẽ: videbimus quomodo & isti cameli, quibus diuites comparantur, cum deposuerint grauem sarcinam peccatorum & totius corporis prauitatem, intrare possint per angustam portam, & arctam viam quæ ducit ad vitam. *Tom.6. lib.3. Com. in cap. 19. Matthæi.*

Esaiæ.60.

Graues pœnitentiæ peccatorũ ponẽdæ prius quam quis iustificetur.

ET factum est cũ consummasset Iesus, &c.] Transitus noster,id est, phase, ita celebratur, si terrena & Aegyptum dimittentes, ad cœlestia festinemus. *Tom.6. lib. 4. Commentariorum in cap. 26. Matthæi.*

COGNOSCITIS ergo, qui ex fide sunt, hi filij sunt Abraham.] Quia ex semine Abrahæ erat Christus oriundus (in quo vniuersarum gẽtium fuerat benedictio repromissa, & ab Abraham vsque ad Christum multa erant sęcula trãsitura) prouidens Deus, ne soboles dilecti Abrahæ cæteris nationibus misceretur, & paulatim familia eius fieret incerta, gregem Israeliticum quodam circuncisionis cauterio denotauit , vt viuentes inter Aegyptios, inter Assyrios, Babylonios atque Chaldæos, hoc signaculo distinguerentur. Denique per quadraginta annos in eremo nullus est circuncisus, foli quippe sine gentis alterius admixtione viuebant, statim vt Iordanis ripam transgressus est populus, & Palæstinæ terram Iudæum se examen infudit, circũcisio necessaria futuro ex commixtione gentiũ prouidit errori. Quod autem à Iesu duce, secundo scribitur populus circuncisus, significat & in eremo cessasse circuncisionem, quæ in Aegypto rationabiliter exercebatur, & à Domino Iesu Christo spirituali circuncisione credentes esse mundandos. *Tom.6. lib.1. Com. in cap.3. ad Galatas.*

Cur circuncisio Abrahæ præcepta.

Iustificatio est spiritualis circuncisio. Iosue.5.

QVICVNQVE enim ex operibus legis sunt, &cæt.] Quoniam nemo possit explere legem,& cuncta facere quæ iussa sunt, & alibi testatur Apostolus dicens. Quod enim erat impossibile legis, in quo infirmabatur per carnem, Deus filiũ suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato condemnauit peccatum in carne. Quod si verum est, potest nobis obijci: Ergo & Moyses & Esaias,& cæteri prophetæ, qui sub operibꝰ legis fuerunt, sub maledicto sunt. Quod non timebit annuere, qui dicentem Apostolum legerit: Quia Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, & respondere vnumquemque sanctorum suo tempore maledictionem factum esse pro populo. Nec statim hoc tribuens & iustis viris, videbitur detrahere saluatori, quasi nihil præcipuum & excellens habuerit, factus pro nobis maledictum cum &c.]cum & cæteri pro alijs maledictum facti sint. Nemo enim illorum, quamuis factus fuerit ipse maledictio, de maledicto quẽpiam liberauit absque solo Domino Iesu Christo, qui pretioso sanguine suo,& nos omnes & ipsos, Moysen dico & Aaron, prophetasque cunctos & patriarchas, de maledicto legis redemit. Nec hoc ex meo sensu dictum putetis, scriptura testis est: quia Christus gratia Dei, siue vt in quibusdam exemplaribus legitur, absque Deo, pro omnib. mortuus est. Si autem pro omnibus, & pro Moyse & pro vniuersis prophetis, è quibus nullus potuit delere chirographum vetus, quod aduersum nos scriptum erat, & affigere illud cruci . Omnes enim peccauerunt, & indigent gloria Dei. Ecclesiastico quoque hanc firmante sententiam . Homo non est iustus in terra, qui faciat bonum & non peccet. Denique & inferius Apostoli dictum manifestè docet, nec

2. Cor.5.

Col.2. Rom.3.

Eccles.7.

Moysen,nec illustrem aliquem de antiquis virum,apud Deum iustificari potuisse per legem. *Tomo sexto libro secundo Commentariorum in caput. 3. ad Galatas.*

QVONIAM autem in lege nemo iustificatur, &c.]Considerandum itaque quia non dixerit,homo aut vir ex fide viuet,ne occasionem tribueret ad virtutum opera contemnenda,sed iustus ex fide viuet. Vt quicunque fidelis esset, & per fidem victurus, non aliter posset ad fidem venire vel in ea viuere, nisi prius iustus fuisset,&puritate vitæ,quasi quibusdam ad fidem gradibus ascendisset. Potest ergo fieri vt sit aliquis iustus, & tamen viuat absque fide Christi. Si legem scrupulus commouetur, Pauli verba suscipiat, in quibus de se ait:Secundum iustitiam quæ in lege est sine reprehensione. Erat igitur Paulus tunc iustus in lege,sed necdum viuere poterat,quia non habebat in se Christum loquentem:Ego sum vita. In quem credens postea cœpit & viuere. Faciamus & nos aliquid simile huic quod dicitur,iustus ex fide viuit & dicamus. Castus ex fide viuit, sapiens ex fide viuit, fortis ex fide viuit, & à cæteris virtutum partibus vicinam sententiam proferamus aduersum eos,qui in Christum non credentes, fortes & sapientes, temperantes se putant esse vel iustos,vt sciant nullum absque Christo viuere, sine quo omnis virtus in vitio est. *Tom.6.lib.2.Com. in cap. 3.ad Galatas.*

Philip.3.

Ioan. 11.

Omnes virtutes ex fide vitam nanci sciuntur.

Sine fide omnis virtus in vitio est.

Philip.2.

QVIA scriptum est, Maledictus omnis qui &c.]Nullum debet mouere quod Christus pro nobis maledictum factus sit, quia & Deus qui eum dicitur fecisse maledictũ, ipse(cũ nesciret Christus peccatũ(pro nobis eum peccatum fecit: & Saluator de plenitudine patris, exinaniuit se, formam serui accipiens,vita mortua est,& sapientia Dei fatuitas est appellata,vt quod stultum erat Dei,sapientius fieret hominibus. Et in sexagesimooctauo Psalmo de se loquitur: Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscõdita. Iniuria itaq; Domini,nostra gloria est. Ille mortuus est vt nos viueremus. Ille descendit ad inferos, vt nos ascenderemus ad cælum. Ille factus est stultitia,vt nos sapientia, fieremus. Ille se de plenitudine & de forma Dei euacuauit, formam serui accipiens, vt in nobis habitaret plenitudo diuinitatis, & Domini fieremus è seruis. Ille pependit in ligno, vt peccatum quod cõmiseramus in lignoscientiæ boni & mali,ligno deleret appensus. Crux eius amaras aquas vertit in dulcem saporem, & securim perditam in profundumq; demersam, missa in fluenta Iordanis leuauit. Ad postremum factus est ille maledictio,factus,inquam non natus, vt benedictiones quæ promissæ fuerant Abrahæ, ipso auctore & præuio transferrẽtur ad gentes, & spiritus repromissio per fidem illius compleretur in nobis: quam dupliciter debemus accipere,aut in virtutum spiritualibus donis, aut in scripturarum intelligentia spirituali. *Ibidem, fol.135.*

2.Cor.1.

In nobis per Christum habitat plenitudo diuinitatis.

Exod.15. 2.Reg.6. Promissæ benedictiones Abrahæ facto Christo auctore & præuio trãsferuntur ad gentes Virtutem spiritualia dona accipimus per Christũ.

SPIRITV ambulate, & desiderium carnis non perficietis.]Et secundum superiora dupliciter accipiendum:vt dicamus eos qui spiritu opera carnis mortificauerint, & seminauerint in spiritu,vt de spiritu metant vitam æternam,quotiescunque voluntatem carnis sensérint titillare, non perficere desiderium eius (quod quidem si expletum fuerit,blandiri videtur ad tẽpus) sed spiritu refrenare, & secundum sententiam historici,animi imperio,corporis seruitio magis viuere. *Tomo sexto libro tertio Commentar. in cap.5.ad Galatas,*

Iusti animi imperio corporis seruitio viuunt.

TERTIA interpretatio à quibusdam in hoc loco dicta est: sed quæ non multum discrepet à secunda, vt desideria carnis in his asserant esse, qui paruuli in Christo sunt:iter autem spiritus, in perfectis viris,& esse sensum. In grauitate spiritus,id est, in itinere viri ambulate perfecti,& non facietis desideria paruulorum. *Ibid.mox.*

QVI autem sunt Christi, carnem crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.] Origenes hunc locum superioribus nectens,ita legit:Aduersus huiusmodi non est lex, qui Christi carnem crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs:vt non, sicut in Latino sonat, eos qui Christi sunt,carnem suam dicat crucifixisse cum vitijs & concupiscẽtijs,sed Christi carnem ab his cum vitijs & concupiscentijs crucifixã. Et quærit quomodo in his qui fructus spiritus habeant, & aduersum quos lex esse ceslauit, crucifixio carnis Dominicæ ponatur in laude, cum ad Hebræos in vituperatione sit positum : Rursum crucifigentes in semetipsis filium Dei, & ostentui habentes. Pro rursus crucifigentes melius vnum verbum compositum in Græco est ἀναστανροῦντες, quod nos interpretari possumus, recrucifigentes. Primum notandum quod aliud sit crucifigere, aliud recrucifigere. Deinde quia non idipsum sit recrucifigere filium Dei, & crucifigere carnem Christi cum vitijs & concupiscentijs: Caro quippe Christi non principaliter & propriè filius Dei est,sed Iesus Christus,qui cum esset in principio apud patrem, verbum Deus, caro factus est, & seipsum exinaniuit formam serui accipiens,vt crucifigeret carnem,& despoliaret principatus & potestates, triumphans de eis in ligno,vt cõpleretur illud Apostoli. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel. Igitur si corpora nostra membra sunt Christi, consequenter & caro nostra caro Christi est, quam crucifigimus, mortificantes per eam super terram, fornicationem immunditiam, passionem,desiderium malum,& auaritiam, & de nobis in laude nũc ponitur, qui Christi Iesu carnem crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs & semper mortificationem Iesu circumferimus in corpore nostro, vt & vita eius manifestetur in carne nostra. Non modici autem laboris est, sic in præsenti sæculo viuere, vt iam nunc vita Iesu manifestetur in carne nostra. Ita enim viuificabuntur & mortalia corpora nostra per inhabitantem in nobis spiritum. Vbi Latinus interpres vitia posuit,in Græco παθήματα, id est, passiones leguntur. Et quia passio potest & dolorem, & cæteras necessitates significare corpusculi, cautè Apostolus intulit,desideria, vt non naturam corporis videretur in spiritualibus viris negare,sed vitia. Et hoc ita admonitum sit,si vulgatam editionem,sequimur,legentes,qui autem sunt, Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs, vt non carnem Christi,sed suam eos crucifixisse dicamus. *Tomo sexto libro tertio Commentariorum in caput quintũ ad Galatas.*

Hebræ 6.

Philip.2. Col.2. Rom 6.

2:Cor.4. Rom.7. Spiritus sanctus inhabitat iustos.

MIHI

MIHI autem absit gloriari,nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi,&c.]Solus potest,in cruce Christi gloriari,qui tollit eam & sequitur Saluatorem:qui crucifixit carnem suam cum vitijs & concupiscentijs: qui mortuus est mundo, & non contemplatur ea quę videntur,sed quę non videntur,videns mundum crucifixum, & transeuntem figuram eius. Crucifigitur autem iusto mundus ille de quo Saluator ait: Ego vici mundum. Et nolite diligere mundum. Et:Non accepistis spiritum è mundo. Cui crucifixus est mũdus. Cui crucifixus est mundus, huic mundus est mortuus, etiam ei euenit mundi consummatio, & dignus effectus nouo cælo, & noua terra,& nouo testamento,canit canticum nouum, & accipit nomen nouum scriptum in calculo quod nemo nouit nisi qui acceperit illud. Quæritur quomodo nunc Paulus dicat: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, cum in alio loco de alijs glorietur, vt ibi;Ita per vestram gloriam quam habeo in Christo Iesu. Et iterum: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis,vt inhabitet in me virtus Christi. Et in alio loco. Bonum autem mihi est magis mori,quam vt gloriam meam quis euacuet: & cætera quæ in hunc modum scripta sunt. Sed sciendum quod omnis illa gloriatio ad crucem relata,gloria crucis sit, & quid quid dignum in virtutibus perpetratur,hoc fieri ob Domini passionem. *Tom.6.lib.3.Commentariorum in caput sextũ ad Galatas.*

Ioan.16.

Apoc 2. Iustificato omnia efficiuntur noua.

1.Cor 15. 2.Cor.12.

1.Cor 9. Christum habitat in iustis.

Omnes virtutes & merita ex Domini passione vim habent.

SICVT elegit nos in ipso ante &cæt.]Inter sanctum & immaculatum hoc interest, quod sanctus & immaculatus quoque intelligi potest, immaculatus verò nõ statim & sanctus: Paruuli quippe immaculati sunt, quia integro corpore nullum fecere peccatum, & tamen non sancti, quia sanctitas voluntate & studio comparatur. Et quod immaculatus dici potest ille qui peccata non fecit:Sanctus autem is qui virtutibus plenus sit;iuxta illud quod in quodam Psalmo scribitur:Qui ambulat sine macula,& operatur iustitiam:Et in Cantico Canticorum: Tota speciosa es proxima mea,& macula non est in te. *Tomo sexto libro primo Commentariorum in caput primum ad Ephesios.*

Infantes sũt immaculati & tamen nũ sunt sancti.

Psal.14. Cant.4.

GRATIA cum omnibus qui diligunt Dominum Iesum Christũ in incorruptione. Amen &cætera.] Videamus ne fortè melius sit omne peccatum corruptionem animæ intelligere, & eos qui à peccato liberi sunt, incorruptos vocari:ita vt diligentes Dominum Iesum Christum, in incorruptione sint, dum peccati vinculis nõ tenentur,& cum eis est gratia Dei. Simulque arbitror ad distinctionem eorum qui diligunt Dominum Iesum Christum,sed non, in incorruptione, nunc positum, eos gratiam habere Christi, qui diligũt eum in incorruptione. Quãti enim diligunt Dominum parati exilia, parati martyria,parati inopiam,& omnia pro eo cõtumeliarum genera sustinere, & nihilominus carnis passione superantur : sed his non imprecatur Apostolus gratiam: quia gratia Domini est cum omnibus qui diligunt eum in incorruptione. *Tomo sexto libro tertio Commentarior. in cap.6. ad Ephesios.in fine.*

Iustificati sunt incorrupti & adest? illis Dei gratia.

DIVERTE à malo & fac bonum.]Nihil prodest,si destruis,& non ædificas,hoc est,si destruis vitia,& non ędificas,virtutes. Ac si dicat:Quis est homo qui sine his velit vitam? Nullus:Quia in eo nullum bonum est,qui nullum malum destruit. Diuerte à malo & fac bonum. Mala omnia à Diaboli instinctu procedunt, sicut bona à Dei. Relinque ergo quæ instigat Diabolus,& operare quæ præcipit Christus. *Tom.7.Comment.in Psalm.33.*

Destruenda vitia & ædificanda virtutes.

ITER facite ei qui ascendit super occasum: &c.] Docet vt compressis peccati tumoribus, planam ei in cordibus nostris viam per iustitiã præparemus, qui super occasum mortis ascendens,victor remeauit ex inferis. Si non nobis occidat sol iniquitatis, non potest nobis oriri sol iustitiæ,cuius sanitas in alijs est. *Tom.7.Comme.in Psalmum 67.*

Primus sol iniquitatis occidit: tum oritur sol iustitiæ. Malac.4.

ET operuisti omnia peccata eorum.]Secundum Tropologiam. Remisisti iniquitatem plebis tuæ. Nemo dimittit,nisi quod debetur. Operuisti omnia peccata eorum. Virtutibus operuisti, & propterea peccata non apparent. Ac si diceret:Iniquitatem operuisti iustitia,impudicitiam operuisti castitate: nigredinem operuisti cãdere. *Tom.7.Com.in Psal.84.*

Virtutib. operiuntur & teguntur peccata.

INexitu Israël de Aegypto:domus Iacob de populo barbaro.]Et nos primitus debemus esse Iacob, hoc est supplantatores vitiorum, vt postea possimus esse Israel, id est, animi videntes Deum, & oculis cordis contemplari Deum secundum illud: Beati mundi corde quoniam ipsi Deum videbunt. *Tom.7.Com.in Psal.113.*

Primus Iacobitæ tum Israelitæ.

BEATVS qui retribuet tibi retributionem tuam,quam retribuisti nobis.]Eiecit me de paradiso: ego illam per abstinentiam reduco ibidem. Decepit me per fornicationem:ego per castitatem reduco illam in Hierusalem, & ex vitijs in virtutem. Ergo non vt inimicus facio,sed vt amicus. *Tom.7.Com.in Psal.136.*

LAVDATE eum in sono tubæ.]In quo bello occisi vicerunt:cõterente Domino Satanam sub pedibus eorum.

LAVDATE eum in Psalterio & cithara.]Eo quod eis,vel decalogum legis implere præsiterit, vel post mortificatam carnem, quæ cithara accipitur,in se viuificauerit.

LAVDATE eum in tympano & choro.]In tympano,quod mortificatũ corpus sit immortalitate donatũ:in choro, quod choris sit angelicis sociatum.

LAVDATE eum in chordis & organo.]Quod per ciborum abstinentiam retortis visceribus, concupiscentijsque euictis carnalibus, digni inuenti sunt regno Dei, ad concinendas diuinas laudes.

LAVDATE enim in cymbalis benè sonãtibꝰ:

LAVDATE eum in cymbalis benè tinnientibus.]Impletur hæc laus in cymbalis benè sonantibus exultantibusq; ,eo quod corruptione carnis sanguinisq; depulsa,confirmati ad imaginem creatoris,omni plenitudine spei completa sicut sol resplendeant in regno Dei patris omnipotentis.

OMNIS spiritus laudet Dominum.]In hoc ergo regno non caro, non sanguis, non corruptio,sed homo iam spiritualis totus effectus, Deum in spiritu(qui spiritus est) laudare non desinat. *Tom.7.Commentarior.in Psal. 150.fol.187.*

Arti-

Articulus XII. Iustificari hominem iustitia Dei, non qua ipse Deus iustus est, sed qua nos iustos facit, & qua ab eo donati renascimur & renouamur spiritu mentis nostræ.

NON æquè Deus omnes inhabitat, nec ad eandem mensuram omnibus infunditur. *Num.11.* De spiritu Moysi aufertur, & septuaginta presbyteris datur. Puto aliam esse abundantiam fluminis, aliam riuulorum. *4.Reg 2.4. 3 Reg.17.* Eliæ spiritus Eliseo duplex datus est: vnde & duplex gratia fecit signa maiora. Ille viuus mortuum, iste mortuus mortuum suscitauit: ille famem imprecatus est populo, iste obsessæ ciuitati sub vna die hostiles copias prębuit. Licet hoc quod ait: Nescitis quia corpora vestra templum est spiritus sancti, de cuncta credentium dicat Ecclesia: qui pariter congregati, vnum Christi corpus efficiunt. Hic iam quæritur in corpore, qui pedibus Christi dignus sit, qui capite, qui oculus eius sit, qui manus. *1.Cor.6.* Quod & duæ mulieres in Euangelio, pœnitens & sancta significat, quarum altera pedes, altera caput tenet, tametsi nonnulli existimant vnam esse, & quæ primum cœpit à pedibus, eam gradatim ad verticem peruenisse. *Luc 7. Matt.14.* Sed & illud quod obijcit: non pro his rogo tãtum, sed & pro illis, qui crediturí sunt per verbum eorum in me vt sicut ego pater in te, & tu in me, vnum sumus, ita omnes vnum sint in nobis. *Ioan.17.* Et quod omnis populus Christianus vnum sit in Deo, quasi filij carissimi diuinę consortes naturæ iam supra diximus, & nunc plenius inculcandum est, non nos secundum naturam, sed secundum gratiam vnum esse in patre, & filio. *Hæc faciunt contra Ossiandrum qui putauit nos iustificari essentiali Dei iustitia,* Neque enim eiusdem substantiæ est (quod Manichęi solẽt dicere) anima humana & Deus. Sed dilexisti, inquit, eos, sicut & me dilexisti. Vides ergo, quod in consortium substantiæ eius assumitur, non naturæ esse, sed gratiæ: & ideo nos diligit, quia filium dilexit, pater, & membra diliguntur, scilicet in corpore. *Ioan.1.* Quotquot enim receperunt Christum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius, qui nó ex sanguinibus neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Verbum caro factum est, vt nos de carne transiremus in verbum. Nec verbum desijt esse quod fuerat: nec homo perdidit esse, quod natus est, gloria aucta est, non mutata natura. *Tom.2.lib.2. contra Iouinianum cap.16.*

Æqualitatẽ Dei sibi vindicare summa est stultitia QVAE enim potest alia maior esse temeritas, quam Dei sibi non dicam similitudinem, sed æqualitatem vendicare, & breui sententia omnium hæreticorum venena complecti, quæ de Philosophorum & maximè Pythagoręe & Zenonis, principis Stoicorum, fonte manarunt? *Tom. 2. aduersus Pelagium ad Ctesiphontem capite primo in principio.*

Psal.50. VNDE & Dauid dicit: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea. Et in alio Psalmo: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quod testimonium sub nomine pietatis noua argumentatione deludunt. Aiunt enim ad comparationem Dei nullum esse perfectum, quasi scriptura hoc dixerit, neque enim ait: Non iustificabitur omnis viuens: sed, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quando enim dicit, In conspectu tuo, hoc intelligi vult, quod, etiam qui hominibus sancti videntur, Dei scientiæ atque notitiæ nequaquam sancti sint. Homo enim videt in facie, Deus autem in corde. Si autem, inspiciente Deo, & omnia contemplãte, quem cordis arcana non fallunt nullus est iustus; perspicuè ostenditur, hæreticos, non hominem in excelsa fustollere, sed Dei potentiæ derogare, multaque alia, quæ si de scripturis sanctis voluero congregare, non dicam Epistolæ, sed voluminis quoque excedam modum. *Ibid, folio 264.*

Iustitia nostra saepe est iniustitia dei intuitu. *1.Reg 15.d*

Pelagiani æqualem Deo iustitiam in hominibus iactitabant.

TV ipse, qui perfectam, & Deo æqualem in hominibus iustitiam iactitas, & peccatorem te esse confiteris, responde mihi, velis an nolis care re peccato? si vis, quare iuxta sententiam tuam non imples, quod desideras? sin autem non vis, contemptorem te præceptorum Dei esse demõstras: si contemptor es, vtique & peccator, si peccator, audi tibi scripturam loquentem: Peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti verba mea retrorsum. Verba Dei dum non vis facere, post tergum tuum proijcis: & nouus Apostolus, orbi terrarum facienda & non faciẽda decernis. *Ibid. cap.4.Fol 267.*

Psal.49.

Qui nam hæretici statuæ æqualẽ perfectionẽ in Deo & hominibus.

VT præteream Manichæum, Priscillianum, Euagrium Hiperbontam, Iouinianum, & totius pene Syriæ hæreticos, quos sermone gentili Abin & Paanin, id est, peruersos & Masilianos, Græcè *ἐυχίτας* vocant: quorum omnium ista sententia est, posse ad perfectionem, & non dicã ad similitudinem, sed æqualitatem Dei, humanam virtutem & scientiam peruenire, ita vt asserant se ne cogitatione quidem, & ignorantia, cum ad consummationis culmen ascenderint, posse peccare. *Tomo secundo in Proœmio in Dialogos aduersus Pelagianos.*

MANICHAEORVM est, hominum damnare naturam, & liberum auferre arbitrium, & adlutorium Dei tollere: rursumque apertissimę insaniæ, hoc hominẽ dicere esse, quod Deus est. *Ibid. in fine ferè.*

VNDE datur consilium per eundem prophetam: Indicabo tibi ô homo quid sit bonum, & quid Dominus quærat à te: vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo. *Tomo secundo lib.2. Dialo. aduersus Pelagianos, cap.9.*

MORTVI enim vitam non videbunt, &cætera.] Quæstio videtur esse difficilis, quomodo mortui vitam non videant? Quæ sic soluitur, tamdiu eos vitam non videre, quamdiu mortui sunt. Quomodo si dicamus, cæcus non videt lumen, quam diu cæcus est: sin autem receperit sanitatem, lumen aspiciet: sic & qui iniquitate mortuus est atque peccatis, antequam viuificetur iustitia atque virtutibus per eum qui dicit: Ego sum vita, viuere non poterit. Vnde & Deus viuorum dicitur, non mortuorum. Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur. Legimus in Epistola quæ ad Hebræos scribitur: Ne rursum

Ioan.14. Matt.22. Ezech.18. Hebræ.6.

sum fundamentum iaciamus pœnitentiæ ab operibus mortuis. Sin autem peccata appellantur opera mortua, quare non econtrario virtutes appellentur opera viua? *Tomo quarto libro octauo Commentariorum in caput Vigesimum sextum Esaiæ.*

1.Pet.3. Act.3. Luc.5. SI posuerit pro peccato, &cæter.] Et notandum quod iustificatus sit (vt de iniquo iustus fieret) Sed iustus iustificatur, non vt inciperet esse quod non erat, sed vt quod erat omnibus appareret. Iste iustus pro iniquis passus est, vt omnes nos offerret Deo. De quo dicitur ad Iudęos: Et negastis sanctum & iustum, & petistis vt vir homicida donaretur vobis. Et peccata, inquit, eorum ipse portauit quasi medicus languores ægrotantium: quo sani non indigent, sed hi qui malè se habent. *Tom.4.lib.14.Comment. in cap. 53.Esaiæ.*

Pulchrosimili docet quo modo Christꝰ nostra peccata tulerit.

Exempla quædam iustificatorum.

QVIA in lætitia egrediemini, &c.] Vtcunque se habeat nominum proprietas, hoc dicendum est, quod mala vertatur in bona, & pro vitijs nascantur virtutes, id est, pro iniquitate, iusti pro temeritate, fortitudo: pro luxuria, temperantia: pro stultitia prudentia. Demus exempla maiorum. Matthæus & Zachæus publicani, saliuncula erant, & *σοιβᾶ*, stirpes inutiles, & *κονίζη* amari saporis, & odoris teterrimi, dicentes: Cõputruerunt & corruptæ sunt cicatrices meę, à facie insipientiæ meæ. Isti in Apostolos repentè mutati, facti sunt cypariſſus, & abies, & myrtus, odoris optimi. & in varia opera necessarij. Paulus quoque persecutor Ecclesię, quando audiebat à Domino: Saule, Saule, quid me psequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare! vrtica erat habens persecutionis aculeos. Quando autem in toto orbe Euangelium prędicabat, & dicere poterat: Christi bonus odor sumus: rectè cypariſſus appellatur, & myrtus. Meretrices & publicani pręueniunt phariſęos in regno Dei, & latro de cruce transit in paradisum. *Tomo quarto libro decimo quinto Comme. in cap. quinquagesimumquintum Esaiæ.*

Psal.37. Actor.9. 2.Cor.2. Matt.21. Luc.23.

Maxima arrogantia viri, fuere homini æqualem iustitiã cum Deo.

SECVNDVM frater Eusebi in Hieremiam librum celeri sermone dictamus, auertentes parumper aures, ne audiamus indicium sanguinis, & interfectorum animas deploremus: qui opinione virtutum quotidie corruunt in superbiam, & Deo se similes arbitrantur: vt æqualitatem, quam impia Arianorũ hæresis in filio negat cunctis hominibus tribuant: & ponant in cęlum os suum, & nihil futuræ sanctorum beatitudini amplius derelinquant. *Tomo 4. in Proœmio Com. 2. lib. in Hieremiam.*

Matt:5. Similes esse Deo possumꝰ nõ æquales.

MALEDICTVS vir, &c.] Amicis & filijs præcipit. Estote perfecti, sicut & pater vester perfectus est: similitudinem imperans non æqualitatem. Et ibi obedientia mandatorum est, hic similitudo Dei. *Tom.4.lib.2.Commentariorum in cap.11. Hieremiæ.*

Ioan.6. Ibid.3. Psal.4. 2.Ioan.3.

ET factus est sermo Domini, &cæte.] Primum commouetur quid fuerit, vt doleat se perdidisse quod habuit. Tu, inquit, signaculum similitudinis iuxta illud quod propriè de Saluatore dicit Ioannes Euangelista: Hunc enim Deus signauit pater. Et de hominibus: Signauit quoniam Deus verax est. Et in Psalmis: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Et in alio loco: Charissimi, nunc filij Dei sumus, & necdum apparuit quid futuri sumus. Sciamus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. Vnde & ad Deum dicitur: Quis similis erit tibi? *Psal.34.* Aliud enim est similitudo, aliud æqualitas. Vnde sæuissima hæresis est, quæ in Christo tantùm patris similitudinem confitetur, aufert naturam. Nos autem in filio non solum similitudinem dicimus, sed æqualitatem. Propterea enim, eum persequebantur Iudæi: quia non solum soluebat sabbathum, sed & æqualem se faciebat Deo. Vbi autem æqualitas est, ibi eadem natura, vnáque substantia: Hoc est illud quod de similitudine loquitur & Apostolus: Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis: & recipiatis videlicet similitudinem eius, quam vestro vitio perdidistis. Et quia in Latinis codicibus pro signaculo, resignaculum legitur: dum *κακοζήλως* verbum è verbo exprimens, qui interpretatus est, iuxta LXX. interpretationem *ἀποσφράγισμα*, id est, resignaculum posuit. Vnde quidem se intelligunt qd signaculum Dei & figuram, quæ velut in cera mollissima expressa sit, rex Tyri resignauerit atque perdiderit: vt pro signaculo fecerit resignaculum: nequaquam habens imaginem & similitudinem Dei, iuxta quam & primus homo conditus est, dicente Deo: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et notandum quod imago tunc facta sit tantum, similitudo in Christi baptismate compleatur. Et consequenter ei cui dictum est: tu signaculum similitudinis, iungitur: plenus sapientia: perfectus decore: siue corona decoris. Vbi enim similitudo Dei est, ibi & plenitudo sapientiæ, & perfectus decor, siue quasi diuersis floribus ornata, atque composita corona virtutum, quam proprio studio auget diligens, dum naturę bonum nutrit industria, & negligens minuit, iuxta illud quod in prouerbijs sub figura mulieris pulchræ & malè moratæ dicitur. Sicut inauris in naribus porcæ, sic mulieri malè moratæ pulchritudo. Sequitur in delicijs paradisi Dei fuisti: pro quo in Hebraico habetur, in Eden: quod & Geneseos narrat historia. Eden autem vertitur in delitias. Et pulchrè ad distinctionem, paradisum Dei nominat, vt ostendat esse & cõtrarium paradisum non Dei, apud eos qui veritatem mutant mendacio, & paradisum habere se iactant. Quo sermone demonstrat, nequaquam hominem esse de quo scribitur, sed contrariam fortitudinem, quæ quondam in Dei paradiso commorata sit: licet Iudęi hoc per *τρόπον*, qui appellatur *ὑπερβολή*, de Hyram rege Tyri existimant prophetari. Cui autem dicitur: In delitijs paradisi Dei fuisti, siue factus es: quid habuerit ostendit, quidue perdiderit. *Tom. quarto libro nono Commentariorum in caput vigesimum octauum Ezechielis.*

Prou.11. Gen.4. Rom.13. Coloss.3.

Ibidem. Homo conseruat imaginem non æqualitatẽ creatoris.

CVMQVE ingredientur portas atrij interioris, &c.] Esse indumenta sancta & spiritualia docet & Apostolus, dicens: Induimini Dominum Iesum Christum. Et in alio loco: Induite vos viscera misericordiæ, bonitatis, humilitatis, mãsuetudinis, & patientiæ. Et iterum: Expoliati vetere homine cum operibus eius, & induti nouo, qui renouatur in scientiam iuxta imaginem creatoris. *Tom.4.lib.13.Commentariorum in cap. 44. Ezechielis.*

QVRSITA vt sapiens,& quis nouit &c.] Quod autem sequitur:Sapientia hominis illuminabit vultum eius, & improbus facie sua odietur: ita possumus explanare, vt Pauli verbo dicamus: Nos autem omnes reuelata facie gloriam DEI contemplantes. Et psalmistæ canentis: Signatũ est super nos lumen vultus tui Domine. Sapientiam autem hic hominis non aliam esse dicit ab sque sapientia Dei. Quæ cum sapientia Dei sit, iuxta possibilitatem capacitatis hominis, eius esse incipit qui se habere meruerit. *Tom.5.Com.in cap.8.Ecclesiastis.*

2.Cor 3.

Psal.4. Sic & iustitia Dei iuxta possibilitatem capacitatis hominis eius esse incipit qui eã habere meruerit.

AC filios fornicationum, &cætc.] Nec culpandus propheta, interim vt sequamur historiam si meretricem conuerterit ad pudicitiam, sed potius laudandus quod ex mala bonam fecerit. Non enim qui bonus permanet, ipse poluitur, si societur malo: sed qui malus est, in bonum vertitur, si boni exempla sectetur. Ex quo intelligimus non prophetam perdidisse pudicitiam fornicariæ copulatum, sed fornicariam assumpsisse pudicitiam, quam antea non habebat: præsertim cum beatus Oseæ hoc non ob causam luxuriæ, non libidinis, non propria fecerit voluntate: sed Dei paruerit imperio: vt quod in isto carnaliter legimus, in Deo factum spiritualiter probaremus. Qui suscepit synagogam, hoc est populum Iudæorum, fornicationi & libidini seruientem. Ad quam DOMINVS loquitur per Ezechielẽ: Et tu meretrix audi verbum Domini: Fractæ enim sunt in AEgypto mammæ eius, & volutabatur in sanguine, & fuerat polluta vsque ad verticem: vt nulla pars corporis atque membrorum eius turpitudinis maculam non haberet. Operuit talem Dominus pallio, & suis sũxit amplexibus: dedit ei mel & oleum, & similam manducare, & induit eam vestibus pretiosissimis, posuit in collo ornamẽta gemmarum: aures ornauit auro & lapide pretiosissimo: armillas quoque brachijs præbuit vt bonis vteretur operibus. Et nihilominus hæc contempta largitate & bonitate viri, prioris immemor turpitudinis, amatores Chaldæos, & Assyrios & Aegyptios qui magnarum sunt carnium secutã est. De Saluatoris & Ecclesiæ typo in præsatiuncula diximus, quod sumpserit sibi vxorem fornicariam, quæ prius idolis seruiebat. Si quis autem contentiosus & maximè gentilium noluerit figuraliter dictum recipere, & irriserit prophetam fornicariæ copulatum, opponamus ei illud quod solet laudare Græcia, & philosophorum scholæ concinunt. Qua ratione prædicent virum eruditissimum Xenocratem, qui Polemonum luxuriosissimum iuuenem, & inter psaltrias, atque tibicines, & impudicas mulieres ebrium, & hædera coronatum fecit obedire sapientiæ, & adolescentem turpissimũ mutauit in sapientissimum philosophorum: Cur Socratem ad cœlum leuent, qui Phædonem, ex cuius nomine Platonis liber est, de lupanare ob crudelitatem, & auaritiam Domini multorum libidini seruientem, in Academiam transtulerit. Et quid quod illi de philosophiæ magistris responderint, nos ad prophetæ defensionem referemus. *Tom.5.Comm.in cap. primum Oseæ.*

Ezech.16. *Ibid.23.* *Ezech.16.* *Vestimenta iustitiæ & ornamenta.* *Ibidem.* *Iustificatio similibus tribuitur. Luc.1.*

QVI conuertitis in absynthium iudicium, &cætera.] Iste Deus qui cuncta transformat, etiam vmbram mortis mutat in lucem: quando hi qui sedebant in tenebris & vmbra mortis, viderunt lucem magnam, & qui erant filij noctis & tenebrarum, facti sunt filij lucis & dici. *Tomo quinto libro secundo Commentariorum in cap. quintum Amos.*

ISTE Deus vocat ad se aquam maris, & effundit eam super faciem terræ, de peccatoribus iustos faciens. Ad quod exponendum vnum tantum studio breuitatis ponamus exemplũ: Paulus Apostolus quasi turbo violentus, & sæua tẽpestas, & tumentis maris gurges, persequebatur, & opprimere nitebatur Ecclesiam Dei. Qui vocatus à Domino effusus est super faciem vniuersæ terræ, vt prædicaret Euangelium de Hierosolymis vsque ad Ilyricum, & ædificaret non super alterius fundamentum, vbi iam fuerat prædicatum, sed vsque ad Hispanias tenderet, & à mari rubro, imo ab Oceano vsque ad Oceanum curreret timitans Dominum suum & solem iustitiæ, de quo legimus, à cælo summo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius: vt ante eum terra deficeret, quam studium prædicandi. *Ibid.mox.*

Act.8. Iustificatio exẽplo Pauli illustratur Rom.15. *Psal.18.*

QVASI gregem in medio cubilis eorum.] Non solum, inquit, auersio eorum, qua à me auersi sunt ponetur quasi grex in tribulatione: sed postquam tribulati fuerint, & angustię tempus expleuerint, ponentur in requie, hoc est, in cubili suo. Et tunc de hominibus commigrabunt, & transcendent humanæ conditionis statum, & implebunt quod sequitur. Exilient ex hominibus. Non solum autem illi exilient & abibunt, sed omnes ad quos sit sermo Dei: & qui humana vitia relinquentes, conuersationem diuinitatis imitantur, & audiunt. Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes: exilient ex hominibus & quasi ferentur ad cælum. *Tomo quinto libro primo Commentariorum in caput secundum Michęæ.*

Iustificati & auersationem diuinitatis imitantur. *Psal.81.*

CONGREGANS congregabo, &cætera.] Tollentur iniqui, non dixit occidentur, sed tollentur: vt ad meliora conuersi, de impietate & iniquitate, ad pietatem iustitiamque trãslati, incipiant esse quod ante non fuerant. *Tomo quinto Commentariorum, in caput primum Sophoniæ.*

Iustificatio est translatio ab iniquitate ad iustitiam.

LAVDATA filia Sion, &c.] Gaude filia Sió, prædica filia Hierusalem, lætare & delectare de toto corde tuo filia Hierusalem. Omnis quippe Ecclesiastica anima, quæ in speculo constituta est, & contemplatur pacem, lætatur & gaudet iniquitates à se esse sublatas, & redemptas ab eo qui pretioso sanguine omnes redemit CHRISTUS enim factus est sapientia nobis à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Et redemit nos rex Israel, qui habitat in medio nostri, dicens: Ego & pater meus veniemus, & mansionem apud eum faciemus: & habitabo & ambulabo in eis, & vltra non videbimus mala, solas virtutes cogitantes atque facientes. In illa die, dicit DOMINVS, videntibus nobis pacem, & in sublimi positis, ne dissoluantur manus tuæ: qui & per Esaiam Prophetam dixit. Confortamini manus dissolutæ, & opera tua robusta sint. DOMINVS enim fortis, cui nemo potest resistere, saluator tuus: ipse

Ioan.14. Leuit.26. Deus habitat & ambulat in iustificatis. *Isaiæ 35.*

ipse tibi reddet lætitiam quam perdidisti, & veteri homine proiecto, in nouo ambulare te faciet, & hæc faciet in dilectione sua: non tuo merito, sed misericordia sua. Et lætabitur in te & delectabitur, quasi pinguissimam solennitatis tuæ hostiam suscipiens salutem tuam, & ipse tibi dicet: congregabo contritos tuos: Cor quippe contritum & humiliatum Deus non despiciet: Et calamum contritum non confringet. *Tom.5.Com.in cap.3.Sophoniæ.*

Psalm.50. Esaiæ.42.

AMICE non facio tibi iniuriam.] Legi in cuiusdam libro: amicum istum qui increpatur à patrefamilias, primæ horæ operarium, protoplastum intelligi, & eos qui in illo tempore crediderunt.

NONNE ex denario, &c.] Denarius figuram regis habet. Recepisti ergo mercedem quam tibi promiseram: hoc est imaginem & similitudinem meam. *Tom.6.lib.3.Commentariorum, in cap. 20.Matth.*

Imago & similitudo Dei merces nobis promissa.

INTRAVIT autem rex vt videret discumbentes, &c.] Vestis nuptialis, præcepta sunt Domini, & opera quæ complentur ex lege & Euangelio, nouique hominis efficiunt vestimentum. Si quis igitur in tempore iudicij inuentus fuerit sub nomine Christiano non habere vestem nuptialem: hoc est, vestem supercœlestis hominis: sed vestem pollutam, id est, veteris hominis exuuias: hic statim corripitur, & dicitur ei: Amice quo huc intrasti? Amicum vocat quod inuitatus ad nuptias est: arguit impudentiæ, quod veste sordida, mundicias polluerit nuptiales. *Tom.6.lib.3.Com.in cap.22.Matthæi.*

Iustitia vestimentum cœleste nouihominis.

QVI dedit semetipsum pro peccatis nostris.] Neque filius se dedit pro peccatis nostris absque voluntate patris: neque pater tradidit filium sine filij voluntate: sed hæc est voluntas filij voluntatem patris implere, vt ipse loquitur in Psalmo: Vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui. Dedit se autem filius vt iustitiam, quæ erat in nobis iustitia ipsa subuerteret. Tradidit se sapientia, vt sapientiam expugnaret. Sanctitas & fortitudo se obtulit: vt spurcitiam infirmitatemque deleret. Atque ita non solum in futuro sæculo, iuxta præmissam spem qua credimus, sed etiam hic de præsenti sæculo nos liberauit: dum commortui Christo transfiguramur in nouitatem sensus, & non sumus de hoc mundo, à quo merito nec amamur. *Tomo sexto, libro primo, Commentariorum, in caput 1 ad Galatas.*

Psalm.36. *Iustitia trãsfiguratio nouitatis.*

NOS natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores.] Vt autem totum argumentum breui sermone comprehendam, sensus est iste qui texitur. Nos, id est, ego & tu Petre (misceo enim personam suam, ne illi facere videretur iniuriam.) Cum essemus, inquit, natura Iudæi, ea facientes quæ lege præcepta sunt, & non ex gentibus peccatores (qui vel generaliter, quia idolis seruiunt, peccatores sunt, vel quos nunc putamus immundos) scientes quod non possemus ex legis opere, sed ex Christi saluari fide, credidimus in Christum, vt quod lex nobis non dederat, fides tribueret, quam habebamus in Christo. Quod si recedentes à lege, in qua saluari non potuimus, transcendimus ad fidem in qua non carnis quæritur circumcisio, sed cordis puri deuotio: & nunc à gentibus recedendo hoc agimus, vt quicunq; non sit circumcisus immundus sit: ergo fides in Christum in qua nos putabamus ante saluari, magis peccati est ministra, quam iustitiæ, quæ adfert circumcisionem, quam qui non habuerit immundus est. Sed absit, vt quod semel destruxi, & sciui mihi non profuisse, rursum vendicem. Semel à lege discedens, legi sum mortuus, vt in Christo viuerem, cruciq; eius affixus, & in nouum renatus hominem, fide magis quam carne sub sisterem, & cum Christo egre derer è mundo. Quod semel adorsus sum, teneo. Non mihi gratis Christus est mortuus in quo frustra credidi, si putaui absq; fide eius in veteri lege saluari. *Tom.6.lib.1.Com.in cap 2.ad Galatas.*

Per Christũ in nouum hominem renati.

CHRISTO confixus sum cruci.] Quia dixerat se per legem legi mortuum, quomodo mortuus fuerat, ostendit: Christo confixus sum cruci: tollens crucem suam & Christum sequens, & in ipsa obsecrans passione: Memento mei cum veneris in regnum tuum. Statimq; audiens: Hodie mecum eris in paradyso. Si quis mortificatis membris super terram, & mundo mortuus, configuratus fuerit morti Iesu Christi, crucifigitur cum Iesu, & trophæum mortificationis suæ, in ligno Dominicæ passionis affigat.

Luce.23. *Configuramur Christo per iustitiam.*

VIVO autem iam non ego, viuit autem in me Christus.] Non viuit ille qui quondam viuebat in lege, quippe qui profequebatur ecclesiam. Viuit autem in eo Christus. Hoc autem totum sub sua persona aduersum Petrum de Petro disputat.

QVOD autem nunc viuo in carne.] Aliud est in carne esse & in carne viuere. Qui enim in carne sunt, Deo placere non possunt. Vnde ad benè viuentes dicitur: Vos autem non estis in carne. *Ibidem.*

Rom.8.

ESTOTE sicut & ego, quia & ego sicut & vos.] Quod dicit tale est: quo modo ego vobis infirmis sum factus infirmus, & non potui loqui vt spiritualibus, sed quasi carnalib. & paruulis in Christo, & quia necdum poteratis solido cibo vesci, Euangelico vos tantũ lacte potaui, nolens in ætate vos semper infantiæ permanere, sed paulatim ad adolescentiam & inuentutem vsq; perducere, vt solidum cibum posseris accipere: ita vt vos de betis esse sicut & ego sum, perfectiora videlicet sapere: dimisso lacte, ad fortiores cibos & ad pabula transire maiora. Hoc autem loquitur quasi Saluatoris imitator, qui non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, & habitu inuentus est vt homo, vt nos dij fieremus ex hominibus, & non vltra moreremur: sed consurgentes Christo, amici eius diceremur, & fratres, & vt esset discipulus sicut magister, & seruus sicut Dominus. *Tom.6.lib.2.Com.in cap.4.ad Galatas.*

1.Cor.5. *Philip.2. Amici Dei & dij efficimur ex hominibus per iustitiam.*

NEQVE circumcisio aliquid est, &c.] Quomodo fidelis & infidelis, cum vnus sit per substantiam in duos diuiditur iuxta intelligentiæ diuersitatem, Apostolo dicente: Expoliantes vos veterem hominem cum operibus eius, & induentes nouum, qui renouatur in cognitionem iuxta imaginem creatoris: sic & mundus, cum secundum substantiam, vnus sit, secundum sensum alius atque alius efficitur. Peccatori, mundus vetus est, sancto, nouus. Cum enim sancto mundus fuerit crucifixus, nequaquam est ei circumcisio & præputium, non Iudæus neque gentilis, sed noua creatura, in quam transfiguratur corpus humilitatis nostræ conformæ

Coloss 3. Vnus idemq; homo iuxta qualitates diuersus. *Philip.3.*

2. Cor. 5. 2. Cor. 13. corporis gloriæ Christi. Vetera quippe transierunt, ecce facta sunt omnia noua. *Tomo sexto, libro tertio, Commentariorum, in caput sextum, ad Galat. 15.*

BENEDICTVS Deus, & pater Domini nostri Iesu, &c.] Quæritur quomodo adhuc in terra nos positos, cœlesti benedictione benedixerit. Siue igitur quod conuersatio nostra in cœlis est, & non sumus de mundo isto, sed posita imagine electi, petamus imaginem super cœlestis, & in carne non viuimus, sed in spiritu: & thesaurizamus nobis in cœlis, vbi & cor habemus, dicimur nunc cœlesti benedictione benedicti: siue certè, quod omnis benedictio spiritualis in Christo, licet in terra sit, tamen de cœlestibus computetur. Benedixit nos, inquit, in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo: In sermone Dei, & sapientia, & veritate cæterisque virtutibus. *Tom. 6. lib. 5. Commen. in cap. 1. ad Ephesios.*

Quomodo cœlesti benedictione simus benedicti.

IN quo & vos audito verbo veritatis, &c.] Signatur qui audierit verbum veritatis, & crediderit in eo, spiritu repromissionis sancto. Quia multi sunt qui audierunt, & increduli permanentes, nequaquam signaculum sancti spiritus consecuti sunt. Dicitur & ad principem Tyri: Tu es signaculum similitudinis Dei. Signaculum autem Dei est? vt quo modo primus homo conditus est ad imaginem & similitudinem Dei: sic in secunda regeneratione, quicunque spiritum sanctum fuerit consecutus, signetur ab eo, & figuram conditoris accipiat. quærendam etiam vbi alibi scriptum sit spiritus repromissionis sanctus: vel quid significet. Ego enim æstimo quia sicut Spiritus sanctus sanctum facit cum cui fuerit infusus, & spiritus sapientiæ, sapientem: & intelligentiæ, intelligentem: & consilij, cautum atque consultum: & fortitudinis, fortem: & scientiæ, scientem: & pietatis pium, & timoris, timidum, Deique timore trepidantem, ita & spiritus repromissionis vel spiritus Dei, sponsorem & Deum facit eum in quo habitauerit. Quomodo è contrario spiritus immundus immundum facit, & spurcam sibi domum præparat spurcus habitator: fornicationis quoque spiritus efficit scortatores, de quibus & Propheta loquitur: Spiritu fornicationis seducti sunt: & nequam spiritus nequam facit homines atque peruersos, & dæmoniacus dæmones: qualisque fuerit liquor, qui nouæ istæ infusus est, talem diu testa & odorem retinet & saporem. *Tom. 6. lib. 1. Commentariorum, in caput primum, ad Ephesios.*

Ezech. 28.

Quomodo iustificamur operetur Deus in nobis.

Esaiæ. 11.

Osee. 4.

QVI est pignus, &c.] Pignus Latinus interpres pro Arrabone posuit. Non idipsum autem arrubo quod pignus sonat. Arrabo enim futuræ emptionis quali quoddam testimonium & obligamentum datur. Pignus verò, hoc est, ἐνέχυρον, pro mutua pecunia exponitur: vt cum illa reddita fuerit, reddenti debitum pignus à creditore reddatur. Rursum in eo vbi ait: In redemptionem, non habet in Græco ἀπολύτρωσιν sed περιποίησιν: quam nos acquisitionem siue possessionem possumus dicere: nec tamen vim sermonis expressimus. Multa enim verba sunt, quæ nec de Græco in Latinum transferri valent, nec de Hebraico in Græcum, & reciprocè nec de Latino in Græcum, nec de Græco in Hebræum. Quicunque igitur non tantum spiritum sanctum, sed spiritum sanctum repromissionis acceperit, simul consequetur & Arrabonem hæreditatis, quæ hæreditas vita perpetua est. Et quomodo ex Arrabone æstimatur qualis emptio futura sit, & quæ possessio: verbi caussa: ex decem solidis, centum solidorum villa, & ex centum solidis mille solidorum possessio: ita ex varietate Arrabonis hæreditatis quoque postea secuturæ magnitudo cognoscitur.

QVAMVIS autem sanctus sit aliquis atque perfectus, & omnium iudicio beatitudine dignus putetur: tamen ad futuram hæreditatem nunc Arrabonem est spiritus consecutus. Si autem Arrabo tantus, quanta erit ipsa possessio? Quo modo autem Arrabo qui nobis tribuitur, non est extra nos, sed intra nos est: sic & ipsa hæreditas, hoc est regnum Dei, quod intra nos est, in nobis versatur intrinsecus. Quæ enim potest esse maior hæreditas, quam contemplari & videre sensu pulchritudinem sapientiæ & verbi & veritatis & luminis, & ipsius ineffabilem & magnificam DEI considerare naturam, omniumque qui ad similitudinem Dei conditi sunt, substantiam contueri? Iste autem spiritus repromissionis sanctus, qui est Arrabo hæreditatis nostræ, iccirco sanctis datur, vt redimantur, & copulentur DEO in laudem gloriæ ipsius. Non quod DEVS laude alicuius indigeat, sed quod laus DEI laudatoribus prosit, & dum per singula opera maiestatem ipsius magnitudinemque cognoscunt, ad laudandum eum miraculo stuporis erumpant. *Ibidem. Mox.*

Iustitia intrinseca & inherens.

ET vos cum essetis mortui delictis, &c.] Deus qui dies est in misericordia, & dies propter charitatem suam, qua dilexit hominum genus, & charitatem non simplicem, sed multam, cum essemus mortui propter delicta nostra, viuificauit nos, & non solum viuificauit (parum quippe hoc erat bonitati & magnitudini eius) sed viuificauit cum Christo Iesu, vnam atque eandem tribuens nobis vitam habere cum Christo. *Tom. 6. lib. 1. Comment. in cap. 2. ad Ephesios.*

Iusti vnum atq. eandem vitam habent cum Christo.

ET coëxcitauit, simulque fecit sedere in cœlestibus in Christo Iesu.] Alius verò qui resurrectionem & regnum Christi spiritualiter intelligit, non deliberauit dicere, iam sanctos sedere & regnare cum Christo: Quo modo nequaquam carne sanctus est, cum viuat in carne, & habet cõuersationem in cœlestibus cum gradiatur in terra, & caro esse desistens, totus vertatur in spiritum. Ita eum in cœlestibus sedere cum Christo: Regnum quippe Dei intra nos est: & vbi fuerit thesaurus noster, ibi erit & cor nostrum: firmique & stabiles sedemus cum Christo sapientia, verbo, iustitia, veritate. Potest autem & hoc dici, vt quomodo Arrabonem spiritus sancti accepimus, nec dum totam eius plenitudinem consecuti: sic & sedere nos cum Christo atq; regnare nec dum perfectam sessionem in cœlestibus obtinentes. *Ibidem.*

Iusti vertuntur in spiritum. Luc. 17. Matth. 6.

IPSIVS enim sumus factura creati, &c.] Et diligenter obserua: quia non dixerit ipsius figuratio sumus atque plasmatio, sed ipsius factura

Similitudo & imago Dei in nobis per iustitiam

factura sumus. Plasmatio quippe originem, de terra limo trahit. Factura verò iuxta similitudinem & imaginem Dei sumpsit exordium. Quod in centesimo quoque octuodecimo Psalmo simul positum diuersa significat: Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me. Factura primum locum tenet: deinde plasmatio. Et quia creationis & conditionis nomen ad magna semper solet opera copulari: verbi caussa, illa vrbs condita est, & ab initio creatus est mundus: & vnusquisque sanctorum per varia dogmata atque virtutes, in semetipso mundus est totus: propterea nunc creati in Christo dicimur, & creati in operibus bonis, siue quæ ipsi fecimus, vel facturi sumus: siue in alijs creaturis ad quæ nostra conuersatio transferenda est: vt quæ præparauit Deus in illis ambulemus, spe magna iam nobis data: dum in his ambulaturi sumus, quæ Deus magnopere præparauit. *Ibidem. fol. 169.*

Homo quomodo μικροκόσμος

Iustificatio est noua creatio.

INTER possessionem autem & creationem multa distantia est: quia qui possidetur is vtique est, atque subsistit, & est proprius qui possidetur. Creatur verò ille, qui non erat antequam fieret: aut certè de eo quod erat, transfertur in aliud, & nos nunc creati dicimur in Christo Iesu. Creati vtique, non quia ante non fuimus, sed creati in operibus bonis. Quod Dauid quoque in Psalmo quinquagesimo deprecatur, dicens. Cor mundum crea in me Deus: Et certè mundum cor ante peccatum habuerat, quando de eo Dominus loquebatur: Inueni Dauid filium Iesse secundum cor meum: sed vt ibi creatio instaurationem sonat, ita & in nobis & in Christo per singula opera & profectus, creatura atque conditio accipi potest: vt quotidie in credentibus (quia variè secundùm merita diuersa montes dicuntur, & valles & colles, atque campestria) Christus creatus, natus, & conditus sit. *Ibidem. Mox.*

Esaiæ. 65. Matth. 26. Psalm. 65.

NVNC autem, in Christo Iesu vos qui, &c.] Et diligentius intuendum quod absque cruore Domini Iesu nemo propinquet Deo: quia ipse est pax nostra dicens: pacẽ meam do vobis; pacem meam relinquo vobis. Quomodo enim sapientia sapientes facit, & iustitia iustos, & sanctificatio sanctos, & vita viuentes: sic ipse pax, nos facit esse pacatos, vt dicamus: Cum his qui oderunt pacem, cram pacificus. Si autem Christus credentium pax est, quicunque sine pace est, consequenter non habet Christum. *Tomo sexto, libro primo, Commentariorum, in caput secundum, ad Ephesios.*

Ioan. 14. Christus iustos nos facit iustos.

Psalm 119.

QVI fecit vtraque vnum, &c.] Quod autem ait: Vt duo conderet in semetipso in vnum nouum hominem, & quod magis videtur superiori de Iudæis atque gentilibus sensui conuenire, sic suæ intelligentiæ coaptabit: vt dicat hominem iuxta imaginem & similitudinem Dei factum eandem post reconciliationem formam recepturum, quam & nunc angeli habent, & ipse perdiderit. Nouum autem hominem esse dicit, qui quotidie renouatur, & habitaturus est in nouo mundo quando erit cœlum nouum & terra noua, & bibiturus est calicem Iesu nouum in regno Dei, & cantaturus canticum nouum, & veteris & noui testamenti lectione gaudebit. Illud quoque quod alibi scribitur: Ecce facio noua, quæ nunc oriuntur: sic sentiet, principium innouationis in præsenti sæculo fieri existimet. Cæterum perfectam consummatamque nouitatem, necdum in isto putet sæculo posse compleri. Et quomodo nunc per speculum videmus in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: sic & instaurationem noui hominis tunc plenè perfectéque complendam cum cœlestia terrenaque fuerint copulata, & vno spiritu & sensu, eademque sententia, accesserimus ad patrem. Nescio quid tale, & in alia Epistola (si quis tamen eam recipit) prudentibus quibusque lectoribus Paulus subindicat, dicens: Hi omnes testimonium accipientes fidei, non retulerunt promissionem Deo pro nobis melius quid prouidente: vt non absque nobis consummarentur. Propterea & vniuersa creatura congemiscit, nobiscum (qui in tabernaculo isto ingemiscimus) & condolet, qui à timore Dei in vtero concepimus, & dolemus, & præstolatur reuelationem filiorum DEI: vt de vanitate seruitutis, cui nunc subiecta est, liberetur & fiat vnus pastor, & vnus grex: & oratio Domini compleatur dicentis. Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. *Tomo. 6. libr. 1. Commentariorum, in cap. 2. ad Ephesias. folio 170.*

Inst. exercitio hominis in hac vita non est perfecta sed in futura 1. Cor. 13.

Hebr. 9.

Matth. 6.

IN quo habemus fiduciam, &c.] Nihil nobis ita potest ad DEVM præbere fiduciam & conscientiæ puritatem, de qua dicitur: Si conscientia nos non reprehenderit, confidentiam habemus ad Deum, nisi sermo, veritas, sapientia, iustitia, quæ omnia intelliguntur in Christo. Quomodo igitur hæc nobis tribuunt fiduciam ad Deum, sic & accessum, vt noster ad eum sensus accedat, & diligentius contempletur, aliquid sibi de eius maiestate assumat & vendicet, quasi de radijs solis, calorem quendam splendoremque luminis mutuetur, & dicat: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Magnum est ergo non solum nos habere fiduciam, sed etiam habere eam in confidentia. Nec tantum habere accessum, sed vt ipse firmior sit accessus, habere illum in confidentia, cuius fiduciæ atque accessus principium ac origo, fides in Christo est. Qui igitur omni ratione & ordine facit, iste credit in Christum sermonem atque rationem. Qui sapientiam potuerit comprehendere, credit in Christum sapientiam: Qui intellexerit veritatem, credit in Christum veritatem: Qui iustè vixerit, credit eum iustitiam. *Tomo sexto, libro secundo, Commentariorum, in caput tertium, ad Ephesios.*

Quomodo in fiduciam nostram mutuè murà Christi. simili dicit. Psal. 4.

PROPTEREA curuo genua, &c.] Et quomodo nomen commune substantiæ, sibi proprium vendicat DEVS, illa vt diximus caussa, quia creatura vt sint, DEI sumpsere beneficio. DEVS verò qui semper est, nec habet aliunde principium, & ipse sui origo est, suæque caussæ substantiæ, non potest intelligi aliunde habere quod substitit. Nam & in igni, aliud est esse calidum, aliud calefactum. Ignis absque calore intelligi potest. Cætera qui ex igni calefiunt calorem illius mutuantur, & paulatim si ignis absumpserit, tenuato calore, redeunt in naturam suam, & nequaquam calida nuncupantur. Iuxta hunc sensum & in Euangelio

dicitur ad eum, qui Saluatorem non quasi Dei filium, sed quasi magistrum bonum putabat. Quid me appellas bonum, nemo est bonus, nisi vnus Deus. Et rectam terram bonam legimus, & hominem & pastorem bonum, sed nemo iuxta naturam bonus nisi solus Deus: Cætera vt dicantur bona, bonitate illius consequuntur. Sicut ergo solus bonus, bonos facit: & solus immortalis, immortalitatem tribuit: & solus verus, veritatis nomen impertit: ita solus pater, quia creator est omnium, & vniuersorum causa substantiæ, præstat cæteris vt patres esse dicantur. *Tomo. 6. libro secundo, Commentariorum, in cap. 3. ad Ephesios.*

Lucæ. 18.

Idem est sentiendum de iustitia qua Deus iustos nos iustos facit.

VT det vobis secundum diuitias gloriæ.&c.] Propterea, inquit, curuo genua mea ad patrem, ad cuius similitudinem omnis in cœlo, & in terra paternitas nominatur, deprecans eum atque obsecrans, vt tribuet vobis virtutem gloriæ suæ, id est, maiestatis suæ habere consortium: Voscque roboret atque confirmet per Spiritum sanctum: quia nulla fortitudo absque Spiritu sancto est. Roboret autem atque confirmet interiorem hominem. Non enim corporis vires, sed animæ quærimus: non exteriorem, sed interiorem hominem cupimus roborari: vt postquam habitauerit Christus in interiore homine, in ipsius interioris hominis habitet principali, id est, in cordibus nostris. Nequaquam per cuncta eius membra discurrens, sed in rationabili eius habitans & in eo domicilium, sedemque suam ponens. Hoc autem totum per fidem fiet, si credamus in eum: Quamobrem ait: Habitare CHRISTVM per fidem in cordibus vestris. Habitatio autem ista, quæ per exordium fidei fabricatur, radices & fundamentum in charitate habet, vt quoniam Dei Agricultura sumus, Dei ædificatio, omnia in charitate succrescant atque ædificentur. *Ibid. fol. 178.*

Ita & iustitiæ fuæ consortium consequimur.

Fides est exordium iustitiæ radix & fundamentum charitas

DONEC omnes occurramus in vnitatem fidei, &c.] Omnia studio laborandum, primum in fidei occurrere vnitatem: deinde in eadem vnitate habere, agnitionem filij. Quorum cum fuerit secura possessio, paruuli esse cessantes, & mensuram interioris hominis recipientes (quæ mensura plenitudinis, mensura Christi est) perfecti viri vocabulum sortiemur: ita tamen vt ad consummatam ætatem plenitudinis Christi, omnis credentium turba perueniat, & nequaquam in dogmatibus fluctuans, ad instar paruulorum gurgite infidelitatis feratur incerto, dum venti hinc inde perflantes hæreticorum videlicet, siue sapientium sæculi, diuersæ compugnantesque rationes, naufragium audientibus aut inferunt, aut minantur: dum alij absque voluntate fallaciæ (ea tamen quæ falsa sunt) prædicant: alij verò omni calliditate erroris laqueos componentes, nos decipere & vincere festinant. *Tom. 6. lib. 2. Comment. in cap. 4. ad Ephesios.*

Quæ secura possessio sit Christiani hominis.

DEPONERE vos secundum priorem conuersationem, &c.] Quomodo est veritas in Iesu: sic erit & in vobis, qui didicistis Christum, & audistis illum, & docti estis deponere secundum priorem conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur iuxta desideria erroris. Veterem autem hominem, quem præcipit deponendum inueteratum à malitia arbitror appellari. Iste enim secundum priorem conuersationem à desiderio erroris semper errans, & in opere corruptionis helluans, corrumpitur atq; violatur. Et quia in desiderijs indesinenter versatur erroris, & nunquam cessat à vitio: nequaquam corruptus dicitur, sed corrumpi: quod per singulos dies, horas, puncta, atque momenta corrumpitur, intercipitur, violatur. Sermo verò Dei, qui ideo interficit, vt viuificet mortuum, & viuificatus Dominum requirat, quem ante interitum nesciebat, non corrumpit, sed interficit veterem hominem: Ego enim occido (ait) & viuifico, & cum interficeret illos, tunc quærebant eum. Nec putemus hoc quod nunc ait. Qui corrumpitur secundum desideria erroris, illi esse contrarium, quod in alio loco scriptum est: Et si exterior noster homo corrumpitur: sed is qui interior est, renouatur de die in diem: Quia corruptio exterioris hominis, interioris renouatio est: Et contra: Interioris hominis corruptio exterioris est instauratio. *Ibidem fol. 181.*

Sermo Dei interfecit hominem veterem. Deut. 2.

1. Cor. 4.

Corruptio exterioris hominis interioris renouatio.

RENOVAMINI autem spiritu sensus vestri & induite nouum hominem, &c.] Nec in sensu renouamur absque spiritu, nec in spiritu absque sensu, sed renouamur coniunctè in spiritu sensus nostri, vt quomodo psallimus spiritu, psallimus & sensu: oramus spiritu, oramus & sensu, sic in spiritu sensus nostri renouemur: Vt cum sensus mundus fuerit atq; purgatus, & ab omni macula sordidæ concretionis alienus, tunc ei iungatur & spiritus, & ita quodam inter se vnitatis glutino copuletur, & nequaquam simplex spiritus, sed spiritus sensus esse dicatur. Cum autem renouati fuerimus in spiritu, qui nostri sensus est spiritus, tunc induemur nouum hominem, qui secundum Deum creatus est. Quod quidem alijs verbis id ipsum puto esse quod in alio loco dicitur: Induite vos Christum Iesum. Iste quippe est nouus homo, quo vniuersi credentes debemus indui atque vestiri. Quid enim in homine qui à Saluatore nostro assumptus est, non nouum fuit? Conceptus, natiuitas, partus, infantia, doctrina, vita, virtutes & ad extremum, crux & passio, expoliantis in ea principatus, & contrarias fortitudines ostentui habentis, resurrectio quoque & ascensus ad cœlum. Hic, ergò verè creatus est in iustitia & sanctitate veritatis, quia Deus verus, Dei veri filius fuit, & tota in illo religio atque iustitia, Dei veritate completa est. Qui igitur conuersationem illius imitari potest, & vniuersas in se exprimere virtutes, vt sit mansuetus sicut ille mansuetus & humilis corde, & ponat animam suam pro amicis, vt ille posuit pro ouibus suis, verberatus non respondeat maledictus non maledicat, sed vincat in humilitate superbiam, iste indutus est nouum hominem, & dicere cum Apostolo potest: Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus. Et, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Potest quoque verba Ioannis assumere: Qui dicit se in Christo credere: debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Quod autem ait: secundum Deum creatus est, non idipsum sonat in sermone Latino quod Græco. Creatio quippe apud nos, generatio vel natiuitas dicitur apud Græcos verò sub nomine creationis, verbu facturæ & conditionis accipitur. Et quod apud

1. Cor. 14.

In iustificatione renouamur spiritu.

Rom. 13.

qui in se vniuersa Christi expremit virtutes iste nouũ hominem induit.

Galat. 2.
1. Cor. 11.
1. Ioan. 2.

apud nos conditio, hoc apud Græcos creatio sonat. Vnde & hæresis natiuitatem Christi calumnians, Salomonis vsurpat exemplum: Dominus creauit me initium viarum suarum. Considerandum igitur, quia creatio & conditio, nunquam nisi in magnis operibus nominentur. Verbi caussa, mundus creatus est, vrbs condita est, domus verò quamuis magna sit, ædificata potius dicitur, quam condita vel creata. In magnis enim operibus atque facturis, verbum creationis assumitur. Ex quo animaduertendum istum nouum hominem, qui iuxta Deum in Christo creatus est, magnum Dei opus esse, & eminere vltra cæteras creaturas, cum sic conditus esse dicatur, vt mundus & initium viarum Dei, & in exordio elementorum omniũ sit creatus. *Ibidem.*

Prouerb. 8.

Iustificatio magnum Dei opus: immo maius quam creare cœlum & terram Ibidem.

ET nolite contristare Spiritum sanctum Dei, &c.] Signati sumus spiritu Dei sancto, vt & spiritus noster & anima imprimantur signaculo Dei & illam recipiamus imaginem & similitudinem ad quam in exordio conditi sumus. Hoc signaculum sancti spiritus, iuxta eloquium Saluatoris, Deo imprimente signatur. Hunc enim, ait, signauit pater Deus. Signatur ergo à patre, spiritu sancto, omnis, qui qui ex eo quod credidit Deo, signauit, quia verus est DEVS. Qui iccirco signatur, vt seruet signaculum, & ostendat illud in die redemptionis purum atque syncerum, & nulla ex parte mutilatum, & ob id numerari cum his valeat, qui redempti sunt. *Ibidem. in fine.*

Per iustificationem recipimus imaginem & similitudinem ad quam cõditi sumus. Ioan. 6.

Cæca.

ERATIS enim aliquando tenebræ. &c.] Sicut iusti sunt lumen mundi: sic impij consequenter tenebræ vocabuntur: & iusti quidem cum sint lumen, videbunt lumen in lumine: iusti autem cum sint tenebræ, populus sunt sedens in tenebris, & nihil videns; Quorum differentiam inter se atque distantiam, ex fructibus intelligimus: Omnis enim qui operatur malum, odit lucem: & non veniens ad lucem tenebrosus est, & filius noctis atque tenebrarum. Qui verò operatur veritatem, & in lucem venit: Lux est, & filius lucis & diei: Lucentes autem siue tenebrosi, de cordis vel lumine, vel tenebris cognoscuntur. Super hæc quæres: ne fortè ob distinctionem eorum, qui lux sunt, sed non sunt lux in Domino, de iustis dicatur, nunc autem lux in Domino. Decenter quoque Ephesijs, qui ad scientiæ summum conscenderant, scribitur quod sint lux in Domino. Neque verò tenebræ ipsæ vertuntur in lucem, aut lux in tenebras commutaturi, sed hi qui ab eo quod sint, nomen quoque vel virtutis vel vitij meruere, si conuersi fuerint de alio in aliud, ὁμωνύμως his rebus à quibus possidentur, vel tenebrarum vel lucis vocabulum sortientur.

Similitudine illustratur iustificationis materia. Ioan. 3.

VT filij lucis ambulate.] Si Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt: filij Dei filij lucis sunt. Nec non, si Christus lux vera est: filij quoque eius ad quos loquitur dicens: Filioli mei adhuc modicum vobiscum sum: filij veræ lucis sunt. Ex quo colligitur, eosdem filios esse Dei patris, qui sunt filij Christi Iesu. *Tom. 6. lib. 3. Comment. in cap. 5. ad Ephesios.*

Iustificati fi. lij lucis & filij Dei. Ioan. 12.

MVLIERES viris suis, &c.] Quidam hunc locum secundum Anagogen ita interpretantur: vt dicant vxorem in corpore, virum accipi in animo. Et sicut Christo subiecta est Ecclesia ita corpora subijci debere sensui, & in vnum spiritum redigi, si Domino fuerint copulata. Qui enim, adhæret Domino, vnus spiritus est. *Ibidem fol. 188.*

Corpora ita iustis sensui subijciantur & in vnum spiritum redigantur. Titum. 2.

CONFITENTVR se nosse Deum, factis autem negant, &c.] Est & quædam laudanda negatio, de qua & ipse Apostolus ait: Vt abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, castè & iustè, & piè viuamus in præsenti sæculo, expectantes beatam spem, & aduentum Saluatoris nostri Dei: quam negationem qui negauerit, & sequi voluerit Saluatorem loquentem: Quicunque voluerit venire ad me, ab neget semetipsum, exutus veterem hominem cum operibus eius, & indutus nouum, sequetur Deum suum. Quomodo autem se quis abneget, contemplandum est. Pudicus fornicatorem, quod prius fuerat, negat: sapiens imprudentem, iustus iniustum, fortis infirmum. Et vt in commune de omnibus loquar, totiens negamus nos, quotiens priora vitia calcantes, desinimus esse quod fuimus, & incipimus esse quod ante non fuimus. *Tomo. 6. libr. 1. Commentariorum, in caput 1. ad Titum.*

Lucæ. 9.

Iustificatio in eis quæ non abnegatio.

ILLVXIT enim gratia Dei Saluatoris, &c.] Quid sit abnegare impietatem, & sæcularia desideria: ex eo quod supra exposuimus: Deum confitentur se nosse, factis autem negant: intelligi posse confido, & per contraria, diserta contraria. Sæcularia ergo desideria sunt, quæ à mundi istius principe suggeruntur, & cum sint sæculi, cum sæculi huius nube pertranseunt. Nos autem cum pudicè & iustè, nec corpore scilicet, nec mente peccantes, vixerimus in Christo, piè quoque viuemus in hoc sæculo: quæ pietas expectat beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Sicut enim impietas, magni Dei reformidat aduentũ: ita fecura de opere suo, & de fide illum pietas præstolatur. *Tom. 6. libr. 1. Commentariorum, in cap. 2. ad Titum.*

Securitas iusti.

RENOVABITVR vt aquilæ iuuentus tua.] Vt à veteri in nouum hominem muteris. *Tom. 7. Comment. in Psalmum 102.*

SIC VT lætantium omnium habitatio, &c.] Scire debemus quoniam quod interpretati sumus de Ecclesia, potest & intelligi de anima nostra. Si enim Sion interpretatur specula, anima autem nostra nõ aliter, nisi semper sublimiora consideret, vera Ecclesia: verum templum Christi non est, nisi anima humana. Ecclesia Christi non est alia, nisi anima credentium in Christum. Vos inquit, estis templum Dei, & spiritus Dei habitat in vobis. Fundamenta eius in montibus sanctis, hoc est, Dei fundamenta non sunt, nisi in montibus sanctis, in dogmatibus animæ credentis. Diligit Dominus portas Sion. Habet Sion nostra plurimas portas, quas si aperuimus, ingreditur ad nos ipsum & dormit nobiscum. Denique ipse dicit: Ecce ego sto ante ostium & pulso. Si quis mihi aperuerit, intrabo & cœnabo cum ipso. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Ciuitas non est vnum ædificium, sed in multis ædificijs constitit. Sic & Sion nostra, nisi plures virtutes habuerit, ciuitas Dei non erit. Memor ero Raab & Babylonis

1. Cor. 3.

Apocal. 3.

Anima nostra virtutibus plena est Dei ciuitas.

lonis scientium me. Illa quæ quondam erat in latitudine peccatorum, ascendit postea in memoriam Dei. Nunquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea. Rem vobis miram loquor, sed veram. Sion nostra, in qua aliquoties alienigenæ sunt, & Tyrus & Æthiopes: illa speculla: illa meretrix: illa Raab: illa Babylon: illa quæ diuaricauit pedes suos omni transeunti secundum Ezechiel: illa meretrix si voluerit, vi- Ezech. 16.
go repente efficitur: Virgo in & concipit Esaiæ. 26.
filium Dei, & generat. A timore tuo Domine concepimus & parturiuimus spiritú salutis tuæ fecimus super terram. Videte ergo, quoniam illa meretrix à Deo concepit & parturiuit Saluatorẽ. Spiritum salutis tuæ fecimus super terram. Ergo anima nostra illa Raab; illa meretrix: potest concipere & parere Saluatorem. Et homo natus est in ea. Si volumus, quotidie nascitur Christus. Per singulas virtutes nascitur Christus. Si enim Christus Dei virtus: & Dei sapientia est: quicunque virtutem facit, virtutem generat. *Tom. 7. Com. in Psalmum 86.* *Quotidie nascitur in singulis libris Christus.*

SICVT vnguentum in capite &c. Nos si vestimentum Christi sumus, nuditatem eius nostra vestimus fide. Ecce nudus pependit in cruce, scandalum Iudæis, gentibus stultitia: & tamen nostra fide, & sermone, & confessione vestitur. Noë in domo sua nudus iacuit & apparuit ignominia eius: maior filius irrisit, minor texit. Et hoc totum quare dico? Vt ostendam vestimentum nos esse Christi. Rem dico vobis nouam: imò non nouam sed de scripturis. Nos vestimentum Christi sumus, & cum illum nostra confessione vestierimus, rursum ipsum Christum induimus. Dicit enim & Apostolus, quod vestimentum nostrum, Christus sit. Quando enim baptizamur, Christo induimur & vestimur. Vultis scire quomodo vestiamus Dominum? Legimus in Hieremia: Accipe, inquit, tibi lumbare, & vade inquit, ad Euphraten, & pone illud in foramine petræ. Et feci, inquit, quod præceperat mihi Dominus. Et post dies aliquos reuersus sum ad Euphraten, & ecce, inquit, putruerat lumbare quod nulli vsui esset vtile. Et locutus est, inquit, Dominus ad me: diligenter animaduertite: Sicut, inquit, tu lumbare habuisti circa lumbos tuos: & ego habui populum istum circa me, dicit Dominus: Hoc totum quare dixi? Vt ostenderem credentes vestimentum esse Christi. *Tom. 7. Com. in Psalmum 132.* *1. Cor. 1.* *Genes. 9. Noe. Iacob Christi vestimentum, & vestitus Christo vestimentum nostrum.* *Galat. 3.* *Hierem. 13.*

ET non communicabo cum electis eorum.] Sicut Dominus habet electos sanctos, ita & diabolus habet electos suos. Intellige mihi principes hæreticorum, & non dubitabis de electis eorum. Si enim dixisset, electos, & non cum subdistinctione eorum, excluisset electos Dei. Communicabo dupliciter intelligitur: aut consentiam, aut secundus fiam, hoc est, immundus. Scitis enim scripturam duo immunda vocare. Dicit Apostolus: Vt confundat vtrunque, hoc est, duos homines in vnum nouum hominem. Duos interiorem & exteriorem, hoc est, immundum faciam sanctum. *Tom. 7. Comment in Psalmum 1.0.* *Hæreticorum electi diaboli.* *Ephes. 1. Quomodo fiat iustificatio.*

AVDIVIT verba mea quoniam potuerunt.] Ipse Dominus dicit: Quia ad me venerunt, victi sunt & delectati sunt meis verbis, & conuersi sunt ad me, & sunt in Ecclesia mea.

SICVT crassitudo terræ.] Omne crassum vicinum est terræ. Et anima quæ peccat, terræ hæret. Dominus enim ex initio omnia tenuia fecit. Suo ergo vitio vnusquisque incrassatur, & deducitur in terram. Demus exemplum: sicut vulnus in corpore tumens plenum est & crassum, & quando venerit medicus secat ipsum, & sanat, & tenue facit, & tunc redigitur in suam naturam quomodo & creatum est. *ibidem.* *Similis illuminatur nostra iustitia.*

FLAVIT spiritus eius, & fluent aquæ.] Sermo Domini, qui velociter currit, sic datur quasi nix, & ipsa nix est quasi lana. Videte misericordiam Domini. Cibus Domini, nobis in vestimentum vertitur: Dixerat Ioannes de Domino Saluatore: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Et in alio loco Esaias: Quasi ad victimam ductus est, de isto igitur agno, & de ista Cue, lana ista est quasi nix. Dicit Esaias: Si fuerint peccata vestra quasi coccinũ, quasi niuem dealbabo. Asperges me Domine hyssopo & mundabor: lauabis me & super niuem dealbabor. Qui dat niuem sicut lanam. Tolle Domine sordes meas: tolle quodcunque vitij est. Niuem tuam & puritatem tuam tribue mentibus Christianis. Nisi tu nobis niuem dederis munditiarum tuarum vestimentum tuum habere non possumus. Christus vestimentum nostrum est. Si volumus Christi habere vestimentum, mundi simus quasi nix. Nebulam quasi cinerem spargit. Malè interpretatus est Larinus nebulam. Quod enim ὁμίχλην dicitur in Græco: in Hebraico habet כְּפוֹר, id est, pruinam. Denique ita sequitur: Pruinam sicut cinerem spargit. Docet nos, & facit nobis vestimentum quasi niuem. & cum nos vestierit vestimento suo, tunc nobis tribuit alimenta. Pruinam sicut cinerem spargit. Vide quid dicat: sicut cinerem. Vis esse mundus, age pœnitentiam. Panem meum sicut cinerem manducaui, & potum meum cum fletu miscebam: Nonne vides quomodo pruinam suam sicut cinerem spargit? Grandis rerum mutatio. De cinere nix fit. De pœnitentia mundus efficitur. *Tom. 7. Com. in Psalmum 147.* *Similis illuminatur nostra iustitia.* *Ioan. 1.* *Esaiæ 53.* *Esaiæ 1.* *Psal. 50.* *Similis niuis iustitia eius ornatur.* *Psalter. 10. Gratiam mutatio. Iustitia de cinere mundi fit.*

Articulus XIII. Gratiam qua iustificamur, non esse fauorem Dei tantum, sed donum, quod per spiritum sanctum diffunditur atq; inhæret in cordibus nostris.

SI fuerint peccata vestra vt, &c.] Ordo præcipuus: Non enim sufficit dixisse, lauamini nisi iungat, mundi estote: vt post lauacrum aquæ, cordis habeant puritatem. Beati enim mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Cumque cordis habuerint puritatem, debent auferre malum de mentibus suis, non in conspectu hominum, sed conspectu Dei: quem celare nihil potest. Quodque iungitur: Quiescite agere peruersè: illud euangelicum ionat: Ecce sanus factus est: iam noli peccare; ne quid tibi deterius fiat. Recedens ergo à vitijs discat bonum: quærat iudicium: oppresso subueniat: pupillum viduamque sustentet: & si hoc fecerit, tunc peccata quæ prius in modum coccini sanguinea fuerant, *Mat. 5. Iustitia & interna cordis puritas non externa non imputatiua. Ioan. 5.*

rant, dimittentur, & opera cruoris ac sanguinis, veste Domini mutabuntur, quæ de agni confecta est vellere, quem sequuntur in Apocalypsi, qui virginitatis candore resplendent. *Tom. 4. lib. 1. Comment. in cap. 1 Esaiæ.* *Apocal. 14.*

QVOMODO facta est meretrix ciuitas fidelis, &c.] Quæ omnia possumus secundum Anagogen referre ad animam sancti quondam viri: in qua prius Dei iustitia commorata est, si postea peccauerit, & pro hospite Deo, homicidæ dæmones in ea fuerint commorati. *Ibidem.* *Anima sancta Deum habet hospitem.*

ET dixit Dominus ad me: Sume tibi librum grandem, &c.] Iuxta tropologiam. In anima virginali, & nulla sorde maculata, de spiritu sancto Dei sermo conceptus, velociter de aduersarijs potestatibus spolia detrahit, & sibi facit vniuersa seruire. Cumque ex parte nunc videat, & ex parte prophetet, priusquam posit esse perfectus, & meritò vocare Deum patrem, & matrem suam cœlestem Hierusalem, adhuc in infantia & in profectu positus, vincit fortitudinem Damasci, doctrinam videlicet sapientiæ sæcularis: Et auferet spolia Samariæ, quibus Ecclesiam hæretici spoliauerant dicentes: Non est nobis portio in Dauid, neque hæreditas in filio Iesse: præsente rege ipso Assyriorum diabolo, qui eis non poterit auxiliari. Tales autem filios non solum Maria prophetis virgo perpetua, sed & sanctæ mulieres Patriarchis generant. *Tom. 4. lib. 3. Comment. in cap. 8. Esaiæ.* *2. Cor. 13.* *3. Reg. 12.*

ET factus est sermo Domini ad me dicens, &c.] Cæterum & super nostram terram cui dicitur: Terra es & in terram ibis: & super nostram Hierusalem, singulosque credentium: si Dei mandata contempserint, & præuaricatores meruerint appellari, inducetur fames, non fames panis, neque sitis aquæ, sed fames audiendi verbum Dei. Inducetur & gladius de quo legimus: Tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt. Et ad Mariam: Tuam quoque animam pertransibit gladius. Inducentur & bestiæ: quibus ne tradatur iustus, postulat: Ne tradas bestijs animam confitentem tibi. Inducetur & pestilentia: pro qua Lxx. mortem interpretati sunt. De qua scriptum est: Mors peccatorum pessima est. Et: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et; si sic separat amara mors. De quibus cunctis, nec spiritualium parentum, quas magistros intelligimus, doctrina nec principes nos poterunt liberare, nisi filiorum fuerit assensus, illorum obsecrationes suis conatibus iuuerit. Iustitia enim iusti erit super eum: & iniquitas iniqui in ipso commorabitur: Vnusquisque peccato proprio morietur: & iustitia sua saluabitur. *Tom. 4. lib. 4. Com. in cap 14. Ezechielis.* *Genes. 3.* *Amos. 8.* *Psal. 67.* *Luc. 21.* *Psal. 73.* *Psalm. 33.* *Infr. 18.* *2. Reg. 15.* *Infr. 18. Iustitia nostra intrinseca non aliena.* *Iustus in suis internis viuit virtutibus.*

ET dicitis: Quare non portauit filius, &c.] Soluit quæstionem, quam è contrario poterat auditor opponere: Soletis, ait, dicere: Quare filius iustus non portauit iniquitatem patris? ad quæ ipsa respondet: Videlicet, quia filius benè operatus est, & patris delicta non fecit. Iustumque est, vt quo modo peccator in suo sceleremoritur, sic iustus in suis viuat virtutibus: & moriatur anima quæ peccauerit, & viuat quæ Dei præcepta custodierit. *Tomo. 4. lib. 6. Commentariorum, in cap. 18. Ezechielis.*

IN iustitia sua, &c.] Non tam mea quam sua viuet iustitia: licet iustitiæ meæ sit, bonis bona, & malis mala reddere. *Ibidem.*

ILLVD rhetoris Victorini breuiter admoneo, vt obscuritatem voluminum ex tribus rebus fieri scias: vel rei magnitudine, vel doctoris imperitia, vel audientis duritia: quorum primum & secundum liquidò in hoc opere confitebor: tertium acumen ingenij tui, & desiderium scripturarum facilè tenuit: quæ priuilegio virginali, & victus continentia, non dicam frequentem, sed iugem hospitem posides Deum. *Tom. 4. in Prœmio. lib. 3. Commentariorum, in Ezechielem.* *Per iustitiã generalem Deum hospitem possidemus.*

OPERVIT cœlos gloria eius, &c.] Cœlos autem eos esse qui portent imaginem super cœlestis, qui enarrent gloriam Dei, crebro legimus. Virtutem quoque Dei Dominum Saluatorem, Apostolus probat: Christus Dei virtus & Dei sapientia. Hæc virtus omnium spiritualium virtutum quasi mater est: Verbi gratia, appellatur virtus, sapientia, fortitudo, iustitia, temperantia, veritas, sanctitas, redemptio. Christus autem factus est nobis à Deo sapientia, & iustitia & sanctificatio & redemptio. Hæ igitur speciales virtutes, in quibus Christus ostenditur (secundum profectum eorum, qui eum vel sapientiam recipiunt, vel fortitudinem, vel iustitiam, & cætera huiusce modi) continentur in generali virtute Dei, hoc est, in Domino Saluatore, atque in hunc modum & de terra intelligimus: quod qui primum propter imaginem terreni terra vocabantur; dicebatur ad eos: Terra es, & in terram ibis: in aduentu Saluatoris laude Domini replentur. *Tomo. 5. Comment. triorum, in cap. 2. Habacuc. fol. 198.* *Gen. 3.*

EGRESSVS es, &c.] Volo aliquid dicere, sed timeo ne negligentibus occasionem ruinæ tribuam quod in scripturis sanctis idem homo frequenter vnctus inueniatur: Denique Dauid tertio vnctus est: quod nos non intelligamus super eo qui peccauit, & iterum vngitur: sufficit enim leproso, vt post primum vnguentum perditum vngatur secundo: sed super eo qui per dies singulos proficit, & semper eius augetur vnctio, & de leprosi oleo migrat ad oleum populi atque sanctorum, & de oleo populi ad oleum peruenit sacerdotum, à sacerdotibus transcendit ad chrisma pontificis: à pontifice quoq; ad regem, à rege ad Patriarchas, & à Patriarchis pergit ad Christum, & vngitur oleo exultationis: quo qui fuerit linitus, vnus cum Deo efficitur spiritus, & vbi pater & filius est, ibi etiam ille erit. Verum hoc rarum est, & sunt vota credentium. *To. 5. Com. in cap. 3. Habacuc. fol. 202.* *2. Reg. 5. 19.* *Iustificationis incrementum & augmentum.*

ET eritin die hostiæ Domini, &c.] Vindicabit quoque Dominus manifestissimè in aduentu suo, etiam super eos, qui cum bonis operibus in Ecclesia esse deberent, eiecerunt se ob conuersationem pessimam, & traditi Sathanæ versantur in vestibulis, imò nec in vestibulis, sed antè vestibula: quod significantius Græcè dicitur ἐπὶ τὰ πρόθυρα. Et super omnes vindicabit, qui varijs iniquitatibus atque peccatis implent Ecclesiam, & impietatibus atque mendacio, & miscent sanguinem sanguini. Quod si voluerimus hoc ipsum accipere super animabus singulorum, principes & domum regis, intelligiamus λογισμοὺς καὶ ἐνθυμήσεις, id est, cogitationes & sensus, & ipsam animam, quæ debet esse hospitium *Anima nostra hospitiũ regis Christi esse debet.*

regis, & iuxta superiorem expositionem indumenta quoq; aliena, & omnia quæ sequuntur, referamus ad vnumquemq; credentium: qui cùm debuerant induti esse Christo, & semper versari intrinsecus, varijs se peccatorũ operuerunt vestimentis, & egressi de Ecclesia, id est, congregatione sanctorũ, pro virtutib. impleuerunt templum corporis sui iniquitate & dolo. *To. 5. Com. in cap. 1. Sophoniæ.*

Iusti induti sunt Christo & versantur intrinsecus non extrinsecus.

ET factum est verbũ Domini, &c.] Porrò secundum Anagogen; Omne tempus quo habitatio vallis eligitur, vel seruimus delicijs importunum est. Vnde & Stoici, quib. curæ est, verba singula definire, tempus dixerunt esse correctionis, siue efficientiæ: quod significantiùs græcè dicitur χρόνον ἀπὸ τοῦ κατορθοῦσθαι. Omne enim tempus in quo non virtutib. sed vitijs deseruimus, perit, & quasi nõ fuerit, reputatur in nihilũ. Si quis ergo de nobis, vel in conualle habitat, vel in voluptate & luxuria sæculari suam, cõtinuat domũ: ille templum Deo non ædificat: nec habet Dominus in eo, vbi caput suum reclinet: & cũ vulpibus ædificet domum, habitaculũ quondã Dei patitur esse desertum. *Tom. 5. Com. in cap. 1 Agg.*

Cur à Stoicis tempus definatur correctionis, esse & efficientiæ.

Anima iusti habitaculũ Dei.

ET erit in die illa, &c.] Effundam super domum Dauid, & super habitatores Hierusalem, spiritum gratiæ & misericordiæ. De hac gratia scribit & Paulus: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et in supradicto volumine continetur: Quæ in cælo sunt, quis inuestigauit? & consiliũ tuum quis cognouit? nisi quod tu dedisti sapientiam, & spiritũ sanctũ tuũ misisti de excelsis, & sic correctæ sunt semitæ eorum, qui versãtur in terra, & qui tibi placent eruditi sunt homines. Et in Esaia loquitur Deus: Dedi spiritum meũ super te. Et rursum de eodem scriptura commemorat: Dedi spiritum meum super eum. Verbũ effusionis, sensum largitatis ostendit: sicut manifestũ est in eo, quod diximus: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Et in alio loco ex persona Dei: effundam de spiritu meo super omnẽ carnem. Qui sit autem spiritus gratiæ, idem Apostolus loquitur ad Hebræos: Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia eum, qui filiũ Dei conculcauerit, & sanguinem testamẽti pollutum duxerit: in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliã fecerit? Vnde & spiritus sancti diuersæ gratiæ esse dicuntur. Et salutatio Apostoli: Gratia (inquit) vobis & pax multiplicetur: vt postquam nobis peccata donauerit, tũc pax per misericordiam consequatur. Hæc Iudæi ex parte iam facta, & plenius in consummatione mundi futura commemorant: Nos autem post aduentũ Christi quotidie impleri intelligimus & probamus. *Tom. 5. lib. 3. Com. in cap. 12. Zacharie.*

Rom. 5.

Sapien. 9. Spiritus S. in sanctis cordibus habitat.

Esaiæ 42.

Ioel. 2. Hebr. 10.

1. Petr. 1. Iustificatio. ius consequẽtia attributa

VT mihi detur sermo in apertione oris mei,] Post hæc quid sit hoc, quod ait: Pro quo legatione fungor in catena: vt notum videlicet faceré mysterium Euãgelij, breuiter perstringendum. Et quidem qui similiter intelligit, dicet propter testimonium Christi eum de carcere & decatenis hæc Romę positum scripta, mississe. Alius verò propter corpus humilitatis & catenam illam qua circundamur, & necdum scimus secundum quod oportet nos scire, & per speculũ videmus in ænigmate, ista eum dixisse contendet, & tunc verè posse in confidentia Euangelij aperire mysteria, cùm catenam deposuerit, & de carcere liber exierit: nisi fortè & in vinculis absque vinculis computandus est, qui conuersationem habet in cælis, & de quo dici potest. Vos autem nõ estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis. *To. 6. lib. 3 Com. in cap. 6. ad Ephes.*

Rom. 5.

Ioel. 2. Hebr. 10.

1. Petr. 1. Iustificatio. ius consequẽtia attributa

Rom. 8. Iusti sunt in vinculis absque vinculis

Spiritus Dei habitat in vobis.

HIC est enim qui dictus est per Esaiã, &c.] Animas credentium præparabat, in quibus ambulaturus erat Dominus, vt purus in vijs purissimis ambularet, dicens: Habitabo in eis, & inambulabo, & ero Deus ipsorum, & ipsi erunt mihi populus. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 3. Matthæi.*

Leu. 26. Deus habitat in iustificatis.

VIVO autem iam non ego, viuit autẽ in me Christus.] Non viuit ille, qui quondam viuebat in lege, quippè qui persequebatur Ecclesiam. Viuit autem in eo Christus, sapientia, fortitudo, sermo, pax, gaudium, cæteræque virtutum, quas qui non habet, non potest dicere: Viuit autem in me Christus. *To. 6 lib. 1. Com. in cap. 2. ad Galatas.*

Viuit in iustis Christus per virtutes

HOC solum à vobis volo dicere, &c.] Simul autem etiam illud attendite, quod hic spiritus absque vllo additamento, sanctus intelligatur, quem ex dono Dei consequimur, & non hominis, de quo alibi scribitur: Incorruptus spiritus est in omnibus. Et: Ipse spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro. Et in alio loco: Nemo scit ea, quæ in homine sunt, nisi spiritus hominis, qui est in eo. Et in Daniele. Benedicite spiritus, & animæ iustorum Dominum.

Sap. 12. Rom 8. 2. Cor. 2.

Dani. 3.

SIC stulti estis, vt cum spiritu cœperitis, &c.] Si sanctum spiritum acceperant Galatæ, quomodo stulti erant? verùm statim soluitur: cœpisse quidem eos spiritu, sed cum carne consummarentur, spiritum fuisse ab eis sublatum. Vnde sine causa passi sunt tanta, quæ passi sunt. Quod ne sibi post peccatum eueniret, Dauid precatur, dicens: Spiritum sanctum tuum ne auferas à me. *Tom. 9. lib. 6. Com. in cap. 3. ad Galatas.*

Spiritus S. est in iustificatis.

Psal. 50.

QVI ergo tribuit vobis spiritũ, &c.] Tribuit hoc est, administrat, præsentis temporis est legẽdum, vt ostendatur per singulas horas atque momenta semper dignis sanctum spiritum ministrari, & quantò quis in Dei opere & amore profecerit, tantò magis sancti spiritus in se habere virtutes, quas auditus fidei, & non legis opera consummant. Non quo legis opera contemnenda sunt, & absq; eis simplex fides appetenda, sed quo ipsa opera fide Christi adornentur. Scita est enim sapientis viri illa sententia, non fidelẽ viuere ex iustitia, sed iustum ex fide. Simul ostenditur. Galatas accepto post fidem sancto spiritu, dona habuisse virtutum, id est, prophetiam, genera linguarum, morborum curationes, & cætera, quæ ad Corinthios in donis spiritualibus enumerantur. Et tamen post tanta (quia fortitan gratiam discernendorum spirituum non habebant) à falsis doctoribus irretiti sunt. *Ibidem.*

Singulis horis & momentis iustificatur spiritus S. Habacuc 3.

1. Cor. 7.

Gen. 12.

SICVT Abraham credidit, &c.] Credidit Abraham Deo exiens de patria sua in terram, quã nesciebat: Saram nonagenariam, & sterilem confidens esse pariturã, & audita repromissione Dei, quod in Isaac vocaretur semen eius, ipsum Isaac offerens victimam, & tamen de Domini repromissione non dubitans, rectè tali reputatur fides ad iustitiam, qui legis opera supergressus, Deum non metu, sed dilectione promeruit. *Ibidem: Mox.*

Abrahã Deum dilectione promeruit.

QVONIAM autem estis filij Dei, &c.] Argumentum, quo asserere conatur, nos iam non esse sub lege, sed sub gratia Domini Iesu, tali fine concludit. Superius dixerat, vt adoptionem filiorum receperimus: nũc Dei esse nos filios, ex spiritu probat, quem habemus in nobis. Nunquam enim, inquit, auderemus dicere. Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum, nisi de conscientia spiritus habitantis in nobis, & magna sensuum & dogmatum voce clamante. Abba pater. *Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 4. ad Galat.*

Spiritus S. habitat in iustis.

QVOMODO igitur qui spiritum filij Dei habet, filius Dei est: sic in reciprocum, qui spiritũ filij Dei nõ habet, Dei filius non potest appellari. *Ibidem mox.*

Absconditus homo noster iuxta spiritum debet viuere.

SI spiritu viuimus, spiritui obtemperemus.] Vtamur hoc testimonio aduersum eos, qui nolunt scripturas spiritualiter intelligere. Quis est autem qui viuit spiritu, nisi absconditus homo noster: qui & iuxta carnem interdum solet viue re? Sed cum spiritu vixerit, spiritu ambulat. Cũ in carne voluerit ambulare, viuens mortuus est. Vir perfectus in Christo, semper viuit in spiritu, spiritu obedit, nunquam viuit in carne. Et cõtra: Qui se totum carni dederit & passionibus deputarit, nunquam viuit in spiritu. Inter hos mẽdij sunt, quos nec spirituales possumus appellare, nec carneos, sed qui inter virtutes & vitia fluctuantes, nunc ad meliora retrahuntur, & spiritus sunt: nũc carnis lubrico supplantantur, & caro sunt. *Tom. 6. lib. 3. Com. in cap. 5. ad Galat.*

Triplicis generis homines carnales spirituales, & medij.

ET quicunque hanc regulam, &c.] Nec mireris si ad imitationẽ spiritualis Israel, carnalis sit Israel, qui nec pacem habeat, nec misericordiam, de quo & ad Corinthios scribitur: Videte Israel secundum carnem: cùm ad imitationem quoq; Dei & Domini, multi sint dei, & multi domini, siue in cælo, siue in terra. *Tom. 6. lib. 3. Com. in ca. 6. ad Galatas.*

1. Cor. 8.

Iusti in terris dij sunt.

IN quo & vos audito verbo veritatis, &c.] Signatur, qui audierit verbum veritatis, & crediderit in eo, spiritu repromissionis sancto. Quia multi sunt, qui audierunt, & increduli permanentes, nequaquam signaculum spiritus sancti consecuti sunt. Dicitur & ad principem Tyri: Tu es signaculum similitudinis Dei. Signaculũ Dei est: vt quo modo primus homo cõditus est ad imaginem & similitudinem Dei: sic in secunda regeneratione, quicunque spiritum sanctum fuerit consecutus, signetur ab eo, & figuram conditoris accipiat. Quærendum etiam vbi alibi scriptum sit: spiritus repromissionis sanctus: vel quid significet. Ego enim æstimo, quia sicut spiritus sanctus, sanctum facit eum cui fuerit infusus, & spiritus sapientiæ, sapientem, & intelligentiæ, intelligentem, & consilij, cautum atque consultum, & fortitudinis fortem: & scientiæ, scientem: & pietatis pium, & timoris, timidum, Deique timore trepidantem, ita & spiritus repromissionis vel spiritus Dei, sponsorem & Deum facit eum in quo habitauerit. Quo modo è contrariò immundus spiritus immundum facit, & spurcam sibi domum præparat spurcus habitator: fornicationis quoque spiritus efficit scortatores, de quibus & Propheta loquitur: Spiritu fornicationis seducti sunt: & nequam spiritus nequã facit homines atque peruersos, & demoniacus, dæmones: qualis cunque fuerit liquor, qui nouæ testæ infusus est, talem diu testa & odorem retinet & saporem. *Tom. 6. lib. 1. Comment. in cap. 1. ad Ephesios.*

Ezech. 18. Iusti habent signaculum similitudinis Dei.

Esa. 11.

Spiritus Dei sponsorem & Deum facit eum, in quo habitat.

Osee. 4. Inhærens in stulta similitudine illustratur.

ERGO iam non estis peregrini, &c.] Quod si vniuersa ædificatio compaginata, cesit in templum sanctum in Domino: omni labore nitendum est, vt fiamus illi lapides, de quibus scriptum est, Lapides sancti voluuntur super terram. Et cum fuerimus viui lapides ex omni parte dolati, leues, politi, nullam habentes scabredinem, ædificemur in templum & fiamus habitaculum Deo: Condaturque in nobis arca testamenti, custos legis Domini, & Cherubin scientiæ multitudo, & interiora pectoris nostri in nouum vocabulum transeant: dicamurque Deuir quod nos oraculum siue responsum possumus appellare: & vt contentiosius verbum exprimamus è verbo λαλητήριον, id est, locutorium dicere: vt cum Apostolo erumpamus in vocem: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? Potest autem omnis ædificatio super fundamentum Apostolorum prophetarumque constructa nõ solum nos, sed & cœlestes significare virtutes, vt vniuersi pariter fiant habitaculum Dei in Spiritu. Incongruum quippe esse aiunt ex hominibus ædificationem compactam atque concordem crescere in templum sanctum in Domino, fierique habitaculum Dei in spiritu: angelos autem & beatas quasque virtutes, quæ in cœlestibus Deo seruiunt, ab hac felicitate alienas existimari. *Tom. 6. lib. 1. Comment. in cap. 2. ad Ephesios.*

Zach. 9.

Quomodo iustificam habitaculum & templum Dei per sanctum spiritũ.

2. Cor. 13.

Angeli vt & iusti habitaculum Dei.

VT det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, &c.] Animaduertendum quia grandem & immensam Christus scientię habeat charitatem, id est, eorum qui se scire desiderant, qui in lege eius meditantur die ac nocte, qui verba vertunt in opera, & quod ore meditantur, cõsummant manu. Qui autem talis est, vt dignus sit per scientiam suam habere Christi supereminentem charitatem, ille nihil debet aliud præter scientiam cogitare. Atque ita implebitur in omni plenitudine Dei, non solum in præsenti seculo, sed etiam in futuro: vt qui nunc plenus esse cœpit in studio per lectionem, postea perfectius impleatur, Deo; qui est in plenitudo omnium, se complente. *To. 6. lib. 2. Com. in cap. 3. ad Ephesios.*

Verba veritatis in opera & quod ore meditamur consummandum est manu.

Iusti Deo pleni.

GRATIA Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro.] Sicut à meliore parte hominis capite, numeratur populus Israel, dicente scriptura: secundum capita eorum: ita in toto quidem homine & in omni parte sanctorum, gratia est Domini nostri Iesu Christi. Sed à maiori & meliori parte, id est, spiritu, per synecdochen, de toto homine dicitur. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Cum autem in spiritu gratia fuerit: totum facit hominem spiritualem: vt & caro spiritui seruiat, & anima non vincatur à carne, & redacta simul in subsantiam spiritualem adhærent Domino: quia qui adhæret Domino, vnus spiritus est. *Tom. 6. libr. 1. Com. in cap. 1. ad Philemonem.*

Num. 1. Sec. 70.

Gratia in spiritu totũ hominem facit spiritualẽ

2. Cor. 6.

Articulus XIV. In iustificatione prorsus auferre peccata mortalia, nec ita manere, vt qui iustificatur, partim iustus sit, partim iniustus.

LVXVRIOSVS filius totam prodegerat substantiam

Lucæ 9. fiantiam; & procul à patre, vix porcorum cibis inediam sustentabat, reuertitur ad parentem: immolatur ei vitulus saginatus: stolam accipit & annulum, vt Christi recipiat vestimẽtum, quod dudum polluerat, & audire mereatur: Candida sint semper vestimenta tua. Receptoque signaculo Dei, proclamet ad Dominum: Pater peccaui in cælum & coram te: & reconciliatus osculo, dicit ad eum: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Iustitia iusti non liberabit eum, in quacunque die peccauerit: & iniquitas iniqui non nocebit ei, quacunque die conuersus fuerit. Vnumquemque iudicat sicut inuenerit. Nec præterita considerat, sed præsentia: si tamen veterà crimina nouella conuersione mutentur. Septies cadit iustus, & resurget. Si cadit, quo modo iustus? si iustus, quo modo cadit? Sed iusti vocabulum non amittit, qui per pœnitentiam semper resurgit. Et non solùm septies, sed septuagies septies delinquenti; si conuertatur ad pœnitentiam, peccata donãtur. Cui plus dimittitur, plus diligit. Meretrix lachrymis pedes Saluatoris lauat, & crine detergit: & in typum Ecclesiæ de gẽtibus congregatæ meretur audire. Dimittuntur tibi peccata tua. Pharisęi iustitia perit superbia: & Publicani humilitas confessione saluatur. Per Hieremiam contestatur Deus: Ad summam loquar contra gentem, & regnum, vt eradicem, & destruam, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersum eam: agam & ego pœnitẽtiam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei. Et ad summam loquar super gentem, & regnum, vt ædificem, & vt plantem illud. *Tom. 1. Epist. 46. ad Rusticum. ca 4.*

Eccl. 9.

Psal. 4. Ezech. 18. Figmentum imputatum iustitiæ re fellitur.

Prouer. 24. Septies enim cadet iustus & resurget.

Matth. 18. Luc. 7.

Luc. 18.

Hier. 18.

Per imputatiõ è iustitiã non potest quis esse iustus externe & iniustus interne. 2. Cor. 2.

OMNIS qui natus est ex Deo, non peccat, vt non peccetis: & tam diu sciatis vos in generatione Domini permanere, quamdiu non peccaueritis. Imò qui in generatione Domini persęuerãt, peccare non possunt. Quæ enim communicatio luci & tenebris? Christo & Belial? Quo modo dies & nox misceri non queunt: sic nec iustitia & iniquitas, peccatum & bona opera, Christus & Antichristus. Si susceperimus Christũ in hospitio nostri peccatoris, illicò fugamus diabolum. Si peccauerimus, & per peccati ianuam ingressus fuerit diabolus: protinus Christus recedit. Vnde & Dauid post peccatum. Redde, ait, mihi lætitiã salutaris tui, scilicet, quam peccando amiserat. Qui dicit se nosse Deum, & mãdata eius non custodit, mendax est, & in hoc veritas nõ est. Christus veritas appellatur: Ego sum, inquit, via, veritas & vita. Frustrà nobis in eo plaudimus, cuius mandata non facimus. Scienti bonum, & non facienti illud peccatum est. Quo modo corpus sine spiritu mortuum est, sic & fides sine operibus mortua est. Nec grande putemus vnum Deum nosse, cùm & dæmones credant & contremiscãt. Qui dicit, se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare, Eligat aduersarius è duobus quod vult, optionem enim damus. Manet in Christo an non manet? Si manet ita ergo ambulet vt Christus. *Tom. 2. lib. 2. cõtra Iouinian.*

P salm. 50.

Ioan 2.

Ioan. 14.

Iacob. 1. 1. Iacob. 2.

Dãnat somnia excogitata imputatiuæ iustitiæ.

NEC cuiquam videatur temerarium, quod iudicari se secundum iustitiam suam postulet; cùm & sequens versiculus hoc ipsum significet: Et secundum innocentiam meã super me: Et decimi sexti Psalmi. hoc exordium sit: Exaudi Domine iustitiam meã. Et in decimo septimo quoque dicatur: Retribuet mihi Dominus secundũ iustitiam meam, & secũdum puritatem manũ mearum reddet mihi. In vigesimo quoq; quinto Psalmo scriptum sit: Proba me Domine, & tenta me, vre renes meos, & cor meum. Et in 4. Psal. dicatur: Cùm inuocarem, exaudiuit me Deus iustitiæ meæ. Et in octogesimo quinto, Custodi animam meam quoniã sanctus sum. Iacob quoque loquitur in Genesi: Et exaudiet me cras iustitia mea. *Tom. 3. Epist. 135. ad Sunam & Fretellum.*

Hic interna iustitiæ frequens mentio.

Gen. 18.

QVOTIDIE credens in Christum, tollit crucem suam, & negat semetipsum. Qui impudicus fuit versus ad castitatem, temperantia luxuriam negat. Qui formidolosus, & timidus, assumpto robore fortitudinis, priorem se esse nescit. Iniquus si sequatur iustitiam, negat iniquitatem, Stultus si Christum confiteatur, Dei virtutem, & Dei sapientiam, negat stultitiam. Quod scientes, non solùm persecutione tempore, & necessitate martyrij, sed in omni conuersatione, opere, cogitatione, sermone negamus nosmetipsos, qui in Christo renati sumus; fecircò enim Dominus crucifixus est, vt nos, qui credimus in eum, & peccati mortui sumus, crucifigamur cum ipso, dicamusq; quod Apostolus Paulus docuit: Cum Christo crucifixus sum. Et: Mihi autẽ absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mũdo. Qui cum Christo crucifixus est, spoliet principatus, & potestates, & triumphet eas in ligno. Vnde & in Euangelio secundum Matthæum, in typum eorum, qui in Domino crediturí erant, & secum illo crucifixuri. Simon Cyrenæus portat crucem eius: quam iuxta alios Euangelistas, prior ipse portauit. *Tom. 3. Epist. 151. ad Algasiam Quæstion. 3.*

1. Cor. 1.

Siiustus abnegat iustitiam, nec iustus.

Galat. 7.

Col. 2.

Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. Ioan. 19.

ET dabitur pluuia semini tuo, &c.] Scriptũ est in Regum volumine, quod postquam interfecti sunt ab Elia Pseudoprophetæ, data sit pluuia terræ Israel, & quod panis Helęspi & postea Saluatoris, vberrimus fuerit atq; pinguissimus: & tantam habuerit plenitudinem, vt multa hominum millia ex eo saturata sint. Ita & in præsenti loco, non prius datur pluuia semini spirituali, & panis terræ vberrimus, atque pinguissimus, nisi idola deargentata, & deaurata fuerint comminuta, & reputata in sterquilinium. Nisi enim vitia recesserint, virtutes non subeunt. *To. 4. lib. 9 Com. in cap. 30. Esaiæ.*

3. Reg. 18. 4. Reg. 4. Ioan. 6.

Cùm virtutes iubeant, mox recedũt vitia.

ECCE ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas] Cùm omnem vocem surgentem aduersum se Ecclesia vicerit, tunc seruientibus Domino & obedientibus erit hæreditas, æterna possessio. De qua & in Hieremia alijs verbis dicitur: Est merces operibus tuis. Habitatoresque ecclesiæ iusti erunt Domino. Omnis enim, qui facit iustitiam, de Deo natus est. Quibus loquitur Dominus: Estote sancti, quoniam ego sanctus sum. *Tom. 4. lib. 15. Com. in cap. 54. Esaiæ.*

Hier. 31.

qui facit iustitiam de Deo natus. non igitur manet initiæ. ius.

1. Ioan. 2. Leuit. 20.

HAEC dicit Dominus, &c.] Huic quod nunc dicitur: Custodite iudicium, & facite iustitiam: illud simile est: Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore: vt iustè quod iustum est persequantur. Quamquam in nomine iustitiæ, omnis mihi videatur significari locus: quod qui vanam iustitiam fecerit, cunctas virtutes impleße dicatur: quæ inuicem se sequuntur, & sibi hærentia: vt qui vnam habuerit,

Psalm. 105. Iustitia in se omnes virtutes complectitur iuxta Phocylidẽ & Aristotelẽ S. Ethnicorum

Sup. 26. 1. Cor. 1. Psalm. 56.

rit, oẽs habeat, & qui vna caruerit, cunctis careat. Tale quid & *14.* Psal. sonat: Qui ambulat immaculatus, & operatur iustitiã. Et alibi scriptũ est: Iustitiã discite, qui habitatis super terrã. Quod aũt Saluator, qui fact' est nobis iustitia, & sanctitas, & redẽptio, ipse sit misericordia Dei: sãctorũ verba testantur: Et misit Deus misericordiã suã & veritatẽ suam. *To. 4. lib. 15. Com. in cap. 56. Esaiæ.*

Leuit. 20.

Sap. 1.

Vbi sordes fuerint, non potest habitare mundi tia.

Psal. 21. Matth. 6.

Christus habitat in cælestibus, non in terrenis. Psalm. 19.

QVIA hæc dicit excelsus, &c.] Et non solũ ex celsus habitat in excelsis, sed & sanctꝰ in sanctis. Qui dicit in alio loco: Sancti estote, quoniã ego sanctus sũ. Et quo modo in peruersam animã nõ ingreditur sapientia, neq; habitat in corpore subdito peccatis: sic sanctus in sanctis habitat, & vbi cunq; sordes fuerint, non potest habitare mundi tia, dicente sancto ad Dominum. Tu autem in sancto habitas laus Israel. Vnde & nos in oratione audemus dicere. Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. Et in 2. Psalmo legimus. Qui habitat in cælis, irridebit eos, & Dominꝰ subsannabit eos; Christus. n. nõ in his habitat, qui terreni sunt: sed in his, qui superceleſtes: qui narrant gloriam Domini: de quibus dicitur: Exaudiat eum de cælo sancto suo. *Tom. 4. lib. 16. Com. in cap. 57. Esaiæ.*

Psal. 25. Psal. 118. Psal. 42.

Appropinquamus deo laborioſi operis effectu. Sup. 55. Sec. 70.

ROGANT me iudicia iustitiæ, &c.] Est alia temeritas Iudæorũ, quasi fiducia bonę conscientię, iudicium postulant iustum, & imitantur sancto rum verba dicentium: Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. Et iterum: Proba me Domine, & tenta me: vre renes meos & cor meum: Et in alio loco: Iudica causam meã, & redime me. Et appropinquare Deo desiderant: cùm hoc non in loco sit, sed in effectu, nec mentis otioſæ, sed laborioſi operis. Deniq; quid sit appropinquare Deo, instruit scriptura, dicens. Quærite Dominum. Cùm aũtẽ appropinquauerit vobis, derelinquat impius vias suas, & vir iniquus cogitationes suas, Appropinquat enim Dominus appropinquantibus sibi, & his, qui iustè, quod iustum est persequuntur, & possunt dicere: Mihi autem adhærere Deo bonum est. Si enim omnipotens Deus pater est veritatis, atq; iustitiæ: quicunq; est mendax & iniustus, appropinquare Deo nõ potest: de quo scriptum est: Non habitabit iuxta te malignus, neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos. *Tom. 4. lib. 16. Com. in cap. 58. Esaiæ.*

Psalm. 72. Iniustum manens, Deo non appropinquat. Psal. 5.

ET educam de Iacob semen, &c.] Semẽ Iacob & Iuda, qui possideat montes siue montem eius. Semen Iacob & Iuda, pleriq; Christũ intelligũt: de quo in Genesi dicitur: Iuda te laudabunt fratres tui, &c.] Nulli enim dubium, quin Saluator de Iudæ stirpe generatus sit. Alij autem Apostolos intelligi volunt, de quibus sępè diximus: Reliquiæ saluæ erunt. Et: Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma essemus, & similes Gomorræ fuissemus. Isti possederunt montẽ Domini conscientia habitans in se Christi, loquentes: Accesimus ad Syon montem, & ciuitatem Dei viuentis, Hierusalem cælestem. *Tom 4. lib. 18. Com. in cap. 65. Esaiæ.*

Gen. 49. Sup. 10. Rom. 9. Sup. 1.

Habitat in conscientia iustorũ Christus. Hebr. 12.

Omnia virtutum Chorus habitat in templo Dei, id est, in iusto.

NOLITE confidere in verbis mendacij, &c.] Illud templum Domini est, in quo habitat vera fides sancta conuersatio, omniumq; virtutũ chorus. *Tom. 4. lib. 2. Com. in cap. 7. Hieremiæ.*

SED & si, &c.] Sicut impios vel iniquos quos legimus; vnum, qui non audiuit & perijt: alterum, qui audiuit, & persęuerauit in nequitia: Sic duo iusti sunt: Vnus qui non audiuit & perijt: alter qui audiuit, & conuersus ad pœnitentiam saluauit animam suam. Notandumq; quod possit iustus cadere, & si habuerit magistrũ, ad meliora conuerti. Et bona igitur opera indigent assiduo præceptore, ne lapsus ab optimo cursu retrahat pedẽ. Et impius quidem vel iniquus si cõuersus nõ fuerit, in impietate & iniquitate sua morietur. Iustus aũt si fecerit impietatẽ atq; peccatum, nõ statim moritur, sed ponitur offendiculũ coram eo, siue tormentũ, & vt Theodotio dixit, infirmitas: vt torqueatur & planã viam nõ inueniat, & intelligat se languendũ: de quib. & Apostolus dicit: Ideò infirmantur multi apud vos, & dormiunt multi. Prodest enim iusto intelligere delictum suum, conscientięq; tormentũ, & dicere cum Psalmista: Conuersus sum in ærũna mea, cùm mihi infigitur spina: Et quo modo impio non sunt obuiæ iniquitates, si auertatur à via sua impia, & viuat: sic iusto nõ prosunt antiquæ iustitiæ, si nouis facinoribus opprimatur. Quod autem in tulit: Ipse morietur, quia nõ annunciasti ei, subauditur potuisse eum viuere, si speculator magisterque docuisset. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 3. Ezechielis.*

Bona opera indigent assiduo præceptore.

1. Cor. 11.

Psal. 31.

Iniquitates priſtinæ non manent in iusto conuerſo.

ET vir si fuerit iustus, &c.] Post iudicium sequitur iustitia, quam qui habuerit, Christum liquido possidebit: qui (iuxta Apostolum) factus est nobis iustitia, & sanctificatio, & redemptio: vt faciat iustitiam veram: nec personas respiciat in iudicio: sed de sua sciat in aliorum iudicio iustitia iudicandum. *To. 4. lib. 6. Com. in c. 18. Ezech.*

1. Cor. 1.

Nostra iustitia appellatur non imputatiua.

IN iustitia sua, &c.] Non tam mea, quàm sua viuet iustitia: licet iustitiæ meæ sit, bonis bona, & malis mala reddere. *Ibidem.*

SI autem auerterit se iustus à iustitia, &c.] Sic ut iustum antea peccatorem, non prægrauant antiqua delicta: sic peccatorem qui prius iustus fuerit, non iuuant veteres iustitiæ. Vnusquisque enim in quo inuenietur, in eo iudicabitur. *Ibid.*

ET dixistis non est æqua via Domini, &c.] Reddit causas, quare Domini iusta sententia sit, Putatis me, ait, iniquum, vt peccata patrum reddam filijs: & alijs comedentibus vuam acerbam aliorum dentes obstupescant? Ecce vnusquisq; in suo peccato moritur, & in sua iustitia viuificatur: in vtroque non præterita, sed præsentia iudicentur. *Ibidem.*

Nostra inhærens iustitia

TV ergo fili hominis dic ad domum Israel, &c.] Hic ad eos loquitur, qui magnitudine peccatorum, imò impietatum suarum, desperant salutem, & dicunt: Iniquitates nostræ, & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis labescimus: quo modo ergo viuere poterimus? Et est sensus: Cũ semel nobis mors proposita sit, & vulneribus nostris, nulla medicina possit restituere sanitatem: quid necesse est laborare, & frustra consumi, & præsentem vitam cum desperatione transigere, vt saltem hac fruamur, quia futurã perdidimus? Quib. respõdet Deus, nõ velle se mortẽ impij, sed vt reuertatur, & viuat. Et apostrophã facit ad impios desperãtes: cõuertimini à vijs vestris pessimis. Atq; sciamus, qui sint impij, ad quos loquitur sequẽs sermo demõstrat. Quare moriemini domus Israel? Vita aũt & mors in hoc loco, nõ hæc significatur, qua oẽs communi cũ bestijs lege naturæ vel viuimus vel morte dissoluimur: sed illa;

Duplex mortis & vitæ acceptio.

illa de qua ſcriptū eſt: Placebo Domino in regione viuentium. Et anima, quæ peccauerit, ipſa morietur. Et à ſpeciali cōmonitione, qua Iſrael domui loquebatur, ad generalē tranſit diſputationē: quod & iuſtū præteritæ non ſaluent iuſtitiæ, ſi nouis ſcelerib. fuerit occupatus, & peccatorem vel impium antiqua peccata non perdant, ſi operib. iuſtitiæ veteres emendarit errores: Deūque non præterita in vtroq; iudicare, ſed præſentia. Si dixero, inquit, iuſto, vita viues, & ei præmia iuſtitiæ pollicitus fuero, confiſuſq; ille peccauerit, oēs iuſtitiæ eius priſtinæ obliuioni tradentur, & præſenti iniquitate morietur: nec mea eſt mutata ſententia, cū non poſsim in eodem homine, peccatori reddere, quod iuſto promiſerā. E contrario, ſi peccatori, & impio fuero cōminatus, & dixero: adhuc tres dies, & Niniuæ ſubuertetur, & ille egerit pœnitentiā, boniſq; operibus veterē emendarit errorē: ita vt iudicium faciat & iuſtitiam: pignus reſtituat, rapinamq; reddat: in mandatis vitæ ambulet, ne faciat quicquā iniuſtum: nōne debet vita, quæ Chriſtus eſt, viuere, & nequaquā mori, cū comminatio peccatoris iuſtum punire non debeat? Tale quid loquitur ſermo diuinus ad Hierem. quando deſcendit in domum figuli, & audit vel promiſſa, vel cōminationem Dei id agere, vt vel homines prouocēt ad ſalutem, vel deterreant à peccato. Vnde qui dicunt: Nō eſt æqua via Dñi, arguuntur, quod ipſorum ſit iniqua ſententia; habentium oculum peſsimum, & nequaquā noua, ſed vetera iudicantium. Quibus omnib. demonſtratur, nec peccatorem ſalutē deſperare debere, ſi agat pœnitentiam: nec iuſtum in ſua confidere iuſtitia, ſi perdiderit negligenter, quod magno labore quæſierat. *Tom. 4. libro decimo Commentar. in caput tricesimū tertiū Ezechielis.*

Psalm. 114. Sup. 18.

Ionæ. 3. Sec. 70.

Hierem. 18.

QVOS volebat interficiebat, &c.] Si Nabuchodonoſor, quos volebat, interficiebat, & quos volebat percutiebat, quos volebat, exaltabat, & quos volebat humiliabat: in huiuſcemodi honorib. & percuſsionibus, exaltatione & humiliatione, non eſt Dei prouidentia, nec præceptum, ſed eorum voluntas, qui percutiunt, quos voluerint, & exaltant, & reliqua. Quod cùm ita ſit, quærendum eſt: quo ſenſu illud legatur. Cor regis in manu Dei: quocunq; voluerit, illud declinabit: Nili fortè ſanctum quēq; dicimus regem: cuius non regnat peccatum in mortali corpore, & cuius ideò ſeruatur cor, quia in manu Dei eſt. Quidquid autē in manu Dei patris fuerit iuxta Euangelium, nullus poteſt rapere ex ea, & quicunq; raptus fuerit, intelligitur in manu Dei nō fuiſſe. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 5. Danielis.*

Prouer. 21. Sanctus quiſque rex eſt.

Rom. 6.

Ioan. 10.

SI enim hoc egero, mors mihi eſt, &c.] Peccatum mortē vocat. Sicut ergo ei, qui facit adulterium, mors eſt adulterium: ſic omne peccatū quod ducit ad mortē, mors appellandum eſt. Et totiens mori credimur, quotiens peccamus ad mortem. Vnde è contrario totiens reſurgimus & viuificamur, quotiens vitæ digna opera facimus. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 13. Danielis.*

Viuificamur per bona iuſtitiæ opera.

MELIOR eſt ſapientia ſuper vaſa belli, &c.] Nunc quoque ſapientiam præfert fortitudini, & dicit plus eam valere in prælijs, quàm arma pugnantium. Quod ſi vnus incipiens fuerit, quamuis paruus & nihil ſit, crebrò tamen per illius ſtultitiam, opes magnas diuitiaſque ſubuerti. Quia verò in Hebræo poteſt legi: Et qui peccat vnum, perdet bonitatem multam: etiam ſic ſentiendum eſt: quod propter vnum peccatum, multæ iuſtitiæ retrò pereant, & inuicem ſe virtutes ſequi, & qui vnam habuerit, habere omnes. Et qui in vno peccauerit, eorum omnibus vitijs ſubiacere. *Tomo quinto Comment. in cap. 9. Eccleſiaſtis.*

Virtutum cōnexio.

Iacob. 2.

EGO autem in voce, &cæt.] Qui cuſtodiunt vanitates, ſuam miſericordiam reliquerunt: Ego autem, qui pro multorum ſalute deuoratus ſum, in voce laudis & confeſsionis immolabo tibi, meipſum offerens: quia paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. Et quaſi pontifex & ouis ſeipſum pro nobis obtulit. Et confitebor, inquit, tibi, vt ante confeſſus ſum, dicens: Confitebor tibi pater Domine cæli & terræ, & reddam vota, quæ feci pro ſalute omnium, Domino: vt omne, quod dediſti mihi, non pereat in æternum: Cernimus quid in ſua paſsione Saluator pro noſtra ſalute promiſerit: non faciamus mendacem Ieſum: mundi ſimus & ab vniuerſis peccatorum ſordibus ſeparati: vt nos Deo patri offerat victimas quas vouerat. *Tom. 5. Com. in cap. 2. Ionæ.*

1. Cor. 5.

Matth. 12.

Ioan 1. et 18

Iuſti ſint mūdi & ab omnibus peccatorum ſordibus ſeparati.

CONGREGANS congregabo, &c.] Quod ſi voluerimus & altius aliquid intelligere (propter hoc, quod dicitur à Septuaginta defectione deficiat à facie terræ) & defectionem in bonam partem accipere (iuxta illud: Et deficiens mortuus eſt Abraham in ſenectute bona, ſenex & plenus dierum: & appoſitus eſt ad populum ſuum, & de his, quæ in Iſaac & Iacob ſcriptura refert) videbimus, quomodo defectione deficiant à facie terræ. Et hoc eos implere præceptum qui iubentes conuerſationem in cælis, & in carne non ſecundum carnem militantes (eo quod ſciant illos, qui in carne viuunt Deo placere non poſſe) quantum in ſe eſt, omnia agunt, ne ſint in carne, ſed in ſpiritu, & à terra recedentes, aiunt: Conſuſcitauit, & confedere nos fecit in cæleſtibus in Chriſto. *Tom. quinto Commentar. in cap. 1. Sophoniæ.*

Gen. 25.

Hic locus manifeſtè datur impugnatium inſtitiam.

Rom. 8.

ET erit in die hoſtiæ Domini, &cæt.] Quia de conſummatione mundi & die iudicij, quem omnes in die interpretantur Domini, ſemel expoſuimus: ſcire debemus, quod illo tempore viſitet Dominus ſuper principes, & ſuper paſtores; qui lac de ouibus comedunt, lanaſque tondentes concurant de contritione gregis, & ſuper filios gregis, qui ſe iactant Chriſtianos, & quod greges Chriſti ſint, filij gloriantur, & ſuper omnes, qui induti ſunt veſtibus alienis. Veſtis filiorum regis, & principum indumentum Chriſtus eſt: quod accipimus in baptiſmo, iuxta illud: Induite vos Chriſtum Ieſum. Et induite vos viſcera miſericordiæ, bonitatis, humilitatis, manſuetudinis, ſapientiæ, & cætera: In quibus præcipitur: vt induamur nouo homine cæleſti, iuxtā creatorem noſtrum, & proijciamus indumētum veteris hominis cum operib. eius. Cùm ergo debeamus talibus indui veſtimentis, pro miſericordia induimur crudelitate: pro patientia, impatientia: pro iuſtitia, iniquitate: Et vt ſemel dicam; pro virtutibus, vitijs, id eſt, pro Chriſto, Antichriſto. Vnde dicitur de homine iſtiuſmodi: Et indutus eſt maledictione, ſicut veſtimento. *Ibidem, fol. 268.*

Pſal. 108.

Quæ veſtes alienæ, quæ propriæ noſtræ. Gala. 3. Col. 3.

Epheſ. 4.

SED

SED & vos Aethiopes, &cætera.] Cæterùm ſi notauerimus in omnibus ſcripturis Aethiopes eos appellari, qui penitus in vitia ſunt demerſi, ſecundum illud quod in Hieremia legimus: Si mutabit Aethiops pellem ſuam: Acthiopibus ad meliora conuerſis, ſpes erit: nullumque qui voluerit agere pœnitentiam, à ſalute alienum fore. Vnde ea prius anima polluta, & delictorū ſordibus inquinata dicit: Nigra ſum. Et poſtea in fine Cantici Canticorum, de eadem iam purgata & lota per pœnitentiam ſcribitur: Quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata? *Tom. 5. Comment. in caput 2. Sophoniæ.*

Hier 13. Candida anima nō manet nigra amplius.

Cant. 1.

Ibidem 8.

SI hoc de diabolo & angelis eius voluerimus accipere: qui vineam quoque, quæ de Aegypto translata fuerat, vaſtauerunt: dicemus per animam, de qua Chriſtus receſſerit, & quæ prius tēplum Dei fuerat, & eſſe definit, tranſire ſerpentem & ſibilare in ea, & venena ſuæ malitiæ euomere, & non ſolùm hoc facere, ſed opera quoq; ſua, quæ τροπικῶς manus vocantur, mouere. *Ibid. in fine ferè.*

Pſalm. 79. Duo contraria nō ſunt in eodē ſubiecto, iuſtitia & iniuſtitia.

SIBILABO eis, & congregabo illos, & cætera.] Cùm de tenebris Aegypti, & de tribulatione mundi, & de poteſtate Aſſyrij (qui interpretatur arguens atq; conuincens: ipſe enim inimicus & vltor) nationes Dominus congregarit, inducet eas in terram Galaad, & Libani. Galaad in linguam noſtram vertitur, teſtimonium tranſmigrationis: quando de carnalibus tranſimus ad ſpiritualia: de parte venimus ad totum: terrena relinquimus, & ad cœleſtia trāſmigramus. Libanus autem interpretatur λευκασμός, id eſt, dealbatio. Adducimur itaqui de tenebris Aegypti, vt poſtquam tranſierimus & migrauerimus è mundo, dealbemur in Domino, & dicatur de nobis: quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata? Alij iuxta Græci ſermonis ambiguitatem, qua & mons Phœnices, & tus Libanus dicitur: nunc Libanū, tus interpretantur, & ex ture ſignificari putant Deum: vt poſtquam de terra tranſierimus ad cęlum, impleatur in nobis oratio Saluatoris: Pater da eis, vt ſint in nobis vnum, ſicut ego & tu vnū ſumus. Vnde & ſponſa in Cantico dicit ad ſponſum: Odor veſtimentorum tuorum ſicut odor Libani. Cumque induxerit nos in terram Galaad & Libani, non inuenietur nobis locus: vt nequaquam terræ ſtringamur anguſtijs, ſed cœlorum latitudine perfruamur. *Tom. 5. lib. 2. Comm. in cap. 10. Zachariæ.*

Iuſti tranſeunt de carnalibus ad ſpiritualia, de terrenis ad cœleſtia, & ſic dealbātur in Domino.

Cant. 8. Sec. 70.

Ioan. 18.

Cant. 4.

BEATI mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.] Quos non arguit conſcientia vlla peccati. Mundus mundo corde cōſpicitur: templum Dei non poteſt eſſe pollutum. *Tom. 6. Com. in cap. 5. Matthei.*

Iuſti ſunt ſine peccato.

FIAT voluntas tua ſicut in cœlo & in terra.] Vt quomodo Angeli tibi inculpatè ſeruiunt in cœlis, ita in terra ſeruiant homines. Erubeſcant ex hac ſententia, qui quotidie in cœlo ruinas fieri mentiuntur. Nam quid nobis prodeſt cælorum ſimilitudo, ſi & in cælo peccatum eſt? *Tomo ſexto Commentariorum in caput ſextum Matthei, Canone 8.*

Iuſti ſunt angelis ſimiles.

ET cùm veniſſet Ieſus in domum Petri, &c.] Tangitur manus mulieris, & ſanatis operibus eius, peccatorum infirmitas fugit. Natura hominum iſtiuſmodi eſt, vt poſt febrem magis laſcſcant corpora, & incipiente ſanitate ægrotatio nis mala ſentiant. Verùm ſanitas quæ conferetur à Domino, totum ſimul reddit: nec ſufficit eſſe ſanatam, ſed vt *virtutis* fortitudinis indicetur, additum eſt. *Tomo 6. lib. 1. Commentar. in cap. 8. Matthæi.*

Totū hominem iuſtum & ſanū reddit Deus nō ex parte.

ET cùm iuſſiſſet turbam diſcumbere, &cæt.] Diſcumbere iubentur ſuper fœnum, & ſecundū alium Euangeliſtam, ſupra terram, per quinquagenos aut centenos: vt poſtquam calcauerint carnem ſuam, & omnes flores illius, & ſæculi voluptates, quaſi arens fœnum ſibi ſubiecerint: tunc per quinquagenarij numeri pœnitentiam, ad perfectum centeſimi numeri culmen aſcendāt. *Tomo ſexto, libro 2. Commentariorum in caput decimum quartum Matthæi.*

Luc. 9.

NAM in Chriſto Ieſu, neque &c.] Nos in Chriſto Ieſu valere volumus & conſortari, i. in vera circuciſione & nō in concciſione Iudaica. Neq; n. qui in aperto Iudęus eſt, neq; manifeſta in carne circuncciſio, ſed in abſcondito Iudæus, & circuncciſio cordis in ſpiritu non littera. Nihil itaque prodeſt in Chriſto carnis circūciſio, ſed cordis & aurium, quæ aufert illud opprobrium Iudæorum. Ecce incircunciſæ aures veſtræ, & non poteſtis audire. Prodeſt circuncciſio labiorum, quam iuxta humilitatem necdum ſe habere cauſabatur Moyſes, vt in Hebraico ſcriptum eſt: Ego autem ſum præputium habens in labijs. Multum vtilitatis præbet, & in rebus venereis circuncciſio, cùm per caſtitatem impudicitia deſeratur. Igitur in Chriſto Ieſu nec circuncciſio valet, nec præputium corporale, quia in medio, id eſt, inter virtutes & vitia ſunt poſita, ſed fides quæ per charitatem operatur. *Tomo 6. lib. 1. Comm. in cap. 5. ad Galatas.*

Iuſtitia continet circuncciſionem omnium vitiorum.

Hier. 6.

Exod. 6.

MANIFESTA autem ſunt opera carnis, &cæt.] Prædico, inquit, vobis, ſicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. Vbi ante prædixerat: Non regnet, inquit peccatum in mortali noſtro corpore, ad obediendum deſiderijs eius. Peccatum omnes iſtas ſpecies habet, in quibus nunc diſcriminandis plus forſitan quàm oportuit, immorati ſumus. Ergo anima, in qua peccatum regnauerit, non poteſt Dei regnare regnum. Quæ enim participatio iuſtitiæ & iniquitati? quæ communicatio luci ad tenebras? qui conſenſus Chriſto & Belial? *Ibidem. Folio 153.*

Rom. 6.

In qua anima peccatū regnat, non poteſt Deus regnare regnum.

2. Cor. 6.

QVI eſt pignus, &cætera.] Quicunque non tantùm Spiritum ſanctum, ſed Spiritum ſanctū repromiſſionis acceperit, ſimul conſequetur & Arrabonem hæreditatis, quę hæreditas vita perpetua eſt. Et quo modo ex Arrabone æſtimatur qualis emptio futura ſit, & quæ poſſeſſio: Verbi cauſa: ex decem ſolidis, centum ſolidorum villa, & ex centum ſolidis mille ſolidorum poſſeſſio: ita ex varietate Arrabonis hæreditatis quoque poſtea ſecuturæ magnitudo cognoſcitur. Quamuis autem ſanctus ſit aliquis atque perfectus, & omnium iudicio beatitudine dignę putetur: tamen ad futuram hæreditatem nunc Arrabonem eſt ſpiritus conſecutus. Si autem Arrabo tantus, quanta erit ipſa poſſeſſio? Quo modo autem Arrabo, qui nobis tribuitur, non eſt extra nos, ſed intra nos eſt: ſic & ipſa hæreditas, hoc eſt, regnum Dei quod inter nos eſt, in nobis verſatur intrinſecus. *Tomo 6. libr. 1. Commentar. in cap. 1. ad Epheſios.*

Regnū Dei et iuſtitia eſt intra nos, & nō extra nos

ET coexcitauit; simulque fecit sedere, &c.] Alius qui resurrectionem & regnum Christi spiritualiter intelligit, non deliberauit dicere, iam sanctos sedere & regnare cum Christo: Quomodo enim nequaquam in carne sanctus est, cùm viuat in carne, & habet conuersationem in cœlestibus cùm gradiatur in terra, & caro esse desistens, totus vertatur in spiritum: Ita eum in cœlestibus sedere cum Christo: Regnum quippe Dei intra nos est: & vbi fuerit thesaurus noster, ibi erit & cor nostrum: firmique & stabiles sedemus cum Christo sapientia, verbo, iustitia, veritate. Potest autem & hoc dici, vt quo modo Arrabonem Spiritus sancti accepimus, necdum totam eius plenitudinem consecuti: sic & sedere nos cum Christo atque regnare, necdum perfectam sessionem in cœlestibus obtinentes. *Tom. 6 lib. 1. Com. in cap. 2. ad Ephes.*

Sanctus caro esse desistit & vertitur in spiritum. Luc. 17. Mat. 6.

VALDE & simpliciter errant: si putant cibum emere, hospitium præpare, vestimenta conquirere, esse peccatum, & asserere fugari Spiritum sanctum, si corpusculi paulisper necessitatibus seruiamus. Nolite, inquit, Apostolus, contristare Spiritum sanctum, in quo signati estis in die redemptionis. Quibus operibus Spiritus sanctus Propheta commemorat, multis in ordine vitijs peccatisque digestis: ad extremum inserens: In omnibus istis contristabas me. Alioqui calicem aquæ frigidæ porrigere, pedes lauare, immolare vitulum, prandium præparare peccatum sit: cũ sciamus ex his rebus in Dei quosdam filios adoptari. Non est huius temporis ad omnia respondere: quia nec omnia quæ illis proponere solet, intulimus. *Tom. 6. Proœmio ad Philem.*

Peccata venialia nũ expellunt iustitiam. Ephes. 4.

Ezech 16. Sec. 70.

BEATVS vir cui non imputabit Dominus peccatum.] Qui se in hoc sæculo diligenter potuerit expurgare, vel per martyrium. Quod tegitur, non videtur: quod non videtur, non imputatur, nec punietur. *Tomo septimo Commentariorum in Psalmum 31.*

Quo sensu peccata tegantur.

BEATI qui custodiunt iudicium, &c.] Qui facit iustitiam. Iustitia Dominus noster est. Iustitia enim Domini: noster Dominus dicitur, & Saluator. Beatus ergo qui facit iustitiam, hoc est qui facit Christum. Quomodo ergo facimus Christum, hoc est, iustitiam? Si iustè agamus, cõcipitur in nobis iustitia, & paritur ex nobis iustitia, & sumus mater iustitiæ. Felix est & beatus qui omni tempore & pater & mater est iustitiæ. *Tomo septimo Commentariorum in Psalmum centesimum quintum.*

In nobis concipitur iustitia, & non habet extra nos.

BEATI immaculati in via.] Quomodo dicit immaculati, quia sine minutis peccatis homo esse non potest: sicut sanctus Ioannes dixit: Si dixerimus, quia peccatum non habemus: ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Et Propheta dicit: Qui ingreditur sine macula & operatur iustitiam. Sine macula, hoc est, sine mortalibus criminibus: Sed tamen discretionem facit inter maculam, & maculam, id est, quia et si sine minutis esse non possumus: tamen in maiora incedere non debemus. *Tom. 7. Comm. in Psalmum 118.*

1. Ioan. 1.

Psal. 14.

Iustus nõ vivit sine minutis peccatis vivit tamen sine mortalibus.

BENEDICAT te Dominus ex Sion; & cætera.] Sion de cœlesti Hierusalem in matre primitiuorum, vbi sunt futura gaudia, vbi sunt Angelorum multitudines, & sanctorum quocunque Agnus vadit. Denique vidit & Ioannes ciuitatem sanctam de cœlo depositam gemmis extructam, duodecim habere portas. Tota aurea erat, muros habebat & plateas de diuersis gemmis. In hac ciuitate Christus regnat: in hac ciuitate habitantes ipsi sunt & habitatores & portæ, ipsi & domus sunt, & habitatores. Vultis scire quoniam domus sunt? Christus habitat in eis: Christus deambulat in eis. Inhabitabo, inquit, in eis & deambulabo. Vide anima sancta, quàm grandis sit: Christum capit quem cœlum non capit. Vide quid dicat. Inhabitabo, inquit. Sed fieri potest, vt aliquis angustè inhabitet. Inhabitabo & deambulabo in eis. Vbicunque deambulat, vtique lata domus est. Vbi deambulat? Vos estis, inquit, templum Dei, & Spiritus sanctus habitat in vobis. Præparemus templum nostrum, vt Christus veniet & habitet in nobis, vt anima nostra Sion sit, sit specula, vt sit in sum mitatibus cõstituta, vt sit sursum non deorsum. Legimus in Zacharia Propheta: Et Angelus, inquit, qui loquebatur in me, dixit ad me: Si Angelus loquebatur in Propheta, quanto magis habitat in nobis? Ipse nos habet & domos, & confabulatores. *Tomo septimo Commentariorum in Psalmum tricesimum tertium.*

Apoc. 21.

Christus habitat & deambulat in sanctis.

Leuit. 26. 2. Cor. 6.

Christus habitat in anima iusti.

SCHOLIA.

HIERONYMVS *libro 3. in Ieremiam cap. 13. explicans ista verba. Omnis lagũcula implebitur vino, & omnes Reges & Sacerdotes ebrietate. ita loquitur. Ostẽdit Propheta non esse vas fragile iuxta Apostolum, dicẽtem, habemus thesaurum istum in vasis fictilibus: nec posse fieri, vt non illud impleatur in nobis, quod scriptum est; non habitat in carne mea bonum, & iterum. Non enim quod volo bonum, hoc facio; sed quod nolo, malum; hoc operor. ac deinde: Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? hac autem ebrietate, qua obliuiscimur præceptorum Dei, & vitijs atq; peccatis omnis impletur humana condutio, dicente Propheta: Nõ iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, non ad comparationem Dei, vt veteres & noui hæretici volunt, & patroni hæreticorum; sed ad scientiam eius. Homo enim videt in facie, Deus in corde; & quod nobis interdum pulchrum videtur, illius oculis sordidum deprehenditur. non solum vulgus ignobile, viliusque plebecula. sed Reges Ecclesiarum, qui sedent super thronum, Sacerdotes quoq; ipsi, secundum Ecclesiastico hono regradus varietate peccatorum complentur. Præsenti authoritate B. Hieronymi bifariam nostri sæculi hæretici abiuntur. In Collectaneis suis Bodius pertrahit ad Lutheranorum defensionem, qui docent. neminem, quantumlibet perfectum in hac vita verè iustum esse, sed in omnibus peccatum ira Dei dignũ permanere vsq; ad mortem. Vicissim alij qui Ecclesiasticam potestatem oppugnant, postremo huius orationis clausulã inducunt aduersus Sacerdotalẽ potestatem, quam sæculari magistratui subyciendã fore contendunt. sed vtriq; violenter hæc verba contorquent. Primò quod ad Sacerdotis & Regis dignitatem, attinet Hieronymus de Iudaico Sacerdotio loquitur non de Christiano. Deinde in alijs verbis adductæ sententiæ Hieronymus respexit ad humanam conditionẽ Dei gratia destitutam. nemo enim sine præsidio diuinæ gratiæ iustus esse, nec diu potest absq; mortali peccato subsistere. quod si mistes ipsum etiam loqui de iustis, quibus diuina gratia mest per Spiritum sanctum infusa, occurrimus tibi & affirmamus Hieronymum de leuibus ac venialibus erroribus accipiendum esse, & non de lethalibus ac venenatis sceleribus. siquidem sunt*

sunt innumera venialia vitia, à quibus nullus, quantumlibet iustus, excepta B. virgine, omnino est immunis, etenim in sanctis quoque per gratiam reparatis decliuis quædam ad peccandum ex carnis fragilitate inclinatio, quam Paulus inhabitans peccatum nuncupauit, quia ex peccato sit orta, & in pœnam peccati relicta ad agonem & exercitium Sanctorum: & ex hac inuitis etiam iustis multa venialia peccata emergunt. ad hanc pœnam peccati Paulus intuens exclamabat: Infelix ego homo, &c. Scio quod nõ habitat in carne mea bonum; & non quod volo, bonum hoc ago, sed quod nolo; malum. & Dauid ad venialia & assidua Sanctorum errata intendens animum, dicebat: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, si iuxta seueritatem diuinæ iustitia examinetur: quia septies in die cadit iustus.

Roman. 7.

Roman. 7.

Psal. 142. Proner. 14.

Articulus XV. Iustificationis gratiam alijs maiorem, alijs minorem dari iuxta mẽsuram quam spiritus sanctus partitur singulis pro vt vult, & diuersam suscipientium dispositionem.

SI pater, & filius mansionem faciunt apud credentes; & vbi Christus hospes est, ibi nihil deesse existimas: puto, quod aliter Christus habitauerit in Corinthijs, aliter in Ephesijs; hoc est aliter in ijs, apud quos Paulus Apostolus peccata multa deprehendit, & aliter in ijs, quibus sacramenta, à sæculis ignorata disseruit; aliter in Tito & Timotheo, aliter in Paulo. Certè inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Vbi autem maior dicitur necesse est vt cæteros habuerit minores. Et qui minimus in regno cælorum, maior est illo. Vides ergo, quod in cælis sit maximus, & minimus, & inter Angelos quoque, & inter inuisibiles creaturas sit multiplex & infinita diuersitas. Quare dicunt Apostoli: Domine auge nobis fidẽ si omnium vna mensura est? Et dominus ad Discipulum: Modicæ fidei, quid dubitasti? In Hieremia quoque de futuro regno legimus: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriam domui Israel & domui Iacob fœdus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris. Et post paululum: dabo legem meam in visceribus eorum & in corde eorum scribam illam, & ero eis in Deum; & ipsi erunt mihi in populum, & non docebit vir vltra proximum suum, & vir fratrem suum dicens: cognosce Dominum, omnes enim cognoscent me à minimo vsque ad maximum, perspicuè ex contextu illius loci, futurum Christi regnum propheta describit: & qua consequentia ibi erit minimus & maximus, si omnes æquales futuri sunt; vtique ea qua & in euangelio dicitur: Qui docuerit, & fecerit, hic vocabitur maximus in regno cælorum, qui autem docuerit, & non fecerit, erit minimus. In conuiuio saluator præcipit, vt inferiorem occupamus locum: ne cum maior venerit, de superiori turpiter detrudamur. *Tomo secundo libro secundo contra Iouinianum, capite decimo quinto.*

Christus animæ iusti hospes.

Diuersa mẽsura & proportio iustitiæ. Matt. 11. Luc. 7.

Luc. 17. Matt. 14.

Hier. 31.

Matt. 5.

Luc. 14.

ATTI. O Critobule, hæc memorans mecum facis, & ego enim hoc sentio, nullam creaturam, secundum veram consummatamque iustitiam, posse esse perfectam, cæterum alium differre ab alio & diuersas esse in hominibus iustitias, nulli dubium est; & vel maiorem esse alium, vel minorem, & tamen secundum statum & mensuram suam posse iustos nominari, qui aliorum comparatione iusti non sunt. Verbi gratia Paulus Apostolus, vas electionis, qui plus omnibus Apostolis laborauit, vtique iustus erat scribés ad Timotheum: Certamẽ bonum certaui, cursum consummaui, fidem seruaui de cætero reposita est mihi corona iustitię: quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. non solum autem mihi, sed & omnibus, qui diligunt aduentum eius. Iustus erat & Timotheus, discipulus eius, & imitator; quem docet quid agere debeat, & quem modum tenere virtutum. Putamus ne vnam & eandem in vtroque fuisse iustitiam, & non plus habere meritorum eum, qui plus omnibus laborauit; Multæ mansiones sunt apud patrem, quia & merita diuersa. Stella à stella differt in claritate, & in vno Ecclesię corpore membra diuersa sunt. Habet sol fulgorẽ suum, luna quoque noctis tenebras temperat: & quinque sidera alia, quæ vocantur errantia, diuersis & cursib. & luminibus cælum peragrãt. innumerabiles sunt aliæ stellæ, quas micare in firmamento cernimus, in singulis diuersa sunt lumina, & tamen in suo vnaquæque perfecta est ita duntaxat, vt comparatione maioris, perfectione careat. In corpore quoque cuius membra diuersa sunt, aliud oculus, aliud manus aliud pes, asserunt: Vnde & Apostolus dicit: Non potest oculus dicere manui, non es mihi necessaria; aut iterum caput pedibus, non desidero operam vestram. Nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes prophetæ? nunquid magistri? nunquid omnes cunctas habent virtutes: nunquid omnes donationes habent sanitatum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? Æmulamini dona maiora. Omnia autem hæc operatur vnus atque idem spiritus, diuidens propria vnicuique prout vult. In quo diligenter attende. quod non dixerit, secundum quod vnumquodque membrum cupit, sed secundum quod ipse vult spiritus. Neque enim dicere potest vas figulo suo, quare ita vel ita me fecisti? an non habet figulus potestatem de eodem luto, aliud vas facere in honorẽ, aliud in contumeliam? Vnde consequenter adiecit, æmulamini dona maiora: vt in fide & industria plus cæteris charismatibus habere mereamur, melioresque simus ijs, qui comparatione nostri, in secũdo vel tertio gradu positi sunt. In magna domo vasa diuersa sunt, alia aurea, alia argentea, ænea, ferrea, ligneaque: & tamen secundum modulum suum, cùm æneum vas perfectum sit, comparatione argentei vasis imperfectum dicitur: rursumque argenteum aurei collatione deterius est. atque hoc modo, dum sibi inuicem comparantur, imperfecta & perfecta sunt omnia. In agro terræ bonæ, ex vna semente tricenarius, & sexagenarius, & centenarius fructus exoritur: ipsis numeris indicatur impar esse, quod nascitur: & tamen in suo genere perfecta sunt singula. Helisabeth, Zacharias, quo testimonio quasi impenetrabili veteris clypeo, nos docere possunt, quanto inferiores sunt beatæ Mariæ matris Domini sanctitate, quæ conscientia in se habitantis Dei libere procla-

In vno homine maior iustitia quam in alio.

Rom 9.

2. Tim. 4.

Maior iustitia in Paulo quam in Timotheo. Ioan. 14. 1. Cor. 15.

Iustitiæ diuersa incrementa similibus illustrantur.

1. Cor. 12.

Matt. 13.

Luc. 1.

Probat exẽplis inæqualitatem iustitiæ & meritorum.

mat: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est: & sanctum nomen eius. Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo. In quo animaduerte, quod beatam se esse dicat, non proprio merito, atque virtute sed Dei in se habi tantis clementia. Ipse quoque Ioannes, quo maior non fuit inter natos mulierum, parentibus suis melior est, non enim solum hominibus, sed & angelis testimonio Domini comparatur. Et tamen, qui cunctis hominibus erat maior in terra, minimo in regno cœlorum minor fuisse perhibetur. Quid mirum, in collatione sanctorum, alios esse meliores, & alios inferiores; cum è contrario in collatione peccatorum hoc intelligi possit? Ad Hierusalem dicitur, quæ multis peccatorum erat confossa vulneribus: Iustificata est Sodoma ex te: non quod Sodoma per se iusta sit, quæ in æternos collapsa cineres, audit per Ezechielem: Sodoma restituetur in antiquum: sed quod comparatione scelerationis Hierusalem hæc iusta videatur. illa enim Dei filium trucidauit: hæc propter abundantiam panis, & per luxuriæ magnitudinem, excesit modum libidinis. Publicanus in euangelio, qui percutiebat pectus quasi thesaurum cogitationum pessimarum; & conscientia delictorum, oculos non audebat attollere; superbientis Pharisæi collatione sit iustior. Et Thamar sub specie meretricis fallit Iudam: & ipsius sententia, qui deceptus est, meretur audire; Iustificata est Thamar magis, quam ego. Ex quibus omnibus approbatur, non solum ad comparationem diuinæ maiestatis homines nequaquam esse perfectos, sed ne angelorum quidem & cæterorum hominum, qui virtutum culmina conscenderunt: cum & tu, qui melior es alterius collatione, quem imperfectum esse monstraueris, rursum ab alio te præcunte vincaris: ac per hoc non habeas veram perfectionem: quæ si perfecta sit, nulla re indiget. *Tom.: .lib.1.Dial. aduersus Pelagian.cap.6.*

Matth.11.

Confirmat à contrario ex collatione peccatorum.

Ezech.16.

Luc.18. Exemplo Pharisæi & Publicani ostenditur inæqualitas in statu Geneſ.38.

1.Cor.12. VNDE Apostolus super diuersis intonans gratijs loquitur: Diuisiones donationum sunt, idem autem spiritus: & diuisiones ministeriorum sunt: sed idem Dominus: & diuisiones operationum sunt, vnus autem Deus, qui operatur omnia in omnibus.

Nullus homo potest vnl uersas simul habere virtutes.

CRITO. Nimius es in vna atque eadem quæstione, vt persuadere coneris, hominem vniuersa simul habere non posse: quasi aut inuiderit, aut non potuerit Deus præstare imagini & similitudini suæ, vt in omnibus respondeat suo creatori.

Ariani filio Dei deitatem abnegant.

ATTIC. Ego ne nimius, an tu? qui soluta proponis, & non intelligis aliud esse similitudinem, aliud æqualitatem; illud picturam, hoc esse veritatem. Verus equus camporum spatia transuolat, pictus parieti hæret in curru. Arriani Dei filio non concedunt, quod tu omni hominiti tribuis. Alij non audent perfectum in Christo hominem confiteri: ne suscipere in eo hominis peccata cogantur, quasi potentior creatio sit creatore, & idipsum tantum filius hominis, quod Dei filius. Aut igitur propone alia, quibus respondeam: aut desine superbire,

Hæreticine fabulam Christum perfectum esse hominem.

& da gloriam Deo. *Ibidem capite septimo.*

ET erit post hæc, effundam & cætera.] Neque omnis qui acceperit Spiritum sanctum, statim habebit & gratiam spiritualem, sed per effusionem Spiritus sancti diuersas gratias consequetur: alij prophetiam, vt filij & filiæ, qui maioris sunt meriti: alij somnia, vt senes iam proiectioris ætatis: alij visiones, vt iuuenes qui viderunt malignum. Serui verò & ancillæ, qui adhuc spiritum timoris habent, & non dilectionis (quia perfecta dilectio foras mittit timorem) non habebunt Prophetiam, non somnia, non visiones; sed Spiritus sancti effusione contenti, fidei tantùm & salutis gratiam possidebunt. *Tomo quinto Commentariorum in caput septimum Ioelis.*

1. Cor. 12. Donorũ spiritualium in diuersis subiectis intentio ac remissio.

SEMINASTIS multum, & intulistis parum, & cætera.] Quamquam secundum Hebraicam veritatem referatur ad terras quæ ambiantur Oceano: tamen secundum Septuaginta translatores qui dixerunt: τὸ περιβολαιον αὐτῆς, genere masculino, & non αὐτῆς, genere fœminino: De Deo quod dictum est sentire compellimur, eo quod inuestigabilis sit eius sapientia, & ponat DOMINVS tenebras latibulum suum, & non indignis quibusque eius Sacramenta prodantur. Vnde & iustus lætatur, & dicit: In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Hoc pallium de multiplicis sapientiæ sensibus verbisque contextum, non finit feruentes spiritu refrigerari: nec dilectionis calorem Borea flante frigescere. Qui verò medius est, & habet quidem pallium, sed quo non totus operiatur: quo modo parum in horrea comportauit, & comedit, & non in satietatem, & bibit, & non in ebrietatem: sic operietur quidem sensuum operumque suorum pallio, sed non calefiet. Qui autem propter nimiam animæ paupertatem non habet pallium, ideo non habet, quia multiplicata iniquitate charitas refrixit in eo. Vnde & istiusmodi homini, cuius ab alio pallium possidetur: in lege præcipitur: Reddes ei vestimentum antequam sol occidat: quoniam pauper est, & in ipso habet spem. *Tom.5. Comm. in cap.1. Aggæi.*

Psal. 17.

Psal.128.

Triplex hominum qualitas.

Matth.24.

Deut.24.

SICVT enim homo peregrè proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua: & vni dedit quinq; talenta, alij autem duo, alij verò vnum: vnicuique secundum propriam virtutem, &c.] Homo iste paterfamilias, haud dubium quin CHRISTVS sit, qui ad patrem post resurrectionem victor ascendens, vocatis Apostolis, doctrinam Euangelicam tradidit, non pro largitate & parcitate alteri plus, & alteri minus tribuens, sed pro accipientium viribus: quomodo & Apostolus eos qui solidum cibum capere non poterant, lacte potasse se dicit.

Pro accipientium viribus distribuit Dominus talenta.

1.Cor. 3.

Denique & illum qui de quinque talentis, decem fecerat, & qui de duobus quattuor, simimili recepit gaudio: non considerans lucri magnitudinem, sed studij voluntatem. In quinque, & duobus, & vno talento, vel diuersas gratias intelligamus (quæ vnicuique traditæ sunt) vel in primo, omnes sensus examinatos: In secundo, intelligentiam & opera: In tertio; rationem, qua homines à bestijs separamur. *Tomo sexto, libro quarto Commentariorum in caput vigesimum quintum Matthæi.*

VNICVI-

Deus iuxta mensuram vasculorum infundit liquorem.

VNICVIQVE autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.] Licet Deus pater super omnia sit, & per omnes, & in omnibus: tamen gratia iuxta mensuram credentibus datur: Non quod ad mensuram spiritum & gratiam tribuat. Deus (magnificentiæ enim eius non est finis) sed quod iuxta mensuram vasculorum infundat liquorem: tantùm muneris largiens, quantum potest ille, cui donatur, accipere. Nec enim ad mensuram det Deus spiritum: aut potest habere mensuram, quod æqualiter vbique diffusum est. Quod vt manifestius fiat, imperfectum licet, & non implens similitudinem: tamen per quod possit intelligi quod dicitur, sumamus exemplum. Mare certè immensum est, & capacitas eius Deo soli nota: ex hoc si quis velit multis hominibus, secundum id, quod gestare queunt, tradere: necesse est, vt ad mensuram vnicuique tribuat, & partes eius mensuram recipiant: cuius solium immensurabile est. Ita & Spiritus sanctus, immensus quidem est, & nullo fine concluditur, tamen vnicuique datur, secundum quod expedit. Et simul notandum, quod hæc eadem gratia, quæ nunc attributa perhibetur, secundum mensuram donationis Christi data sit nobis. *Tom.6.lib. 2.Comm.in cap.4.ad Ephesios.*

Ioan.3.

Distributio donorum similitudine maris illustratur.

Ex quo totum corpus compactum, & cætera.] In fine rerum, cùm Deum facie videre cœperimus ad faciem, & in mensuram peruenerimus ætatis plenitudinis Christi (de cuius plenitudine nunc omnes accepimus: ita vt Christus non ex parte sit, sed totus in nobis, & relictis initijs paruulorum creuerimus in cum virum, de quo Propheta dicit: Ecce vir oriens nomen illi. Et Ioannes Baptista commemorat: Post me venit vir, qui ante me factus est, quoniam ante me erat) tunc in occursu vnius fidei, & vnius agnitionis filij Dei (quem nunc pro varietate mentium, non vna, nec eadem fide & agnitione cognoscimus) totum corpus, quod prius dissipatum fuerat, & in diuersa laceratum, in suam compagem iunctura mque redigetur, ita vt vna subministratio, eademque operatio, & vnius ætatis consummata perfectio, totum crescere faciat corpus æqualiter, & omnia membra iuxta mensuram suam incrementum ætatis accipiant. Hæc autem tota ædificatio, per quam Ecclesię per partes corpus augetur, mutua in se charitate complebitur. Totas rationabiles creaturas sub vnius rationabilis animalis intelligamus exemplo, & quodcunque de huius membris dixerimus & partibus, hoc sciamus esse referendum ad vnamquamque rationabilem creaturam. Putemus hoc animal ita per artus, venas, carnesque laceratum: vt nec os ossi hæreat, nec nervus iungatur ad nervum: separatim oculi iaceant, seorsim nares: manus alium locum teneant, aliò proiecti sint pedes, & reliqua membra in hunc modum inter se dispersa sint & diuisa. Finge aliquem venire tantæ scientiæ medicum, qui iuxta fabulas ethnicorum, Aesculapium posit imitari, & in nouam figuram nonnunquam nomen Virbium suscitare: hic necesse habebit vnumquodque membrum suo loco restituere, & compagem copulare compagi, & quodam glutino partibus restitutis, vnum corpus efficere.

Matth.6. Ioann.1.

Pro varietate mentium varia cognitio et fides.

Animalis rationabilis exemplo illustrat augmentum corporis Ecclesiæ.

Hucusque nobis vna similitudo processerit: nunc in eandem similitudinem ad id quod intelligi volumus, aliud trahatur exemplum. Paruulus crescat, & occulto æuo in perfectam adolescat ætatem: suum manus augmentum habebit, sua pedes sentient incrementa: venter dum nescimus, impletur: humeri, dum falluntur oculi, dilatantur, & omnia membra per partes iuxta mensuram suam sic crescunt: vt tamen non sibi, sed corpori videantur augeri. Ita igitur & in restitutione omnium, quando corpus totius Ecclesiæ nunc dispersum atque laceratum, verus medicus Christus Iesus sanaturus aduenerit: vnusquisque secundum mensuram fidei, & agnitionis filij Dei (quem ideo agnoscere dicitur, quia prius nouerat, & postea nosce re desinit) suum recipiet locum, & incipiet id esse quod fuerat. Ità tamen vt non iuxta aliam hæresim, omnes in vna ætate sint positi: id est, omnes in Angelos reformentur: sed vnumquodque membrum iuxta mensuram & officium suum perfectum sit. Verbi gratia: vt Angelus refuga id esse incipiat quod creatus est: & homo qui de Paradyso fuerat eiectus, ad culturam iterum Paradysi restituatur. Ita autem vniuersa sic fient: vt inuicem inter se charitate iungantur: Et dum congaudet membrum membro, & in alterius prouectione lætatur CHRISTI corpus, Ecclesia primitiuorum habitet in cœlesti Hierusalem: quum in alio loco Apostolus matrem sanctorum vocat. *Tomo sexto, libro secundo Commentariorum in caput quartum ad Ephesios.*

alio pulchro exemplo idē augmentum exornat.

ἀπόδοσις similitudinis

Articulus XVI. Iustificatos cum plenam & absolutam iustitiam consecuti non sint, renouari post acceptam iustitiam de die in diem.

VIGILATE, & orate: nescitis enim quando tempus sit. Beati sunt qui ita expectãt, ita illum speculantur diem, vt se ad eum quotidie præparent, qui non de præterita sibi iustitia blandiens, secundum Apostolum Paulum: per dies singulos in virtute renouantur. Iustititia enim iusti non proderit ei, à quo die iustus esse desierit. Sicut etiam iniquo non nocebit iniquitas sua, à die quo se ab iniquitate conuerterit. Nec sanctus ergo securus esse debet, quamdiu in huius vitæ agone versatur, nec desperare peccator, qui secundum prædictam Prophetæ sententiam, vno die iustum se efficere potest; sed totum quò tenditur, spatium vitæ tuæ est, vt peragere possis iustitiam, nec de præterita iustitia confidens remissior efficiaris. Sed sicut dicit Apostolus Paulus. Propterea obliuiscens, ad ea autem quæ anteriora sunt, me extendens ad destinatum persequor brauium supernæ vocationis, sciens scriptum esse cordis inspectorem. Deum. Et idcircò satagit, vt animam mundam habeat à peccato. Propter quod scriptum est: Omni custodia serua cor tuum, Et iterum: Diligit Dominus munda corda. Accepti autem sunt ei omnes immaculati. Iccirco age, vt ordines reliquum tempus vitæ tuæ sine offensa, vt possis

Matth. 25.

2.Cor. 4. Ezech. 18. Iusti renouãtur in virtute de die in diem.

Phil. 3.

Actor. 2.

Prouer. 6.

Psal.100. *Psal.42.* possis securè canere cum Propheta: Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. Et iterum: Introibo ad altare Dei, ad Deum qui lętificat iuuentutem meam. Quia incho asse non sufficit, sed perfecisse, iustitia est. *Tom.1. Epist.14.ad Celantiam, cap.9.*

Exterior homo est vincendus interiori homine

INTER omnia, quæ mihi sancti fratris Quintiliani amicitiæ pręstiterunt, hoc vel maximum est, quod te mihi, ignotum corpore, mente sociauit, quis enim non diligat eum, qui sub plaudamento & habitu militari agat opera Prophetarum, & exteriorem hominem, aliud promittętem, vincat interiori homine, qui formatus est ad imaginem creatoris? *Tom. primo, Epistol. 35. ad Exuperantium.*

Matth.20. SI omnes in cœlo æquales futuri sumus: frustra hìc nos humiliamus, vt ibi possimus esse maiores. De duobus debitoribus quingentorum

Luc.7. denariorum & quinquaginta: cui plus dimittitur, plus amat. Vnde & Saluator; dico, inquit, tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur,

Matth.25. minus diligit. Qui minus diligit, & minus ei dimittitur; vtique in minori gradu erit. Paterfamilias proficiscens, tradidit seruis suis substantiam, alij quinque talenta, alij duo, alij vnum, v-

Luc.19. nicuique secundum proprias virtutes. Simile quid & in alio Euangelio scribitur, quod homo nobilis proficiscens in regionem longinquam, vt acciperet sibi regnum, & reuerteretur, vocauerit decem seruos, & dederit eis singulas minas; de quibus vnus lucratus est decem minas, alius quinque, & singuli, iuxta vires suas, & emolumentum, vel decem, vel quinque acceperint ciuitates. Porrò alius qui vnum talentum, siue vnam animam acceperat, quod accepit infodit, siue in sudario colligauit, & Domini reseruauit aduentui.

Iusti spe profectum laborant.

Primò considerandum quod, si iusti non spe profectus laborant; vt vult noster Zeno, sed ne perdant quod acceperant; iste, qui minam & talentum infodit, ne perderet quod acceperat, nó peccauit; magisque laudanda est cautio reseruantis, quàm cassus labor eorum, qui sine laboris prœmio defudârunt.

Deinde, quod hoc ipsum talentum, quod aufertur à timido, vel negligente seruo, non datur ei, qui minus lucrifecerat, sed qui plus, id est, qui super decem positus fuerat ciuitates: Si numerus non fecit ordinem, quare dixit: Dedit vnicuiq; secundum vires suas. Si eadem lucra sunt quinque talentorum, & decem: cur ei, qui minus lucrifecerat, non decem, & ei, qui plus, non quinque traduntur vrbes? Quod autem Dominus non his contentus sit, quæ habemus, sed semper maiora desideret, ipse monstrat, dicens. Quare non dedisti pecuniam meam ad Trapezitas, &

Phil. 3. ego veniens cum vsura exegissem? Quod quidem & Paulus sciens, præteritorum obliuiscitur; & ad ea, quæ ante sunt, se extendit, id est,

Paulus quotidie proficit

quotidie proficit, nec seruat in sudario delicatę gratiam, quam accepit: sed auarus negotiator renouatur de die in diem, & decrescere se putat, nisi semper creuerit. *Tom. 2. lib. 2. contra Iouinianum, cap.18.*

Quibus modis acquisita iustitia conseruetur.

ET hoc scito, Baptismum præterita donare peccata, non futuram seruare iustitiam, quæ labore, & industria, ac diligentia, & semper super omnia Dei clementia custoditur: vt nostrum sit rogare, illius tribuere quod rogatur: nostrũ incipere, illius perficere; nostrum offerre quod possumus, illius implere quod non possumus. *Tomo secundo, libro tertio Dialogorum aduersus Pelagianos, cap.1.*

AD hanc vrbem, quæ in extremis Aegypti finibus erat, populus congregatus est, qui in desertum exire cupiebat, eo quod tumultum sæculi dereliquens, mouebatur à vitijs pristinis, & ab excedente se prius tinea peccatorum, vt omnem amaritudinem vertens in dulcedinem, Dei vocem in Sina monte desuper tonantis audiret. Quod autem verba diuina & eloquia Scripturarum, in istius sæculi & mundi rota, tonitrus appellentur. Psalmista declarat, dicés: Vox tonitrui in rota. Et Dei Patris vocem in Baptismo Saluatoris audientes, tonitruum putauerunt. Cumq; commoti fuerimus ad Euangelicam tubam, & excitati tonitruo gaudij, eximus in mense primo, quando hyems præterijt, & abijt sibi, quando veris exordium est, quando terra parturit, quando cuncta renouantur: & eximus quintadecima die mensis primi, in crastinum Paschæ, pleno mensis lumine, post esum agni immaculati: & calceatos pedes habentes de Apostolo, & accinctos pudicitia lumbos, & baculos in manibus præparatos. Quamuis enim in Aegypto decima quarta die mensis Pascha facientes, comederimus agnum: tamen tunc nobis lux plena completur, quando in manu excelsa Rameſem dimittimus: quæ excelsa dicitur, vel quod Aegyptum percusserit, vel quod protexerit Israel videntibus Aegyptijs, qui admirantur nos exire de sæculo, & torquentur inuidia: & postea nos tenere cupientes, in persecutionibus suffocantur: quando & Aegyptij sepeliunt primogenitos suos; & patres mortui terrenis operibus opprimunt mortuos filios. *Tomo tertio, Epistola centesima vicesima septima ad Fabiolam. Mansione 1.*

Iusti abamaritudine vertitur in dulcedinem.

Psal.7. *Matt.3.* *Mar.1.* *Luc 3.* *Cant.2.* *Exod.12.* *Ephes. 6.*

DISCIMVS, post sepulchra concupiscentiæ, & vestibula transire nos ad lignum, quod multo tempore calorem tenet, vt simus seruentes spiritu, & claro sonitu atque ex alta voce Euangelium Domini prædicemus. *Ibidem. Mansione decima quinta.*

Ad calorem feruorem spiritus paulatim progredimur.

DISCIMVS, in itinere istius vitæ, & de alio in aliud transitu, nunc nos crescere, nunc decrescere, & post ordinem Ecclesiasticum, sæpe ad laterum opera transmigrare. *Ibidem. Mansione decima septima.*

VENIENT legati ex Aegypto. Pro legatis in Hebræo, festinantes legimus: vt postquã dulces fructus laboris messuerimus, nõ simus quiete contenti & otio; sed rursum ad vlteriora pro perantes; obliuiscamur præteritorum, & in futura nos extendamus. *Ibidem. Mansione vicesima sexta.*

Iusti ad vlteriora properant.

QVI sunt isti ambulantes? vtique viatores, & prætereuntes, qui per istud sæculum ad alias mãsiones transire festinant. Quod autem dicitur in finibus Moab, & supra scriptum est, in solitudine, quæ respicit Moab contra solis ortum: ostendit iuxta litteram, quod hucusque in finibus terræ Idumæorum fuerint, & nunc veniant ad terminos Moab, de alia prouincia ad aliam transeuntes. Non enim vni virtuti semper danda est,

Progressus in virtutibus.

Psal 83. Virtutes sibi connexæ hærent. da est opera, sed sicut scriptum est: Ibunt de virtute in virtutem, de alia transeundum est ad aliam: quia hærent sibi, & inter se ita nexæ sunt, vt qui vna caruerit, omnibus careat. & tamen, transire de alia ad aliam, eorum est proprie, qui solis iustitiæ ortum considerant. *Ibidem Mansione. 38.*

Locorum nomina virtutum profectus.

ALIA spiritualibus spiritualia comparantes nolunt regiones significari, sed per locorum nomina virtutum profectus esse; quod post magos & congregationem lapidum frequenter veniamus ad torrentem Zared. *Ibid. Mans. 39.*

Marc. 4. Eph 4.

CANTICVM quoque canitur carissimo, atque dilecto, quia propter illum veniet sanctis promissa mutatio. Quæ quidé & in hac vita intelligi potest, quando exuimur veteri homine, & induimur nouo, qui renouatur in cognitione secundum imaginem creatoris: & gloriam Domini contemplantes, in eandem imaginem transformamur, quasi à gloria in gloriam: nec est tempus vllum quo nõ mutetur sanctus, præteritorum obliuiscens, & in futurum se extendens: interiõr noster homo renouetur de die in diem. *Tom. 3. Epist. 140. ad Principiam.*

Coloss 3.

Sanctus quotidie mutatur.

Philip. 3. 2. Cor 4.

QVOD de Ecclesia ex gentibus congregata expoluimus, vnusquisque ad seipsum referat animamque credentis, quod prioribus vitijs derelictis, adoptetur in filiam; inclinet aurem suã; obliuiscatur veteris conuersationis; & cum Apostolo dimittat mortuum patrem: & talé se præbeat, qui ametur à rege. Ipse est enim Dominus eius, cui flectere debeat genu, & deposita superbia, iugum humilitatis assumere. *To. 3. Epist. 140. ad Princ. pram.*

Matt 8.

ET mutatoria & pallia, & linteamina.] Mutatoria, iuxta anagogen ista sunt, de quibus dicitur: Ibunt de virtute in virtutem: & linteamina vt loti in Domino delitijs perfruamur: secundũ illud quod in Psalmis scriptum est: Torrente voluptatis tuæ potabis eos. *Tom. 4. lib. 2. Comme. in cap. 3. Isaiæ.*

Psal 83. Psal. 35.

VOX dicentis, clama, &c.] Exiccata est caro, & cecidit pulchritudo (quia spiritæ furoris Dei, atque sententiæ flauit in ea, vt à generali disputatione ad scripturæ ordinem reuertamur) eius qui portat imaginem terreni, & seruit vitijs atque luxuriæ, fenumque est & flos præteriẽs. Qui autem habet atque custodit imaginem cælestis, illa caro est, quæ cernit salutare Domini: quæ quotidie renouatur in cognitionem secundum imaginem creatoris, & incorruptibile atque immortale corpus accipiens; mutat gloriam non naturam. *Tom. 4. libro 11. Commentariorum in cap. 40. Isaiæ.*

Sancti renouantur quotidie secundum imaginẽ creatoris. Col. 3.

SI abstuleris de medio tui catenam, &c.] Cõsideremus quantis virtutib. perueniamus ad lucem Dei, vt tenebræ nostræ vertantur in meridiem, dicamusq; cum sponsa: Vbi pascis vbi cubas, in meridie? *Tom. 4. lib. 16. Commentar. in cap. 58. Isaiæ.*

Cant. 1.

ET non dixerunt, vbi est Dominus. &c.] Quod cum iuxta historiam manifestum sit, illud considerandum est secundum Anagogen, quod quamdiu in isto sæculo sumus, & de Aegypto educimur, paulatim ascendimus, & primum deserta transimus, & terram inhabitabilẽ, quam sanctus inhabitare non debet, & inuiam vt difficultatem monstret itineris: Per terram fitis, vbi semper maiora cupimus, nec præsentibus contenti sumus: & imaginem siue vmbram mortis: semper enim in periculo consistimus, & vbique tendit Diabolus laqueos suos: Per terrã, in qua non ambulauit vir qui perfectæ ætatis in Christo est. Omnes enim resurgemus in virum perfectum, in mensurã ætatis plenitudinis Christi. Neque vnquam in ea habitat qui homo Dei est, vel filius hominis, sed semper ad maiora festinat. Ex quo perspicuum est, nõ esse perfectionem in via, sed in fine viæ, & in mansione, quæ sanctis in cælestibus præparatur, & quibus dicitur: Qui statis in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri. Frustra igitur noua ex veteri hęresis suspicatur, hic perfectam esse victoriam, vbi pugna est atque certamen, & incertus exitus futurorum. *Tom. 4. libro primo Commentariorum in cap. 2. Hieremiæ.*

Ephes. 4. Alia perfectio viæ alia patriæ aiunt Scholastici. Psal. 133.

Hic non est perfecta victoria.

ET dixit Dominus ad me, &cęt.] Iustior, inquit, est Israel comparatione Iudææ: quia illa statim in principio perijt: hæc illius cruciatibus potuit emendari. Attendat noua ex veteri hęresis, quod Israel comparatione Iudæ iustificata dicatur. Nec mirum hoc de vnius gentis sororibꝰ, cum Sodoma quoque collatione Hierusalem, iustitiæ nomen accipiat: dicẽte Domino per Ezechielem: Iustificata est Sodoma ex te, & publicanus Pharisæi comparatione sit iustus. *To. 4. li. 1. Com. in cap. 3. Hieremæ.*

Alius alia iustior.

Ezech.16.

ET indui te varijs.] Ista sunt varia vestimenta quibus indutus est Ioseph: nec potuerũt eum fratres vendere, nisi prius eum tunicæ varietate nudassent. Et de sponsa dicitur in quadragesimo quarto Psalmo: Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. Hoc est vestimentum de quo & Apostolus loquitur: Induite nouum hominem, qui renouatur in cognitionem iuxta imaginem creatoris. Volumus scire quæ sint varia vestimenta? Idem nos Apostolus doceat, credentibus scribens: Induimini ergo viscęribus misericordiæ bonitatis, humilitatis, mansuetudinis, patientiæ. Quid hac varietate pulchrius? De qua & Iob loquebatur; Quis dedit mulieribus texturę sapientiam, aut varietatis disciplinam? Et pontifex semel in anno, quando pro populo adolebat incensum, ingrediens in sancta sanctorum, varijs vestibus vtebatur. Certè si diuitiæ, varietatem vestium, & non sanctitas faceret, diuersitasque virtutum Pharao & Nabuchodonosor hæc vestimenta habuisse scriberẽtur, & nõ Ioseph: qui sub peregrino & pastorali parte, vestes discolores, & regias habere non poterat. *Tom. 4. lib. 4. Comm. in cap. 16. Ezechielis.*

Psal. 14. Varietas significatus typo. Vestium adumbrata. Colo. 3. Eph. 4.

Iob.38. Sec.70. Exod.39.

Gen.37.

CVMQVE ingreditur Princeps, &c.] Populus in nundinis tantum, & in solemnitatibus egreditur, & ingreditur, & non per eandem viã, sed per alteram atque alteram, Scriptum est enim: Et cum intrabit populus terræ, in conspectu Domini in solemnitatibus: qui egreditur per portam Aquilonis vt adoret, egrediatur per viam portæ meridianę, & qui ingreditur per viã portæ meridianæ, egrediatur per viam portę Aquilonis, non reuertetur per viam portæ, per quam ingressus est, sed è regione illius egredietur. Quod non solum his præcipitur, qui egrediuntur de Sodomis, & dicitur eis: Ne respicias retrorsum: neque illis qui manum mittant ad ara

Gen.19.

(qui in tabernaculo isto ingemiscimus) & condolet, qui à timore Dei in vtero concepimus, & dolemus, & præstolatur reuelationem filiorum Dei: vt de vanitate seruitutis, cui nunc subiecta est, liberetur, & fiat vnus pastor, & vnus grex: & oratio Domini compleatur dicentis Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra. *Tom.6.lib.1.Com.in cap.2.ad Ephesios.* *Matt.6.*

Ex quo totum corpus compactum, &c.] In fine rerum, cum Deum facie videre cœperimus ad faciem; & in mensuram peruenerimus ætatis plenitudinis Christi (de cuius plenitudine nunc omnes accepimus: ita & Christus non ex parte sit, sed totus in nobis, & relictis initijs paruulorum creuerimus in eum virum, de quo prophe- *Zach.6. Ioan.1.*
ta dicit: Ecce vir Oriés nomen illi: Et Ioannes Baptista cómemorat: Post me venit vir qui ante me factus est, quoniam ante me erat) tunc in occursu vnius fidei, & vnius agnitionis filij Dei (quem nunc pro varietate mentium, nôn vna nec eadem fide & agnitione cognoscimus) totũ corpus, quod prius dissipatum fuerat, & in diuersa laceratum, in suam compagem iunctur ãque redigetur, ita vt vna subministratio eademque operatio, & vnius ætatis consummata perfectio, totum crescere faciat corpus æqualiter, & omnia membra iuxta mensuram suam incre- *Quomodo proficiant sãcti exemplo demõstratur*
mentum ætatis accipiant. Hæc autem tota ædificatio, per quam Ecclesiæ per partes corpus augetur, mutua in se charitate complebitur. Totas rationabiles creaturas sub vnius rationabilis animalis intelligamus exemplo, & quodcũque de huius membris dixerimus & partibus, hoc sciamus esse referendum ad vnamquamq; rationabilem creaturam Putemus hoc animal ita per artus, venas, carnesque laceratum: vt nec os ossi hæreat, nec neruus iungatur ad neruum: separatim oculi iaceant, seorsum nares: manus alium locum teneant. alio proiecti sunt pedes, & reliqua membra in hunc modum inter se dispersa sunt & diuisa. Finge aliquem venire tantæ scientiæ medicum, qui iuxta fabulas ethnicorum, Aesculapium posit imitari, & in nouam figuram nouumque nomen Virbium suscitare: hic necesse habebit vnumquodque membrum suo loco restituere, & compagem copulari compagi, & quodam glutino partibus restitutis, vnum corpus efficere. Hucusque nobis *Profectus spiritualis noua similitudi ne illustratur*
vna similitudo processerit: nunc in eandem similitudinem ad id quod intelligi volumus, aliud trahatur exemplum. Paruulus crescat & occulto æuo in perfectam adolescat ætatem: suum manus augmentum habebit, sua pedes sẽtient incrementa: venter, dum nescimus impletur, humeri, dum falluntur oculi, dilatantur, & omnia membra per partes iuxta mensuram suã sic crescunt: vt tamen non sibi sed corpori videantur augeri: Ita igitur & in restitutione omnium, quando corpus totius Ecclesię nunc dispersum atque laceratum, verus medicus Christus Iesus sanaturus aduenerit: vnusquisque secundum mensuram fidei, & agnitionis filij Dei (quẽ ideo agnoscere dicitur, qui prius nouerat, & postea nosse desinit) suum recipiet locum, & incipiat id esse quod fuerat: Ita tamen vt non iuxta aliam hæresim, omnes in vna ætate sint positi: id est, omnes in angelos reformentur: sed vnumquodque membrum iuxta mensuram & officium suum perfectum sit. Verbi gratia: vt angelus refuga id esse incipiat quod creatus est: & homo qui de paradiso fuerat eiectus, ad cultu ram iterum paradiso restituatur. Ista autem vniuersa sic fient: vt inuicem inter se charitate iungahtur: Et dum congaudet membrum mẽbro, & in alterius prouectione lętatur Christi corpus, Ecclesia primitiuorum habitet in cœlesti Hierusalem: quam in alio loco Apostolus matrem sanctorum vocat. *Tomo sexto libro secundo Commentariorum in caput quartum ad Ephesios.*

VIRI diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, &cætera.] Quia secundum Tropologiam, viros animas, & vxores corpora dixeramus: sic diligat anima carnem, quomodo Christus Ecclesiam: vt semetipsam tradat pro salute ipsius, & eam sanctificet verbo doctrinæ: vt exibeant sibi eam non habentem maculam, aut rugam aliquam vetustatis: maximè cum sciat illam in resurrectione saluandam, & visuram esse salutare Dei. Talis vir caput habet *Esaie.40.*
Christum & cum propter salutem carnis se humilians factus fuerit cum vxore sua vna caro, retrahit eam ad spiritum, & Domino copulatus, caro esse desistit. Pulchrè quoque maculam aut rugam, quia de coniugio loquebatur de exemplo mulierum ad decorem traxit Ecclesiæ. *Quomodo animæ omni peccatorum sorde purgãde similiẽ splendut.*
Sicut enim solent in mulierum corporibus vel sordere nerui vel ruga contrahi, vel lentigo variari, & hoc est omne studium fœminarum, vt quod fœdare videtur abstergant, & exhibeant maritis corporum venustatem: ita & animæ omni peccatorum sorde purgandæ sunt; vt ruga veteris hominis in iuuentute tendatur, & renouetur in nouum hominem de die in diem. *Tomo sexto libro tertio Commentariorum in caput quintũ ad Ephesios.*

QVI vxorem suam diligit seipsum diligit, &cæter.] Pulchrè in similitudinem Christi nutrientis & fouentis Ecclesiam, & dicentis ad Hierusalem: Quotiens volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? animæ quoque fouent corpora sua, vt corruptiuum hoc induat incorruptionẽ, & alarum leuitate suspensum, in aerem facilius *Corpora reddẽda in animã.*
eleuetur. Foueamus igitur & viri vxores, & animæ nostra corpora, vt & vxores in viros, & corpora redigantur in animas, & nequaquam sit sexuũ vlla diuersitas, Sed quomodo apud angelos non est vir & mulier, ita & nos qui similes angelis futuri sumus, iam nunc incipiamus esse quod nobis in cœlestibus repromissum est. *Tomo sexto libro tertio Commentariorum in caput quintũ ad Ephesios.*

GRATIAS ago Deo meo, &c.] Qui in Deũ vel in sanctos eius æqualem charitatem habuerit & fidem, ipsius fidei communicationẽ debet *Fides sola non sufficit absq; bonis operibus.*
habere non disparem: vt sicut credit & diligit, ita dilectionem suam & fidem opere consummat. Vnde ait: Euidens fiat in agnitione omnis boni: siue vt in Græco melius habetur, efficax ἐνεργὴς enim propriè transferri potest, efficax siue operatrix: vt non solum fidem nobis & charitatem in Deum & in sanctos eius sufficere posse credamus: sed id quod credimus, opere cõpleatur.

Potest autẽ accidere, vt quis habeat fidem, & eam opere consummet, verũ simpliciter & nudè non

non habens agnitionem, nec scientiam eius iuxta illud Apostoli: Confiteor, zelum Dei habent, sed non secundum scientiam. Sunt hodie plerique simplicium, qui faciunt opera iustitię, & non habent eorum quæ ipsi operantur, scientiam. Vnde addidit: Vt communicatio fidei tuę operatrix fiat in agnitione omnis boni. Quãtis gradibus, quantisque saltibus, Apostolicus in altiora sermo se tendit. Habet quisquam charitatem & fidem, in Deum & in sanctos eius: sed forsitan non æquali eam in omnes lance communicet. Communicet forsitan in cunctos, sed opere non expleat: voluntate impleat aliquis & opere: sed gestorum suorum perfectam habere non potest notionem. Sit talis quoque qui & opus habeat & scientiam: sed non omnis agnitionem habet boni. Multa enim iustè, mansuetè, studioseque perpetrans, impar est suis in aliqua parte virtutibus. At non talis Philemon? Habet quippe communicationem operatricis fidei & charitatis, in agnitione omnis boni. Quę cum in Apostolicis sit, non eam putemus ob id tantum esse, perfectam si in illis sit: sed in eo totam esse, quia Christi est: vt quidquid boni & in Philemone laudatur, & de Apostolorum exemplo sumitur: inde bonum sit, quia de fonte Christi ducatur. *Tomo sexto vnico libro in caput primum ad Philemonem.* *Rom.1.* *Gradus & saltus virtutum.* *Omnia nostra bona opera non per scientiam iuxta substantiam operis bona vt loquuntur Scholastici, sed quia de fonte Christi ducunt.*

ASCENSIONES in corde suo disposuit.] Quis disposuit ascensiones in corde suo? Beatus vir cuius est auxilium à Domino, iste disposuit ascensiones in corde suo. Quicunq; sanctus est, quotidie in priora extenditur, & pręteritorum obliuiscitur. Propterea dicuntur & in psalterio Psalmi graduum quindecim, vt primus dicitur Ad Dominum cum tribularer clamaui. Et in secundo: Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Et in tertio: Lętatus sum in his quæ dicta sunt mihi; & semper procedit, & proficit, & ascendit in sublimiora. Quod dicit, hoc est, ascensiones in corde suo disposuit: Felix est qui quotidie proficit: qui non considerat quid heri fecerit, sed qd hodie faciat, vt proficiat. Sanctus ascensiones in corde suo ponit, peccator descensiones. Quomodo qui sanctus est, quotidie proficit: ita qui peccator est, quotidie decrescit: Beatus vir qui disponit ascensiones in corde. Videte consequentiam scripturarum. *Variijs gradibus ascendãt sancti.*

ETENIM benedictiones dabit legislator.] Dicat aliquis, In valle lachrymarum, in loco quem posuit, ad agonem, hoc est, ad certamen: quare posuit ad agonem, quare pugnare nos voluit? Respondet sibi ipsi Psalmista, & dicit: Propterea in loco isto pugnare nos voluit, vt possit tribuere coronas. Etenim benedictiones dabit legislator. Iste legislator hoc est, agonotheta noster, propterea nos pugnare voluit, vt nos possit benedicere. Videte consequentiam. Quæ sunt autem benedictiones Agonothetæ? *Tom.7.Com. in Psalm.83.*

IBVNT de virtute in virtutem.] Hic vincũt vt ibi coronentur. Si hic vir fortis apparuerit, ibi robustior fit. Ibunt de virtute in virtutem. Ergo nisi hic habuerimus virtutem, ibi virtutẽ habere maiorem non possumus. Neque enim dixit: ibunt de imbecillitate in virtutem: sed ibunt de virtute in virtutem. Vis ibi esse fortis? Ante hic esto fortis. Vis ibi cõronari? Hic pugna, Ibunt de virtute in virtutem. *Tom.7.Com.in Psalmum 83.*

ISTE Psalmus tertij quinquagenarij continet sacramentum, id est, quod primus per baptismum & pœnitentiam ad innocentiæ nos regenerat bonum: secundus post iudicium fructũ innocentię comprehendit: tertius expleta diuinæ ciuitatis ędificatione, & consummata omnium sanctorum spe, ad æternam gratulationem laudationemq; exhortatur. *Tom.7. Comment. in Psalmum 150.* *Iustorũ progressus.*

AD Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.] Quicunque adhuc in imo gradu est, respicit altissimum gradum decimum quintum. Quicunque in quintodecimo fuerit iam iuxta templum est: & illud templum, cuius nunc ruinas videmus, offendit Dominum suũ. Et quid dixit Dominus? Surgite abeamus hinc. *Ioan.14. Luc.13.*
Et quid dicit in alio loco? Relinquetur vobis domus vestra deserta. Dominus egressus est, & templum corruit. Hoc igitur templum in circuitu quindecim gradus habet. Signa aliqua videmus: numerate, & videbitis ita esse, vt dicimus. Leuitæ igitur, & sacerdotes, vnusquisque secundum ordinem stabat in gradibus. Verbi causa: Qui pontifex erat, stabat in primo gradu, hoc est, in quintodecimo gradu sursum. In secundo verò gradu stabant sacerdotes, & in ipsis sacerdotibus erat diuersitas. In tertio rursum minores stabant. In quarto rursum stabant Leuitæ: & inter Leuitas erat multa diuersitas: quicunque erat extremus, ille in nouissimo gradu erat. Considerate quoniam terrenum hoc templum, cœlestis templi figura est: Stella enim à *2.Cor.15.*
stella differt in claritate: ita & resurrectio mortuorum. Felix qui in quintodecimo gradu in *Spiritualis gradauum ascensio.*
cœlesti Hierusalem, & in templo esse meruerit. Tamen quia illud grande est, & illud puto esse Apostolorum, martyrumque sanctorum: nos oremus, vt saltem in vltimo gradu templi DOMINI esse mereamur. In diuersis quidem stant gradibus: sed vnum Psalmum in laudes DOMINI canunt. Diuersa loca sunt: sed vna laus Domini. Hoc quod diximus de cœlesti Hierusalem, nunc interim in isto sæculo constituti, puto diebus omnibus exerceri. Alius nostrum in primo gradu est, non desperet secũdum: qui in secundo gradu est, non desperet tertium. Felices martyres; quorum multi de nouissimo gradu, in primum gradum ascendere meruerunt. Qui viuit in isto sæculo, non potest statim de primo ad summum conscendere. Non *Gen.28.*
debemus igitur contenti esse primo gradu, semper debemus ad maiora conari. Nec qui in nouissimo est desperet primum; nec qui in primo est debet esse securus: potest enim cadere in vltimum. Ergo puto illud esse quod significat etiã Iacob scala: quando fugit Iacob Esau fratrem suum. Et venit, inquit, in Bethel, & dormiuit *Iacob dormiuit super lapidẽ, id est, Christum.*
ibi & posuit lapidem ad caput suum. Videte *δοκιμὴν* nostrum; fugiebat hominem crudelissimum: fugiebat fratrem, & auxilium inuenit in lapide. Lapis ille CHRISTVS est: lapis hic his qui persecutionem patiuntur, auxilium est. Cæterum Iudæis incredulis, lapis offensionis, & petra scandali. Et vidit, inquit, ibi Iacob scalam erectam de terra vsq; ad cælum, *1.Pet.2.*
& in

& in cælo, inquit, Dominum. Et vidit, inquit, angelos ascendentes & descendentes. Videte quid dicat: Vidit angelos conscendentes; Vidit Paulum conscendentem. Vidit angelos descendentes: Iudas proditor corruebat. Vidit angelos ascendentes: sanctos homines de terra ad cœlum pergentes. Vidit angelos descendentes: diabolum & dæmones, cum exercitu suo de cœlo precipitatos. Grandis est difficultas de terris ad cœlestia conscendere. Facilius ruimus quam conscendimus: facile ruimus in ascendendo: grandis labor est, grădis sudor est. Si fuero in primo gradu, quantum mihi restat vsque ad cœlum? Si fuero in secundo, si in tertio, si in quarto, si in decimo, quid mihi prodest, nisi ad summũ peruenero? Fac mihi istam scalam quindecim habere gradus, veni vsque ad quartum decimum, nisi quintum decimum tenuero, quid mihi prodest, quod ad quartum decimum veni? & si ad quintum decimum venero & corruero, maior assensus, maior ruina est. Simulq; cõsidera sacramentũ: quia grandis labor est, & grădis sudor, de terris ad cœlum conscendere. *To. 7. Co. in Psa. 119.*

De terra ad cælum certis gradibus ascenditur.

Articulus XVII. Iustificato non esse necessarium vt credat certitudine fidei (cui non potest subesse falsum) & absque vlla hæsitantia propriæ infirmitatis, se gratiam Dei esse consecutum.

NEc sanctus securus esse debet, quamdiu in huius vitæ agone versatur, nec desperare peccator, qui secundum prædictam prophetæ sententiam; vno die iustum se efficere potest; sed totum quo tenditur, spatium vitæ tuæ est. vt peragere possis iustitiam, nec de preterita iustitia confidens remissior efficiaris. Sed sicut dicit Apostolus, Posteriora obliuiscens, ad ea autem, quæ anteriora sunt, me extendens, ad destinatum persequor brauium supernæ vocationis sciens scriptum esse cordis inspectorem Deum. *Tom. 1. Epist. 14. ad Celantium cap. 9.*

Præsumptio de certitudine gratiæ facit remissos & nimis securos.

Ioan. 13. Matt. 16.

PETRVS Apostolus ad quem dictum fuerat. Qui lotus est, non necesse est, vt iterum lauet: Et tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, ab ancilla perterritus negat. Et ipse Dominus: Simon, Simon, ecce, inquit, satanas postulauit vos, vt cribraret sicut triticum. ego autem rogaui pro te ne deficeret fides tua. Et in eodem loco: Vigilate, & orate ne intretis in tentationem: spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Quod si ante crucẽ dictum respondetis: certè post crucem in oratione Dominica dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris; & ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Si non peccamus post baptisma, cur nobis poscimus peccata dimitti, quæ in baptismate iam dimissa sunt? quid oramus ne intremus, in tentationem, & vt liberemur à malo, si diabolus tentare non potest, iam baptizatos? Aliud autem est, si ad catechumenos hęc oratio pertinet, & non conuenit fidelibus, & Christianis. Paulus electionis vas, castigat corpus suum, & in seruitutem redigit; ne alijs prædicans, ipse reprobus inueniatur. Et datus est mihi, inquit, stimulus carnis, angelus satanæ qui me colaphi-

Ioan. 13. Luc. 22.

Post baptisma nõ iumus securi & liberi à lapsu. Matt. 6.

1. Cor. 9. 2. Cor. 12.

zet. Et ad Corinthios. Timeo, inquit, ne sicut serpens decepit Euam in astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri à simplicitate, quæ est in Christo. Et alibi cui aliquid donastis, & ego: nã & ego qd donaui, si quid donaui propter vos, in persona Christi, vt non circumueniamur à satana, non enim eius ignoramus astutias. Et rursum: Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Fidelis autem Deus qui non dimittet vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tẽtatione etiam prouentum, vt possitis sustinere. Et qui sibi videtur stare, videat ne cadat. Et ad Galatas: Currebatis benè, quis vos impediuit veritati non obedire? Et alibi: Voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus, & semel, & iterũ, sed impediuit nos satanas. Et ad maritos. Et iterum reuertimini ad id ipsum, ne tentat vos satanas propter incontinentiam vestram. Et rursum: Dico autem, spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, hæc enim inuicem aduersantur sibi, vt non quę vultis, illa faciatis, ex vtroque cõpacti, necesse est, vt vtriusque contra se substantiæ bella patiamur. Et ad Ephesios: Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principatus, & potestates, aduersus rectores tenebrarum istarum, aduersus spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Et existimat aliquis securos & dormientes nos esse debere post baptismum. *Tom. 2. libro 2. contra Iouinianum cap. 2.*

2. Cor. 11.

Parenesis Paulina securitatẽ excludunt. 2. Cor. 2.

1. Cor. 10.

Galat. 5.

1. Thes. 2. 1. Cor. 7.

Gal. 5.

Post baptismum securi & dormientes esse non debemus. Eph. 6.

VENIT dies, quando thesauro Ecclesiæ aperto, proferet Dominus vasa iræ suę, quibus exeuntibus sancti dicent: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, si enim fuissent ex nobis, mansissent vtiq; nobiscum. Nemo potest Christi palmam sibi assumere; nemo ante diem iudicij de hominibus iudicare. Si iam mundata est Ecclesia quid Domino reseruamus? Est via quę videtur apud homines esse recta: nouissima autem eius veniunt in profundum inferni. In hoc errore iudicij quæ potest esse certa sententia. *To. 2. Dial. aduersus Pelagianos cap. 8.*

Ante diẽ iudicij nemo potest certò de hominib. iudicare.

VNDE datur consiliũ per eundem prophetam: Indicabo tibi ô homo quid sit bonum, & quid Dominus quærat à te, vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo. Nunquid dixit habeto æqualitatem Dei, & non hoc quod maximũ est, solicitum ambulare, cum Deo tuo? Vt, nunquam securus sis; vt omni obseruantia custodias cor tuum, vt consideres, quoniam in medio laqueorũ ambules, & sub murorum ruinis ingrediaris, vt illud quotidie mediteris: Iuxta semitam scandalum posuerunt mihi. Superbis. n. resistit Deus, humilibus autem dat gratiã. Qui cautus, & timidus est potest ad tẽpus vitare peccata: qui securus est de iustitia sua, repugnat Deo, illiusq; auxilio destitutus, insidijs hostium patet. Computrescant dicit Habacuc, ossa mea, & subter me vermes scateant: tantũ vt requiescam in die angustiæ, vt ascendam ad populum fortẽ meum. Hic tribulationes, & angustias, afflictionemq; animi deprecatur; vt in futuro, virorum iam cũ Christo regnantium numero societur. Ex quo perspicuum est, hic pugnam atque certamen, & in futuro esse victoriam. *Tom. 2. lib. 2. Dial. aduersus Pelagianos cap. 9.*

Matt. 10. Mich. 4.

Præcepta solliciudo excludit securitatem.

Psal. 139. Iacob. 4. Pericula securitatis. Habac. 1. Zach. 3.

Hic pugnam futuro victoria.

ET

ET factus est, &c.] Omnia hæc dicuntur contra aduersarias potestates, quod in extremo tempore deleantur, & sit æterna securitas, quando congregauerit Dominus domum Israel eos qui sensu cernunt Deum, & sanctificatus fuerit in eis, & complebitur illud quod scriptum est: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Et habitauerint in terra sua. De qua et alibi legimus. Credo videre bona Domini in terra viuentiũ. Quã dederit Iacob, qui priorem supplantauerat fratrem, & primitiua eius meruerat accipere. Et habitabunt in ea securi, siue in spe, & ædificabunt domos plantabuntque vineas, & habitabunt secundo in spe, iuxta illud quod legitur in Esaia: Qui ablactati estis à lacte, qui abstracti ab vbere, tribulationem super tribulationem expectare, & spem super spem. Ædificabunt domos, quas & in euangelio ædificat, qui non super arenam, sed super petram fundamenta constituunt. De quibus scriptum est: Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Et in Exodo iuxta LXX. Quia timebunt obstetrices Dominum, fecerunt sibi domos. *Tom. 4. lib. 6. Com. in cap. 28. Ezechielis.*

Leuit. 19.

Psalm. 26.

In cælo certa securitas.

Esaiæ 60.

Matth. 7.

Psalm. 126

Exod 1.

FORSITAN ignoscet Deus delictis tuis, &c.] Cum beatus Daniel præscius futurarum de sententia Dei dubitaret, rem temerariam faciũt, qui audacter peccatoribus iudulgentiam pollicentur. Et tamen sciendum, quod si Nabuchodonosor bona opera facienti, venia repromittitur, multò magis alijs promittitur, qui leuiora peccata commiserunt. *To. 4. lib 1. Com. in ca. 4. Daniel.*

Audaciter peccatoribus non est indulgentia pollicenda.

OMNE hoc dedit in corde meo, vt, &c.] Etiam in hoc dedit cor meum, & scire voluit quos deus diligeret, quos odisset, & inueni viũorum quidem opera in manu Dei esse, & tamen vtrum amentur, à Deo, an non, nunc eos scire non posse, ambiguæ fluctuare, vtrum ad probationem sustineant, quæ sustinent, an ad supplicium. In futuro igitur sciunt, & in vultu eorum sunt omnia: id est, antecedit eos, cùm de vita decesserint, notitia istius rei: quia tunc est iudicium, nunc certamen. Et quicunque aduersa sustinent, vtrum per amorem Dei sustineant, vt Iob: an per odium, vt plurimi peccatores, nunc habetur incertum. *Tom. 5. Comment. in cap. 9. Ecclesiastis.*

Nunc certamus, & ambiguè fluctuamus in cælo certum iudicium.

NVNC ergo dicit Dominus, & cæt.] Simulque, quia suprà dixerat, benignus & misericors patiens & multus in misericordia, præstabilis siue pœnitens super malitijs: ne forsitan magnitudo clementiæ nos faceret negligentes, ex persona prophetæ iungit & dicit. Quis scit, si conuertatur, & ignoscat, & relinquat post se benedictionem? Ego, inquit, hortor, quod meũ est, ad pœnitentiam, & Deum ineffabiliter noui esse clementem, dicente Dauid: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, & secũdum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. Sed quia profundum diuitiarum & sapientiæ & scientię Dei nosse non possumus: sententiam tempero, & opto potiùs, quàm præsumo, dicens: quis scit, si cõuertatur & ignoscat? Quod ait quis, aut impossibile, aut difficilè sentiendum est. *Tom. 5. Com. in cap. 2. Ioel.*

Magnitudo clementiæ Dei nos non debet efficere negligentes.

Psalm. 50.

Ob difficultatem & incertitudinẽ magis optandum & sperandum quã præsumendũ.

ETIAM qui sancti sunt, præsentiam Domini absque formidine non videbunt; *ibidem, folio 83. facie prima.*

VAE desiderantibus diem Domini, & cæt.] Cæterùm nulli dubium est, omnes nostros, diẽ tenebrarum, diem intelligere iudicij, de qua scribit & Sophonias; Iuxta est dies Domini magnus, & iuxta est & velox nimis: vox diei Domini amara & dura. Et Esaias: Ecce dies Domini insanabilis venit, furoris & iræ, ponere orbem terrarum desertũ, & peccatores perdere de eo. Simulque decutitur confidentia superborum, qui vt apud homines iusti appareant, solent diem expectare iudicij, & dicere. Vtinam veniat Dominus, vtinam nobis liceat dissolui, & esse cũ Christo; imitantes Pharisæum, qui in Euangelio loquebatur: Deus ago gratias tibi: quia non sum sicut cæteri homines, raptores, iniusti, adulteri, & sicut hic Publicanus: ieiuno bis in sabbatho, decimas de omnium, quæ possideo. Ex hoc enim ipso, quod diem Domini desiderant, & non pertimescunt, digni supplicio iudicantur: quia nullus hominum absque peccato est. Et astra immunda sunt coram eo: Et conclusit omnia sub peccato, et omnium miserebitur. Cùm igitur nemo possit de Dei iudicare iudicio, & de otioso quoque verbo reddituri simus rationem: Et Iob quotidie pro filijs suis obtulerit hostias; ne quid fortè peruersum contra Dominum cogitarent: quæ temeritas est audire cum Corinthijs: Sine nos regnatis, atque vtinam regnaretis: vt & nos vobiscum regnaremus. Certè si eos etiam propria conscientia non remorderet, debuerant imitari Paulum, dicentem. Quis scandalizatur & ego non vror? & pro omnibus esse soliciti, ne quasi amatores sui, vt ipsi regnant, aliorum tormenta desiderarent: Quo modo si quis velit capi patriam suam, vrbẽque subuerti: vt solus amicitia victorum perfruatur. Solemus in angustijs & tribulationibus dicere: vtinam mihi liceat de corpore exire, & sæculi huius miserijs liberari: nescientes, quod quamdiu in hac carne versamur, habemus locum pœnitentiæ: si autem recesserimus, audiemus illud Prophetæ: In inferno autem, quis confitebitur tibi? Iusta est sæculi tristitia, quæ ducit ad mortem: quia Apostolus non vult perire eum, qui cum vxore petris fuerat fornicatus: quia & Iudas perijt infelix, qui abundantiori absorptus tristitia, proditioni homicidium copulauit, & homicidium omnibus prius homicidijs: vt vbi putabat remedium, & mortem suspendij finem malorum, ibi leonem & vrsum & colubrum reperiret. Quibus nominibus videntur mihi significari, vel diuersa supplicia, vel ipse diabolus, qui rectè & leo, & vrsus, & coluber appellatur. Cumque nos putauerimus Esaiam dicentem, audire: Vade populus meus, intra cubicula tua, claude ostium, absconde pusillum, donec transeat ira Domini: & esse quasi in domo nostra, quasi in inferno requiescere, tũc mordebit nos coluber, qui in præsenti loco Nahas, in Iob appellatur Leuiathan. *Tom. 5. libro 2. Com. in cap. 5. Amos.*

Iob 25. Galat 5. Iob 1. 1. Cor. 4. 2. Cor. 11.

Præsumptuosi nimis amatores sui.

Psal. 6. 1. Cor. 5. Matth. 17.

Ibb. 3. 40.

ET peruenit verbũ ad regẽ Niniuę: &c.] Illud quoq;, quod dicitur: Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus? ideo ambiguũ ponitur & incertum, vt dũ homines dubij sunt de salute, fortiùs agant pœnitentiã, & magis ad misericordiã prouocent Deum. *To. 5. Com. in cap. 3. Ionæ.*

Esaiæ 26.

Cur Deus de salute nos esse velit incertos.

IN quo habemus fiduciam, & cæt.] Nihil nobis ita potest ad Deum præbere fiduciam & conscientiæ puritatem, de qua dicitur: Si conscientia nos non reprehenderit, confidentiam habemus ad Deum, nisi sermo, veritas, sapientia, iustitia, quæ omnia intelliguntur in Christo. Quomodo hæc igitur nobis tribuit fiduciam ad Deum, sic & accessum, vt noster ad eũ sensus accedat, & diligentiùs contempletur, & aliquid sibi de eius maiestate assumat & vendicet, & quasi de radijs solis, calorem quendam splendoremque luminis mutuetur, & dicat: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Magnum est ergo, non solùm nos habere fiduciam, sed etiam habere eam in confidentia. Nec tantùm habere eam in confidentia: Nec tantùm habere accessum, sed vt ipse firmior sit accessus, habere eam in confidentia, cuius fiduciæ ac accessus principium & origo, fides in Christo est. *Tom.6. lib.1. 2.Commentar. in caput tertium ad Ephesios.*

2. Ioan. 2. *Fides in Christo omnis nostræ fiduciæ principium est & origo.*

ILLVXIT enim gratia Dei Saluatoris, & cæt.] Sicut impietas magni Dei reformidat aduentum, ita fecura de opere suo, & de fide illũ pietas præstolatur. *Tom. 6. libro primo Comment. in cap. 6. ad Titum.*

INCERTA & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi, & cæt.] Hoc est, quod in alio loco ait: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Incertum & abditum mihi erit, si remittis tale facinus. Sed manifestum est, cùm ignoscere dignatus es delinquenti. Sapientiæ enim tuæ est, vt prius increpes, sic remittes. Nam & Niniuitis occulta erat sapientia pietatis tuæ, cùm dicerent: Quis scit, si conuertatur Deus à furore suo, & non peribimus? vel Deus per Nathan prophetam incerta & occulta manifestauit, id est, narrauit Dauid, quando dixit: dimissum est peccatum tuum: sicut Niniuitæ conuersi sunt de malo in bonũ, per prædicationem Ionæ. *Tom. septimo Com. in Psalmum 50.*

Psal. 118. *Incerta nobis sæpe remittis in peccatorum.* Ioan. 3.

2. Reg. 12.

EXAVDI Deus deprecationem meam.] Fiducialiter se audiri postulat: quia scit se sanctũ. *Tom. 7. Com. in Psalmum 66.*

NE taceas neque compescaris Deus.] Iusti vox est, quæ dicit: Neque compescaris Deus. De iustitia sua securus est. *Tomo septimo Comment. in Psalmum 82.*

Iusti quidem ex reuelatione sunt securi. *Timor & spes coniungenda.*

BEATI, qui custodiunt iudicium, & cæt.] Neque iustus debet esse securus, neque peccator desperare debet de sua salute. In vtroque enim eorum & timor est, & spes. *To. 7. Com. in Psalm. 105.*

MISERICORS & miserator & iustus.] Si peccatores, noli desperare veniam: misericors est. Si verò superbus es, & confidis tibi de clementia Dei, noli esse negligens: quia & iustus est. Misericors & miserator & iustus. Videte quid fecerit prudentia Psalmistæ: Iustitia simplex est, misericordia duplex est. Misericors & miserator, & iustus. Quia misericors est Dominus & miserator, & vir iustus imitetur Dominum suum, sit & ipse misericors. *Tomo septimo Commentar. in Psalmum 111.*

Nimia confidentia de dei clementia facit negligentes.

MISERICORS Dominus & iustus, & Deus noster miserebitur.] Erige aures peccator: Misericors est Dominus, sed noli esse negligens, sequitur etiam, & iustus. Si multùm peccator es: audi, misericors est Dominus: si negligens es: audi, & iustus est. Sed videtur, quasi æquale esse, misericors Dominus & iustus. Verbi gratia: decem partibus est misericors, & decem partibus est iustus, & hoc propter simpliciores ita loquor. Dicat aliquis. Si pensentur peccata mea, nonne possum tanta habere bona, quanta habeo mala? Nunc autem dicitur: quod misericors est & iustus. Et misericors in peccatoribus, iustus in bonis. Incipiunt me grauare peccata mea, & vincet in sua misericordia. Propterea semel iustus posuit, & secundo misericos. Poterat & de præterito dicere. Et Deus noster, inquit, miseretur, vt semper eum misericordem ostendat. *Tom. 7. Com. in Psalmum 114.*

Propter dei iustitiam esse securi et negligentes non debemus.

Articulus XVIII. Hominem & renatum & iustificatum, de arcano diuinæ prædestinationis vsque adeò præsumere non debere, vt certò statuat se ex numero prædestinatorum esse.

ABSIT, vt siniſtrum quippiam mihi de te suspicari liceat, sed ex abundantia lubricã ætatem monuisse pietatis est, quæ dicturus sum, non tibi, sed puellaribus annis dicta intelligere. Vidua, quæ in delicijs est, viuens mortua est. Hoc vas electionis loquitur: & de illo profertur thesauro, qui confidenter aiebat: An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Hoc ille pronunciat, qui liberè sub persona sua fragilitatem humani corporis fatebatur, non enim quod volo bonum hoc operor, sed, quod nolo, malum. Et propterea castigo & redigo in seruitutem corpus meum; ne alijs prædicans, ipse reprobus inueniar. Si ille timet, quis nostrum potest esse securus. Si Dauid amicus Domini, & Salomon amabilis eius, victi sunt quasi homines, vt & ruinæ nobis ad cautionem, & pœnitudinis ad salutem exempla præberent: quis in lubrica via lapsum non metuat? *Tom. 1. Epistol. 9. ad Saluianam cap. 4.*

1. Tim. 5. 2. Cor. 13. *Tribus exemplis confirmat timorẽ excludit securitatem.* Rom 7. 1. Cor. 9.

QVAMDIV hoc fragili corpore detinemur; quamdiu habemus thesaurum istum in vasis fictilibus; & cõcupiscit spiritus aduersus carnẽ: & caro aduersus spiritum; nulla est certa victoria. Aduersarius noster diabolus, tanquam leo rugiens aliquem deuorare quærens, circumit. Posuisti, ait Dauid, tenebras; & facta est nox. In ipsa pertransibunt omnes bestiæ siluæ. Catuli leonũ rugientes vt rapiant, & quærant à Deo escã sibi. Nõ quærit diabolus homines infideles: non eos qui foris sunt, sed quorum carnes rex Assyrius in olla succendit, de Ecclesia Christi rapere festinat: Escæ eius secundũ Abacuc electæ sunt. Iob subuertere cupit, et deuorato Iuda, ad cribrandos Apostolos expetit potestatem. Non venit saluator pacẽ mittere super terrã, sed gladiũ. Cecidit lucifer, qui mane oriebatur, & ille, qui in paradiso deliciarũ nutritus erat, meruit audire: Si exaltatus fueris vt Aquila inde, detrahã te dicit Dominus. dixerat enim in corde suo: Super sydera cœli ponam sedem meam, & ero similis altissimo. Vnde quotidie ad eos, qui per scalam Iacob somniãtis descendunt. Ioquitur Deus: Ego dixi, dij estis, & filij altissimi omnes: vos autem sicut homines moriemini, & tanquã vnus de principib. cadetis. Cecidit enim primus diabolus, & cum stet Deus in synagoga deorũ, in medio autẽ Deos discernit Apo-

2. Cor. 4. Gal. 5. 1. Pet. 5. *Psal.* 130. *In hoc mundo nulla est certa victoria.* Hier. 29. Abac. 1. Iob. 1. Luc. 22. Mar. 10. Esai. 14.

Apostolus ijs, qui dij esse desinunt, scribit. Vbi enim in vobis sunt dissensiones, & æmulationes: nonne homines estis, & secundum hominem ambulatis? Si Apostolus vas electionis, & separatus in Euangelium Christi, ob carnis aculeos & incentiua vitiorum reprimit corpus suum, & seruituti subijcit, ne alijs prædicans ipse reprobus inueniatur, & tamen videt aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ, & captiuum se in legem duci peccati: si post nuditatem, ieiunia, fames, carcerem, flagella, supplicia, in semetipsum reuersus exclamat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? tu te putas securam esse debere? Caue quæso, ne quando de te dicat Deus: Virgo Israel cecidit: & non est, qui suscitet eam. Audenter loquar: Cùm omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam. Valet quidem liberare de pœna, sed non vult coronare corruptam. Timeamus illam prophetiam, ne in nobis etiam compleatur: Virgines bonæ deficient. Obserua quid dicat: Et virgines bonæ deficient: quia sunt & virgines malæ? Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiscendum eam iam mœchatus est eam in corde suo. Perit ergo & mente virginitas. *Tom. prima Epist. 22. ad Eustochium cap. 4.*

1. Cor. 5. Rom. 7. *Exemplo Pauli Eustochium se curam esse non debere ostendit.* Amos 5. *Impossibile Deo virginẽ suscitare post ruinam* Amos 8. Matth. 5. *Mente non tantum corpore perit virginitas.* Prouer. 22. Eccle. 11. 2. Tim. 4. *Gradatio elegans.*

ET iterum: Ne glorieris in crastinum, nescis enim quid aduenies pariat dies. Vnde scriptum est: Ne beatum dixeris quempiam ante mortem, quamdiu enim viuimus, in certamine sumus, & quamdiu in certamine, nulla est certa victoria: quæ etiam Apostolo fortissimè certanti in futuro sæculo reseruatur. Dominus atque Saluator sub persona assumpti hominis loquitur: Insipientissimus enim omnium hominum sum, & non est hominis prudentia in me: Et in sexagesimo octauo Psalmo: Deus tu scis insipientiam meam: sed fatuum Dei sapientius est hominibus. In Ecclesiaste quoque scriptum est. In multitudine sapientiæ, multitudo scientiæ: & qui addit scientiam, addit dolorem. intelligens quod perfectione careat, & ex eo quod nouit quanta non nouerit. Et odio, inquit, habui vitam, quoniam malum est opus, quod operor super terram. Omnia enim vanitas, & præsumptio spiritus. Nemo scit, quid futurum sit: quia sicuti est, quis annunciabit ei? Sunt iusti, ad quos peruenit, quasi opus impiorum. Et sunt impij, ad quos peruenit, quasi opus iustorum. Hoc iccirco dicitur, quia certum iudicium solius Dei est: & quos putamus iustos, sæpe peccatores inueniuntur: & quos è contrario peccatores, apud Dei scientiam iusti sunt. *Tomo secundo libro secundo Dialogorum aduersus Pelagianos cap. 2.*

Prouer. 3. 1. Cor. 1. Eccl. 1. Eccl. 2. Eccl. 8. *Solius Dei certum iudicium de hominũ iustitia vel iniustitia nostrũ iudicium est fallax.*

ET factum est verbum Domini ad me, &c.] AEternitati comparatum, omne tempus breue est. Vnde & Iacob centum & triginta annos, quibus vixerat: pauci, inquit, & pessimi sunt dies mei. Et Psalmista de vniuersi generis humani fragilitate disputans, ait: dies nostri quasi vmbra pertranseunt. Quod reputantes, nec potentia erigemur, nec diuitijs incubabimus, nec felicitate lætabimur: citò omnia auferenda nescentes. Pulchreque dicitur dies Domini, quando omnis sæculi conuersatio destruetur, & errore sublato, vtà veritas apparebit: dieſque nubis & nebulæ. Nullus enim intrepidus, incertusque de sententia, absque pauore iudicem præstolatur: *Tomo quarto libro nono Commentariorum in caput triceſimum, Ezechielis.*

Gen. 4. Psal. 143. *Incerti de sententia trepidi, & cum pauore iudicem expectamus.*

INFIRMATVS est Basan, & cæt.] Porrò secundum interpretationem nominum (quia Basan cosusionem & ignominiam sonat) in consummatione mundi, omnia quæ ignominia & rubore digna sunt, asserimus, cùm Dominus venerit, infirmari, & non solùm peccata redigi in nihilum, sed & Carmelum quoque qui interpretatur scientia, circuncisionis, & eos qui sibi videntur in bonis operibus vberes & florentes Christo veniente trepidare, & impleri illud, quod dicitur in Euangelio: Cùm venerit filius hominis, putas inueniet fidem super terram? Increscente quippè iniquitate, refrigescet charitas plurimorum, propter quæ veniet ira Dei. *Tomo quinto Comment. in caput primum, Nahum.*

Florentes bonis operibus christo veniente trepidant. Luc. 18. Matth. 25.

ANTE faciem indignationis eius, & cæt.] Aut rarus, aut nullus poterit inueniri, qui ira corripiente non dignus sit: Nec erit vlla anima, quæ non paueat ad iudicium Dei: cùm astra quoque non sint munda in conspectu eius. Porrò verbum Hebraicum iakoum, quod & Aquila & Septuaginta similiter transtulerunt ἀνιστήσεται, id est, resistet, ad intelligentiam illam transeramus, de qua in secundo regnorum libro & in primo Paralipomenon dicitur, super ira Dei, genere masculino. Nullique dubium, quin ibi ira Dei, diabolus intelligatur, & Angeli pessimi, qui mittuntur ad plectendos eos, qui ira digni sunt. Difficilè itaque reperitur in consummatione mundi, qui immaculatus & purus audeat dicere: Ecce venit princeps mundi istius, & inuenit in me nihil, & libera aduersus eum fronte consistat. *Ibidem folio 172.*

Omnis omnia pauet ad iudicium Dei. Iob 25. 2 Reg. 24. 1. Par. 21. *Difficilè reperitur in fine mundi qui libera fronte contra diabolũ consistat.* Ioan. 14.

BONVS Dominus, & cæt.] Diem tribulationis secundum Anagogen, diem intelligamus iudicij: de quo scripsit Esaias: Ecce dies Domini insanabilis venit, furoris & iræ: ponere orbem terræ desertum, & peccatores perdere, ex eo. Speremus in Domino, & per patientiam eius expectemus aduentum, & cùm venerit, bonum eum, non iudicem sentiamus, & cognoscat, vel sperantes, vel timentes se. Scit enim Dominus eos, qui eius sunt. *Ibidem.*

Esaiæ 13. *Sperare & timere debemus.* 2. Tim. 2. Psal. 102.

STATIM autem post tribulationem dierum illorum, Sol obscurabitur, & cæt.] Si iste Sol, qui nunc per totum orbem rutilat, & Luna, quæ secundum est luminare: & Stellæ, quæ ad solatium noctis accensæ sunt, omnesque virtutes, quos Angelorum multitudines intelligimus, in aduentu Christi in tenebras reputabuntur, decutiatur supercilium eorum, qui se sanctos arbitrantes, præsentiam iudicis non formidant. *Tomo sexto, libro quarto Commentariorum eiusdem in caput vigesimum quartum Matthæi Cano. quinquagesimo tertio.*

Decutiatur eorum supercilium qui sanctos arbitrantes præsentiam iudicis non formidant.

SED licet nos, aut Angelus de cælo Euangelizet vobis, præterquã quod euangelizauimus vobis, anathema sit, &c.] Qui noluit ὑπερβολικῶς, hoc dictũ esse, sed verè: quod scilicet possint & Apostoli,

1. Cor 9. Iudæ. Paulus prædestinatus etiam labi potuit.

& Angeli ad peiora conuerti: illud opponunt, quod & ipse Paulus scierit, posse se labi, si segnius ageret, dicens: Subijcio autem corpus meum, & in seruitutem redigo, ne alijs prædicans ipse reprobus inueniar. Angelos quoque esse mutabiles, qui non seruauerint principatum suum, sed relinquentes propriùm domicilium in iudicio magni diei, vinculis æternis sub caligine reseruantur, Dei solius naturam esse immutabilem: de quo scribitur: Tu verò ipse es. Et ipse de se: Ego Deus vester & non mutor. Cecidisse Luciferum, qui mane oriebatur, & eũ qui mittebat quondam ad omnes gentes, in terra esse contritum. *Tomo sexto libro primo Commen. in cap. 1. ad Galatas.*

Psal. 101. Malach. 3. Esaiæ 14.

2. Cor. 6. Matth. 5. Psal. 115. Ibidem 77.

VT mihi detur sermo in apertione oris mei, & cæt.] Hoc quod nunc ait: in apertione oris mei; Et alibi. Os meum ad vos apertum est ô Corinthij: Et aperiens os suum, docebat discipulos suos, dicens: Et os meum aperui, & attraxi spiritum: Et, aperiam in parabolis os meum, & cætera his similia, sic accipiendum, quasi dixerit: aperiantur thesauri, & abscondita sæculis Sacramenta pandãtur; vt spiritus sanctus introeat ad ea proferenda, quæ latitant. Nam quod huius testimonij, id est, vt detur mihi sermo in apertione oris mei, ille sit intellectus, sequentia probat. In confidentia (inquit) notum facere mysterium Euangelij: Nequaquam in parabolis & prouerbijs: sicut & prophetæ, & ipse Dominus adhuc constitutus in corpore loquebatur, dicens: Venit hora, quando nequaquam vobis in prouerbijs loquar: sed confidenter de patre annunciabo vobis. Huius confidentiæ sermonem, solus poterit obtinere, qui non habuerit cor, se reprehendens. Si enim cor nostrum nos non reprehenderit, confidentiam habemus ad Deum, & quodcunque petierimus, accipiemus ab eo. Clarius itaque est, qui in confidentia notum faciat mysterium Euangelij: quia rarus est, qui confidentiam habeat ad Deum: Quis enim gloriabitur castum se habere cor; aut aut quis stabit dicens; mundum se esse à peccatis. *Tomo sexto libro tertio Comment. in cap. sextũ ad Ephesios.*

Ioan. 16.

1. Ioan. 3.

Rarus est, qui confidentiam habeat ad Deum. Prouerb. 20.

Securitas decipit.

TIMETE Dominum omnes sancti eius, & cæte.] Qui firmi statis in promissis eius timete, ne accepta securitate decipiamini. *Tom. 7. Com. in Psalm. 32.*

Deus veritatem seu in dicionum misericordiam temperat.

QVIA misericordiam, & veritatem diligit Deus.] Duo diligit Deus: misericordiam & veritatem. Si tantùm misericors esset, omnes nos ad peccata prouocaret. Si tantum veritatem diligeret, nemo spem haberet pœnitentiæ. Propterea duo quærit, vt ex altero alterum temperet. Si peccatores, audi misericordem Deum, & noli desperare, sed age pœnitentiam. Si verò iustus es, noli negligens esse; quia Deus clemens est, quoniam Deus & iustus est, & veritatem diligit. *Tom. 7. Com. in Psalm. 83.*

Psal 18. Ibidem 148. Ibidem 113.

BENEDICAT te Dominus ex Syon: qui fecit cælum & terram.] Cæterùm secundum intelligentiam spiritualem, quomodo dicitur peccatori: Terra es, & in terrã ibis: sic & sancto dicitur: Cælum es, & in cælum ibis. Hoc totum quare dixi? vt sanctos cælum probarem. Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciant firmamentum. Et aquæ, quæ supercælos sunt, laudent nomen Domini. Cæli cælorum Domino: qui facit cælum & terram. Licet terreni simus, licet ambulemus in terra: tamen conuersatio nostra in cælis est. Ibi habemus municipationes nostras. Qui fecit cælum & terram. Licet peccator es, noli desperare, Dominus omnia potest: Multi de terra, cæli fiunt: & multi de cælo terra. Infelix Iudas cælum fuit, factus est terra. Paulus Apostolus eo tempore, quo persequebatur Ecclesiam, terra erat. Confessus est, & cælum factus est. Nec qui cælum est, debet esse securus; nec qui terra est, debet desperare de vita. Iacob eo tempore quando fugiebat in Mesopotamiam fratrem suum, venit ad Luzam, & ibi, inquit, posuit lapidem ad caput. Sub capite ipsius lapis erat Christus. Nũquam sibi posuit lapidem ad caput, nisi eo tempore, quando persecutorem fugit. Quamdiu erat in domo patris sui, & habebat refrigeria carnis, lapidem non habebat ad caput. Recessit de domo nudus, recessit in virga, stat im in ista nocte inuenit lapidem, & posuit ad caput suum. *Tom. 7. Com. in Psal. 133.*

Iusti de terra cæli fiunt

Actor. 19.

Gen 15.

Qui iustus cælum est, non est securus, nec peccator debet desperare.

Articulus XIX. Perseuerantiæ donum se certò habiturum, neminem absoluta & infallibili certitudine, nisi ex speciali reuelatione posse cognoscere.

OBSECRO te, & moneo parentis affectu, vt, qui Sodomam reliquisti, ad montana festinans, post tergum ne respicias: ne aratri stiuam, ne fimbriam Saluatoris, ne cicinnos eius, noctis rore madefactos, quos semel tenere cœpisti, aliquando dimittas; ne de tecto virtutum pristina quæsturus vestimenta descendas ne de agro reuertaris domum: ne campestria cũ Loth, & amœna hortorum diligas: quæ non irrigantur de cælo, vt terra sancta, sed de turbido flumine Iordanis, postquam dulces aquas maris mortui commixtione mutauit. Cœpisse, multorum est, ad culmen peruenisse, paucorum. Qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. At contra, de nobis dicitur: Sic currite, vt apprehendatis. Non est inuidus Agonotheta noster: nec alterius palma alteri parat ignominiam, omnes athletas suos de siderat coronari. *Tomo primo Epistola vigesima octaua ad Lucinium.*

Luc. 9. Cant 5. Matth. 24.

Gen. 13.

Pauci ad culmen perueniunt. 1. Cor. 6. 1. Cor. 9.

APERITE portas, & ingrediatur gens iusta, & cæt.] Post sermonem Dei respondit populus Hebraicè, Ieser samonch, quod Aquila & Symmachus similiter transtulerunt τὸ πλάσμα διὰ τῶν ἀπειθούντων, hoc est, error noster ablatus est, siue cogitatio nostra firmata est, quæ prius interte, & idola fluctuabat, vt nequaquam circumferamur omni vento doctrinæ, sed in Dominum Saluatorem tota mente credamus. Pro quo nos, vt sensus manifestior fieret, transtulimus, vetus error abijt: Et quia cogitatio nostra firmata est, propterea seruabis nobis pacem, quam Apostolis pollicitus es, dicens: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, & non solùm semel, sed secũdo, vt securã sit retributio, quæ

Ioan. 14. *Secura retributio, quæ duplici sermone promittitur.*

quæ duplici sermone promittitur. Iuxta quod & Apostolus loquebatur. Gaudete, iterum dico gaudete. *Tomo quarto lib. octauo Comment. in cap. 26. Esaiæ*

Rom. 5.

SEMITA iusti recta, & cæt.] In vna Christi semita omnes iustitiæ reperiuntur, & propterea eam suo calcauit & triuit pede, vt quicunque per eam voluerit ambulare, cursu ambulet inoffenso. In hac semita iudiciorum Domini, sustinuerunt eum sancti, & sperauerunt in eo: quia spes non confundit. Et nomen illius & memoriale habuerunt in desiderio animæ dicentes: Concupiuit anima mea desiderare iudicia tua, in omni tempore. Et iterum: Desiderat anima mea, Et deficit in salutare tuo. Qui autem nomen Domini habet in desiderio, aliud non desiderat. Et hoc notandum, quod desiderium Domini, non in carne sit, sed in anima, iuxta illud, quod in alio Psalmo legimus. Sitiuit anima mea ad Deum, fortem, viuum. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur: ne quæ volumus, illa faciamus. Quod quę sequitur: In nocte, iuxta Septuaginta sequẽti capitulo iungitur, iuxta Hebraicum priori. Ille autem potest dicere: Anima mea desiderauit te in nocte, qui cum Psalmista loquitur confidenter: Lauabo per singulas noctes lectum meum: in lachrymis stratum meum rigabo. Potest nox & tenebræ, pro tribulatione & angustijs accipi. Vnde & in alio Psalmo, super iusti tecuritate propheta decantat: Per diem sol non vret te, neque luna per noctem, id est, nec in prosperis, nec in aduersis vnquam de tuo mouebe-ris gradu. *Ibidem fol. 95.*

Psal. 118. Ibidem.

Psal. 41. Galat. 5.

Psalm. 6.

Psal. 120.

Iusti securitas.

ET non dixerunt, vbi est Dominus, & cęt.] Illud considerandum est, secundum Anagogen, quod quamdiu in isto sæculo sumus, & de AEgypto educimur, paulatim ascendimus, & primum deserta transimus, & terram inhabitabilem, quam sanctus inhabitare non debet, & inuiam, vt difficultatem monstret itineris: per terram sitis, vbi semper maiora cupimus, nec præsentibus contenti sumus: & imaginem siue vmbram mortis: semper enim in periculo consistimus, & vbique diabolus tendit laqueos suos. Per terram, in qua non ambulauit vir, qui perfectæ ætatis in Christo est. Omnes enim resurgemus in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Neque vnquam in ea habitat, qui homo Dei est, vel filius hominis, sed semper ad maiora festinat. Ex quo perspicuum est, non esse perfectionem in via, sed in fine viæ, & in mansione, quæ sanctis in cælestibus præparatur, & quibus dicitur: Qui statis in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri. Frustrà igitur, noua ex veteri hæresis suspicatur hic perfectam esse victoriam, vbi pugna est atque certamen, & incertus exitus futurorum. *Tom. quarto libro primo Comment. in caput 2. Hieremiæ.*

Difficilè iter ad cælũ.

Semper in periculo constamus.

Ephes. 4.

Non est perfectio in via sed patria.

Psal. 133. *Incertus exitus futurorum.*

ECCE dies veniunt, & cæt.] Denique sequitur, est vsque ad angulum portę: Et hic angulus ne vlla vera iustitia, nec certa victoria in isto sæculo demonstretur: ipse quoque angulus portæ quamquam sit Orientalis, vnde lumen egreditur, tamen equorum appellatur: vt indigere nos doceat cursu atque certamine, & tandem cũ Domino audire mereamur: Ascendisti equos tuos, & equitatio tua salus. In porta Orientali, in porta quadrigarum, sanctificatio Domini est. Et tunc nos perfectos arbitramur, quando dixerimus ad Dominum: Currus Dei decem millium multiplex millia lætantium: Dominus in eis in Sina, in sancto. *Tom. 4. lib. 6. Com. in cap. 31. Hieremiæ.*

In isto sæculo nec perfecta iustitia, nec certa victoria.

Habacuc 3.

Psal. 67.

HAEC dicit Dominus Deus Tyro, &c.] Finge aliquem diu seruata pudicitia, multis floruisse virtutibus, postea in aliquo graui mortalique peccato esse collapsum. Nonne ad sonitum ruinæ eius, interfectarumque virtutum, omnes insulæ mouebuntur, hi videlicet, qui salsis amarisque huius sæculi tumultibus fluctibus? & descedent de throno superbiæ suæ, omnes qui in sęculi huius fallugine principes videbantur: & humilitate deiecti, auferent diademata de capitibus suis, quæ videbantur bonis operibus possidere, & vestimenta varia diuersitate virtutum abijcient: & induentur stupore, siue timoris magnitudine, quod immodo videbuntur insani: sedebuntque humi, & stupentes super repentino casu eius admirabuntur: in tantum vt omnes assumant planctum & lamentationem super eum, qui corruit, & dicãt: Quomodo periisti, qui prius saluus eras? quomodo corruisti, qui tanto tempore stereras? qui in mari huius sæculi, inter omnes incly tos putabaris, qui eras cunctorum opinione robustus? & habitatores Tyri, hoc est, cogitationes fortissimę aduersum omnia ignita diaboli iacula resistentes, quæ prius erant formidini omnibus aduersarijs, versæ sunt in stuporem. Sed & naues omnes, videlicet sancti, qui huius sæculi fluctus trãsierunt, obstupescent cùm te viderint concidisse. In die pauoris & ruinæ tuæ turbabuntur insulæ, ne & ipsæ similia sustineãt. Aliorum enim ruinæ, exemplo iustorum sunt, dum omnes imbecillo & infirmo statu fluctuantique vestigio in isto sæculo commoramur: & nunquam est nostra certa securaque victoria; quando egredientur ex te, qui prius steterant: vel in exitu tuo, in fine & consummatione tua: Non enim ex præteritis, sed ex præsentibus iudicamur: Cauendumque est, & semper timẽdum, ne veterem gloriam & solidam firmitatem, vnius horæ procella subuertat. *Tom. 4. lib. 8. Com. in cap. 26. Ezechielis.*

Nunquã est nostra certa victoria.

ET hæ mensuræ eius, &c.] Cumque recesserimus ab Aquilone vento frigidissimo, transimus ad meridiem, & post ortum in nobis lumẽ scientiæ, occasum fortitudinum formidamus: nequaquam præcerita, sed futura considerantes, nec habentes certam virtutis possessionem, sed quotidie in oratione dicentes: Ne inducas nos in tentationem, quam ferre non possumus. *Tom. 4. lib. 14. Com. in cap. 48. Ezechielis.*

Non est certa virtutis possessio. Matth. 5.

ET reliquis tribubus; à plaga Orientali, &c.] Et quia Gad interpretatur tentatio, in possessione eius de palmetis transimus ad aquas contradictionis vsque Cades, quæ interpretatur sancta: vt intelligamus nos etiam post victoriam mundi debere esse solicitos, & semper in metu, & recordari illius versiculi: Tentatio est vita hominum super terram: & ad sanctitatem aduersarijs impugnantibus peruenire: sicque obtinere victoriam, vt è vicino torrentem plenum imbriũ contemplemur. *Ibidem fac. 2.*

Post victoriam adhuc esse solicitos debemus & in metu.

Iob 7. Sec 70.

Hier. 52. & 29. EGO Daniel intellexi, &c.] Prædixerat Hieremias septuaginta annos desolationis templi; post quos rursus veniret populus in Iudæam: & ædificaretur templum & Hierusalē: quæres Danielem non facit negligentem, sed magis prouocat ad rogandum: vt quod Deus per suam promisit clementiam, per huius impleat precis ne negligentia superbiam, & superbia pariat offensam. Denique in Genesi legimus, centum viginti annos pœnitentiæ constitutos ante diluuium: qui (quia tanto tempore, hoc est, centum annis noluerunt agere pœnitentiam) nequaquam expectat. vt & vigintiali j compleantur, sed infert ante, quod post ea fuerat comminatus. Vnde & ad Hieremiam dicitur, ob duritiam cordis populi Iudæorum: ne ores pro populo hoc: quia non audiam te. Et ad Samuel: Vsquequo luges super Saul, & ego abieci eum? In cinere igitur & sacco postulat impleri, quod promiserat Deus: non quo esset incredulus futurorum, sed ne securitas negligentiam, & negligentia pareret offensam. *Tomo quarto lib. 1. Commen. in cap. 9. Danielis.*

Negligentia superbiam superbia parit offensam

Gen. 6.

Hierem. 7.

1. Reg. 16.

Securitas negligentiam & negligentia parit offensam.

TEMPVS belli, & tempus pacis.] Quamdiu in præsenti sæculo sumus, tempus est belli, cùm autem migrauerimus de hoc sæculo, pacis tempus aduenit. In pace enim est locus Dei, & ciuitas nostra Hierusalem, de pace fortita vocabulum est. Nemo ergo se nunc putet esse securum in tempore belli, vbi certandum est, & Apostolica arma tractanda, vt victores quondam requiescamus in pace. *Tom. 5. Com. in cap. 3. Ecclesiastis.*

Psalm. 75. Tempore belli nemo securus.

DIXI ego in corde meo, & cæt.] Quantum ad spiritualem intelligentiam pertinet, quoniam homines & iumenta saluos faciet Dominus. Et in alio loco: Vt iumentum sum (inquit) apud te, & ego semper tecum. Et in omnibus prophetis homines & pecora in Hierusalem saluanda dicuntur, & impleri terram repromissionis pecoribus & armentis: Quis scit vtrum sanctus, qui hominis appellatione dignus est, ascendit in cælum, & vtrum peccator, qui iumentum vocatur, descendat in terram? Fieri enim potest vtrunque pro incerto vitæ huius & lubrico statu: vt & iustus concidat, & peccator resurgat, & nonnunquam euenit, vt rationabilior & eruditus in scripturis, id est, homo non circunspectè, & vt scientia sua dignum est, viuat, atq; deducatur ad inferos; & simplicior quisque & rusticior, qui iumentum hominis comparatione dicatur, melius viuat, & martyrio coronetur ac parady si sit colonus *Ibidem.*

Psal. 5. Ibidem.

Ezech. 36. Zacha. 2.

Perseverantiæ donum incertum.

ET laudaui ego mortuos, qui iam mortui, & cæt.] Alij hunc locum ita intelligunt: Meliores dicentes eos, qui mortui sunt, ab his, qui viuunt, licet ante fuerint peccatores. Viuentes enim adhuc esse in prælio, & quasi clausos corporis argastulo retentari: qui verò morte obierint, iam esse securos, & peccare desisse. Sicut & Ioannes (quo maior non fuit in natis mulierum) minor est eo, qui minimus est in regno cælorum, & corporis onere liberatis, nescit cum Apostolo dicere: Miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? *Tomo 5. Com. in cap. 4. Ecclesiastis.*

Viuentes ad huc sunt in prælio Matth. 11.

Rom 7.

ANTEQVAM obtenebrescat Sol & lumen, & cæt.] Lætare adolescens, ô populē Christiane, & fruēre bonis, quæ à Deo tibi concessa sunt, & his omnibus scito te à Domino iudicandum. Nec putes, quia priores rami fracti sunt, & tu insertus es in radicem bonæ oliuæ, iccircò te esse securum: sed auser iram à corde tuo, & à corpore tuo voluptates, & cæteris vitijs derelictis, memento creatoris tui, antequam tibi dies malitiæ aduenias & insanabilis: in qua peccantibus pœnæ sunt preparatę: ne cùm peccaueris, occidat tibi sol iustitiæ meridię, scientiæ lumen intereat, & splendor lunæ, id est, Ecclesiæ subtrahatur, & stellę occidant, de quibus scriptum est: in quibus luctis, sicut luminaria in hoc mundo, rationem vitę habentes. Et alibi: Stella à stella differt in claritate. Antequam reuertantur nubes post pluuiam: ne Prophetæ, qui corda credentium suo sermone, suisque pluuijs irrigant, postquam te imbre suo indignum esse perspexerint, reuertantur ad sedem suam: ad eum scilicet, à quo missi sunt. *Tomo 5. Com. in cap. 12. Ecclesiastis.*

Rom. 11. Nemo securum esse debet.

Periculæ securitatis.

Philip. 2.

1. Cor. 15.

ZELATVS est Dominus, & cæt.] Nunquam tuta est humana fragilitas, & quantò virtutibus crescimus, tantò magis timere debemus ne de sublimibus corruamus. *Tom. 5. Com. in cap. 2. Ioelis.*

Nunquam tuti, semper timere debemus.

ECCE ego studebo subter vos, & cęt.] Plaustrum quo voluitur, illud est, de quo in Esaia legimus: Conculcabitur Moab sub eo, sicut conculcatur area in plaustris. Et in alio loco: Ponam, inquit, te sicut rotas plaustri nouas cum sarrarum dentibus: & conteres montes, & comminues colles vt & postquam montes colleśque contrueris, pereat fuga à veloce dicente Paulo. Nescitis, quia hi, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, vnus autem accipit brauium. Et in alio loco: Currebatis benè: quis vos impediuit, non acquiescere veritati? Vn-de & de se timens, ait. Non quia iam accepi, aut perfectus sum: curro autem si apprehendam, in quo & apprehensus sum à Christo. Hæc vniuersa faciebat, ne periret fuga à veloce: quambrem, cùm iam peruenisset ad calcem, & accepisset brauium victoriæ, securus aiebit: Certamē bonum certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: de cætero reposita est mihi iustitiæ corona: quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex: non solùm autem mihi, sed & omnibus, qui diligunt aduentum eius *Tomo 6. lib. 1. Com. in cap. 2. Amos.*

Esaiæ 28.

Ibidem 41.

1. Cor. 9

Galat. 5.

Philip 3. Paulus de se timet.

2. Tim. 4.

INDICABO tibi ó homo, quid sit bonum, & cæt.] Certè ambulare cum Deo non est præmium, sed præceptum. Sicut enim iubetur nobis vt faciamus iudicium, & misericordiam diligamus: Ita præcipitur, vt præparati simus ambulare cum Domino Deo nostro: nulla hora dormire, nullo tempore securi esse debemus: sed semper expectare patrem familias, venientem, & diem formidare iudicij, & in nocte huius sęculi dicere: Ego dormio & cor meum vigilat. *Tomo quinto libro secundo Comment. in caput decimum, Michæ.*

Nullo tempore securè esse debemus.

QVI autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.] Non enim cœpisse, sed perfecisse virtutis est. *Tom. 6. lib. 2. Commentariorum, in cap. 10. Matthæi.*

AVT quomodo potest quisquam intrare in domum fortis & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem, & tunc domū illius diripiet?] Non debemus esse securi: Aduersarius noster fortis, victoris quoque vocibus comprobatur. Dominus illius mundi, qui in maligno positus est: non creatoris dignitate, sed magnitudine delinquentis: Vasa eius nos quondam fuimus. Alligatus est fortis, & relegatus in tartarum, & Domini contritus pede direptis sedibus tyranni, captiua ducta est captiuitas. *Tom. 6. libr. 2. Com. in cap. 12. Matthæi. Cano. 22.*

Ob insidias diaboli securi esse non debemus.

MVLTI sunt vocati, pauci verò electi.] Omnes parabolas breui sententia comprehendit: quod & in opere vineæ, & in ædificatione domus & in conuiuio nuptiali, non initia sed finis quæratur. *Tom. 6. lib. Comment. in cap. 22. Matthæi. Cano. 47.*

Non initium sed finis quæritur in Christianis.

VIGILATE ergo: Quia nescitis qua horā Dominus vester venturus sit, &c.] Perspicuè ostendit quare supra dixerit: De die autem illa & hora nemo scit, neque filius hominis neque angeli, nisi pater solus: quod non expediat scire Apostolis, vt pendulæ expectationis incerti, semper eum credant esse venturum, quem ignorant quando venturus sit. Et non dixit: quia nescimus qua hora venturus sit Dominus, sed nescitis. Præmissoque patrisfamilias exemplo, cur reticeat consummationis diem, manifestius docet dicens. *Tom. 6. lib. 4. Commentariorum, in cap. 24. Matthæi.*

Cur incerti de iudicis ad uentu.

IDEO & vos estote parati: quia nescitis quā hora filius hominis venturus est, &c.] Plenius inculcat & replicat: quare de die consummationis & hora, nec angelos cœlorum scire prædixerit, sed solum patrem: quod non expediat scire Apostolis, & exemplum patrisfamilias, hoc est, sui & fidelium seruorum, id est, Apostolorum ad cohortationem sollicitę mentis interserit: vt spe præmiorum ministrent conseruis in tempore suo cibaria doctrinarum. *Ibidem.*

SI autem dixerit malus seruus ille in corde suo: moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere conseruos suos: manducet autem & bibat cum ebrijs.] Ex superioribus pendet: quod sicut sollicitus seruus & semper aduentum Domini præstolans tradit conseruis cibaria in tempore suo, & postea super omnia patrisfamilias constituitur: ita è contrario, qui iuxta Ezechielem dixit: In tempora longa fiet istud, & non putat Dominum cito esse venturum: Factus securior, vacat epulis atque luxuriæ, & non leuem patremfamilias, sed seuerissimum sentiet iudicem. *Ibidem.*

Vigilantiæ ac sollicitudinis nos admonet Dominus.

VENIET Dominus serui illius in die quā non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponat cum Hypocritis. Illic erit fletus & stridor dentium.] Hoc ipsum docet vt sciant, quando non putatur Dominus, tunc eum esse venturum, & vigilantiæ ac sollicitudinis dispensatores admonet. Porrò quod dicit, diuidet eum: non quod gladio eum dissecet, sed quo à sanctorum consortio eum separet: & partem eius ponat cum Hypocritis: cum his videlicet qui erant in agro, & qui molebant: & nihilominus derelicti sunt. *Tom. 6. lib. 4. Comment. in cap. 24. Matthæi. in fine ferè.*

Ezech. 12.

Securitatis pœna & periculum.

SPIRITVS promptus est, caro autem infirma.] Hoc aduersum temerarios, qui quicquid crediderint, putant se posse consequi. Itaque

quātum de ardore mentis confidimus tantum de carnis fragilitate timeamus. Sed tamen iuxta Apostolum, in spiritu carnis opera mortificantur. *Tomo 6. libr. 4. Commentariorum, in cap. 26. Matthæi.*

De carnis fragilitate timendum.

FRATRES & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, &c.] Cautelam quoque scribentis attendite: quia non dixerit considerans te, ne & tu cadas, sed ne & tu tenteris. Vinci quippe vel vincere nonnunquam in nostra est potestate cæterum tentari in potestate tentantis est. Si enim Saluator tentatus est, quis potest esse securus, intentatum se vitæ huius maria transire? *Tom. 6. lib. 3. Comment. in cap. 6. ad Galatas.*

1. Pet. 3.

A tentatione ne sanctissimi quidem sunt securi.

ET coexcitauit, simulque fecit sedere in cœlestibus in Christo.] Potest & hoc dici, vt quomodo Arrabonem spiritus sancti accipimus, necdum totam eius plenitudinem consecuti, sic & sedere nos cum Christo atque regnare, necdum perfectam sessionem in cœlestibus obtinentes. *Tom. 6. libr. 1. Commentariorum, in cap. 2. ad Ephesios.*

SICVT lætantium omnium habitatio est in te.] In præsenti sæculo quamuis aliquis sanctus sit, quamuis renuntiet sæculo, non habet perfectam victoriam. Denique dicit in Euangelio: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Si autem dictum est: Beati qui flent, quoniam ipsi ridebunt: manifestum est, quoniam in præsenti sæculo non est certa lætitia, ergo lætitia nostra quasi lætitia est. *Tomo. 7. Commentarium, in Psalmum 84.*

Pignus & Arrabonem hæreditatis habemus sed nondum per fruitionem hæreditatis.

Matth. 5.

IPSE qui nascitur in te: ipse fundamentum dat Sion tuæ. Dominus narrabit in scripturis populorum. Manifestum est; quoniam quod Dominus loquitur in scriptura, nulli ita loquitur quomodo Sion. Et tamen cum ista omnia fuerint: cum natus fuerit in ea Christus, non est certa & secura victoria, sed semper in periculo sumus. Sicut lætantium omnium habitatio est in te. Qui lætus est, ex ipsa hilaritate securus est. Qui autem securus est cito decipitur. Qui autem insidias reformidat, cito potest euadere. *Ibidem. Mox.*

Præsentis sæculi nulla certa victoria nec lætitia.

Semper summus in periculo.

DIRIPVISTI vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis.] Verè magnæ fœlicitatis est, ire ad Dominum, vt non habeat conscientiam inquinatam. Quicunque sanctus moritur sua morte, licet sit sanctus qui misericordias operatus sit, fecerit signa, dæmones ejecerit, non vadit ad dominum securus: horrescit eius conscientia, quando videt Dominum. Martyr autem si & post baptismum peccauerit: tamen secundo baptismate, martyrij ablutus securus vadit ad Dominum. *Tomo septimo, Commentariorum in Psalmum 115.*

Martyr solus securus vadit ad Dominum alias iustus nullus

AD Dominum cùm tribularer clamaui, & ex audiuit me.] Secundus gradus est, sæculo renunciare, nihil de sæculo quærere, terrena contemnere. Aliquis dicat: Et hoc facere secundus est? Ego dico secundum. Nihil est terrena dimittere: vitia animæ dimittere, grande est. Si enim ieiunauero, hoc est, si fuero in primo gradu: dimisero possessiones meas, hoc est, si fuero in secundo gradu, quid mihi prodest si rixosus sum, si iracundus sum, si detractor sum, si inuidus sum? Nihil grande est, terrena dimittere, maiora sunt vitia, quæ dimittenda sunt, sed dicat a-

liquis, difficile est, grande est, durum est. Et ideo grande est: quia difficile est. Athleta non coronatur nisi legitimè certauerit. Nulli faciat desperationem: arduus ascensus est, difficilis est: desperatio nascitur. Noli desperare: O homo, in quinto decimo gradu Dominus supra est: intuetur te, dat auxilium. Si in primo gradu est, & videtur tibi grande spatium inter primum & quintum decimum noli respicere gradum, sed cœlum aspice: Et vide quid dicat, non dixit: Vidi Dominum stantem in quintodecimo gradu: nos enim ad stantem & erectum Dominum peruenire non poteramus. Sed vide quid dicat: Vidi Dominum initentem super scalam. Vide quid dicat de eo, qui stabat in curuauit se, & humiliauit se, vt nos possumus ascendere. Dominus incuruus est propter te, humiliauit se: securus ascende: Iste igitur, qui nunc in primo gradu est, non est in tribulatione: Iam enim recessit de tribulatione, iam in primo gradu posuit, pedem. Non enim dicit: nunc tribulor nunc clamo: sed quia in primo gradu est, refert quid passus. Et quid dicit? Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit. Antequam in primo gradu pedem ponerem, tribulabar: quia non poteram terrena dimittere. Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Videtur iste versiculus nihil habere intrinsecus. Versiculus paruus est: sed tres habet sensus in se pariter conglutinatos. Quid enim dicit? Cum tribularer, ecce vnum: clamaui, & post clamorem & audiuit me. In vno versu prior tribulatio, clamatio, exauditio. Non dixit. Quando securus eram, quando lætus eram, clamaui: quando tribulabar clamaui. Petitis, inquit, & non exaudimini: quia negligenter petitis. Ad Dominum cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me, quid me exaudiuit? Fecit me stare in primo gradu: verum ad comparationem quintidecimi gradus, quid est esse in primo gradu? Dimisi terrena, necdum ad alta conscendi: ergo non debeo esse securus: in cæteris gradibus debeo auxilium Dei postulare. *Insecunda expositione Psalmi 119.*

Genes. 28.

Securus non existimat ad Dominum sed in vno versiculo posita.

Articulus XX. Iustificationis gratiam non solis prædestinatis ad vitam, sed vocatis quoque aliis continuo.

Non omnes electi & vocati prædestinati ad vitã æternam: Iam finaliter

HAEC dicit Dominus Deus: In die qua elegi domus Israel, &c.] Eliguntur præsentia, nec statim qui eligitur tentari non potest, nec perire: quia & Saul electus in regem, & Iudas in Apostolum, suo postea vitio corruerunt. *Tomo. 4. lib. 6. Commentariorum, in cap. 20. Ezechielis.*

SECVNDVM fidem electorum Dei, &c.] Secundum fidem (inquit) electorum Dei: refert ad superiora, quod intulit, Paulus seruis Dei: Apostolus Iesu Christi, secundum fidem electorum Dei, id est, eorum qui non tantum vocati sunt, sed & electi. Electorum quoque ipsorum, magna diuersitas est pro varietate operum, sensuum, atque sermonum. Nec statim qui electus Dei est: vel iuxta electionem possidet fidem, vel iuxta fidem habet scientiam veritatis. Vnde & saluator ad Iudæos, qui in eum crediderant, est locutus: Si permanseritis in verbo meo, cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Et Euangelista testatur, quod hæc credentibus quidem dixerit, sed nescientibus veritatem: quam consequi possent, si in sermone ipsius permanerent, & liberi effecti, serui esse desinerent. *Tom. 6. libr. 1. Commentariorum, in cap. 1. ad Titum. in principio ferè.*

Ioan. 8.

Articulus XXI. Iustificatum sine speciali auxilio Dei, in accepta iustitia perseuerare non posse.

ARRIPE, quæso, occasionem, & fac de necessitate virtutem. Non quæruntur in Christianis initia, sed finis. Paulus malè cœpit, sed benè finiuit. Iudæ laudantur exordia sed finis perditione damnatur. Lege Ezechielē: Iustitia iusti non liberabit eum, in quacunque die peccauerit. Et impietas impij non nocebit ei in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua: Ista est scala Iacob; per quam angeli ascendunt & descendunt: cui Dominus innititur, lapsis porrigens manum, & sessos ascendentium gradus sui contemplatione sustentans. Sed sicut non vult mortem peccatoris tantum. quantū vt conuertatur, & viuat: ita tepidos odit, & cito ei nauseam faciunt: Cui plus dimittitur plus diligit. Meretrix illa in Euangelio baptizata, lachrymis suis, & crine, quo multos ante deceperat, pedes Domini tergens, saluata est: non habuit crismantes mitras, nec stridentes calceolos, nec orbes stibio suliginatos: quanto fœdior, tanto pulchrior. Qui facit in facie Christianæ, purpurissus, & cerussa? quorum alterum ruborem genarum, labiorumque mentitur: alterum candorem oris, & colli, ignis iuuenum, fomenta libidinum, impudicæ mentis iudicia, quomodo fiere potest pro peccatis suis, quæ lachrymis cutem nudat, & sulcos ducit in facie? Ornatus iste non Domini est, velamen istud Antichristi est, Qua fiducia erigit ad cœlum vultus, quos conditos non agnoscit? Frustra obtenditur adolescentia, & ætas puellaris afferitur. *Tom. 1. Epistola. 10. ad Furiam. cap. 2.*

Exech. 18.

Perseuerantia in Christianis quæritur.

Genes. 28.

Lucæ. 7.

Articulus XXII. Hominem semel iustificatum, posse iterum peccare & gratiam amittere.

ET sic prudens lector attende, quod post consummatam in duodecimo numero virtutem, quia superbiuit Israhel, & in sepulchris concupiscentiæ carnes Aegyptias desiderauit rursum iacit aliud fundamentum, & atria, atrium, id est, vestibulum virtutum ingreditur, ostendens nobis, & eos, qui stant posse cadere, & qui ceciderunt posse resurgere. Positus est enim Iesus in ruinam, & resurrectionem multorum, & ipse loquitur per Prophetam: Nunquid qui cadit, non resurget? *Tom. 3. Epistola. 127. ad Fabiolam. Mansione 14.*

Qui stans cadere possunt.

Lucæ. 2.

Hieremi. 8.

NON potest arbor bona, fructus malos facere, &c.] Quæramus ab hæreticis, qui duas inter se contrarias dicunt esse naturas: si iuxta intelligentiam eorum, arbor bona malos fructus facere nunquam potest: quomodo Moyses arbor bona peccauerit ad aquam contradictionis, & Dauid Vria interfecto, cum Bethsabea concubuerit: Petrus quoque in passione Domini negauerit dicens: Nescio hominem: aut qua consequentia Ietro socer Moysi arbor mala, qui vtique in Deum Israel non credebat, dederit consilium Moysi bonum: & Achior ad Holofernem aliquid vtile sit locutus: & Comicus dixerit (quod benè dictum Apostolus comprobauit) corrumpunt bonos mores, colloquia mala. Et cum non inuenerint quid respondeant, nos inferemus, & Iudam arborem quondam bonam, fecisse fructus malos, postquam tradiderit Saluatorem, & Saulum arborem malam, eo tempore quo persequebatur Ecclesiam Christi, fecisse postea fructus bonos, quando in vas electionis de persecutore translatus est. Tamdiu ergo bona arbor, fructus non facit malos, quamdiu in bonitatis studio perseuerat, & mala arbor tãdiu manet in fructibus peccatorum, quamdiu ad pœnitentiam non conuertitur. Nemo enim permanens in eo quod fuit, incipit id esse quod necdum cœperit: *Tom. 6 libr. 1. Commentariorum, in cap. 7. Matthæi.*

Deut. 32.

2. Reg. 24.

Arbor bona producit quidem malos fructus.

Matth. 26.

Exod. 18.

Iudith. 5.

1. Cor. 5.

Ioan. 13.

Philip. 3. Actu. 9.

Mala arbor posit conuertionem rursus producit fructus bonos.

Hæreticorũ error ex schola Stoicorum Philosophorũ profectus.

Affectus penitus extirpari posse asserunt Stoici falso.

Rom. 7.

QVAE potest alia maior esse temeritas, quam DEI sibinon dicam similitudinem, sed æqualitatem vendicare, & breui sententia omnium hæreticorum venena complecti, quæ de Philosophorum & maximè Pytagoræ, & Zenonis principis Stoicorum fonte manarunt? Illi enim, quæ Græci appellant πάθη, perturbationes possumus dicere, ægritudinem videlicet, & gaudium, spem, & metum, quorum duo præsentia, duo futura sunt, asserunt extirpari posse de mentibus, & nullam fibram radicemque vitiorum in homine omnino residere, meditatione, & assidua exercitatione virtutum. Aduersum quos & Peripatetici, qui de Aristotelis fonte descendunt, fortissimè disputant, & Academici noui, quos Tullius sequitur: & eorum non res, quæ nullæ sunt sed vmbras & vota subuertant. Hoc est enim, hominem ex homine tollere, & in corpore constitutum esse sine corpore, & optare potius quam docere: dicente Apostolo Paulo: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et quia Epistolaris breuitas non potest omnia comprehendere; strictim tibi vitanda describam. Vnde illud virgilianum est: Hinc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque nec auras Respiciunt clausæ tenebris & carcere cœco. Quis enim potest aut non gestire gaudio, aut mærore contrahi, aut spe extolli, aut timore terreri? Quamobrem & grauissimus poëta Flaccus scripsit in Satyra: Nam vitijs nemo sine nascitur: optimus ille est. Qui minimis vrgetur. Pulchre quidam nostrorum ait: Philosophi Patriarchæ hæreticorum Ecclesiæ puritatem peruersa maculauere doctrina: vt nesciat illud dictũ de humana fragilitate: Quid gloriatur terra, & cinis? præsertim cum Apostolo dicat: Video aliam legẽ in membris meis; repugnantem legi mentis meæ, & ducentem me in captiuitatẽ. Et iterum: Non enim quod volo hoc ago: sed quod nolo, id operor. Si, quod non vult, operatur; quomodo stare potest hoc, quod dicitur: posse hominem sine peccato esse, si velit? Qua ratione potest esse, quod velit, cum Apostolus asserat se, quod cupiat, implere non posse? Cum que ab eis quærimus, qui sint illi, quos absque peccato putent, noua strophâ eludere cupiunt veritatem: se non eos dicere, qui sint vel fuerint, sed qui esse possint. Egregij doctores dicunt esse posse, quod nunquam fuisse demonstrant, dicente scriptura: Omne quod futurum est, iam factum est in priori tempore, Neque nunc mihi necesse est ire per singulos sanctorum, & quasi in corpore pulcherrimo nœuos quosdam & maculas demonstrare: quod plerique nostrorum simpliciter faciunt, cum paucis sententiolis scripturarum possint hæreticorum & per eos Philosophorum argumenta conuinci. Quid enim dicit vas electionis? Conclusit Deus omnia sub peccato, vt omnium misereatur. Et in alio loco: Omnes enim peccauerunt, & indigent gloria Dei. Ecclesiastes quoque, per quem se cecinit ipsa sapientia, liberè protestatur, & dicit: Non est homo iustus super terram, qui faciat bonum & non peccet. Et iterum: Si peccauerit populus tuus, non est enim homo qui non peccet. Et quis gloriabitur castum se habere cor? & non est mundus à sorde, nec si vnius diei super terram fuerit vita eius. Vnde & Dauid dicit: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea. Et in alio Psalmo: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quod testimonium sub nomine pietatis noua argumentatione deluunt. Aiunt enim ad comparationem Dei nullum esse perfectum, quasi scriptura hoc dixerit: neque enim ait: Non iustificabitur omnis viuens: sed non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: Quando enim dicit, In conspectu tuo hoc intelligi vult, quod, etiam qui hominibus sancti videntur, Dei scientiæ atque notitiæ nequaquam sancti sint. Homo enim videt in facie, Deus aut in corde. Si autem, inspiciente Deo, & omnia contemplante, quem cordis arcana non fallunt, nullus est iustus: Perspicuè ostenditur, hæreticos non hominem in ecclesia tollere, sed Dei potentiæ derogare, multaque alia, quæ si de scripturis sanctis voluero congregare, non dicam Epistolæ, sed volumini quoque excedam modum. Nihil noui asserunt, qui in huiusce modi sibi applaudente perfidia, simplices quidem & indoctos decipiunt, sed Ecclesiasticos viros qui in lege Dei die ac nocte meditantur, decipere non valent. *Tom. 2. aduersus Pelagium, ad Crespiphontem. cap. 1.*

Rom. 7.

Homo non potest omnino ab omni esse peccato & velit.

Eccles. 7.

Ecclesi. 1.

Scripturis conuincit Stoicorum & hæreticorum errorem.

Rom. 11.

Rom. 3.

Eccles. 7.

2. Paral. 6.

Prouerb. 20.

Iob. 14.

Psal. 50.

Psal. 142.

Antipophora.

1. Reg. 16.

Quos maxime decipiãt hæretici.

Articulus XXIII. De Perfectione iustitiæ Christianæ.

SANCTI iusti appellantur non quod omni vitio careant, sed quod maiori parte virtutum commẽdentur: ac duplicem esse iustitiam & perfectionem primam perfectissimam Dei virtuti comparandam quę non cadit in sanctos: alteram imperfectam quæ conuenit fragilitati nostræ.

QVOD autem in scripturis sanctis multi iusti appellentur, vt Zacharias, & Helisabet, Iob, Iosaphat & Iosias, & multi quorum nominibus sacra scriptura contexta est: quamquam in promisso opere plenius, si gratiam Dominus dederit, dicturus sum: tamen in præsenti Epistola hoc breuiter strinxisse sufficiat, quod iusti appellentur, non quod omni vitio careant, sed quod maiori parte virtutum commendantur. Denique & Zacharias, silentio condemnatur, & Iob suo sermone reprehenditur, & Iosaphat & Iosias, qui iusti absque dubio dicti sunt, fecisse narran-

Lege Thomam Stapletonum Anglũ D. in libr. 6. de voluntaria iustificatione doctrina hodie, contraria per capita.

Lucæ. 19.

Lucæ. 1.

Iob 1.

Iusti non carent omni vitione sed maiori parte virtutum commendantur.

narrantur, quæ Domino displicent. Quorum alter impio auxilium tulit, & correptus est à Propheta: alter contra præceptum Domini ex ore Hieremiæ, occurrit Nichao, regi Aegyptio, & interfectus est; & tamen vterque iustus appellatur. *Tomo secundo, aduersus Pelagium ad Ctesiphontem, cap. 5.*

3. Reg. 22. 4. Reg. 23. 2. Paral. 23.

CRITO. Quid vltra differo? Scripturarum authoritate vincendus es. Vt cætera prætermittam; nonne his duobus testimonijs tibi imponetur silentium, in quibus Iob, & Zacharias, Helisabetque laudantur: Nisi enim fallor, in Iob ita scriptum est: Homo quidam erat in regione Hus nomine Iob; & erat homo ille verax & sine crimine, verus Dei cultor, abstinens se ab omni re mala. Et iterum: Quis est, qui arguit iustum meum sine peccato, & loquitur verbis suis per ignorantiam: In Euangelio quoque secundum Lucam: Fuit in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidam, nomine Zacharias, de vice Abia: & vxor illi de filiabus Aaron, & nomen illius Helisabet. Erant autem ambo iusti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini, sine querela. Si verus Dei cultor est, & immaculatus, ac sine crimine: & qui ambulabant in cunctis iustificationibus Domini, iusti sunt in conspectu eius: puto, quod peccato careant, & nulla re indigeant, quæ ad iustitiam pertinet. Attice. Proposuisti testimonia, quæ non de alterius scripturæ loco, sed de proprijs absoluta sunt. Nam & Iob, postquam percussus est plaga multa, aduersus Dei sententiam, prouocans eum ad iudicium, dixisse conuincitur: Atque vtinam sic iudicaretur vir cum Deo, quo modo iudicatur filius hominis cum collega suo. Et iterum: Quis mihi tribuat auditorem vt desiderium meum omnipotens audiat, & librum scribat ipse, qui iudicat? Qui rursum: Si enim fuero iustus, os meum impia loquetur; & si absque crimine prauus inueniar; & si purificatus niue & lotus manibus, satis me sorde tinxisti: execratum est me vestimentum meum. Et de Zacharia scriptum est, quod, angelo natiuitatem filij pollicente dixerit: Vnde sciam? Ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis: ob quæ statim silentio condemnatur: Eris tacens, & loqui non poteris vsque ad diem quo fient hæc; quia non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. Ex quo perspicuum est, iustos quidem & immaculatos dici, sed, si negligentia subrepserit, posse dere; & semper hominem in meditullio posito; vt & de virtutum culmine ad vitia delabatur: & de vitijs ascendat ad sublimia, & nunquam eum esse securum, sed semper metuere in trãquillitate naufragium: ac per hoc hominem sine peccato esse non posse, dicente Salomone: Non est homo iustus super terram, qui faciat bonum & non peccet. Et eodem in Regum libro: Neque enim est homo, qui non peccet: ac de beato Dauid: Delicta quis intelligit, ab occultis mũda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo. Et iterum: Ne intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Et multa alia quibus scripturæ sanctæ plenæ sunt. Crito. Quid ergo respondebis ad illud exemplum, quod ponit Euangelista Ioannes: Scimus, quod omnis, qui natus est ex Deo, non peccat: sed generatio Dei conseruat eum, & malignus non tangit eum? Scimus quoniam ex Deo sumus, & mundus totus in maligno positus est. Atti. Par pari referam, & paruam Euangelistæ Epistolam, secundum sensum tuum, docebo tibi esse contrariam. Si enim omnis, qui natus est ex Deo peccatum non facit; quoniam semen eius manet in eo: & non potest peccare, quia ex Deo natus est: consequentia idem in eodem loco loquitur: Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est? Ignoras rationem, hæsitas, atque turbaris: Audi eundem Euangelistam: Si confiteamur peccata nostra fidelis & iustus est, vt dimittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate. Tunc ergo iusti sumus quando nos peccatores fatemur: iustitia nostra non ex proprio merito, sed ex Dei consistit misericordia, dicente sancta scriptura: Iustus accusator sui est in principio sermonis. Et in alio loco: Dic tu peccata tua iustificeris. Conclusit enim Deus omnia sub peccato, vt omnibus misereatur. Et hæc hominis summa est iustitia, quidquid potuerit habere virtutis, non suum putare esse, sed Domini, qui largitus est; Qui ergo natus est ex Deo non peccat, quamdiu semen Dei manet in eo; & non potest peccare, quia ex Deo natus est. Sed quia in grege Dominico, dormiente patre familias, inimicus homo zizania super seminat; & frumento bono dum nescimus, lolium auenasq; steriles sator nocturnus interserit, ideo parabola ista Euangelici patrisfamilias formidanda est; qui purgat aream, & frumento in horreis condito, paleas ventorum flatibus dispergendas & vrendas ignibus derelinquit. Vnde & in Hieremia scriptum legimus: Quid paleis ad frumentum, dicit Dominus? Paleæ autem à frumento in consummatione sæculi separantur. Ex quo approbatur, dum sumus in corpore isto mortali, mixtas esse cum tritico. Quod si opposueris, quare dixerit: Et non potest peccare; quia ex Deo natus est, audies, & vbi erit præmium voluntatis? Si enim ideo non peccat, quia peccare non potest, librum tolletur arbitrium; & nequaquam nostrum fiet, sed naturæ bonum, quæ peccata non capiet. *Tom. 2. libr. 1. Dialogo 2. aduersus Pelagianos, cap. 3.*

Iob. 1. *Iob. 42.* *Luc. 1.* *Iacobum insolum peccasse docet.* *Iob. 16.* *Iob. 31.* *Iob. 9.* *Zacharias iustus peccator quoque fuit.* *Luc. 1.* *Homo in virtutum & vitiorum medio positus est.* *Eccles. 7.* *1. Reg. 8.* *Psalm. 18.* *Psal. 142.* *1. Ioan. 5.* *Antipophoram Critobuli per Euagrium Atticus excludit.* *Prouerb. 18.* *Esaiæ. 43.* *Rom. 1.* *1. Ioan. 3.* *Matth. 13.* *Hierem. 23.* *1. Ioan. 3.*

CRITO. Dudum faciliora proposui, vt te ad maiora exercerem: quid ad illud dicere potes, quod, quamuis sis ingeniosus, nulla valebis arte subuertere? Primum ponam de veteri testamento, deinde de nouo: Veteris testamenti princeps Moyses est, noui Dominus atque Saluator: Moyses loquitur ad populum: Perfecti estote in conspectu Domini Dei vestri. Et Saluator ad Apostolos: Estote perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Aut enim possibile est audientibus facere quod Moyses & Moyses præceperunt: aut si impossibile est, non est culpa eorum, qui obedire non possunt, sed eius qui impossibilia præcepit. Atti. Hic locus apud imperitos, & scripturarum sanctarum meditationem, vsumque scientiam non habentes, videtur opinioni tuæ prima fronte blandiri, cæterum discussus facilè soluitur. Et cum testimonia scripturarum alijs cõparaueris testimonijs, ne sibi Spiritus pro qualitate locorum & temporum videatur esse contrarius, secundum illud, quod scriptum

Obiectiones primo ex veteri deinde ex nouo testamento. *Deut. 18.* *Matth. 5.*

scriptum est: Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum: tunc veritas apparebit, hoc est, Christum posibilia præcepisse, dicentem: Estote perfecti, sicut pater vester cœlestis perfectus est, & tamen Apostolos non fuisse perfectos. Crito. Non dico quid Apostoli fecerint, sed quid Christus præceperit. Neque enim culpa imperantis est, sed eorum qui audierunt imperium, quod vtique potuisse fieri ex iustitia eius qui imperabat, agnoscitur. Atti. Pulchrè: Nolo ergo mihi dicas, posse hominem sine peccato esse, si velit, sed posse hominem id esse, quod Apostoli non fuerunt. Crito. Tam stultum me putas, vt audeam hoc loqui? Atti. Licèt non loquaris; tamen ex propositione tua, ipsa consequentia & rerum ordine inuitus hoc loqueris: si enim potest esse homo sine peccato, quod Apostolos nõ fuisse perspicuum est: posset esse super Apostolos homo: vt taceam de Patriarchis, & Prophetis, quorum in lege non fuit perfecta iustitia, secundum illud Apostoli: Omnes enim peccauerunt, & indigent gloria Dei iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem. Crito. Hæc argumentatio tortuosa est, Ecclesiasticam simplicitatem inter philosophorum spineta concludens. Quid Aristoteli & Paulo? quid Platoni & Petro? vt ille enim Princeps philosophorum, ita hic Apostolorum fuit: super quem Ecclesia Domini stabili mole fundata est: quæ nec impetu fluminis, nec vlla tempestate concutitur. Atti: Rhetoricaris: et dum mihi obijcis philosophiam ad oratorum castra transcendis. Verum audi quid idem dicat orator tuus. Define communibus locis: domi nobis ista nascuntur. Crito. Nulla his eloquentia est, nullus oratorum tumor, quorum definitio est dicere ad persuadendum accommodatè: sed puram quo sermone quærimus veritatem: aut Dominum non impossibilia præcepisse, vt sint in culpa qui posibilia non fecerint, aut, si non possunt fieri, non eos, qui impossibilia non faciunt, sed eum, qui impossibilia præcepit, quod nefas dictu sit, conuinci iniustitiæ. *Ibidem, cap. 4.*

Psal. 41. *Matth. 5.* *Nullus homo sine peccato.* *Rom. 3.* *Vt Plato princeps philosophorum, sic Petrus princeps Apostolorum. Matth. 16.* *Si Deus impossibilia præcepisset, esse plane iniustum.*

ATTIC. Video te contra mores tuos vehementer esse commotum, & propterea argumentari desinam, sed parumper te interrogabo, quid de illo Apostoli loco sentias, quem scribit ad Philippenses: Non quia iam accepi aut iam perfectus sim. Persequor autem, si comprehendam: in quo & apprehensus sum à Christo. Fratres ego me necdum arbitror comprehendisse. Vnum autem posteriorum obliuiscens, ad ea, quę priora sunt, me extendens, iuxta propositum sequor ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus: & si quid aliter sapitis, hoc quoque Deus vobis reuelabit: & cætera, quæ tè scire non dubito, & nos breuitatis studio prætermimus. Dicit se necdum comprehendisse, & nequaquam esse perfectum, sed instar sagittarij, ad propositum & ad signum iacula dirigere, quod significantius Græci σκόπον nominant, ne sagitta ad partem declinans alteram, imperitum ostendat sagittarium. Et asserit, prǽteritorum se semper obliuisci, & ad priora semper extendi: per quæ docet præterita negligenda, & futura cupienda: vt quod hodie perfectum putauit, dum ad meliora & priora extenditur, cras imperfectum fuisse conuincat: atque ita per singulos gradus dum nunquam in statione, sed semper in cursu est, imperfectum doceat, quod homines putabamus esse perfectum, solamq; perfectionem, & veram iustitiam, Dei tantum virtutibus coaptandam. Secundum propositum, inquit, persequor ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. O Apostole Paule, ignosce mihi, qua si homunculo meavitia cõfitenti, si audacter interrogem, Dicis te necdum accepisse, & necdum comprehendisse, necdum esse perfectum, & prǽteritorum semper obliuiscì, & ad priora te extendi, si quo modo posis occurrere in resurrectione mortuorum, & consequi brauium supernæ vocationis? Et quomodo statim infers: Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapimus, siue sapiamus: diuersa enim sunt exemplaria: & quid sapimus siue quid sapiamus, nos esse perfectos? comprehendisse, quod non comprehendimus, accepisse quod non accepimus esse perfectos qui nondum perfecti sumus? Quid ergo sapimus, immo quid sapere debemus, qui perfecti non sumus? imperfectos nos esse consiteri, & necdum comprehendisse, nec accepisse. Hæc est hominis vera sapientia imperfectum esse se nosse: atque vt ita loquar, cunctorum in iustorum imperfecta perfectio est. Vnde & in Prouerbijs legimus: ad intelligendam iustitiam veram. Nisi enim esset & falsa iustitia, nunquam Dei vera iustitia diceretur. Et si quid aliter sentitis, & hoc vobis Deus reuelabit. Rem nouam audio. Qui paulò ante dixerat, non quia iam accepi, aut iam perfectus sum, & vas electionis, qui pro confidentia habitantis in se Christi audebat loqui: An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? & tamen simpliciter fatebatur se non esse perfectum: nunc quod sibi propriè denegabat, mittit in turbam, iungitque se cum cæteris & ait: Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus. Sed qua ratione hoc dixerit, exponit in sequentibus: Hoc, inquit, sapiamus, qui volumus secundum humanæ fragilitatis modulum esse perfecti, necdum nos accepisse, necdum comprehendisse, necdum esse perfectos. Et quia necdum perfecti sumus, & forsitan aliter sapimus, quam posit vera & perfecta perfectio: si quid aliter sapimus, aliter intelligimus, quam Dei habet scientia, & hoc nobis Deus reuelabit, vt precemur cum Dauid atque dicamus. Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Ex quo perspicuum est, duas in scripturis sanctis esse perfectiones, duasque iustitias, & duos timores: primam perfectionem & incomparabilem veritatem, perfectamque iustitiam, Dei virtutibus coaptandam: secundam autem, quæ competit nostræ fragilitati iuxta illud; quod in Psalmis dicitur: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens; ad eam iustitiam quæ non comparatione, sed Dei scientia dicitur esse perfecta. Iob quoque & Zacharias, & Helizabet iusti dicti sunt, secundùm eam iustitiam, quę posit in iniustitiam aliquando mutari non secundum illam, quæ nunquam mutari potest, de qua dicitur: Ego Deus, & non mutor. Et hoc est quod Apostolus alio loco scribit: Etenim non est glorificatum, quod

Philip. 3. *Paulus nondum perfectus ad perfectionem contendebat* *Sola perfectio & vera iustitia Dei tantum virtutibus coaptanda.* *Cunctorum in carne iustorum imperfecta est perfectio.* *Prouerb. 1.* *Philip. 3.* *2. Cor. 13.* *Philip 3.* *Paulus perfectus secundum humanæ fragilitatis modulum* *Psal. 118.* *In scripturis est duplex perfectio duplex iustitia & duplex timor.* *Psal. 142.* *Iob. 1.* *Luc. 2.* *Malach. 3.* *2. Cor. 3.*

Legis iustitia ad comparationem Euangelicæ gratia non videtur esse iustitia.
1. Cor. 13.

quod glorificatum est propter excellentem gloriam, quod videlicet legis iustitia, ad comparationem Euangelicæ gratiæ, non videatur esse iustitia. Si enim, ait, quod destruitur, gloriosum est, multo magis, quod permanet, erit in gloria. Et iterum: Ex parte scimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, destruentur illa, quæ ex parte sunt. Et videmus nunc per speculum & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Et in Psalmis:

Psal. 138.
Psal. 72.

Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata, & non potero ad eam. Et iterum: Existimabam cognoscere hoc, labor est in conspectu meo, donec introeam in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum. Et in eodem loco: Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Et Hieremias: Stultus factus

Hierem. 10.
1. Cor. 1.

est omnis homo à scientia. Et idem Paulus Apostolus: Fatuum, inquit, Dei sapientius est hominibus. Et multa alia quæ studio breuitatis omitto. Crito. Argute quidem, mi Attice, memoriterque dixisti: sed labor tuus, & multiplex testimoniorum replicatio meæ parti proficit, neque enim ego hominem Deo comparo, sed alijs hominibus: quorum collatione, qui studium dederit, potest esse perfectus, ac per hos, quando dicitur, homo potest esse sine peccato,

Comparatione Dei nulla creatura perfecta.

si voluerit; iuxta mensuram hominibus, non iuxta Dei dicitur maiestatem: cuius comparatione nulla creatura potest esse perfecta. *Tomo secundo, libro primo Dialogorum, aduersus Pelagianos. cap. 1.*

Diuersa in hominibus iustitia, in alijs minor.

O CRITOBVLE, hæc memorans mecum facis, & ego enim hoc sentio, nullam creaturam, secundum veram consummatamque iustitiam posse esse perfectam, cæterum alium differre ab alio, & diuersas esse in hominibus iustitias, nulli dubium est: & vel maiorem esse alium, vel minorem, & tamen secundum statum & mensuram suam posse iustos nominari, qui aliorum comparatione iusti non sunt. Verbi gratia: Paulus Apostolus, vas electionis, qui plus omnibus Apostolis laborauit, vtique iustus erat

2. Timoth. 4.

scribens ad Timotheum: Certamen bonum certaui: cursum consummaui, fidem seruaui; de cætero reposita mihi corona iustitiæ: quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex, non solum autem mihi, sed & omnibus, qui diligunt aduentum eius. Iustus erat & Timotheus, discipulus eius, & imitator, quem docet quid agere debeat, & quem modum tenere virtutum. Putamus ne vnam & eandem in vtroque fuisse iustitiam, & non plus habere meritorum cum, qui plus omnibus laborauit? Multæ mansiones sunt apud patrem, quia & merita diuersa. Stella à stella differt in claritate; & in vno Ecclesiæ corpore membra diuersa sunt. Habet sol fulgorem suum: Luna quoque noctis tenebras temperat: & quinque sidera alia, quæ vocantur errantia, diuersis & cursibus & luminibus cœlum peragrant, innumerabiles sunt aliæ stellæ, quas micare in firmamento cernimus, in singulis diuersa sunt lumina, & tamen in suo vnaquæque perfecta est, ista dumtaxat, vt comparatione maioris, perfectione careat. In corpore quoque cuius membra diuersa sunt, aliud oculus, aliud manus, aliud pes agunt, vnde & Apostolus dicit: Non potest oculus dicere manui, non es mihi necessaria: aut iterum caput pedibus, non desidero operam vestram. Nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes Prophetæ? nunquid omnes magistri? nunquid omnes cunctas habent virtutes? nunquid omnes donationes habent sanitatum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? Aemulamini dona maiora. Omnia autem hæc operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens propria vnicuique prout vult. In quo diligenter attende, quod non dixerit, secundum quod vnumquodque membrum cupit, sed secundum quod ipse vult Spiritus. Neque enim dicere potest vas figulo suo, quare ita, vel ita me fecisti? an non habet figulus potestatem de eodem luto, aliud vas facere in honorem, aliud in contumeliam? Vnde consequenter adiecit, æmulamini dona maiora: vt in fide & industria plus cæteris charismatibus habere mereamur, melioresque simus ijs, qui comparatione nostri in secundo vel tertio gradu positi sunt. In magna domo vasa diuersa sunt, alia aurea, alia argentea, ænea, ferrea, ligneaque: & tamen secundum modulum suum, cum æneum vas perfectum sit, comparatione argentei vasis imperfectum dicitur: Rursumque argenteum aurei collatione deterius est, atque hoc modo dum sibi inuicem comparantur, imperfecta & perfecta sunt omnia. In agro terræ bonæ, ex vna semente tricenarius & sexagenarius, & centenarius fructus exoritur: ipsis numeris indicatur, impar esse, quod nascitur: & tamen in suo genere perfecta sunt singula. Helisabet & Zacharias, quo testimonio, quasi impenetrabili vteris clypeo, nos docere possunt quanto inferiores sunt beatæ Mariæ matris Domini, sanctitate, quæ conscientia in se habitantis Dei liberè proclamat: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius: Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo. In quo animaduerte, quod beatam se esse dicat, non proprio merito atque virtute, sed Dei in se habitantis clementia. Ipse quoque Ioannes, quo maior non fuit inter natos mulierum, parentibus suis melior est. Non enim solum hominibus sed & angelis testimonio Domini comparatur. Et tamen, qui cunctis hominibus erat maior in terra minimo in regno cœlorum minor fuisse perhibetur. Quid mirum in collatione sanctorum, alios esse meliores, & alios inferiores; cum è contrario in collatione peccatorum hoc intelligi possit. Ad Hierusalem dicitur: Quæ multis peccatorum erat consossa vulneribus; Iustificata est Sodoma ex te, non quod Sodoma per se iusta sit, quæ in æternos collapsa cineres, audit per Ezechielem: Sodoma restituetur in antiquum: sed quod comparatione sceleratioris Hierusalem hæc iusta videatur, illa enim DEI filium trucidauit: hæc propter abundantiam panis, & per luxuriæ magnitudinem, excesit modum libidinis. Publicanus in Euangelio, qui percutiebat pectus, quasi thesaurum cogitationum pessimarum

Nemo omnes habet virtutes.
Rom 9.
2. Tim. 2.
Dum sibi comparantur perfecta & imperfecta sunt omnia.
Matth. 13.
Luc. 1.
Exemplis confirmat inæqualitatē iustitiæ.
Matth. 11.
Collatio qua peccatorum est impar.
Ezech. 16.
Luc. 18.

rum, & conscientia delictorum, oculos non attollere; superbientis Pharisæi collatione sit iustior. Et Thamar sub specie meretricis fallit Iudam: & ipsius sententia, qui deceptus est, meretur audire; Iustificata est Thamar magis quàm ego.

Genes. 38.

Ex quibus omnibus approbatur, non solùm ad comparationem diuinæ maiestatis homines nequaquam esse perfectos, sed ne Angelorum quidem & cæterorum hominum, qui virtutum culmina conscenderunt, cùm & tu, qui melior ad alterius collatione, quem imperfectum esse monstraueris, rursum ab alio te præeunte vincaris: ac per hoc non habeas veram perfectionem: quæ si perfecta sit, nulla re indiget. Crito. Et quomodo, Attice, ad perfectionem diuinus sermo prouocat? Atti. Hac ratione, qua dixi, vt secundum vires nostras, vnusquisque nostrorum, quantum valuerit, extendatur: si quo modo possit peruenire, & comprehendere brauium supernæ vocationis. Denique omnipotens Deus, cui docet Paulus Apostolus iuxta dispensationem carnis assumptæ subijciendum filium, vt sit Deus omnia in omnibus; perspicue demonstrat, nequaquam sibi cuncta esse subiecta. Vnde & Propheta subiectionem sui in finem præsumit, dicens: Nonne Deo soli subiecta erit anima mea? Ab ipso enim est salutare meum. Et quia in corpore Ecclesiæ caput Christus est: quibusdam adhuc repugnantibus membris, videtur corpus quoque capiti non esse subiectum. Namque si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia, & totum corpus, dolore vnius membri cruciatur. Quod dico, ita manifestius fiet. Quamdiu habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, & fragili carne circundamur: immo mortali, & corruptibili; beatos esse nos credimus, si in singulis virtutibus, partibusque virtutum Deo subiecti simus; cùm autem mortale hoc indutum fuerit immortalitate, & corruptiuum hoc incorruptione vestitum, & absorpta mors fuerit in Christi victoria: tunc Deus erit omnia in omnibus: vt non sit tantùm in Salomone sapientia, in Dauid animi mansuetudo, in Elia & Phinees zelus, in Abraham fides, in Petro cui dictum est: Simon Ioannis amas me? Perfecta dilectio, in electionis vase studium prædicandi, & in cæteris, vel bina, vel trina: sed totus in cunctis sit; & omni virtutum choro sanctorum numerus glorietur; & sit Deus omnia in omnibus. *Ibidem, capite sexto.*

Nō solum ad comparationem diuinæ maiestatis homines non sunt perfecti sed ne angelorum quidē & aliorum hominum collatione.
1. Cor. 15.
Psal. 61.
1. Cor. 12.
2. Cor. 4.
1. Cor. 15.
In hac vita in partibus tantum virtutum Deo sumus subiecti, in altera omni virtutum choro extimus repleti.
Ioan. 21.

CRITO. Nullus ergo sanctorum, quamdiu in isto corpusculo est, cunctas potest habere virtutes?

Nullus sanctus in hac vita cunctas potest habere virtutes.
1. Cor. 13.

ATTICVS. Nullus; quia nunc ex parte prophetamus, & ex parte cognoscimus, nec enim possunt omnia esse in omnibus hominibus: quia non est immortalis filius hominis. Crito. Et quomodo legimus: Qui vnam habuerit, omnes videtur habere virtutes? Attic. Participatione, non proprietate: necesse est enim, vt singuli excellant in quibusdam, & tamen hoc, quod legisse te dicis, vbi scriptum sit nescio. Crito: Ignoras hanc Philosophorum esse sententiam? Attic. Sed non Apostolorum, neque enim mihi curæ est, quid Aristoteles, sed quid Paulus doceat. Crito. Obsecro te, nonne Iacobus Apostolus scribit, qui in vno offenderit, eum esse omnium reum? Attic. Ipse locus se interpretatur, non enim dixit, vnde cœperat disputatio: qui diuitem pauperi in honore prætulerit, reus est adulterij, vel homicidij, in hoc enim delirant Stoici, paria contendentes esse peccata: sed ita qui dixit, non mœchaberis, dixit, & non occides: quod & si non occidis, mœcharis autem, factus es transgressor legis. Leuia cum leuibus, & grauia cum grauibus comparantur, nec ferula dignum vitium, gladio vindicandum est: nec gladio dignum scelus, ferula coercendum.

Qui vnū habet omnes habere virtutes est sententia Philosophorū, non Pauli. Iacob. 2.
Stoici deliramenta pro stultitia facientes peccata.

Crito. Esto, vt nullus sanctorum omnes virtutes habeat: hoc certè dabis, in eo, quod potest facere, si fecerit, esse perfectum. Attic. Non tenes quid supra dixerim? Crito. Quidnam illud est? Attic. Perfectum esse in eo, quod fecit, & imperfectum esse in eo, quod facere non potuit. Crito. Sed sicut perfectus est in eo, quod fecit, quia facere voluit: ita & in eo, per quod imperfectus est, quia non fecit, perfectum esse potuisse, si facere voluisset. Attic. Quis enim non vult facere, quod perfectum est? aut quis cunctis cupiat florere virtutibus? Si totum requiris ab omnibus: tollis rerum diuersitatem, & gratiarum distantiam, & creatoris artificis varietatem, cuius sacro Propheta sonat carmine: Omnia in sapientia fecisti. Indignetur Lucifer, quare fulgorem Lunæ non habeat. Luna super suis defectibus, & labore causetur, cur annuum solis circulum singulis mensibus expleat. Sol quæratur, quid offenderit, vt lunæ cursu tardior sit. Clamemus & nos homunculi, quid causæ extiterit, vt homines, & non Angeli facti simus: quamquam magister vester, ὁ ἀγαθῶν, de cuius hæc fonte procedunt, omnes rationales creaturas, æquo asserat iure conditas; vt instar quadrigarum, & curruum, de carceribus exeuntes, in medio spatio vel corruant, vel præteruolent & ad optata perueniant. Elephanti tantæ molis, & gryphes in sua grauitate cauſentur, cur quaternis pedibus incedant, cum muscæ, culicesque, &c. huiusce modi animantia sub pennulis senos pedes habeant; & aliqui vermiculi sint, qui tantis pedibus scateant, vt innumerabiles simul motus nulla acies comprehendant. Dicat hæc Marcion, & omnes hæretici, qui creatoris operibus illudunt. Vestrum decretum hucusque peruenit, vt dum singula calumniātur, manum injiciāt Deo, cur solus Deus sit, cur inuiderit creaturis, vt non omnes eadem polleant maiestate. Quod licet non dicatis (neque enim tam insani estis, vt apertè pugnetis Deo) tamen alijs verbis loquimini, rem Dei homini copulantes, vt sit absque peccato, quod & Deus est. Vnde Apostolus Paulus super diuersis intonans gratijs loquitur: Diuisiones donationum sunt, idem autem spiritus: & diuisiones ministeriorum sunt, sed idem Dominus: & diuisiones operationum sunt, vnus autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Crito. Nimius es in vna atque eadem quæstione, vt persuadere coneris, hominem vniuersa simul habere non posse: quasi aut inuiderit, aut non potuerit Deus præstare imagini & similitudini suæ, vt in omnibus respondeat suo creatori. Attic. Ego ne nimius, an tu? qui soluta pro, ponis, & non intelligis aliud esse similitudinem, aliud æqualitatem; illud picturam, hoc esse veritatem. Verus equus camporum spatia transuolat, pictus parieti hæret in curru. Ariani Dei filio non concedunt, quod tu omni homini tribuis. Alij non audent perfectum in Christo hominem confiteri: ne susciperein eo hominis peccata cogantur, quasi potentior sit creatio creatore, & idipsum tantum filius hominis, quod Dei filius. Aut

Marcionem intelligit.
Psal. 103.
1. Cor. 12.
Scopus prolixæ disputationis, quod homo omnes virtutes simul habere non possit.
Aliud est similitudo, aliud est æqualitas.

ius. Aut igitur propone alia quibus respondeam: aut desine superbire, & da gloriam Deo.

CRITO. Immemor es sponsionis tuæ, & dum argumenta argumentis connectis, ac per Scripturarum latissimos campos infrenis equi libertate baccharis, super fortissima quæstione, cui pollicitus es te in consequentibus responsurum, omnino tacuisti, obliuionem simulans vt necessitatem responsionis euaderes. Sed ego stultus ad horam tribui, quod petebas; existimans oblaturum sponte, quod acceperas, & non admonitum reddere quod debeas. Attic. Nisi fallor, de possibilibus mandatis dilata est responsio, pone igitur vt volueris. *cap. 7. Ibid.*

Dilemmate probat hominem sine peccato esse posse si velit.

CRITO. Aut possibilia Deus mandata dedit, aut impossibilia, si possibilia: in nostra potestate est ea facere, si velimus: si impossibilia, nec in hoc rei sumus, si non facimus quod implere non possumus. Ac per hoc, siue possibilia dedit Deus mandata, siue impossibilia, potest homo sine peccato esse si velit. Attic. Quæso vt patienter audias: non enim de aduersario victoriam, sed contra mendacium quærimus veritatem. Deus possibiles dedit humano ingenio omnes artes, quippe quas plurimi didicerunt: vt taceam de ijs, quas Græci βαναύσους vocant, nos ad opera manuum pertinentes, possumus dicere? scripta gratia, Grammaticam, Rhetoricam, Philosophię tria genera, Physicam, Aethicam, Logicam, Geometriam quoque, & Astronomiam, Astrologiam, Arithmeticam, Musicam, quæ & ipsæ partes Philosophiæ sunt; Medicinam etiam, quæ in tria diuiditur, δόγμα, μέθοδον, ἐμπειρίαν: Iuris quoque & Legum scientiam. Quis nostrum, quamuis sit ingeniosus, poterit omnia comprehendere: cùm eloquentissimus Orator, de Rhetorica, & Iurisprudentia disputans, dixerit: Pauci vnum possunt, vtrumque nemo. Vides ergo quod DEVS possibile iusserit; & tamen id, quod possibile est, per naturam nullum posse complere. Dedit itaque præcepta diuersa, virtutesque varias, quas omnes simul habere non possumus. Atque ita fit, vt quod in alio aut primum, aut totum est, in alio ex parte versetur, & tamen non sit in crimine, qui non habet omnia, nec condemnetur ex eo, quod non habet; sed iustificetur ex eo, quod possidet. Definit Apostolus Paulus, qualis Episcopus esse debeat, scribens ad Timotheum: Oportet Episcopum esse irreprehensibilem, vnius vxoris virum, sobrium, pudicum, ornatum, hospitalem, docilem, nó vinolentum, non percussorem, sed mansuetum, non litigiosum, sine auaritia, domum suam benè regentem, filios habentem subditos cum omni pudicitia, non neophytum, ne inflatus in iudicium incidat Diaboli. Oportet autem eum etiam testimonium de foris habere bonum, ne in opprobrium incidat, & laqueum Diaboli. Tito quoque scribens discipulo, quales Episcopos debeat ordinare, breui sermone demonstrat. Ideo reliqui te Cretæ, vt quæ reliqua sunt corrigas; & constituas per ciuitates Presbyteros, sicut ego præcepi tibi: si quis est sine crimine vnius vxoris vir, filios habens fideles, nec in accusatione luxuriæ, aut non subiectos. Oportet autem Episcopum esse sine crimine, siue sine accusatione; hoc enim magis ἀνέγκλητον sonat, sicut dispensatorem Dei, non proteruum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri appetitorem, sed hospitalem, benignum, pudicum, iustum, sanctum, continentem, obtinentem doctrinæ fidelem sermonem, vt possit exhortari in doctrina sana, & contradicentes coarguere. Vt diuersarum personarum varia præcepta nunc sileam, circa mandata Episcopi me tenebo. Vult certè DEVS tales esse Episcopos, siue Presbyteros, quales vas electionis docet.

Nemo potest perfectè ἐγκράτειαν absoluere.

Triplex est medicina.

Oratoriâ & Iurisprudentiam comparat vtrique ciuitati pene impossibile ἀκροβασίᾳ Hieremiæ ad virtutes.

1. Tim. 3.

Titum. 1.

Exemplaria talium episcoporum quales describit Paulus.

Primum quod dixit, irreprehensibilis, aut nullus, aut rarus: quis est enim, qui non, quasi in pulchro corpore, aut nævum, aut verrucam habeat? si enim ipse Apostolus Paulus dicit de Petro, quod non recto pede incesserit in Euangelij, veritate; & intantum irreprehensibilis fuit, vt & Barnabas adductus sit in eandem simulationem: quis indignabitur id sibi denegari, quod Princeps Apostolorum non habuit?

Gal 2.

Deinde vnius vxoris virum, sobrium, pudicum, ornatum, hospitalem vt reperias, illud certè quod sequitur, διδακτικὸν, qui possit docere, non vt interpretatur Latina simplicitas, docilem, cnm cæteris virtutibus difficulter inuenies. Vinolentum quoque, & percussorem, & turpis lucri cupidum, repudiat Apostolus: & pro his cupit mansuerum, absque iurgio sine auaritia: & vt domum suam optimè regat, quodque difficillimum est, vt filios habeat subiectos, cum omni pudicitia, vel filios carnis, vel filios fidei. Cum omni, inquit, pudicitia. Non enim sufficit Episcopum propriam habere pudicitiam, nisi ea filiorũ, & comitum, ac ministrorum pudore decoretur, dicente Dauid: Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.

Psal. 100.

Consideremus quoque ἐπίτασιν pudicitiæ, filios habentem subditos in omni pudicitia, vt non solùm opere, sed sermone quoque, & nutibus se abstineant ab impudicitijs: ne fortè illud incidat Heli: qui certè increpauit filios suos dicens: Nolite filij mei, nolite: non bonam famam audio ego de vobis. Corripuit & punitus est: quia non corripere debuit, sed abijcere. Quid facit, qui gaudet ad vitia, qui emendare non audet? qui conscientiam suam non metuit: & quod cunctus populus clamitat, nescire se simulat? Quodque sequitur, μὴ νεόφυτον, vt etiam à nullo accusetur; vt bonam opinionem ab ijs, qui foris sunt, habeat; vt etiam maledictis aduersariorum careat; & quibus doctrina displicet, placeat conuersatio; puto quod non facile sit reperire: maximeque illud, vt potens sit aduersarijs resistere & peruersas opprimere & superare doctrinas. Vult vt non Neophytus Episcopus ordinetur: quod videmus nostris temporibus pro summa negligi iustitia. Si baptismus statim iustum faceret, & omni plenum iustitia: nequaquam vtique Apostolus Neophytum refutaret: sed baptismus vetera peccata conscindit, nouas virtutes non tribuit, dimittit è carcere, & dimisso, si laborauerit præmia pollicetur. Aut nullus, inquam, aut rarus est, qui omnia habeat, quæ habere debet Episcopus. Et tamen, si vnum, vel duo de catalogo virtutum Episcopo cuiquam defuerint, non tamen iusti carebit vocabulo; nec ex eo damnabitur, quod non habet; sed ex eo coronabitur quod possidet. Omnia enim habere, & nullo indigere, virtutis eius est, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius: qui cùm malediceretur, non maledixit, qui confidenter virtutum confidentia loquebatur: Ecce

Nullus aut rarus episcopus ônes habet requisitos qualitates vt particulariter de monstrauit, 2. Pet. 2.

μὴ νεόφυτον

Iob, 2.

Luc. 1.

Ioan. 14.

Philip. 2.

Ecce venit Princeps mundi huius, & in me inuenit nihil. Qui cum esset in forma Dei, nequaquam rapinam arbitratus est æqualẽ se esse Deo, sed semetipsum exinaniuit: formam serui accipiens, & factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propterea donauit ei Deus nomen, quod est supra omne nomen, vt in nomine Iesu flectant genu cœlestia, terrestria, & infera. Si ergo in vna Episcopi persona pauca præcepta aut nequaquam, aut difficulter inuenies: quid facies de omni homine, qui cuncta debet implere mandata. Ex corporalibus consideremus spiritualia. Alius velox est pedibus, sed non fortis manu, ille tardus incessu, sed stabilis in prælio est, hic pulchram habet faciem, sed raucæ vocis est. Alius tetram, sed dulci modulatione cantat, illum ingeniosum, sed obliuiosum, hunc memorem, sed tardi videns ingenij. In ipsis controuersijs, in quibus quondam pueri lusimus, non omnes similiter, vel in procemijs, vel in narrationibus, vel in exceptionibus, vel in argumentis, aut exemplorum copia, & epilogorum dulcedine se agunt; sed eloquentiæ suæ alia atque alia in parte dissimiles sunt. De viris magis Ecclesiasticis loquar: Multi super Euangelia benè disserunt: sed in explanatione Apostoli impares sui sunt. Alij cùm in instrumento nouo optimè sensérint, in Psalmis & veteri testamento mutisunt.

A corporalibus ad spiritualia argumentatur.

In progymnasmatis diuersitas.

Ecclesiasticorum doctorũ dissimilitudo.

Non omnia possumus omnes.

Hoc totum dico, quod non omnia possumus omnes: rarusque aut nullus est diuitum, qui in omni substantia sua paria vnuiuersa possideat. Possibilia præcepit Deus, & ego fateor: sed hæc possibilia cuncta singuli habere non possumus, non imbecillitate naturæ, ne calumniam facias Deo, sed animæ lassitudine, quæ cuncta simul & semper non potest habere virtutes. Quod & si in eo arguis creatorem, quare te talem condiderit, qui deficias, atque lassescas: dicam iterum, maior erit reprehensio, si cum volueris accusare, quare te Deum non fecerit. Sed dices: Si non possum, ergo peccatum non habeo. Habes peccatũ, quare non feceris, quod alius potuit facere. Rursumque ille, cuius tu comparatione deterior es, vel tu in alia virtute, vel alterius erit collatione peccator: atque ita fit, vt quemcunq; primum putaueris minor sit eo, qui se in alia parte maior est. *Tomo secundo, libro primo Dialogorum aduersus Pelagianos, capite 8.* *

* *Attici Catholici verba ad hoc caput, & hunc statum referenda, comparatione diuinæ maiestatis, homines quamlibet sanctos nequaquã esse perfectè iustos: & nullum sanctum vniuersis virtutes simul habere posse, sed sufficere secundariam perfectionem quæ competit nostræ fragilitati, Critobulus, Pelagianus contrarium latè probat. Pertinent hæc etiam ad articulum 13. suprà.*

SED vnusquisque consideret; & accusator sui, tractet incentiua vitiorum; quo modo & in sermone, & in cogitatione, & in calore corporis sæpe loquatur, & cogitet, & patiatur, quod nõ vult; nolo dicere, faciat; ne sanctos viros videar accusare; de quibus scriptum est: Erat ille homo verus, immaculatus, iustus Dei cultor, recedens ab omni opere malo. Et de Zacharia & Helisabeth: Erãt iusti ambo in cõspectu Dei ambulantes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini absque querela. Et præceptum est Apostolis:

Luc. 1.

Matth. 5.

Estote perfecti sicut pater vester cœlestis perfectus est. Nunquam autem hoc Apostolis imperaret, nisi sciret hominem posse esse perfectum. Nisi fortè hoc dicamus, quod recedens ab omni malo emendationem significet, & de erroribus pueritiæ, & de vitijs lasciuientis ætatis transitum ad correctionem atq; virtutes: iustitiam quoque quæ in Zacharia & Helisabet prædicatur; foris esse; concupiscentiam verò quæ nunc habitare in membris nostris dicitur, versari intrinsecus. Sed & Apostolis non pueris præcipitur, verum iam ætatis robustæ, vt assumant perfectionem, quam & nos confitemur in ætate esse perfecta. Nec hæc dicentes adulamur vitijs, sed authoritatem sequimur scripturarum, quod nullus homo sit absque peccato, sed concluserit Deus omnes sub peccato, vt omnium misereatur, absque eo solo, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Vnde & per Salomonem dicitur, quod serpentis vestigia non inueniantur in petra. Et ipse de se Dominus. Ecce, inquit, venit Princeps mundi huius, & nihil in me inuenit, id est, sui operis, suique vestigij. Ob hanc causam iubetur nobis, ne exprobremus homini reuertenti à peccatis suis, & ne abominemur Aegyptium: quia & ipsi quondam in Aegypto fuimus: & de luto ac lateribus Pharaoni ciuitates extruximus; & quia captiui ducti sumus in Babylonẽ lege peccati, quod in membris nostris morabatur. *Tomo tertio, Epistola centesima quinquagesima prima.*

Rom. 11.

Gal. 3.

Esaiæ 53.

1. Pet. 2.

Prou. 30.

Ioan. 14.

Deut. 23.

MVNDI sunt oculi tui, & cætera.] Quare impius vincit, & iustus vincitur? Nec hos dico quod nouerim quenquam iustificari in conspectu tuo, & absque peccato esse, & humanæ fragilitatis ignarus sum. Sed quomodo Sodoma & Gomorra comparatione Hierusalem iustæ sunt, & Publicanus in Euangelio Pharisæi collatione fit iustior, ita & iste qui opprimitur à Diabolo, peccator quidem est, sed opprimente se iustior est. *Tomo 5. Comm. in cap. 1. Habacuc.*

Fragilitas humana non est sine peccato.

Hier. 3.

Luc. 18.

NVNQVID in fluminibus iratus es Domine, & cætera.] Sponsus loquitur in Cantica Canticorum: Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te proxima mea. Non quod Christus Ecclesiam, vel sermo Dei animam, quam suam vocat, quadrigis cõparet Pharaonis: sed quod omnis anima quamuis perfecta sit atque sancta, ad Deum comparata, quasi currus Pharaonis sit, & iumentum. *Tomo quinto Commentariorum in caput tertium Habacuc.*

Cant. 1.

Omnis anima quælibet perfecta & sancta ad deum compar ata est imperfecta.

QVI fecit vtraque vnum, & cætera.] Quod autem ait: Vt duo cõderet in semetipso in vnum nouum hominem, & quod magis videtur superiori de Iudæis atque gentilibus sensui conuenire, sic suæ intelligentię coaptabit: vt dicat hominem iuxta imaginem & similitudinem Dei factum, eandem post reconciliationem formam recepturum, quam & nunc Angeli habent, & ipse perdiderit. Nouum autem hominem esse dicit, qui quotidie renouatur, & habitatur⁹ est in nouo mũdo: quando erit cœlum nouum & terra noua, & bibiturus est calicem Iesu nouum in regno Dei, & cantaturus canticum nouum, & veteris & noui testamenti lectione gaudebit. Illud quoq; quod alibi scribitur: Ecce facio noua, quæ nunc oriuntur: sic sentiet, vt principium innouationis in præsenti sæculo fieri existimet. Cæterum perfectam consummatamque nouitatem, necdum in isto putet sæculo posse compleri. Et quomodo nunc

Esaiæ. 65. Matt. 26. Psal. 95.

Esaiæ. 43. Principium istum innouationis in hoc seculo perfecta nouitas in seculo futuro.

1. Cor. 13.

per ſpeculum videmus in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: ſic & inſtaurationem noui homi nis, tunc plenè perfectéque complendam: cum cœleſtia terrenaque fuerint copulata, & in vno ſpiritu, & ſenſu, eademq; ſententia, acceſſerimus ad patrem. Neſcio quid tale, & in alia Epiſtola (ſi quis tamen eam recipit) prudentibus quibuſque Lectoribus Paulus ſubindicat dicens: Hi om nes teſtimonium accipientes fidei, non retulerũt promiſſionem. Deo pro nobis melius quid prouidente: vt non abſque nobis conſummarentur. Propterea & vniuerſa creatura congemiſcit, nobiſcum (qui in tabernaculo iſto ingemiſcimus) & condolet, qui à timore Dei in vtero concepimus, & dolemus, & præſtolatur reuelationem filiorum Dei: vt de vanitate ſeruitutis, cui nunc ſubiecta eſt liberetur, & fiat vnus paſtor, & vnus grex: & oratio Domini compleatur, dicentis: Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. *Tomo ſexto, libro primo Commentariorum in caput ſecundum ad Epheſios.*

Hebr. 9.

Matth. 6.

PLACEBO coram Domino in regione viuorum.] Videor, inquit, hominibus eſſe iuſtus, quare opera bona non habeo? Videor hominibus eſſe ſanctus, quare verba bona non habeo? Hæc Dauid dicit: hoc ſancti dicunt, hoc Apoſtoli loquuntur: Peccator enim hęc non loquitur. Quid loquitur iuſtus? Quia verba & opera bona non habeo, & ſanctus videor, & laudor ab hominibus. Ego autem noui conſcientiam meam; ſcio qualibus cogitationibus cor meum fluctuat: ſcio quantæ mihi libidines veniunt, & video aliam legem repugnantem menti meæ, & captiuantem me in lege peccati: propterea dico: Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et propterea dico: Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Ab alienis. Non eſt meum quod parturio. Nolo cogitare mala, & cogito. Nolo cogitare malum, & quaſi inuitus & captiuus in malam cogitationem trahor. Sed quoniam in mea poteſtate non eſt, aut cogitare, aut non cogitare quæ ſunt mala; propterea dico: aliena quidem ſunt, quæ veniunt in cor meum. Sed quoniam quaſi neceſſitas mihi imponitur, propterea dico: ab occultis meis munda me. Aliena quidem ſunt peccata: ſed quia ſuſcipio ea, dico in alienis peccatis, parce mihi ſeruo tuo. Hoc autem quare dixi? Quoniam dixit Propheta: Placebo Domino. Non dixit placeo, ſed placebo. Hic enim quod facio non poſſum eſſe perfectus iuſtus. Propterea dicit & Apoſtolus: Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus, & nunc per ſpeculum videmus in ænigmate. Propterea nunc longo ſermone vſi ſumus: quoniam in præſenti ſæculo perfectus iuſtus nemo eſſe poteſt, neque Dauid, neque Apoſtoli, neque aliquis ſanctorũ. Nemo enim mundus à peccato, nec ſi vnius diei fuerit vita eius: Si quidem Apoſtoli & Sancti non auſi ſunt dicere; ſancti ſumus: nec auſi ſunt dicere, placeo, ſed placebo. Qui in futurum ſollicitus eſt, de præterito quod non fecit, confitetur. Placebo Domino. Vbi placebo? In regione viuorum. Hæc enim regio mortuorum eſt: alia eſt terra viuorum. Siquidem & Dauid in hac terra erat, & verè in terra repromiſſionis, dicens: Placebo Domino in regione viuorum: confitetur hanc regionem non eſſe viuorum, ſed mortuorum. Vultis ſcire quæ eſt illa regio viuorum? Dominus dicit in Euangelio: Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, & erant mortui. Et quid ſequitur? Deus, inquit, non eſt mortuorum, ſed viuorum. Igitur & iuſtus quid dicit? Placebo Domino in regione viuorum. In regione Abraham, Iſaac, & Iacob. Hoc eſt, quando verè fuero in ſinu Abraham, tunc placebo Domino. *Tomo ſeptimo Commentariorum in Pſalmum centeſimum decimum quartum.*

Psalm. 18.

Quod peccatum alienũ.

2. Cor. 13. In præſenti ſæculo nullus iuſtus eſt perfectus. Iob 15.

Luc. 24.

Articulus 24. Iuſtus ex eo dicitur quod floreat multis virtutibus, & plures habeat veras virtutes quàm vitia, indiget tamen in quibuſdam leuioribus venialibus Dei miſericordia, & Chriſti gratia ignoſcente in ijs quæ deſunt ad perfectionem ſummam.

CRITO. Ne contendere videar, & in diuerſum abſque menſura funem trahere, ſaltem hoc mihi concede, iuſtos in ſcripturis plurimos appellari. Attic. Non ſolùm plurimos ſed innumerabiles. Crito. Si innumerabiles iuſti ſiunt, & hoc negari nõ poſſit, quid malè locutus ſum, poſſe eſſe hominem ſine peccato, ſi velit? Hoc eſt, aliis verbis dicere, poſſe iuſtum ſine peccato eſſe, in eo quod iuſtus eſt? Atticus. Iuſtos eſſe concedo: ſine omni autẽ peccato omninò, nõ aſſentior. Etenim abſque vitio quod Græcè dicitur ἁμαρτία homines poſſe eſſe aio: ἀναμάρτητον, id eſt, ſine peccato eſſe nego; id enim ſoli Deo competit, omniſque creatura peccato ſubiacet, & indiget miſericordia Dei, dicente Scriptura: Miſericordia Domini plena eſt terra. Et, ne quaſi maculas quaſdam in ſanctis viris videar perſcrutari; in quibus errore ſint lapſi, pauca proferam, quæ non ad ſingulos, ſed ad omnes in commune pertineant. In trigeſimo primo Pſalmo ſcriptum eſt: Dixi, pronunciabo aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu dimiſiſti impietatem cordis mei. Statimque ſequitur: Pro hac, hoc eſt, impietate, ſiue iniquitate, (vtrumque enim intelligi poteſt) orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno. Si ſanctus eſt, quo modo orat pro iniquitate? ſi iniquitatem habet, qua ratione ſanctus appellatur? Iuxta illum videlicet modum, qui & in alio loco ſcribitur: Septies in die cadit iuſtus, & reſurget: Et iuſtus accuſator ſui eſt in principio ſermonis. Et alias: Alienati ſunt peccatores à vulua errauerunt ab vtero, locuti ſunt falſa. Vel ſtatim vt nati ſunt ſubiacuere peccato in ſimilitudinem præuaricationis Adæ, qui eſt forma futuri: vel certè ſtatim, vt de vtero virginali natus eſt Chriſtus, de quo ſcriptum eſt. Omnis qui aperit vuluam ſanctus Domino vocabitur. Omnes hæretici errauerunt, non intelligentes myſterium natiuitatis eius, magisque ad ſpecialem natiuitatem Saluatoris, quàm ad omnium hominũ referri poteſt hoc, quod dicitur: Qui aperit vuluam, ſanctus vocabitur Domino. Solus enim Chriſtus clauſas portas vuluæ virginalis aperuit, quæ tamen clauſæ iugiter permanſerunt. Hæc eſt porta Orientalis clauſa, per quam ſolus Pontifex ingreditur, & egreditur, & nihilominus ſemper clauſa eſt. Illud quoque quod in volumine Iob ſcriptum eſt. Nunquid mundus erit homo coram Deo, aut in operibus ſuis irreprehenſibilis vir? Si aduerſus ſamulos ſuos non credit, & contra Angelos prauum quid reperit: quanto magis in his, qui habitant domos luteas, à quibus & nos de eodem luto ſumus? Quod ſi aſſerueris, hoc dici ex perſona Eliphas Thamanitæ; intellige non ab eo dici, ſed ab illo, qui ſub perſona Angeli in viſione & reuelatione loquitur

Iuſtus eſt ſine peccatis mortalib. nõ tamen omninõ ſine venialibus.

Luc. 16.

Prou. 24.

Pſal. 18.

Pſal. 57.

Rom. 5.

Luc. 2.

Exod. 13.

Ezech. 44.

Iob. 4.

Sanctos etiam ſtos adhuc venialiter peccare probat ſcriptura.

loquitur ei ſententias Dei. Sed eſto vt loquatur Eliphas, quod perſpicuè Angelus loquitur: numquid nõ hoc ex perſona Iob propriè dicitur. Tentatio eſt vita hominis ſuper terram? Et: Si ego peccaui, quid poſſum facere? Et: Quare oblitus es, nec ſcifti iniquitatis meæ obliuionem, & emendationem peccati mei? Quomodo enim poteſt eſſe iuſtus homo ſuper terram apud Deum? Et iterum: ſi fuero iuſtus, non audiet me, ſed iudicio eius indigebo. Et rurſum: Quia ſum impius; cur fruſtrà laboro? Si lotus fuero niue, & mundus manibus, ſatis me ſorde tinxiſti. Si peccauero cuſtodies me, ab iniquitate autem me non facies innocentem. Et ſi impiè egero, væ mihi. Et: Si fuero iuſtus non potero reſpirare. Pannus enim ego ſum ignominiæ. Et iterum: Quis enim erit mundus à ſorde. Ne vnius quidem, etiam ſi vnius diei fuerit vita eius ſuper terram, & numerabiles menſes illius. Quod ſi dixeris, pronomen quis, non pro impoſſibili, ſed interdum pro difficili accipi; reſponde bo tibi: Et vbi eſt illud quod temerè protuliſti? Facilia Dei eſſe mandata, & ea facilè poſſe compleri, dicente Scriptura: Vir in robore laborat ſibi, & vim facit peditioni ſuæ, vt oppreſſa, & ſubiugata, & moriente carne, viuat in eo ſpiritus: ridiculamque illam expoſitionem Demoſthenis veſtri, non dixiſſe Iob: Quis erit mundus à peccato, ſed quis erit mundus à ſorde; prætereo: qua probare conatur, ſordes pannorum ſignificari in infantia, non vitia peccatorum. Aut certè, ſi non ſic intelligit, dicite vos quid ſentiat, tam enim inuolutus dictator eſt, & nimio verborum ſqualore coopertus, vt ſuſpicionem magis, quàm intelligentiam Lectori præbeat. Ad extremum infert. Ego autem ad hoc quid reſpondebo? Manum meam ponam ſuper os meum, ſemel locutus ſum, in ſecundo non addam. Ecce Iob noſter immaculatus, & ſine querela, & abſtinens ſe ab omni malo, quali fine iuſtitiæ coronatur, & miſericordia Dei indigeat? Hoc eſt illud quod in Prouerbijs legimus: Quis gloriatur caſtum ſe habere cor? Fac quod & hic, quis non pro impoſſibili, ſed difficili dixerit: Tolle ergo ſententiam, & rade de libro tuo, facilia Dei eſſe mandata. Quod ſi illud Ioannis Apoſtoli appoſueris. Mandata eius non ſunt grauia, & de Euangelio: Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue: facile reuinceris: Leuia enim certum eſt dixiſſe Euangelij mandata, ad comparationem ſuperſtitionis Iudaicæ, in qua varia cæremoniarum genera quærebantur, quæ iuxta litteram & Apoſtoli Petri ſententiam nullus potuit explere. Vnde & in Actibus Apoſtolorum ſcribitur: Nunc ergo quid tentatis imponere iugum ſuper ceruicem diſcipulorum, quod neque Patres noſtri, neque nos portare potuimus: ſed per gratiam Domini Ieſu ſaluari credimus, quemadmodum & illi. Iacobus Apoſtolus ſcribit: Si iudicas legem, non es factor legis, ſed iudex. Ille iudicat legem, qui dicit, aliquid nõ iuſtè præceptum, & ignorantiam non habere peccatum, & fruſtra offerri victimas pro errore, quod peccati non habet conſcientiam. Neque enim in lege ratio quęritur, ſed authoritas. Idem in eadem dicit Epiſtola. Ira viri iuſtitiam Dei non operatur, & quis noſtrum carere poteſt ira, de qua ſcriptum eſt: Ira perdit etiam ſapientes? Significanterque non iram Dei, ſed iram viri poſuit. Ira enim Dei iuſta eſt: ira autem viri de perturbata mente procedit. Vnde & in Pſalmo dicitur: Iraſcimini & nolite peccare: qui verſiculus quem ſenſum habeat, Apoſtolus Paulus docet: Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram, vt peccatum omninò fit, vel leuiter iraſci: iuſtitia autem, iram celeri pœnitudine mitigare. Vnde & pro otioſo verbo reddituri ſumus rationem in die iudicij. Et in eodem Euangelio legimus: Qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudicio. Licet in pleriſque Codicibus antiquis, ſine cauſa additum non ſit; vt ſcilicet nec cum cauſa quidem debeamus iraſci. Quis hominum poterit dicere, quod ira, quæ abſque iuſtitia eſt, in ſempiternum vitio careat? Et iterum: Ne glorieris in craſtinum, neſcis enim quid adueniens pariat dies. Vnde ſcriptum eſt: Ne beatum dixeris quempiam ante mortem, quamdiu enim viuimus, in certamine ſumus: & quamdiu in certamine, nulla certa victoria: quæ etiam Apoſtolo ſortiſſimè præſtanti in futuro ſęculo reſeruatur. Dominus atque Saluator ſub perſona aſſumpti hominis loquitur: Inſipientiſſimus enim omnium hominum ſum, & non eſt hominis prudentia in me. Et in ſeptuageſimo octauo Pſalmo: Deus tu ſcis inſipientiam meam: ſed fatuum Dei, ſapientius eſt hominibus. In Eccleſiaſte quoque ſcriptum eſt: In multitudine ſapientiæ multitudo ſcientiæ: & qui addit ſcientiam: addit dolorem: intelligens quod perfectione careat, & ex eo, quod nouit, quanta non nouerit. Et odio, inquit, habui vitam, quoniam malum eſt opus quod operor ſuper terram. Omnia enim vanitas, & præſumptio ſpiritus. Nemo ſcit, quid futurum ſit: quia ſicuti eſt, quis annunciabit ei? Sunt iuſti, ad quos peruenit quaſi opus impiorum. Et ſunt impij, ad quos peruenit quaſi opus iuſtorum. Hoc iccirco dicitur, quia certũ iudicium ſolius Dei eſt: & quos putamus iuſtos, ſæpe peccatores inueniuntur: & quos è contrario peccatores, apud Dei ſcientiam iuſti ſunt. Quantumcunque laboratit homo, vt inquirat, non reperiet. Et ſi dixerit ſapiens noſſe ſe, inuenire non poterit, omnium enim vnus occurſus eſt, cordaque filiorum hominum repleta ſunt malitia, & incerto ſtatu, quæ Græcè περιφερεια dicitur. Muſcæ morituræ, ſiue vt in Hebraicè habetur, mortuæ dentoliuntur atque corrumpunt ſuauitatem olei. Quis mortalium aliquo errore non capitur? quem hæreticorum & falſorum dogmatũ venena non maculant? Tempus, inquit, eſt vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorum, qui non credunt Euangelio? & ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Certè iuſtus eſt, qui in die iudicij vix ſaluabitur, ſaluaretur autem facilè, ſi nihil in ſe haberet maculæ, ergo iuſtus eſt in eo, quod floret multis virtutibus; & vix ſaluatur in eo, quod in quibuſdam Dei indiget miſericordia. *Tomo ſecundo, lib. 2. Dialogorum aduerſus Pelagianos cap. 2.*

Iob. 7.

Iob 9.

Iob. 9.

Iob. 10.

Iob. 25.

Act. 15.

Iacob. 4. In lege non ratio ſed authoritas quæritur. Iacob. 1. Prou. 15

Pſal 4.

Prou. 20. An quis pro difficili an pro impoſſibili capiatur. Matt. 11. Ioan. 5. Mãdata dei facilia.

Eph. 4.

Matt. 12.

Sine cauſa abeſt à noſtris vllis vocibus.

Prou. 27. Eccl. 11. 2. Tim. 4.

Prou. 30. 1. Cor. 1. Eccle. 1.

Salomon perfectione caret. Eccle. 2.

Eccl. 8.

Certum iudicium eſt ſolius dei.

Eccl. 9. Eccl. 10.

Omnes mortales capiuntur aliquo errore. 1. Pet. 4.

Iuſtus in eo quod floreat multis virtutibus, vix ſaluatur in eo quod in quibuſdam dei indiget miſericordia.

1. Ioan. 1. Matt. 5.

Ioan. 1. Excepto Deo nemo eſt perfectus

1. Tim 6.

Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. Et certè legimus immortales Angelos, immortales thronos, & dominationes, cæterasque virtutes, sed solus DEVS est immortalis, quia non est per gratiam, vt cætera, sed per naturam. Quam ob causam idem Apostolus Paulus scribit, DEVM solum esse sapientem: cum & Solomon, & multi alij sancti sapientes vocentur, & dicatur iuxta Hebraicum ad principem Tyri: Sapientior Daniele es tu? Quomodo ergo solus lux, solus immortalis, & solus sapiens appellatur, cum multi immortales & luces, & sapientes sint? Si perfectio hominis non ex natura, sed ex gratia veniens imperfectos eos, qui perfecti videntur esse, demonstrat. *Tomo secundo libro secundo Dialogorum aduersus Pelagianos capite tertio.*

1. Tim. 1.

Ezec 28. Qui videntur perfecti, sunt tamen imperfecti.

TRANSEAMVS ad Euangelia, & Apostolicos igniculos clarissima Christi lampade compleamus: Omnis, ait, qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio. Qui autem dixerit Raka, quod interpretatur vanus, & absque cerebro, reus erit consilio: haud dubium, quin sanctorum & angelici senatus. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Quis nostrum potest huic vitio non subiacere; cum etiam protioso verbo reddituri sumus rationem in dei iudicij? Si ira, & sermonis iniuria, atque interdum iocus, iudicio, consilioque, & gehennæ ignibus deligatur: quid merebitur turpium rerum appetitio, & auaritia, quæ radix est omnium malorum? Si inquit, offers donum tuum ad altare, & ibi fueris recordatus, quia frater tuus habet aliquid aduersus te: dimitte ibi donum tuum ante altare, & vade primum, reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Meæ est potestatis, vt non habeam aliquid contra fratrem meum, vt autem ille aduersus me habeat, aut non habeat, in illius voluntate consistit. Quid ergo faciam, si ille reconciliari noluerit? obsecrem? flectam genua? sed audire contemnet. An obtorto collo nolentem in ius amicitiæ traham? ecquæ est maior inimicitia, quam amicitias necessitate sociare? neque enim dixit: roga eum, vt tibi reconcilietur: sed reconciliare primum fratri tuo; & sic offeres munus tuum ad altare, non quod impossibilia DEVS præceperit: sed in tantum patientiæ culmen ascendit, vt propè impossibilia pro difficultate nimia præcepisse videatur, ad destruendam sententiam tuam, qua scribis facilia esse Dei mandata. Scandalizantem manum, oculum & pedem iubemur abscindere. Esto, per tropologiam dictum sit, pro amicissimis, & pro consanguineis, & fraterno nobis & coniugali amore sociatur: facile ne arbitramur, ob quasdam offensas, tantum subito abscindere caritatem? Quodque dicitur: Sit sermo vester, est, est, non nó: quod autem amplius est à malo est: forsitan de vestra schola reperiatur, qui nunquam mentibus sit, nec audierit illud propheticum & Apostolicum: Ego dixi in excessum mentis meæ, omnis homo mendax: & nesciat scriptum in alio loco: Os quod mentitur, occidit animam. Verberanti maxillam, alteram iubemur opponere. Tollenti tunicam, etiam pallium concedendum est. Angarianti se mille passibus, duobus millibus colla præbenda sunt. Petenti te da; & volentem à te accipere mutuum, ne auerseris. Si duos nummulos habuero, & alius poposcerit, aut dabo ipsi, & mihi mendicandum erit, aut, si non dedero, transgressor legis inueniar. Illud autem, quod dicitur: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, forsitan in vestro cœtu inuenitur, apud nos rara auis est. Qui peccata simpliciter confitentur, merentur humilitate dementiam Saluatoris. Quodque sequitur: Cauete, ne iustitiam, hoc est eleemosynam faciatis vestram coram hominibus vt videamini ab eis, nescio, quis possit implere. Ad largiendum frustum panis, & binos nummulos præco conducitur: & extendentes manus, huc illucque circumspicimus: quæ si nullus viderit, contractior fit. Esto, vnus de mille inueniatur, qui ista non faciat. Responde, quæso, vbi sunt facilia mandata? Nolite, inquit solliciti esse de crastino, crastinus enim dies sollicitus erit pro se, sufficit dici malitia sua. Vos de crastino non cogitatis, & instar auium, præsentibus contenti estis, quorum epistolæ biblinæ volitant trans flumina Aethiopiæ: vt inter simias, & pauos, noua de Orphir Salomon dona mittantur. *Tom. 2. libr. secundo Dialogorum aduersus Pelagianos, cap. 4.*

Matt. 5.

Matt. 12. Homo nõ est absque peccato.

Matt. 5.

Deum nõ præcepit impossibilia, sed difficilia.

Matt. 5.

Psal. 115.

Sap. 1. Matt. 5. In specie ostendit per varia exempla difficilia esse præcepta

Matt. 6.

3. Reg. 9.

VIS audire facilitatem præceptorum Dei? auscultа quod dicitur: Quam arcta via, & angusta est, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniunt eam. Non dixit, qui gradiuntur per eam; hoc enim difficillimum est; sed qui inueniunt eam: pauci enim inueniunt, & multò pauciores ingrediuntur per eam. Filius, inquit, hominis non habet vbi caput suum reclinet, & quo requiescat, qui dicit in Esaia: Suscipite lassum, & hæc est requies mea. Si non habet vbi caput suum reclinet, & quo requiescat, dicens in alio loco: Super quem requiescam, nisi super humilem, & quietum, & trementem verba mea, vbi est mandatorum Dei facilitas. Multi hoc quod scriptum est. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam, simpliciter accipiunt iuxta illum sensum. Non indigẽt sani medico, sed ij, qui malè habent. Alij verò interpretantur coactius. Non veni vocare iustos; nullus enim ad perfectum iustus est, sed ex aliqua parte peccator; sed peccatores, quibus mundus refertus est, dicente Dauid: Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus, & corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in adinuentionibus suis. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Nolite, inquit, possidere aurum, neque argentum, neq; pecuniam in zonis vestris, non peram in via, nõ panem, neque duas tunicas, neque calciamenta, neque virgam. Hæc, inquies, præcepta Apostolica sunt. Et certè Petrus Apostolus caligas habuisse narratur, dicente ad eum Angelo: Præcingere, & calciare caligis tuis. Duas autem tunicas, vt de cæteris taceam, puto quod & ego, & tu possideamus: si tamen amplius non habemus. Hæc dico: & iterum, iterumque ac per singula ingeram, vt erubescas ad sententiam tuam, facilia esse DEI mandata. Fratrem tradet frater in mortem, & pater filium: consurgentque filij contra parentes, & interficient eos, & eritis, inquit, odio cunctis hominibus propter nomen meum. Et quia facilia iusserat, & sciebat facilè ea posse compleri, propterea vt rei facilitatem ostenderet, copulauit dicens: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Non veni, inquit, pacem mittere super terram, sed gla-

Matt. 7. Mãdata Dei esse difficilia exemplis demonstrat.

Luc. 9.

Esaiæ 2.

Esaiæ 66.

Luc. 5.

Psal. 11.

Psal. 13.

Matt. 10.

Actor. 12. Non sunt facilia Dei mãdata.

Marc. 13.

Luc. 21.

Matth. 10.

Marc. 10.

Matth. 10.

dium. Veni diuidere hominem contra patrem suum, & filiam contra matrem, & nurum contra socrum. Et ne omnia percurrendo longiorem sententiam faceret, vno cuncta sermone comprehendit, dicens: Inimici hominis, domestici eius. Cumque posuisset: Qui amat patrem, aut matrem supra me, non est me dignus: & qui amat filium, aut filiam supra me, non est me dignus: ob facilitatem præceptorum intulit: Et qui non tollit suam crucem, & sequitur me, non est me dignus. Crux Christi facilis est? Nudum post Christum ire, ludus est, iocus est? Et vbi præmia, quæ difficultate superata, quæruntur? Non colliguntur zizania in præsenti sæculo, ne & frumentum pariter eradicetur. Palea dominica futuro iudicio reseruatur: quasi iusti fulgebunt quasi sol; & egredientur angeli, & separabunt malos de medio iustorum. Petrus mergitur, & meretur audire. Modicæ fidei; quare dubitasti? Si in illo modica fides; in quo magna sit, nescio. De corde, inquit, egrediuntur cogitationes pessimæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt, quæ coinquinant homines. Procedat, qui in corde suo, hæc non esse testetur: & plenam in corpore isto mortali iustitiam confitebor. Qui vult, inquit, saluare animam suam; perdet eam, & qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet eam. Iterum dico: Hæc sunt facilia mandata. Væ mundo à scandalis, necesse est vt veniant scandala. Et propterea in alio loco scriptum est. In multis offendimus, siue erramus omnes. Non pauca peccata, sed multa, nec quorundam sed omnium posuit: Omnes enim, quæ sua sunt, quærunt, & non ea, quæ Dei sunt. Vnus bonus Deus dicitur: & magistri, quasi hominis, bonitas refutatur. In lege doctissimus omnia fecisse se dicit: quamobrem & amatur à Domino; & tamen plenam iustitiam non habet: quia noluit substantiam suam pauperibus erogare. Vnde difficultas, difficultati, immo impossibile impossibili tunc comparatur: quia nec camelus ingredi potest per foramen acus, nec diuites peruenire in regna cœlorum. Quis nostrum non lauat exteriora calicis & paropsidis, & interiora habet nequaquam sordibus inquinata? Quis sepulcrorum extrinsecus dealbatorum potest similitudinem declinare: ne & nobis dicat Iesus: De foris quidem videmini hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate? Quamuis & alijs vitijs carere possimus: Hypocriseos maculam non habere, aut paucorum est, aut nullorum. Pater, inquit, si possibile est, transeat à me calix iste: verum tamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Filius Dei, qui dixit, & facta sunt, mandauit, & creata sunt omnia, secundum hoc quod filius hominis dicitur, sententiam temperat: Pater, si possibile est: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu: Et Critobulus meus, adducto supercilio, loquitur: Potest homo sine peccato esse, si velit: Apostoli audiunt: Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? Non dixit: noluistis? sed non potuistis. Apostoli vna hora vigilare non possunt, somno, mœrore, & carnis fragilitate superati: & tu potes longo tempore omnia simul peccata superare? Marcus euangelista scribit de Domino: Et non poterat ibi ne vnam quidem facere virtutem, nisi paucis ægrotantibus manus imponens sanauit eos, & admirabatur propter incredulitatem eorum. Dominus dicitur in Nazareth non potuisse ne vnam quidem facere virtutem, & in fidelitatis alienæ stupore retinetur: & vos potestis omne, quod vultis? Denique in consequentibus scribitur: Abijt in fines Tyri & Sidonis, & ingressus domum neminem volebat scire: & latere non potuit. Verè vtique cupiebat latere: & quod cupiebat quare facere non poterat? vt in aduentu suo omnium conscientiam declinaret? Quæris causas cur latere non potuerit? cogita assumpti hominis veritatem, & omni carebis scandalo. Si filius DEI aliquid in carne & propter carnem non potuisse narratur: nos qui toti carnei sumus, & quotidie spiritus operib. repugnamus, contra Apostoli sententiam, quæ volumus cuncta faciemus? Petrus Apostolus tria vult facere in monte tabernacula, vnum Domino, alterum Moysi, tertium Eliæ, nesciens quid loquitur timore perterritus: & nos pythagoricæ philosophiæ ructamus superbiam? De die & hora consummationis vltimæ & angelos cœlorum, & filium ignorare respondit: & nos plenam scientiam pollicemur? Carnis infirmitas Deo Habitatore gaudebat: & tamen mensuram fragilitatis suæ excedere non potuit, vt non τῷ δοκεῖν. iuxta veteres hæreticos, sed verè Dei filius, hominis filius crederetur, Apostolus parumper relinquẽs, cecidit in terram pronus, & orabat dicens: Pater, si possibile est. Cur quæso sententiam ambigenter exprimebat, qui in alio loco dixerat. Quia apud homines impossibilia, apud Deum possibilia sunt? Sed homo passurus, hominis loquitur verbis. Ille dicit: Si possibile est vna hora præterreat. *Ibidem libro secundo Dialogorum aduersus Pelagianos cap. 5.*

Imperfectio & fragilitas humana amplificatur laude.

Matt. 13.

Matt. 26.

Matt. 16.

Mandata Dei esse difficilia latius demonstratur.

Matt. 12.

Iacob. 3. Philip. 2.

Matt. 19. Marc. 10.

Matt. 23.

Hypocriseos maculam nõ habere aut paucorũ aut nullorum.

Matt. 26. Psal. 32.

Homo non potest esse sine omni veniali peccato si velit.

Matt 26.

Marc. 6.

Marc. 7.

A maiori ad minus probatur nos omnia nõ posse præstare.

Rom. 7. Marc. 9.

Pythagoricæ philosophiæ superbia.

Marc. 11. Marc. 14. Christus vere Dei filius non opinione dumtaxat.

Marc. 13.

Actor. 17. Nemo habet arbitrij potestatem sine Deo. Rom 15.

Iacob. 2.

Nemo sibi præsumat de quamuis perfectione. Iacob. 3.

SEQVITVR: Tempore, inquit, ignorantiæ respiciens Deus, nunc præcepit hominibus, vbique pœnitentiam agere. Significanter in lege præterita tempora ignorantiæ demonstrauit. Rursum ait: Veniam ad vos Deo volente. Cur interposuit voluntatem Dei, si habebat sui arbitrij potestatem? Iacobus Apostolus, Si quis, ait, seruauerit totam legem, offenderit autem in vno, reus est omnium factus. Quis nostrum in nullo aliquando peccauit? Si autem peccauit, quod negari non potest; & per vnum peccatum, reus est omnium peccatorum; non suis viribus, sed DEI misericordia saluatur. Si quis in verbo non peccauit, hic perfectus est vir. Si aliquando in sermone peccasti, vbi est apud te præsumpta perfectio? maximè cum sequatur: Linguam autem hominum nullus potest domare, incontinens malum, plena veneni mortiferi. Rogo te vt mihi respondeas: si lingua incontinens est malũ, & plena veneni mortiferi, & nullus potest domare linguam mortalium; & tanti criminis reus es: vbi in perpetuum peccatorum fuga? vnde bella, & vnde rixæ inter vos? nonne ex voluptatibus, quæ militant in membris vestris? Aut membra nõ habetis humana: aut si homo non potest esse sine membris, confitemini voluptatem, atque luxuriam, in vestris artubus militare. Dauid, qui dixerat confidenter: Proba me DOMINE, & tenta me: vre renes meos, & cor meum: quia ante oculos meos misericordia tua est, & complacui in veritate tua.

Psal. 32.

Iudicij veritas Dei misericordia miganda.

Et iterum: Ego autẽ in innocentia mea ingressus sum, & pes meus stetit in directo: quamquam iudicij veritatem Dei misericordia mitigaret; tamen quia hoc ausus est dicere, relinquitur parumper fragilitati suæ, & vt vos dicitis, arbitrij libertati: & per adulterium lapsis in homicidium, postea loquitur. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. Nec hoc dico, quod virum sanctum accusem, de quo scriptum est; quod fecerit omnes voluntates Dei: sed quod multis alijs bonis hæc vitia compensarit & saluatus sit misericordia Dei, cuius iudicium est in ponderibus, & ad quem Asaph loquitur: Cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis in mensura. Neque enim iniustus est Dominus, vt tantum peccata condemnet, & bonorum operum non meminerit. Vnde & in alio loco idem Dauid canit: Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem: Auertisti faciem tuam à me: & factus sum conturbatus. Dixi enim pronunciabo contra me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei: Iustoque præcipitur: Reuela ad Dominum viam tuã, & spera in eum, & ipse faciet. Et educet quasi lumen iustitiam tuam & iudicium tuum tanquam meridiem. Salus enim iustorum à Domino, quia non est saluatio in carne eorum à facie iræ eius: Et quotidie, iuxta Apostolum qui dixerat: Non enim habitat in carne mea bonum: ingemiscunt dicentes: Reneș mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea. Breues enim posuit dies nostros, & substantia nostra quasi nihilum in conspectu eius. Vniuersa vanitas omnis homo viuens, vel viuens in corpore, vel viuens in virtutibus: & tamen omnia vanitas, in certo enim statu fluctuant, & dum non timet, in sereno patitur tempestatem. Cum enim esset in honore non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Pro nihilo, inquit, saluos faciet eos; haud dubium quin iustos, qui non proprio merito, sed Dei saluantur clementia. Et delicta mea à te non sunt abscondita. Hoc ex persona Christi dicitur. Si ille, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, pro nobis doluit, & peccata nostra portauit; quanto magis nos debemus nostra vitia confiteri? Renuit, inquit, consolari anima mea; considerans delicta, quæ feceram, recordatus sum Dei, & lętatus sum, cogitans me illius clementia conseruandum. Nocte cum corde meo meditabar, & scopebam spiritum meum. Et dixi; nunc cœpi, hæc est mutatio dexteræ excelsi. Iusti vox est, qui post meditationem somnij & conscientiæ cruces, ad extremum ait: Nunc cœpi vel pœnitentiam agere, vel scientiæ limen intrare; & hæc ipsa de bonis ad meliora mutatio, nõ mearum virium, sed dexteræ & potentiæ Dei est. In æternum misericordia ædificabitur. Nullum enim tempus est, quo non ædificetur misericordia in singulis quibusq; sanctorum, & ijs, qui de peccatis transeũt ad virtutes. A sagitta volãte per diem; à negotio perambulante in tenebris, quis nostrum poterit liberari? Ecce inimici peccatores intenderunt arcum, vt sagittent in obscuro rectos corde. Nolunt prauos vulnerare, sed rectos cor-

Dauid multis virtutib. vitia compẽsauit & dei misericordia est saluatus.

3. *Reg.* 14.

Psal. 48.

Psal 55.

Psal. 68.

1. *Pet.* 2.

Psal. 76.

Dei clementia conseruamur.

Psal 88. *Misericordia Dei saluantur omnes sancti.*

Psal. 90.

Psal. 10.

Psal. 79.

Psal. 79.

Psal. 29.

Psal. 31.

Psal. 36.

Psal 26. 37.

Rom. 7.

Psal. 37.

Psal. 37.

de. Sagitta per diem volitat, per hæreticos in sanctarum intelligentia scripturarum. Negotium in tenebris & nocte perambulat, per philosophos, qui per obscuritatem sermonum inuoluere cupiunt veritatem. Plantati in domo Domini, in atrijs Dei nostri florebunt. Plantati in domo Domini, iusti sunt, in Ecclesia confirmati. Sed hi non in præsentiarum, sed in futuro in atrijs Domini florebunt, vbi est certa & secura possessio. Misericors & miserator DOMINVS, longanimis & multæ miserationis. Suauis Dominus omnibus, & misericordia eius super omnia opera illius. Tantas audis misericordias, & in tua audes virtute confidere? Confiteantur tibi DOMINE, omnia opera tua. Si de cunctis operibus Dei & homines sunt: ergo omnes homines sua peccata confiteantur. *Tomo secundo, libro secundo Dialogorum aduersus Pelagianos capite septimo.*

Hæreticorũ fagitæ in falsa intelligentia scripturarum.

Psal. 91.

Psal. 102.

Psal. 144. *Omnes in dei misericordia debemus cõfidere non in nostra virtute.*

2. *Reg.* 7.

LEGIMVS in Samuele dictum de Salomone: Ipse ædificabit domum nomini meo, & firmabo regnum eius vsque in sempiternum. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Et iterum: Si iniquè egerit: corripiam eum in virga hominum, misericordiam autem meam non auferam ab eo. Cum egisset Dauid gratias Deo, ad extremum intulit; Et hæc est lex hominis: Domine Deus, semper respice ad clementiam tuam, & infirmitatem carnis diuino auxilio sustenta. Quid mihi, inquit, & vobis filij Saruiæ? Maledicat Zemci. DOMINVS præcepit ei vt maledicat Dauid. Et quis respondebit ei quare hoc fecisti? Voluntas enim Dei non discutienda, sed cum gratiarum actione patienda est. Et in alio loco: Dominus mandauit, vt dissiparet consilium Achitophel bonum, vt adduceret super Absalon malum: cuius certè consilium erat quasi consilium Dei. Et qua ratione potestas liberi arbitrij maiore potestate subuersa est? Hieroboam, qui peccare fecit Israel, arguitur quare reliquerit præceptum Domini, diciturque ad eum: Dedi tibi regnum domus Dauid, & non fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit mandata mea, & ambulauit post me in toto corde suo, & fecit placitum in conspectu meo.

2. *Reg.* 16. *Voluntas dei non discutiẽda sed patienda.*

2. *Reg.* 17.

3. *Reg.* 34.

Possibilia quidem Dei mandata, sed tamẽ sanctis laborandum ad perpetuam iustitiam.

Ergo & possibilia sunt Dei mandata, quæ Dauid fecisse cognoscimus, & tamen lassescere sanctos ad perpetuitatem iustitiæ. In multis regibus legimus de stirpe Dauid, quod non suo merito, sed Dauid patris virtutibus conseruati sint, qui fecerit placitum in conspectu Dei. Et venitur ad Asa regem Iuda: De quo scriptum est: Fecit Asa rectum in conspectu Domini, sicut Dauid pater eius. Cumque in multis laudibus immorata esset historia, ad extremum intulit: Sed excelsa nõ abstulit, attamen cor eius perfectum erat cum Deo, omnibus diebus vitæ suæ. Ecce & iustus dicitur, quippe cuius cor perfectum erat cum Deo: & tamen in hoc errauit, quod excelsa non abstulit: quæ Ezechiam, & Iosiam legimus abstulisse. Elias, in cuius spiritu & virtute venit Ioannes Baptista, ad cuius imprecationem venit ignis de cælo, & Iordanis fluenta diuersa sunt, timuit Iezabel, & fugit, lassusque in solitudine sedit sub arbore, & pressus angustia, mortem rogauit, dicens: Sufficit mihi DOMINE, tolle animam meam: neque enim melior sum patribus meis. Hunc iustum negare quis potest?

3. *Reg.* 15.

Exemplis nudis cõfirmas sanctos non caruisse peccatis.

Luc. 1.

Et

Psal. 117.

Et tamen non dicam mulierem, sed hominẽ formidare, de animi perturbatione descendit, quæ vitio carere non potest, dicente Dauid: Dominus auxiliator meus, non timebo quid faciat mihi homo. De Iosaphat rege Iuda scriptum est: Et fuit Dominus cum Iosaphat, qui ambulauit in vijs Dauid patris sui prioribus. Ex quo intelligitur, primas cum Dauid habuisse iustitias, & nouissima non habuisse peccata. Non sperauit, ait, in Baalim, sed in Deo patris sui, & ambulauit in præceptis illius, & non iuxta peccata Israel. Confirmauitque Dominus regem in manu eius, & dedit omnis Iuda munera Iosaphat, factæque sunt ei infinitæ pecuniæ, atq; diuitiæ, & multa gloria. Cumque sumpsisset cor eius audaciam propter vias Domini, etiam excelsa & lucos de Iuda abstulit. Hic Achab regi impijssimo affinitate coniunctus est. Cumque post prælium reuerteretur Hierusalem occurrit in Hieu, filius Anani videns, & ait ad eum: Impio præbes auxilium, & ijs, qui oderunt Dominum, amicitia iungeris: Et iccirco iram Domini quidem merebaris, sed bona opera inuenta sunt in te, eo quod abstuleris lucos de terra Iuda, & præparaueris cor tuum, vt requireres Dominum. Ac ne putemus, præteritas iustitias hoc peccato & increpatione prophetica fuisse deletas; postea de Ochozia stirpe eius scriptum est, quod inuenerit eum Hieu latentem in Samaria, adductumque occiderit. Et; sepelierunt, inquit, eum, eo quod esset filius Iosaphat, qui quæsierat Dominum in toto corde suo. De Ezechia scriptum est: Fecit rectum in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Dauid, pater eius. Iste abstulit excelsa, & contriuit statuas, & incendit lucum, contriuitque serpentem æneum, quem fecerat Moyses. Et iterum in Domino Deo Israel cõfisus est: & post ipsum non fuit similis ei in cunctis regibus Iuda, qui fuerunt ante eum. Adhæsit Domino & non recessit ab eo, & custodiuit mandata eius, quæ præcepit Dominus Moysi: & erat Dominus cum eo, & in omnibus in quibus incedebat, sapienter agebat. Cumque rex Assyriorum Sennacherib cœpisset vniuersas vrbes Iudæ, misit ad eum Ezechias in Lachis dicens: Peccaui, recede à me: quocunque iusserit, dabo. Imposuitque rex Assyriorum Ezechiæ trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri; & dedit Ezechias omnem pecuniam, quæ inuenta est in domo Domini, & in thesauris domus regis. In tempore illo concidit valuas templi Domini, & clypeos, quos deauurauerat, & omnia dedit regi Assyriorum. Cumque de eo tanta dicantur, non timuit, necessitate cogente, quæ Domino consecrarat, regi offerre Assyrio: diciturque ad eum: Ego custodiam ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid seruum meum, non propter te, quia superiora fecisti, quando centum octoginta quinque millia exercitus Assyriorum, angelo cædente, prostrata sunt. Illud quoque diligentius attendendum, quod scriptura commemorat: Aegrotauit Ezechias vsque ad mortem: venitque ad eum Esaias, filius Amos, dicens: Præcipe domui tuæ, quia morieris tu. Qui conuertit faciem suam ad parietem, & orauit ad Dominum dicens: Obsecro, Domine, memento quo modo ambulauerim in conspectu tuo, in veritate, & corde perfecto, & bonum in oculis tuis fecerim; Fleuitque Ezechias, fletu magno: Certè iustus erat Ezechias, & corde perfecto. Iturus erat ad Dominum, plorare non debuit, Quæris rationem fletuum? Si cogitaueris hominem, non miraberis causas doloris. Nullus enim intrepidus vadit ad iudicium Domini, habens conscientiam peccatorum. Cumque fleuisset; factus est sermo Domini ad Esaiam prophetam, dicens: Reuertere, & dic Ezechiæ duci meo: Dux Dei appellatur, cui mors fuerat nunciata, quia humilitate prostratus est. Hæc, inquit, dicit Dominus Deus Dauid, patris tui: Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas. Additur ei tẽpus vitæ, & de Assyriorum manibus liberatur: & tamen signum postulat; vt credat verum esse, quod Deus repromiserat, quod tamen paruæ fidelitatis iudicium est. Misit quoque rex Babylonis nuncios & legatos, qui ei congratularentur ob restitutam corporis sanitatem: qui ostendit eis omnes thesauros aromatum, auri quoque & argenti, & vasorum supellectilem. Non fuit, inquit, res, quam non ostenderet eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua. Ex quo intelligimus, etiam vasa templi Babylonis monstrata legatis. Vnde & ira Domini concitatur, & postea Esaiæ vaticinatione cognoscit: De filijs tuis Eunuchi erũt; & omnia vasa templi trãsferentur in Babylonem. Ob quam causam etiam in libro dierum scriptum est: Cecidit Ezechias elatione cordis sui. Certè Ezechiam iustum, nemo nisi impius, denegabit. Dicas: peccauit in quibusdam, & iccirco iustus esse desijt, sed hoc scriptura non loquitur: non enim ex eo, quod parua peccauit, iustitiæ nomen amisit; sed ex eo quod multa bona fecit, iusti vocabulum possidet. Hoc totum dico, vt scripturarum sanctarum testimonijs comprobetur, non ex eo peccatores esse iustos, quod aliquãdo peccauerint, sed ex eo iustos permanere, quod multis virtutibus floreant. De Iosia scriptum est: Fecit rectum in conspectu Domini, & ambulauit in via Dauid, patris sui. Non recessit neque ad dexteram, neque ad sinistram: & tamen cum esset iustus, tempore necessitatis & angustiæ mittit ad Oldam prophetissam, vxorem Sellum, filij Tecue, filij Aaras, custodis vestium. Et hæc, inquit, habitabat Hierusalem in secunda: haud dubiũ, quin vrbis partem significet, quæ interiori muro vallabatur. Et illa respondit, Hęc dicit Dominus Deus Israel, ite & dicite viro, qui misit vos ad me. In quo occulta & regis, & sacerdotum, & omniũ virorum reprehensio est, quod nullus virorum sanctus potuerit reperiri, qui posset futura prędicere. *Ibid. tomo secundo libro secundo Dialog. contra Pelagianos cap.* 8.

2. Par. 17. *De Iosaphato.*

2. Par. 18.

1. Par. 19.

2. Par. 22.

2 Par. 29.

De Ezechia.

2. Par. 32.

Esaiæ 37.

4. Reg. 19.

4. Reg 20. *Esaiæ* 38.

Nullus intrepidus vadit ad iudicium domini.

4. *Reg.* 20.

Esaiæ 39.

2 *Par.* 32.

Obseruanda scopus quo collimant omnia

Iusti est aliquando venialiter peccare, manet tamen iustus, quia mentibus florent virtutibus.

4. *Reg.* 22.

DENIQVE interficitur Iosias à Pharaone, rege Aegypti, eo quod noluerit audire verba Domini, ex ore Hieremiæ prophetæ; siue, vt Paralipomenis scriptum est. Noluit Iosias reuerti, sed parauit contra eum bellum, nec acquieuit sermonibus Nechao ex ore Deo. Et infertur: Mortuusque est, & sepultus in Mausoleo patrum suorum: & vniuersus Israel Iuda & Hierusalem luxerunt eum; præcipueque Hieremias, cuius omnes cantatores atque cantatrices vsque in præsentem diem lamentationes super Iosiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israel: Ecce scriptum fertur in Lamentationibus. Puto quod sermonibus Dei per quemlibet non acquieuisse peccatum sit. De ipso Hieremias loquitur: quam quam hoc plerique secundum Anagogen intelligant de Domino Saluatore: Spiritus faciei nostræ, CHRISTVS Dominus captus est pro peccatis

4. *Reg.* 23.
2. *Par.* 35.

catis nostris. Cui diximus: Sub vmbra tua viuemus in gentib⁹. Moyses, cui locutus est Dominus facie ad faciem, & salua facta est anima eius, ad aquas contradictionis offendit, nec meruit cum fratre Aaron terram repromissionis intrare. De quibus & psalmista canit: Absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum, audiant verba mea, quoniam placuerunt, Et est sensus: Iudices populi Iudæorum, Moyses & Aaron, deuorati sunt à peccato populo iuxta petram: de qua aquarum fluenta manarunt: vt certè isti iusti fuerunt & obedierunt sermonibus Dei: qui per se suauissimi sunt. Denique sequitur de cadaueribus in solitudine mortuorum: Quasi crassitudo terræ diruptisunt super terram. Dispersa sunt ossa nostra secus infernum. In Osee loquitur Deus: Desponsabo te mihi in iustitia, & in iudicio. Statimque subiungit. Et misericordia & miserationibus, & in fide: vt largitoris præmio recognoscat, quod ipse Dominus. In eodem scriptum est libro: Deus ego sum, & non homo, in medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem, vitiorum scilicet conciliabulum. Ipse solus hanc non ingreditur ciuitatem, quam ædificauit Cain in nomine filij sui Enoch, quæ omnia sacerdotum quotidie ora concelebrantur, ὁ μόνος ἀναμάρτητος, quod in lingua nostra dicitur, qui solus est sine peccato. Quæ laus, iuxta sententiam tuam frustra DEI reputatur, si est communis cum cæteris. Nos enim iuxta Amos conuertimus iustitiam in Absynthium, & fructus iudicij in amaritudinem Loquuntur nautæ, atque vectores in libro Ionæ: Rogamus DOMINE, ne perdas nos propter hominem iustum, neque inducas super nos sanguinem innocentem, sicut enim placuit tibi, sic factum est Domine. Nesciunt causas, quid me reatur propheta; seruus fugitiuus; & tamen iustificant Deum, & sanguinem innocentem fatentur, cuius opera non nouerat. Et ad extremum. Sicut placuit tibi Domine, sic factum est. Non quærunt iustitiam sententiæ Dei, sed veritatē iusti iudicis confitentur. Micheas lachrymabili voce testatur: Perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus non est: omnes in sanguine insidiantur: vnusquisque fratrem suum venatur ad mortem. Malum manuum suarum dicunt bonum. Et iterum: Qui optimus inter eos est, quasi paliurus est; & qui rectus quasi spina de sepe. Hæc hominum iustitia est, & iuxta verba eiusdem prophetæ, nec amico, nec coniugi, nec filijs sit credendum: quia inimici hominis domestici eius. Quam sententiam etiam sermo dominicus comprobauit. Vnde datur consilium per eundem prophetam: Indicabo tibi ô homo quid sit bonum, & DOMINVS quærat à te: vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo? Vt nunquam securus sis; vt omni obseruantia custodias cor tuum; vt consideres, quoniam in medio laqueorum ambules, & sub murorum primis ingrediaris; vt illud quotidie mediteris: iuxta semitam scandalum posuerunt mihi. Superbis enim resistit Deus, humilibus autem dat gratiam. Qui cautus & timidus est potest ad tempus vitare peccata: qui securus est, de iustitia sua, repugnat Deo: illiusque auxilio destitutus, insidijs hostium patet. Computrescant, dicit Habacuc ossa mea, & subter me vermes scateant: tantum vt requiescam in die angustiæ, vt ascendam ad populum fortem meum. Hic tribulationes & angustias, afflictionemque animi deprecatur; vt in futuro, virorum iam cum Christo regnantium numero societur.

Exod. 33. Num. 40. Psal. 140. Adducit ad eundem scopum probandum exemplum Moysis

Osee. 2.

Osee. 12.

Gen. 4.

Deus solus est sine peccato.

Amos. 5. 6.

Ioan. 1.

Mich. 7.

Psal. 139. Iacob. 4. Timidus facilius vitat peccata, securus labitur cito.

Habacuc. 3.

Ex quo perspicuum est, hic pugnam atque certamen, & in futuro esse victoriam. Iesus, filius Iosedech, quod interpretatur, iustus Domini, sacerdos magnus, indutus describitur vestibus sordibus: qui peccatum non fecit, & tamen nostra peccata portauit, ad cuius dexteram stabat satanas, vt aduersaretur ei. Diciturque ad eum post pugnam atque victoriam: Auferte vestem sordidam ab eo: & ecce abstuli à te iniquitatem tuam. Et hæres Iouiniani loquitur: Sine omni omnino peccato sum: sordida vestimenta non habeo: proprio regor arbitrio: maior Apostolo sum, ille fecit quod non vult; & quod vult non facit: ego facio, quod volo; & quod nolo, non facio: præparata sunt mihi regna cœlorum; immo ipse ea mihi meis virtutibus præparaui, in quo Adam tenetur obnoxius, & alij, qui reos se putant, in similitudinem præuaricationis Adæ; ego solus cum mea creatura non teneor. Alij clausi cellulis & seminas non videntes, quia miseri sunt, & verba mea non audiunt, torquentur desiderijs: ego, etiam si mulierum vallor agminibus, nullam habeo concupiscentiam, de meenim dictum est. Lapides sancti voluūtur super terram: & ideo non sentio, quia liberi arbitrij potestate Christi tropheum circunfero. *Tom. 2. lib. 2. Dialog. aduersus Pelagianos. cap. 9.*

Zac. 3. Hic certamen in futuro victoria.

Pelagius hæres Iouiniani.

Prosopopeia ironica Pelagianorum et Iouinianistarum Verba arrogãtiæ plena.

Zach. 7.

AVDIAMVS per Esaiam clamantem Deum: Populus meus, qui beatos vos dicunt, seducunt vos, & semitam pedum vestrorum supplantant. Quis magis supplantat populum Dei, quam qui liberi arbitrij potestate subnixus despicit auxilium conditoris, & in sua voluntate securus est: an qui ad singulas sententias, præceptorum Domini iudicium pertimescit? Ad huiusce modi hominesloquitur Deus: Væ vobis, qui sapientes estis apud vos, & intelligētes vestro iudicio: Esaias (iuxta Hebraicum) plorat, & dicit: Vę mihi quia tacui: quia immunda habens labia, & in medio populi immunda habentis labia habitans, vidi Dominum sabaoth oculis meis. Ille, virtutum merito, Dei fruebatur aspectu; & conscientia peccatorum labia sua fatebatur immunda: nō quod locutus esset aliquid, quod voluntati Domini repugnaret: sed quod siluisset, vel timore, vel pudore perterritus, nec arguisset libertate prophetica populum delinquentem. Nos peccantes quando corripimus, qui adulamur diuitibus, & personas accipimus peccatorum, turpis lucri gratia? nisi fortè tota eis loquimur confidentia, quorum opibus indigemus.

Esaiæ. 5.

Pelagianismi tribuunt Lib. vo arbitrio etiã absque gratia Dei.

Esaiæ. 6. Esaiæ. 6.

Veritatem subticere est peccatum.

Vt alia non agamus, vt abstinnamus nos ab omni specie peccatorum; certè verum tacuisse, peccatum est. Quanquam apud septuaginta non sit scriptum, quia tacui, sed quia compunctus sum, conscientia scilicet peccatorum, vt illud compleatur propheticum: Versatus sum in miseria, dum infigitur mihi spina. Ille peccati spina compungitur: tu virtutum floribus vernas? Erubescet, inquit, luna, & confundetur sol, quando visitauerit DOMINVS super militiam cœli in excelsis: hoc est, quod in alio loco scriptum est: Astra quoque non sunt munda in conspectu eius; & aduersum angelos suos peruersum quid reperit iudex ille supremus. Luna erube-

Psal. 31.

Esaiæ. 24.

Iob. 25.

Esaiæ. 24.

rubescit: sol confunditur: & cælum operitur cilicio: & nos intrepidi, atque lætantes, quasi omni careamus vitio, occurremus iudicis maiestati, quando tabescent montes, erecti videlicet in superbiam, & omnis militia cælorū, vel astra, vel angelicæ dignitates; & complicabuntur sicut libri cœli; & omnis exercitus eorum instar foliorum defluet. Quoniam inebriatus est, inquit, in cælo gladius meus & nunc super Idumæam descendet. Gladius Dei inebriatur in cælis, & tuum solium erit in sanctitate securum? In Idumæam descendet; quæ interpretatur, vel sanguinaria, vel terrena; vt prophetica auctoritate discamus, omnem terram indigere iudicio. Vnde sequitur: Victima enim Domini in Bosra, quæ interpretatur caro: & interfectio eius multa in terra Edom, id est, in sanguine, iuxta quod ponit Apostolus: Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt.

Esaiæ. 34.

1. Cor. 15. Esaiæ. 45.

Væ, qui contradicit fictori suo; væ, qui dicit patri, vt quid me generasti? & matri, quare me peperisti? Hoc ad eos pertinet, qui dicuut quare talis conditus sum, qui non possum in perpetuum carere peccato. Quare tale vas fictum, vt non quasi adamantium permanerem, sed ad omnem tactum fictile atque fragile. Omnes sicut oues erauimus, & omnium nostrum Dominus peccata portauit. Intuitus est enim, & diligenter inspexit, nullumq; reperit, qui iudicaret iustè, qui suā in omnibus faceret voluntatem. Et eccirco brachium eius salutem præbuit, & iustitia sua saluauit omnia: vt omnis mundus subijciatur Deo, & illius clementia conseruetur. Fuimus enim immundi non pauci, sed omnes. Quasi pannus menstruatæ, reputata sunt omnia in lege opera nostra. Ad Hierusalem in Ezechiele loquitur Deus: Perfecta eras in decore meo: & est sensus, non in tuis operibus, non in tua conscientia cordisque iactantia, sed in meo decore: quo te clementia mea libertate donaueram. Denique in consequētibus loquitur ad eam, quando saluatur non suo merito, sed eius misericordia: Recordabor pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ, & suscitabo tibi pactum sempiternum, & recordaberis viarum tuarum, & confunderis. Et iterum: Suscitabo pactum meum tecum; & scies, quia ego Dominus: vt recorderis, & confundaris, & non sit tibi vltra aperire os, præ confusione tua, cum fuero placatus tibi in omnibus quæ fecisti, ait Dominus DEVS: Ecce apertè diuino sermone monstratur, quid in alio loco dixerit: Et mundatus te non faciet innocentem, quod iusti quoque, & post peccatum in statum pristinum restituti, os aperire non audeant, sed cum Apostolo dicant: Qui non sum, dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei.

Omnis mundus sola Dei clementia cõseruatur.

Esaiæ. 64. Ezech. 16.

Naum. 1.

1. Cor. 15.

Ezech. 20.

Denique & in alio loco per eundem prophetam ad eos, qui illius misericordiam consecuti sunt loquitur Deus: Et recordamini viarum vestrarum, & omnium scelerum vestrorum, quibus polluti eratis: vt displicebit vobis in conspectu vestro in cunctis malitijs, quas fecistis: & scietis, quia ego Dominus cum benefecero vobis propter nomen meum, non secundum vias vestras malas, neque secundum scelera vestra pessima. Erubescamus atque dicamus, quod loquuntur ij, qui iam præmia consecuti sunt: loquamur peccatores super terram; & in fragili mortalique corpore constituti, quod sanctos videmus in cælis dicere, etiam incorruptione & immortalitate donatos. Et dicitis, inquit; Non est recta via DOMINI, cum vestræ viæ prauæ sint. Pharisæorum est hoc supercilium, vt peccata propriæ voluntatis referant ad conditoris iniuriam, & illius iustitiam calumnientur. Sacerdotes templi mystici, quod interpretatur Ecclesia, filij Sadoch, cum vestimentis ministerij non egrediuntur ad populum, ne humana conuersatione sanctificati maculentur. Et tu in medio vulgi vnusque de populo, mundum esse te credis? Hieremiam prophetam breuiter percurrentes sensu magis, quam sermone carpamus. Circuite, inquit, in exitibus Hierusalem, & quærite in plateis eius, si cubi reperire poteritis virum, qui iuxta iustitiam viuat, & fidem: & ero propitius propter eum. Quamuis enim dicat. Viuit DOMINVS: fraudulenter iurant, & hoc ipsum in mendacio. Refutat peccatorum sacrificia; vescandas detrahit offerentibus hostias, dicens se non mandasse patribus eorum, quando deduxit eos de terra Aegypti, vt offerrent huiusce modi sacrificia: non enim voluntate, sed idolorum comparatione mandauit, malens sibi offerri victimas, quam dæmonibus. Omnes recesserunt ab eo: nullus est, qui loquatur bona, & agat pœnitentiam de peccatis suis. Sequuntur proprias voluntates, quasi equus promptus ad prælium: intendunt linguam suam quasi arcum: mentiuntur omnia, & non est in eis veritas.

Ezech. 33. Pharisæorū supercilium Deo imputat peccata. Ezech. 44. Ex Hieremia confirmat Iesu nostram imperfectionem. Hier. 5. Hier. 7. Sacrificia ita statuit ne dæmonibus immolarēt sed Deo. Hier. 8. Hier. 9.

Amicorum quoque cauendas insidias præcipit, vt nulli credem proximorum: Singulos enim insidiari amicis, & fratrem à fratre decipi, & hoc facere non naturæ malo, sed propria voluntate: quia docuerunt linguam suam mendacium, & proni feruntur ad iniustitiam. Si Aethiops, ait, mutauerit pellem suam: & pardus varietatem suam: & vos poteritis facere bonum, cum didicere tis mala. Ergo pellis Aethiopica, & pardorum varietas, disciplinæ est, non naturæ, quæ docetur, & discitur: tamen auferri non potest vitium inoliti mali, nisi per eum, cui omnia possibilia sunt. Vnde loquitur ad eum, qui solus vere medicus est: Sana me DOMINE, & sanabor: saluum me fac DOMINE, & saluus ero: tu es gloria mea & spes mea. Si enim ad conditionem meam infelicitatemque respiciam; nihil aliud, nisi hoc, possum loqui: Maledictus homo, qui annunciauit patri meo, dicens: Ecce natus est tibi puer, fiat homo ille similis vrbibus, quas subuertit DEVS. Quare enim in vulua non statim perij? & fuisset mihi sepulchrum mater mea, & vulua eius infernus sempiternus, quare egressus sum ex vtero, vt viderem labores & miserias; & consumerentur dies mei in erumnis? Tantum de sua conditione securus est; & sic confidit in fortitudine, vt mortem præferat vitæ, nouerat enim vulnus suum, & potentiam eius, quem celare nihil potest, qui loquitur per eundem prophetam: Deus appropinquans ego, & non procul. Qui enim cælum replet, & terram; nullus potest vitare eius notitiam, & cordis occulta celare. Qui scrutatur renes, introspicit. Et vt sciamus DEI esse bonum omne, quod gerimus. Ego, inquit, plantabo eos, vt nequaquam eradicentur: vt ego dabo eis cogitationem, & sensum, vt intelligant me.

Hier. 13. Vitia et virtutes nõ sunt naturalia sed disciplinæ et assuefactionis. Arist. 2. Ethicorum. Hier. 17. Hier. 20. Hier. 23. Hier. 24.

Si cogitatio & sensus dantur à Deo; & intellectus

lectus Domini ex illius, qui noscendus est, radice pullulat: vbi est liberi arbitrij tantum superba iactatio? Volumus scire conditionem nostram: audiamus historiam. Ioachim rex Iuda, cunctique socij eius, & principes eius, auditis sermonibus Vriæ, voluerunt occidere eum, quod cum ille didicisset, timore perterritus fugit in Aegyptum. Cur mortem timebat, qui explicauit sententiam Domini, & qui à se nunciari Domini nouerat voluntatem? Dedignamur per singula auxiliū Dei, & ad illius nutum cuncta gerere negligimus; cum legamus, sanctos viros, etiam hominum indiguisse præsidio? Periclitatur Hieremias, & manifestè dicitur, quod auxilio ei fuerit manus Achillā, filij Saphan, ne traderetur in potestatem vulgi, & & obrueretur lapidibus. *Tom. 2. lib. 2. Dial. aduersus Pelagianos cap. 10.*

Abſit liberi arbitrij ſine gratia ſuperba iactatio. Hier. 26.

Si ſancti hominum indigẽt auxilio, multomagis Dei. Hier. 26.

ABOLITIS legis cærimonijs, & duro pondere veterum præceptorum, repromittitur Euangelij gratia: legemque Dominus pollicetur, vt omnes eum nouerint à minimo vsque ad maximū, dicens: Dimittam peccata eorum, & iniquitatum illorum vltra memor non ero. Quam autem habuerint sancti viri in lege veteri iustitiam, sequẽti sermone demonstrat: Filij Israel, & filij Iuda in iquitatem fecere perpetuam in conspectu meo, ab adolescentia sua vsque ad diem præsentem: & ciuitas Hierusalem ab initio conditionis suæ vsque ad diem euersionis suæ me ad iracundiā prouocauit. Attende quid dicat, finem iunge principio: omne medium tempus in vitio est. Hieremias sanctificatus in vtero antequam natus: virgo, propheta veteris testamenti pertimescit Sedechiam: & flebiliter obsecrat, dicens: Nunc ergo, Domine, mi rex, audi deprecationem meam, & præualeat apud te obsecratio mea: ne remittas me in domum Ionatham scribæ, ne ibi peream. O propheta, cur times impium regem? cur eum metuis, quem nosti iam iamque periturum? carcerem reformidas, cui paratur paradisus? Respondebis mihi: Homo sum, in mortali carne & corruptibili constitutus: dolorem sentio, horresco cruciatus, quos etiā Dominus meus pro mea salute sensurus est. Miseretur humano generi Deus, & non vult perire quod fecit. Noli timere Iacob dicit Dominus: Ego enim sum tecum, & interficiam omnes gentes, in quas dispersi: te verò ipsum non faciam, sed castigabo te in iustitia: & ita misereberis tui, vt te innoxium non relinquam. Vnde & nos dicimus esse iustos, esse sanctos viros, & post peccata placentes Deo; non suo tantum merito, sed eius clementia, cui omnis creatura subiecta est, & indiget misericordia eius. Audiant hæretici, qui eleuantur per superbiam, & dicunt: ipsi nobis fecimus cornua. Audiant illud, q̃ audiuit Moab: Audiuimus superbiam Moab. superbus est valde. Altitudinem illius, & elationem, & gloriationem, & inflationem cordis ego cognoui, dicit Dominus: quoniam nequaquam iuxta inflationem eius & fortitudo illius est. Diciturque ad huiusce modi homines; inimici autem eorum (haud dubium quin gregis Domini) confirmant, dicentes: non peccauimus cum peccauerint in pulchritudinem iustitiæ, & in expectationem patrum. Vis scire, quando omnia peccata finiantur, audi eundem prophetam: In tempore illo dicit Dominus, quæretur iniquitas in Israel, & non erit, & peccatum in Iuda, & nō inuenietur. Cur quæso? Sequitur: quia propitius ero illis. Vbi autem propitiatio est, præcessit ante peccatum. Tolle igitur, posse, vt concedam, omnia donante Deo, subsistere. Bonum est præstolari cum silentio salutare Domini, bonum est ponere in puluere os suum, dare percutienti se maxillam, saturari opprobrijs, spẽ habere in Domino. Si enim abiecit, & miserebitur iuxta multitudinem misericordiarum suarū; neque enim humiliauit corde suo, & abiecit filios hominis, frustra murmurat homo pro peccatis suis, Scrutemur vias nostras, & quæramus & reuertamur ad Dominum. Leuemus corda cum manibus ad Dominum in cælum, dicamusque ei: Inique egimus, & ad iracundiā prouocauimus: iccirco tu inexorabilis es: Daniel propheta loquitur ad Nabuchodonosor: quod dominetur excelsus regno hominum, & det illud cuicunq; voluerit, & extremum atque proiectum constituat super illud. Interroga eum, qua causa vltimum atque despectum constituat in regem, & faciat quod voluerit: & discute, vtrum ipsius voluntas iusta sit, de quo scriptum est: Qui suscitat in terra humilem, & de stercore eleuat pauperem, vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui. An forsitan iuxta te, absque iudicio, atq; iustitia gloriam quærit, auramque popularem, vt humiles erigat in regnum, & potentes humilitate commutet? Audi prophetam dicentem: Omnes habitatores terræ, quasi nihil reputati sunt apud eum, fecit enim, quodcunque voluit, in cælo, & in terra: & nemo est, qui resistat voluntati eius, aut possit dicere, quare hoc fecisti? cuius sunt omnia opera in veritate, & viæ illius iustitia, & superbientes potest ipse humiliare. Antiochus Epiphanes, rex crudelissimus subuertit altare, ipsamque iustitiam fecit conculcari, quia concessum erat ei à Domino: causasque reddit, propter peccata plurima. Ergo non fecit quod ipse tantum voluit, sed quod propter peccata populi concessit Dominus. Denique sequitur, quod non ex propria fecerit fortitudine, sed ex eius imperio, qui præcepit vt fieret. Illud autem, quod in oratione sua loquitur; Peccauimus inique egimus, iniustè gessimus, & recessimus à mandatis & iustitijs tuis, & cætera huiusce modi, soletis dicere, quod & Dauid, & Daniel omnes prophetę, nō pro se, qui sancti erant, sed ex persona populi sunt locuti: Aduersum quam opinionem ipse respondebit, & dicet: Cum adhuc orarem, & confiterer peccata populi mei Israel. Vides, ergo, quod tam pro peccatis suis, quam pro peccatis populi Dominum sit deprecatus, & effuderit deprecationes suas in conspectu Domini Dei sui. Vis iterum nosse, quando peccatum & iniquitas finitur? Quamquam diuersa sit auctorum interpretatio, audi eundem prophetam. Septuaginta hebdomadę completę sunt super populum tuum, & super ciuitatem tuam sanctam, vt compleantur iniquitates, & finem accipiat peccatum, vt dispereat iniquitas, & reueletur iustitia sempiterna. Quamdiu ergo ille finis adueniat, & corruptiuum hoc atque mortale, incorruptione, & immortalitate mutetur; necesse est nos subiacere peccato, non naturę, & conditionis, vt tu calumniaris, vitio, sed fragilitate, & cōmutatione voluntatis humanæ, quę per momenta variatur: quia Deus solus est immutabilis. Quęris vbi Abel, vbi Enoch, vbi Iesus filius Naue, vbi Helisæus, cæterique sanctorum peccauerint? Nó est necesse, nodum in scirpo quærere: vtinam possem & manifesta reticere peccata: si vis à me verùm

Hier. 46.

Iuſti & ſancti viri poſt peccata placent Deo nõ ſuo merito ſed Dei clemẽtia qua indigent.

Hier. 48.

Hier. 50.

Hier. 50.

Per propitiationẽ dei peccata finiũt.

Thren. 3.

Dan. 4.

Pſal. 112.

Dan. 4.

2. Mach. 5.

Dan. 9.

Præoccupatio obiectionis.

An prophetæ & ſancti cũ ſepeccatores agnoſcãt ex ſua, an vera ex populi perſona loquantur.

1. Cor. 15.

Non naturæ ſed fragilitati in commutationis humanæ voluntatis vitio nos peccata ſubiacemus.

verum audiré, nescio. Nihil iuquit, mihi conscius sum, nec tamen in hoc iustificatus sum. Homo videt in facie, Deus in corde. Apud eius conscientiam, atque conspectum nullus iustificatur. Vnde & Paulus loquitur confidenter. Omnes peccauerunt, & indigent gloria Dei: & concludit Deus omnia sub peccato, vt omnium misereatur: & cætera, quæ sæpè replicauimus. *To. 2. lib. 2. Dialogorum aduersus Pelagianos, cap 11.*

1. Cor. 4. 1. Reg. 16.

Pſal. 142.

Rom. 3. 11.

CRITOBVLVS. Delectatus sum tuorum multiplicatione sermonum, de quibus scriptum est: In multiloquio non effugies peccatum: sed quid ad causam? certè hoc fateberis, eos, qui Christi baptisma consecuti sunt, nó habere peccatum; & si absq; peccato sunt, iustos esse: cumque similiiusti fuerint, si egerint solicitè, posse in sempiternum iustitiam custodire, ac per hoc omne vitare peccatum. Atticus. Non erubescis explosam atque damnatam Iouiniani sententiam sequi? Et ille enim his testimonijs tuisq; nititur argumentis? immo tu illius, inuenta sectaris, in oriente docere desiderans, quæ olim Romæ, & dudum in Africa condemnata sunt, lege ergo, quid illi responsum sit, & tibi responsum ducito, in dogmatibus enim & quæstionibus disserendis non persona, sed causa quærenda est. Et tamen hoc scito, baptismum præterita donare peccata, non futuram seruare iustitiam, quæ labore, & industria, ac diligentia, & semper super omnia Dei clementia custoditur: vt nostrum sit rogare, illius tribuere quod rogatur: nostrum incipere, illius perficere; nostrum offerre quod possumus, illius implere quod non possumus. Nisi enim Dominus ędificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilat, qui custodit eam. Vnde & Apostolus præcipit: Sic currite, vt comprehendatis. Et omnes quidem currunt, sed vnus accipit coronam. Et in Psalmo scriptum est: Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Nostra enim victoria & corona victorię, illius protectione & clypeo paratur: & hic currimus vt in futuro comprehendamus: ibi accipiet coronam, qui in hoc sæculo victor extiterit, nobisque post baptismum dicitur: Ecce, sanus factus es; iam noli peccare, ne quid deterius tibi contingat. Et: Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei violauerit, disperdet eum Deus. Et in alio loco: Dominus vobiscum est, quamdiu vos estis cum eo; si relinqueritis eum, & ille relinquet vos. In cuius putas delubro, atque sacrario CHRISTI puritas permanet, templique serenitas nullo nubilo contristatur? Eundem semper vultum habere non possumus, quod de Socrate falsò Philosophi gloriantur: quantò magis animum? Multæ facies hominum, sic & corda diuersa. Si fieri posset, vt semper aquæ baptismatis mersos tenerent; volitantia nos desuper peccata, non tangerent, Spiritus sanctus tueretur. Sed impugnat inimicus, nec victus recedit, sed semper in insidijs est, vt sagittet in occulto rectos corde. In Euangelio iuxta Hebræos, quod Chaldaico quidem Syroque sermone, sed Hebraicis litteris scriptum est: quo vtuntur vsque hodie Nazareni, secundum Apostolos, siue vt plerique autumant, iuxta Matthęū, quod & in Cæsariensi habetur Bibliotheca, narrat historia: Ecce mater Domini, & fratres eius dicebant ei: Ioannes baptista baptizat in remissionem peccatorum; eamus, & baptizemur ab eo. Dixit autem eis: Quid peccaui, vt vadam, & baptizer ab eo? Nisi forte hoc ipsum, quod dixi, ignorantia est. Et in eodem volumine: Si peccauerit, inquit, frater tuus in verbo, & satis tibi fecerit, septies in die suscipe eum. Dixit ei Simon discipulus eius: Septies in die? Respondit Dominus, & dixit ei: Etiam ego dico tibi, vsque septuagies septies. Etenim in Prophetis quoque, postquam vncti sunt Spiritu sancto, inuentus est sermo peccati. Ignatius, vir Apostolicus, & martyr, scribit audacter; Elegit Dominus Apostolos, qui super omnes homines peccatores erant, de quorum celeri conuersione Psalmista canit: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Quibus testimonijs si non vteris ad authoritatem, vtere saltem ad antiquitatem, quid omnes Ecclesiastici viri senserint. Fac aliquem baptizatum, vel statim, vel in ipsis diebus morte subtractum: & concedam tibi quod concedere non debeo, nec cogitasse aliquid, nec locutum, in quo errore & ignorantia laberetur. Num ideo sine peccato erit, quia videbitur non superasse, sed fugisse peccatum, ac non potius, quia Dei misericordia de peccatorum carcere liberatus migrauit ad Dominum? Hoc & nos dicimus, posse DEVM quidquid voluerit, & hominem per se & propria voluntate, quod tu asseris, sine peccato esse non posse. Sin autem potest; frustra nunc iungis & gratiam, qua potens non indiget, quod si non potest absque DEI gratia, stultè tu dixisti, posse, quod non potest. Quidquid enim ex alterius pendet arbitrio non eius est quem posse contendis, sed illius, sine quo eum non posse perspicuum est.

Apoſtoli ſuper omnes homines erant peccatores.

Pſal. 15.

Homo per ſe propria voluntate abſque Dei gratiã poteſt eſſe ſine peccato: et hũ eſt ſtatus controuerſiæ inter Pelagianos & Catholicos.

2. Cor. 9.

Pſal. 5. Corona victoriæ noſtræ Chriſti clypeo paratur.

Ioan. 5. 1. Cor. 3.

2. Par. 1.

Baptiſmus præterita peccata condonat ſed futuram iuſtitiã non conſeruat Pſal. 10.

Euangelium iuxta Apoſtolos vel Matthęũ non Chaldaico et Syro ſermone ſed Hebraicis literis ſcriptum.

CRITOBVLVS. Rogo, quæ est ista prauitas, immo absque ratione contentio?, ne hoc quidem mihi das, vt egressus aquas baptismatis sine peccato sit?

ATTICVS. Aut ego sensum meum verbis explicare non valeo: aut me explicante, tu ad intelligendū tardior es. Critobulus. Quonam modo? Atticus. Recordare, quid & tu dixeris, & ego quid loquar. Posuisti, posse hominem sine peccato esse, si velit. Ego impossibile hoc in homine esse respondeo: non quia statim à baptismate homo peccato non careat: sed illud tempus quando sine peccato est, nequaquam possibilitati humanæ, sed DEI gratiæ deputatur. Tolle igitur posse, & ego esse concedam. Quo modo enim potest, qui per se non potest? Aut quæ illa est impeccantia, quæ statim corporis huius morte finitur? Aut certè, si vltra vitam protraxerit, delicti & ignorantiæ periculo subiacet?

Statim à baptiſmo homo ſine peccato eſt non humana poſſibilitate, ſed Dei gratia.

CRITOBVLVS. Dialectica me arte concludis, & non Christiana loqueris simplicitate; nodos mihi quosdam interesse, & esse posse concinnans. Atticus. Ego ne verborum strophis ludo, cum hoc de tua processerit officina? Tu enim dicis, non esse hominem sine peccato, sed esse posse: cum è contrario ego tibi tribuam, quod negasti, esse hominem sine peccato per Dei gratiam, & tamen per se esse non posse. Critobulus. Frustra ergo dantur præcepta, si ea implere non possumus. Atticus. Deus possibilia mandauit, hoc nulli dubium est: sed quia homines possibilia non faciunt, iccirco omnis mundus subditus est DEO, & indiget misericordia eius aut certè, si obtem-

Homo poteſt eſſe ſine peccato per Dei gratiam & non per ſe.

A circumstantia tripli temporis confirmat nullum iustum vniuersa præcepta compleuisse, sed omnes indigere Dei misericordia & gratia.

dere potueris, qui vniuersa compleuerit, tunc poteris demonstrare esse hominem, qui non indiget misericordia DEI. Omne enim quod fieri potest, tribus constat temporibus, aut præterito, aut præsenti, aut futuro, hoc quod asseris posse hominem sine peccato esse, si velit, monstra factum esse de præterito, aut certè nunc fieri: de futuro postea videbimus, quod si nullum potes ostendere, qui sine omni omninò peccato, aut sit, aut fuerit: restat, vt de futuro tantum disputatio sit, interim in duobus temporibus, præterito, atque præsenti victus teneris. Si aliquis postea fuerit maior Patriarchis, Prophetis, Apostolis, qui peccato careat; tunc futuris de futuro, si potueris, persuadeo. Crito. Loquere vt vis, argumentare, vt libet, numquam mihi liberum arbitrium extorquebis, quod semel concesit Deus: nec valebis auferre, quod mihi tribuit posse, si voluero. Atticus. Exempli gratia, vno tantum vtamur testimonio: Inueni Dauid filium Iesse, virum secundum cor meum, qui faciat omnes voluntates meas. Dauid sanctum esse, non dubium est; & tamen qui electus est, vt omnes DEI voluntates faceret aliqua non fecisse reprehenditur. Vtiq; possibile erat ei facere, qui ad hoc electus est, vt omnes DEI voluntates faceret. Nec DEVS in culpa est, qui prædixit, eum cunctas suorum præceptorum facere voluntates, sed ille, qui prædicta non fecit, neque enim dixit inuenisse se virum, qui cunctas in perpetuum suæ iussionis faceret voluntates. Hoc & nos dicimus, posse hominem non peccare, si velit, pro tempore, pro loco, pro imbecillitate corporea, quamdiu intentus est animus, quamdiu chorda nullo vitio laxatur, in cithara; quod si paululum se remiserit, quo modo, qui aduersò flumine lembum trahit, si remiserit manus, statim retrolabitur, & fluentibus aquis, quo non vult ducitur: sic humana conditio; si paululum, se remiserit, discit fragilitatem suam, & multa se non posse cognoscit. Putasne Apostolum Paulum eo tempore, quo scribebat: Lacernam, siue penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer, ac libros, & maximè membranas: de cœlestibus cogitasse mysterijs, & non de ijs, quæ in vsu communis vitæ vel corporis necessaria sunt? Da mihi hominem, qui non esuriat, non sitiat, neque algeat, non doleat, non febricitet, non torminibus & vrinæ difficultatibus torqueatur: & ego tibi concedam, posse hominem nihil aliud, nisi de virtutibus, cogitare. Cæditur Apostolus à ministro, & contra pontificem, qui cædere imperauerat, sententiam dirigit: Percutiet te Deus, paries dealbate. Vbi est illa, patientia Saluatoris, qui quasi agnus ductus ad victimam, non aperuit os suum, sed clementer loquitur verberanti: Si malè locutus sum, argue de malo, si autem benè quid me cædis? Non Apostolo detrahimus, sed gloriam Domini prædicamus: qui in carne passus, carnis iniuriam superat, & fragilitatem: vt taceam illud, quod ipse commemorat: Alexander ærarius multa mihi mala ostendit: reddet illi Dominus in illa die iustus iudex. *Tomo secundo, libro tertio, Dialogorum aduersus Pelagianos, cap. 1.*

Exemplo Dauid's ampliscas suum propositum.

Duplici similitudine illustrat quomodo à via paulatim deflectat iustus. Exemplum Pauli.

Homo non potest semper de virtutibus cogitare.

Act. 23. Pauli impatientia. Hier. 11.

ATTICVS. Sequar propositionem tuam, numquam hodie effugies, veniam quocunque vocaris. Crito. Paratus sum ad audiendum. Atticus. Et ego ad loquendum surdis auribus. Respondebo igitur ad propositum. Ex anima & corpore compacti, vtriusque substantiæ naturam consequimur. Quo modo corpus sanum dicitur, si nullo languore vexetur: ita anima absque vitio, si nulla perturbatione quatiatur. Et tamen quamuis corpus sanum sit, integrumque & vegetum, & cunctorum sensuum integritate robustum, aut crebris, aut raris infirmitatibus condolescit: & vt firmissimum sit, interdum pituitæ molestiam patitur: ita anima, cogitationum & perturbationum impetus sustinens, vt superet naufragia, non absque periculo nauigat: considerans{que} suæ fragilitatem suam, semper de morte sollicita est: secundum illud, quod scriptum est. Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem? Quæ cunctis intenta est mortalibus, non naturæ dissolutione, sed morte peccati: iuxta illud propheticum: Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Alioquin hanc communem mortem, qua & bruta soluuntur animalia, Enoch & Eliam nondum vidisse cognoscimus. Da mihi corpus quod nunquam languerit, aut quod post languorem perpetua sanitate securum sit: & dabo tibi animam quę nunquam peccauerit, nec post virtutes deinceps peccatura sit, præsertim cum vicina sint vitia virtutibus: & si paululum declinaueris, aut errandum tibi sit, aut præceps cadendum. Quantum enim inter se distant pertinacia, & perseuerantia, parsimonia & frugalitas, liberalitas & profusio, prudentia & calliditas, fortitudo & temeritas, cautela & timiditas? Quorum alia ad bona, alia referuntur ad mala, quod quidem & in corporibus inuenitur. Si felli prouideris temperando, pituita succrescit. Si humores siccare festines; inardescit sanguis, bili vitiatus: & luteus color ora perfundit. Certè vt cunctam medicorum adhibeamus diligentiam somitibus careamus, & cruditate occultis quibusdam & soli Deo cognitis causis, vel frigore inhorrescimus, vel febre exardescimus, vel torminibus eiulamus vel veri medici Saluatoris imploramus auxilium, dicimusq; cum Apostolis: Magister saluos nos fac, perimus. Crito. Esto, vt nullus potuerit omnem vitare peccatū in pueritia, adolescentia: & iuuentute nunqd negare potes, plurimos iustos, & sanctos viros post vitia omni se ad virtutes animo contuliſſe, & per hæc caruisse peccato? Atticus. Hoc est, quod tibi in principio dixeram, in nostra esse positum potestate, vel peccare, vel non peccare: & vel ad bonum vel malum extendere manum, vt liberum seruetur arbitrium, sed hoc pro modo, & tempore, & conditione fragilitatis humanæ; perpetuitatem autem impeccantiæ soli reseruari Deo, & ei, qui verbum caro factus, carnis detrimenta, & peccata non pertulit. Nec quia ad breue possum, coges meæ vt possim iugiter ieiunare, vigilare, ambulare, legere, psallere, sedere, dormire, numquid in perpetuum? Critobulus. Et quare in Scripturis sanctis ad perfectam iustitiam prouocamur, vt est illud: Beati mundo corde, quoniam ipsi DEVM videbunt. Et: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Et DEI loquentis ad Abraham: Ego sum Deus tuus, placeto in conspectu meo, & esto sine macula, vel querela: & ponam testamentum meum inter me & te, & multiplicabo te nimis? Si enim non potest fieri, quod Scriptura testatur; frustra præcipit, vt fieret. *Tomo secundo, libro tertio, Dialogorum aduersus Pelagianos, capite quarto.*

Comparatione corporis animæ fragilitatem & pericula ostendit.

Psal. 88.

Ezech. 18. Enoch & Elias communem mortem nondum viderunt.

Perstitit in comparatione vitiorum animæ & corporis.

Morborum fomites intemperantia.

Matth. 8.

Perpetuitas impeccantiæ soli Deo reseruatur.

Obiectio Critobuli quod ad perfectam iustitiam proueniri nequeat.

Matth. 5. Psal. 118. Genes. 17.

ATTICVS, Diuersis testimonijs scripturarum eandem quæstionem teris in theatrales præstigias, quæ vnum eundemque hominem, personarum varietate mutata, in Martem Veneremque producunt: vt qui prius rigidus & truculentus incesserat, postea soluatur in mollitiem fœminarū. Hoc enim quod nunc quasi nouum obijcis; Beati mundo corde: &, Beati immaculati in via; &, Esto sine macula: & cætera huiusce modi, Apostolo respondente conuictum est: & ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus: & nunc per speculum videmus in ænigmate: cum autem venerit, quod perfectum est, id quod ex parte fuerat, destruetur. Et mundum igitur cor quod postea sit visurum Deum, & beatitudinem vitæ immaculatæ, & immaculatum cum Abraham viuere, in vmbra posidemus, & imagine. Quamuis aliquis Patriarcha sit, quamuis Propheta, quamuis Apostolus, dicitur eis à Domino Saluatore: Si vos cum sitis mali, scitis bona dare filijs vestris: quanto magis pater vester, qui in cœlis est, dabit bona petentibus se? Denique & Abraham, cui dictum est: Esto sine querela, & sine macula, conscientia fragilitatis suæ cecidit pronus in terram. Cumque locutus esset ei Deus: Sarai vxor tua non vocabitur vltro Sarai, sed Sara erit nomen eius: & benedicam ei, & dabo tibi ex ea filium, benedicam ei, & erit in gentes & regis gentium ex ipso erunt: statim infertur. Cecidit Abraham in faciem suam, risitque & dixit in mente sua: Si centenario nascetur filius, & si Sara nonaginta annorum pariet? Dixitque Abraham ad Deum: Ismael viuat in conspectu tuo. Cui respondit Deus: Etiam: Ecce Sara vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Isaac, & reliqua. Certè audierat à Deo: Ego sum Deus tuus, placeto in conspectu meo, & esto sine macula; quare non credidit quod Deus repromisit, sed risit in corde, putans se celare Deum, & apertè ridere non audens? Denique causas incredulitatis exponens, dicit in corde suo: Quo modo potest hoc fieri, vt centenarius de nonagenaria vxore pariat filium? Viuat inquit, Ismael in conspectu tuo, quem semel dedisti. Difficilia non quæro; contentus sum beneficio, quod accepi. Quem occulta responsione arguens Deus, ait: Etiam. Et est sensus. Fiet quod existimas non futurum. Sara vxor tua pariet tibi filium: & antequam ista concipiat, priusquam ille nascatur, puero nomen imponam. Ex errore enim tuo quo risisti tacitus, filius tuus Isaac risus nomen accipiat. Sin autem ab ijs, qui sunt mundo corde in hoc sæculo putas videri Deum; quare Moyses, qui prius dixerat: Vidi Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea: postea deprecatur, vt eum videat cognoscenter? quem quia dixerat se vidisse; audit à Domino: Non potes videre faciem meam. Non enim videbit homo faciem meam, & viuet. Vnde & Apostolus inuisibilem solum Deum, qui & lucem habitat inaccessibilem, & quem nullus hominum viderit, neque possit videre, appellat. Et Ioannes Euangelista sacra voce testatur, dicens: Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse narrauit. Qui videt, & narrat, non quantus est ille, qui visus est, nec quantum nouit ille, qui narrat, sed quantum potest mortalium sensus accipere. Quod autem putas beatum esse, qui sit immaculatus in via, & ambulet in lege eius, ex sequenti sensu priorem intellige. Multis testimonijs supra didicisti, legem nullum potuisse complere: Si autem Apostolus ad comparationem gratiæ Christi, quæ prius lucra arbitrabatur in lege, reputauit quasi stercora, vt Christum lucrifaceret: quanto magis nos scire debemus, ideo Christi & Euangelij gratiā successisse, quia in lege iustificari nō potuit? Si autem in lege nullus iustificatur, quo modo ad perfectum immaculatus est in via, qui adhuc ambulat, & ad calcem venire festinat? Certè, qui in cursu est, & in via graditur, minor est, qui peruenit ad finem. Si ergo immaculatus est ille, atque perfectus, qui adhuc ambulat in via, & graditur in lege: quid plus habebit ille, qui ad terminum viæ, legisque peruenit? Vnde & Apostolus de Domino loquitur: quod in fine mundi & in cōsummatione virtutum exhibeat sibi sanctam Ecclesiam, non habentem maculam neque rugam: quam vos putatis iam in ista carne mortali, & corruptibili esse perfectam; & audire meremini cum Corinthijs: iam perfecti estis, iam diuites facti estis, sine nobis regnatis: atque vtinam regnaretis, vt & nos regnaremus vobiscum; cum vera & absque omni sorde perfectio in cœlestibus reseruetur, quando sponsus loquetur ad sponsam: Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. Iuxta quod & illud intelligitur: vt sitis irreprehensibiles, & immplices sicut filij Dei immaculati: quod non dixerit: Estis, sed sitis in futurum differens, non in præsenti esse contestans; vt hic labor sit, atque contentio, ibi laboris virtutisque præmia. Denique Ioannes scribit: dilectissimi, filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus, quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam eum videbimus sicuti est. Quamquam ergo filij Dei simus: tamen similitudo Dei, & vera contemplatio, tunc nobis repromittitur, quando apparuerit in claritate sua. De hoc superbiæ tumore & illa orandi prorumpit audacia, qua scribens ad viduam, quo modo sancti debeant orare, pronuncias. Ille enim inquis, merito ad Deum extollit manus: ille preces bona conscientia fundit, qui potest dicere: Tu enim nosti, Domine, quam sanctæ, quam innocentes, quam puræ sint ab omni fraude, & iniuria & rapina, quas ad te expando, manus, quam iusta quam immaculata labia, & ab omni mendacio libera: quibus tibi, vt mihi miserearis, & preces fundo. Christiani est hæc an Pharisæi superbientis oratio? qui etiā in Euangelio loquebatur: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri homines, raptores, iniusti, adulteri, & sicut hic publicanus: ieiuno bis in Sabbatho: decimas do omnium, quæ possi deo. Ille agit gratias Deo, quia ipsius misericordia non sit sicut cæteri homines, peccata detestans, non assumens iustitiam. Tu dicis: Domine: tu nosti quam sanctæ, quam innocentes, quam puræ sint ab omni fraude, iniuria & rapina, quas ad te expando, manus. Ille bis in Sabbatho ieiunare se dicit, vt affligat carnem vitijs lasciuientem; & omnis substantiæ suæ dat decimas. Redemptio enim animæ viri, propriæ diuitiæ. Tu cum diabolo gloriaris, dicente: Super sidera ascendam, ponam in cœlo thronum meum, & ero similis altissimo. Dauid loquitur: Lumbi mei impleti sunt illusionibus, & computruerunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Et: Ne intres in iudicium cum seruo tuo. Et: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuēs.

1. Cor. 13. Responsio Catholici ad obiectionem Pelagiani.

Vmbratilis & imaginaria nostra iustitia. Genes. 17.

Abrahæ infirma fides.

Matth. 5. Genes. 32. De Moyse.

Exod. 33.

1. Tim. 6.

Ioan. 1.

Psal. 118.

Nullus potest legem complere. Philip. 3.

Christi & Euangelij gratia successit quia in lege nemo potuit iustificari. Psal. 118.

Ephes. 5. Pelagiani Ecclesiam in hac vita esse perfectam falsò statuebant. Luce. 4. Vera perfectio in cœlestibus reseruatur. Cant. 4. Philip 2.

1. Ioan. 3.

Oratio nimis Christiana sed Pharisaica.

Luce. 18.

Prouerb. 13. Ezech. 14. Psal. 17. Psal. 142. Psal. 129.

Per dissimilem comparationem aliorum insolorum delusit superciliũ Pharisaicum.

Tu sanctum & innocentem, & purum te esse iactas, & mundas ad Deum expandis manus. Nec sufficit tibi in cunctis operibus gloriari, nisi ab omni sermonis orisque peccato mundum esse te dicas inferens, quam iusta, quam immaculata labia, & ab omni mendacio libera. Ille canit: Omnis autem homo mendax: & hoc ipsum confirmat Apostolica authoritas, vt sit Deus verax, omnis autem homo mendax: & tu ab omni mendacio immaculata, & iusta, & libera possides labia? Esaias plangit: Heu mihi misero, quoniam compunctus sum: quia cum sim homo, & immunda labia habeam, in medio quoque populi immunda labia habentis ego habito: & postea Seraph ignitum carbonem forcipe comprehensum defert ad Prophetæ labia purganda, non vt tu loqueris, arrogantis, sed sua vitia confitentis. Iuxta illud quod in Psalmo dicitur: Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs. Et post tantum tumorem, ornatisque iactantiam, & confidentiam sanctitatis, quasi stultus stultis persuadere conaris: vt in extremo dicas, quibus tibi, vt mihi miserearis, preces fundo. Si sanctus es, si innocens, si ab omni sorde purgatus; si nec sermone, nec opere peccasti, dicente Iacobo: Qui in verbo non peccat, iste perfectus est vir: & nemo potest refrenare linguam suam: quomodo misericordiam deprecaris, vt videlicet plangas te, & fundas preces: quia sanctus, & purus es, & innocens, immaculatisque labijs, & ab omni liber mendacio, Dei similis potestati? Sic Christus orauit in cruce: Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me? longe à salute mea, verba delictorum meorum. Et rursum: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum: Et: Pater, ignosce eis; quod enim faciunt nesciunt, qui pro nobis agens gratias dixerat: Confiteor tibi Domine pater cœli & terræ. Sic docuit Apostolos suos, vt quotidie in corporis illius sacrificio credentes audeant loqui: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. Illi nomen Dei, quod per se sanctum est, in se sanctificari cupiunt: tu dicis nosti, Domine, quam sanctæ, & innocentes, & quam puræ manus meæ sint. Illi inferunt: Adueniat regnum tuum: spem regni futuro tempore præstolantes, vt regnante Christo, nequaquam regnet peccatum in mortali eorum corpore: iunguntque: Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra; vt imitetur angelos humana fragilitas, & voluntas Domini compleatur in terra. Tu dicis potest homo, si voluerit, omni carere peccato. Panem quotidianum, siue super omnes substantias, venturum Apostoli deprecantur, vt digni sint assumptione corporis Christi. Et vos per nimiam sanctitatem, securamque iustitiam, audacter vobis cœlestia dona vindicatis. Sequitur: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. De baptismatis fonte surgentes, & regenerati in Dominum Saluatorem: impleto illo; quod de se scriptum est: Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: statim in prima communione corporis Christi dicunt: Et dimitte nobis debita nostra: quæ illis fuerant in Christi confessione dimissa, & tu arrogans & superbus de sanctorum puritate manuum, & munditia eloquij gloriaris. Quamuis sit hominis perfecta conuersio, & post vitia atque peccata virtutum plena possessio: nunquid possunt sic esse sine vitio, quo modo illi, qui statim de Christi fonte procedunt? Et tamen iubentur dicere: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: non humilitatis mendacio, vt tu interpretaris, sed pauore fragilitatis humanæ suam conscientiam formidantis. Illi dicunt: Ne nos inducas in tentationem: tu cum Iouiniano loqueris, eos qui plena fide baptisma consecuti sunt, tentari vltra, & peccare non posse. Ad extremum inferunt: Sed libera nos à malo. Quid precantur à Domino, quod habent in liberi arbitrij potestate? O homo nunc mundus factus es in lauacro, & de te dicitur: Quæ est ista, quæ ascendit dealbata, innitens super fratruelem suum; vt lota quidem sit, sed custodire non valeat puritatem, nisi à Domino Deo sustentetur. Quo modo cupis Dei misericordia liberari, qui paulò ante liberatus es à peccatis, nisi hac ratione, qua diximus; vt cum omnia fecerimus, nos inutiles esse fateamur: Oratio ergo tua, Pharisæi vincit superbiam, & publicani comparatione damnatur: qui de longe stans, oculos ad Deum non audebat attollere, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus: propitius esto mihi peccatori. Vnde profertur Domini sententia: dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam, iplus quam ille. Omnis, enim, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Apostoli humiliantur, vt exaltentur: discipuli tui eleuantur, vt corruant. Eidem adulans viduæ non erubescis dicere pietatem, quæ nusquam reperitur in terra: & veritatem, quæ vbique peregrina sit, in illa potissimum commorari: nec recordaris illius sententiæ: Populus meus, qui beatum te dicunt, seducunt te, & semitas pedum tuorum supplantant: laudasque eam vocibus, & dicis: O te felicem nimium, ô beatam, si iustitia, quæ esse iam non nisi in cœlo creditur, apud te solam inueniatur in terris. Docere est hoc, an occidere? leuare de terra, an præcipitare de cœlo? id mulierculæ tribuere, quod angeli non audeant vsurpare? Si autem pietas veritas atque iustitia non inueniuntur in terris, nisi in vna muliere: vbi erunt iusti tui, quos absque peccato in terris esse iactabas? Quæ duo capitula orationis, & laudis, soles cum tuis iurare discipulis non esse tua, cum perspicuè in eis styli tui splendor eluceat: & tanta sit venustas eloquij Tulliani, vt testudineo incedens gradu, quæ secretò doces, mittisque venalia, publicè non audeas profiteri. O te felicem, cuius præter discipulos nemo conscribit libros: vt quidquid videris displicere, non tuum, sed alienum esse contendas. Et quis ille tanti erit ingenij, vt leporem tui sermonis possit imitari? *Tom.2.libr.3.Dialogi aduersus Pelag.cap.5.*

Qui statim de fonte Christi procedunt peccata tantum remissionem peccatorum.

Cant. 8.

Orationis Pharisaicæ detestatio.

Lucæ.17.
Lucæ.19.

Esaiæ 5.

Angeli non audent sibi perfectam iustitiam vendicare multo minus igitur homines.

Ironia acris.

PORRÒ, quod ait, vt sit Deus omnia in omnibus, hoc sensu accipiendum est: Dominus atque saluator noster nunc omnia non est in omnibus, sed pars in singulis: Verbi gratia: In Salomone sapientia in Dauid bonitas. In Iob patientia, in Daniele cognitio futurorũ, in Petro fides, in Phinees & Paulo zelus. In Ioanne virginitas, in cæteris cætera. Cum autem rerum omnium finis aduenerit, tunc omnia in omnibus erit, vt singuli sanctorum omnes virtutes habeant, vt sit Christus totus in cunctis. *Tomo tertio, Epistola 147. ad Amandum.*

In hoc secundi sanctitatem certes, futuro non singulas sed omnes habebunt virtutes.

VLVLATE,

Nullus opus Dei iustitia dignum per Psal.142.

Psal.129.

Omnis mundi iustitia ad Dei iustitiam comparata non est iustitia.

Matth.11.

Philip 3.

Rom.11.

1.Cor. 13.

Rom. 7.

Matth 8. Sola Deitas iustitia est perfecta.

Lucæ.15.

In sanctos quoque cadit inuidia & in ipsos Apostolos. Matth.20.

VLVLATE, quia prope est dies Domini, &c.] Dissoluentur manus, quia nullum opus dignum Dei iustitia reperietur: & non iustificabitur in conspectu eius omnis viuens. Vnde Propheta dicit in Psalmo: Si iniquitates attendas Domine, quis sustinebit? Omne quoque cor, siue anima hominis, tabescet, & pauebit conscientia peccati sui. *Tom. 4.lib.6.Com.in cap.73.Esaiæ.*

ECCE tu iratus es, &c.] Nec mirum hæc de hominibus dicere, cum astra quoq; Dei iustitia comparata non sint munda, & aduersum angelos suos, peruersum quid excogitauerit. *Tom.4.lib.17.Com. in cap.64.Esaiæ.*

VIDEAMVS, quo modo super sancto generaliter, & peccatore parabola ista possit intelligi. Et de cæteris quin iusto conueniat, non ambigitur, illud est, in quo legenti scrupulus cõmouetur, cur iustus saluti peccatoris inuideat, & intantum iracundia repleatur, vt nec fratris misericordia, nec patris precibus, nec totius domus iucunditate superetur. Ad quod breuiter respondebimus, Omnẽ mundi istius iustitiã, ad Dei comparationem non esse iustitiam. Quo modo enim ex peccatis Hieru salem, Sodoma iustificatur; nõ quod ipsa sit iusta, sed quod maioribus delictis, fiant minora delicta, ita & hominum omnium vniuersa iustitia nõ est, Deo collata, iustitia. Deniq; Paulus qui dixerat: Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus, in alio loco confitetur, & clamitat: O profundum diuitiarũ sapientiæ, & scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Et alibi: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Et, nunc videmus per speculũ in ænigmate. Et ad Romanos; Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Ex quibus omnibus edocemur, Dei solius perfectam esse iustitiã, qui solem suum oriri facit super iustos & iniustos; dat pluuiam serotinam & matutinam, merentibus pariter & non merentibus, qui de vicis, angulis, & plateis inuitat ad nuptias: & quem, quæ ad exemplum filij pœnitentis ipsa redire non poterat, vel nolebat, quærit, & inuenit & inuentã suis humeris reportat. Multum enim errando laborauerat. Vt autem doceamur, in sanctos quoque cadere posse inuidiam, & soli Deo puram clementiam derelinqui, filiorum Zebedæi consideremus exemplum: pro quibus cum mater, mota pietatis affectu, nimis grandia postulasset: reliqui decẽ discipuli indignati sunt. Et Iesus aduocans eos dixit: Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eis, non ita erit inter vos: sed quicunque voluerit inter vos maior esse, sit vester minister: & quicunque voluerit inter vos esse primus, sit vester seruus: quomodo filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animã suam redemptionem pro multis. Nulli periculosum, nulli videatur esse blasphemum, quod & in Apostolos inuidiæ malum diximus potuisse subrepere; cum etiã de angelis hoc dictum putemus. Sidera quippe non sunt munda in conspectu eius & contra angelos suos peruersum quid intellexit. Et in Psalmis dicitur: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Non ait, non iustificabitur omnis homo, sed omnis viuens, id est, non Euangelista, non Apostolus, non Propheta. Ad maiora conscendo, non angeli, non throni, non dominationes, non potestates, cæteræque virtutes. Solus Deus est, in quem peccatum non cadit: cætera cum sint liberi arbitrij, iuxta quod & homo ad imaginẽ & similitudinem Dei factus est, in vtrãq; partem possunt suã flectere voluntatem. Quod si hac sententia non adduceris: saltem illius authoritate parabolæ cõmouere, in qua per totum diem operarij mittuntur ad vineam, & in prima hora vocantur Adam, Abel, Seth, in tertia Noe, in sexta Abraham, in nona Moyses, in vndecima gentium populus, cuidicitur: Quid hic statis tota die otiosi? Et illi respondent: nemo nos conduxit: Quod autem extrema hora sit nostri Saluatoris aductus, testis & Ioannes Apostolus, dicens: Fratres nouissima hora est, & etenim sicut audistis, quia Antichristus venit: nunc autem Antichristi multi facti sunt, propter quod cognoscimus, quia nouissima hora est. Si hæc displicet interpretatio, sequor quocunq; duxeris, ita tamẽ vt eos, qui vocati sunt primi, iustos esse fatearis, quod cum obtinuero, illud inferam: & quo modo iusti murmurarunt aduersum patrem familias, dicentes: Hi nouissimi venerunt, & vna hora fecerunt æquales illos nobis fecisti: qui portauimus pondus diei & æstus? Videntur quidẽ iustè dicere, non æqualẽ debere esse mercedem eius, qui à prima hora ad noctem vsq; fudauerit, & eius, qui vna hora sit in labore versatus: Sed ista iustitia habet in se liuoré, cum alterius inuideat fœlicitati. Denique & Dominus oculum in eis arguit inuidentem, dicens: An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Vnde & ab Apostolo solus iustus, solus dicitur immortalis: non quod angeli sint iniusti, & mortales; sed quod ipse sit immortalis & iustus: cui collata vniuersa iustitia, iniquitas inuenitur. Vt autem in hac eadem parabola, quam nunc proposuimus, iniustitiam intelligas conductorum, attende pauliſper: Qui prima hora conductus est, plus meretur ab eo, qui hora tertia missus est ad vineam: rursum horæ tertiæ operarius, sextæ horæ operarium antecedit: & sextæ horæ, nonæ horæ vincit operarium. Quomodo igitur nouissimo omnes inuident, & eandem inter se iustitiam non requirunt: tu, qui hora nona conductus es, cur inuides ei, qui vndecima hora est missus in vineam? Quodcunque responderis, quamuis diuersum afferueris laborem, vt & præmium maius in diuerso labore mereatis, eidem apud sextum sententiæ subiacebis. Et, tu, qui hora sexta conductus es, nouissimo inuides, cur tecum denarium, id est, æqualem consequatur salutem: licet salutis pro labore diuersa sit gloria: eadem de te potest tertius dicere, & de tertio rursum primus. Verum ipsi inter se ob non æqualem laborem & vocationis spatia diuersa, æquale præmiũ libenter accipiunt: in nouissimo tantum operario, id est, in gentium salute discordant: & Domino iniuriam faciunt, & sub omnibus parabolis arguuntur inuidiæ. *Tom. 3. Epist. 146. ad Damasium.*

Genes. 2.

Matth. 20.

1 Ioan.2.

Murmur iustorum habet adiunctum liuorem.

1.Tim. 1.

Pro eo quod vniuersa nostra iustitia quotidie repetatur.

Sub omnibus parabolis arguuntur inuidiæ.

IN diebus illis ægrotauit Ezechias vsq; ad mortem, &c.] Obsecro Domine, memẽto quæso, quomodo ambulauerim corã te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Audiensq; se esse morituram, non precatur vitam ad annos plurimos, sed in Dei iudicio quid velit præstare dimittit. Nouerat enim id circo Deo placuisse Salomonem, quod annis vitæ non petierit ampliores, sed iturus ad Dominum, narrat opera sua quomodo ambulauerit coram eo in veritate, & in corde perfecto. Fœlix conscientia, quæ afflictionis tempore bonorũ operum recordatur:

Angeli non sunt omninò puri. Iob.15.4. Psal.142.

In vtrumque partem flectitur voluntas

4.Reg. 2.

Felix conscientia quæ afflictionis tempore virtutum suarum recordatur.

Matth. 5. Beati enim mundo corde, quoniã ipsi Deum videbunt. Et quomodo alibi scribitur: Quis gloriabitur purum se habere cor? Quod ita soluitur: Per fectionem cordis in eo nunc dici, quod idola destruxerit, templi Baal vasa peruerterit, serpentem æneum comminuerit, & cætera fecerit quæ scriptura commemorat. *To. 4. lib. 11. Com. in cap. 38. Esa. vide etiã To. 4. lib. 17. Com. in c. 64. Esai. Nec mirum. &c.*

Prou. 70.

Sancti etiam Dei miseri. cordia indigem.

NVMQVID abbreuiata est, & paruula, &c.] Possumus cœlos obuolutos tenebris & sacco opertos, sic interpretari, vt dicamus omnes esse sub peccato, & sanctos quoque indigere misericordia Dei. *Tomo. 4. lib. 13. Comment. in cap. 50. Esaiæ.*

IVXTA est qui iustificat me, &c.] Si quis, inquit, me putat iustè addictum cruci, & aliquod fecisse peccatũ, resistat mihi. Quis est qui iudicetur mecum? Vt non potentia maiestatis meæ, sed ratione superetur. Iudicatur autem quis cum Domino; non authoritate regnantis, sed comparatione virtutum: quomodo & Apostoli iudicant duodecim tribus Israel, & Niniuitæ ac regina Saba populum Iudæorum: Iuxta quem sensum ad Hierusalem dicitur: Iustificata est Sodoma ex te. Quia igitur nullus potest iustificari præsente Domino; omnes quasi vestimentum veterascent. Quod autem inueterascit, perditioni proximum est. Et quasi tinea, ait, comedet nos: Conscientia videlicet peccatorum, & zelus gentium saluatarum. De quo & in fine huius voluminis dicitur: Vermis eorum non morietur. Et in Michæa contra peruersos principes: Auferam bona eorum quasi tinea exedens & comedens, & ambulans super regulam in die speculationis tuæ. Et in Prouerbijs: Tinea ossium cor intelligens. *Tom. 4. lib. 14. Commentariorum, in cap. 50. Esaiæ.*

Matth. 9. & 12.

Ezech. 16.

Mich. 7. sect. 70.

Prou. Trb. 14. Sec. 70.

DICES ergo ad eos, siue ad populum, &c.] Ostendit nos vas esse fragile iuxta Apostolum dicẽtem: Habemus thesaurum istum in vasis victilibus: nec posse fieri, vt non illud impleatur in nobis quod scriptum est: Non enim habitat in carne mea bonum. Et iterum: Non enim quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malũ hoc operor. Ac deinde: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hac autem ebrietate, qua obliuiscimur præceptorum DEI, & vitijs atque peccatis omnis impletur humana conditio, dicente Propheta: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: non ad comparationem Dei (vt veteres, & noui hæretici volunt, & Patriarchæ hæreticorum) sed ad scientiam eius: Homo enim videt in facie, Deus in corde: & quod nobis interdum mundum videtur, illius oculis sordidum deprehenditur: non solum vulgus ignobile vilisque plebecula, sed reges Ecclesiarum de stirpe siue filij Dauid: qui sed etiam re supini erectaque ceruice, & protento aqualiculo super thronũ eius: Sacerdotes quoq; ipsi secundus in Ecclesiastico honore gradus, & Prophetæ qui videntur habere scientiam scripturarum, & omnes habitatores Hierusalem, pro varietate peccatorum complentur: siue Iuda, vt addidere LXX. Cumque ebrij fuerint, disperguntur à societate sui, patresq; à filijs, & filij à patribus separantur, vt diuersis polluantur hæresibus, & sub Christi nomine inter se digladientur, & dimicent contra matrem suam, quæ eos genuit Ecclesiam. *Tom. 4. lib. 3. Commentariorum, in cap. 13. Hieremiæ.*

1. Cor. 4.

Rom. 7.

Ibidem.

Psal. 140.

1. Reg. 16.

Comparatione scientiæ neinemo iustificatur.

Sacerdotium secundum Ecclesiastici honoris gradum.

Hæretici dissentiunt à Christi nomine dimicant inter se contra matrem Ecclesiam.

CONTRITVM est cor, &c.] Considerato vultu omnipotentis Dei, hoc est patris, & cõsiderato vultu filij, qui iuxta Apostolum splendor illius gloriæ appellatur, & formæ substantiæ Dei: Propheta & animo, & corpore per horrescit, & intelligit, esse se nihili, secundum quod in alio loco dicitur: Vt iumẽtum factus sum apud te: Siue victimã conscientiæ, & humilitatis suę offert Deo, iuxta illud, quod in Psalmis legitur: Sacrificiũ Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum non spernet Deus. Ossa autem quę cõtremuerunt siue commota sunt: illa intelligamus, de quibus idem Dauid canit: Omnia ossa mea dicent; Domine quis similis tui? Factus est quasi ebrius, & quasi homo madidus, siue superatus vino: nullam habẽs intelligentiã, nullãmq; sapientiã. Dñs enim nouit cogitationes hominũ: quoniã vanæ sunt. Si aũt hoc ita est, vbi sunt, qui perfectã in homine iustitiam prædicant? Quod si responderint de sanctis hoc se dicere, non de sibi ipsis: certè nullũ puto sanctiorẽ esse Hieremia, quia virgo Propheta, sanctificatus q; in vtero, ipso nomine præfigurat Dominum Saluatorem. Hieremias enim interpretatur Domini excelsus. *Tomo. 4. lib. 4. Com. in cap. 23. Hieremiæ.*

Hebr. 1.

Psal. 72.

Ibidem 5.

Ibidem. 54.

Ibidem. 93.

Non est perfecta in homine iustitia

TV ergo ne timeas seruе meus Iacob, &c.] Quod autem intulit: vt non tibi videaris innoxius, siue iuxta Symmachum, & mundans nõ mundabo te: vel iuxta Aquilam: cum te erudiero per iudicium, nequaquam innocentem faciam: illud significat, quod omnis mundus indigeat misericordia Dei & nullus quamuis sanctus sit, securus pergat ad iudicem: contra nouã, ex veteri hæresim, quæ putat in isto sæculo, & in ista carne mortali, antequam corruptiuum hoc induat incorruptionem, & mortale iuduat immortalitatem, perfectionem esse in quoquam, & omnes simul iustum posse implere virtutes. *Tom. 4. lib. 6. Com. in cap. 30. Hieremia.*

Ioan. 5.

Omnis mundus indiget Dei misericordia & nullus sanctus securus adit.

1. Cor. 15.

SI filius honorabilis, &c.] Ne putaretur gratuita benedictio, & ecce indulgẽtia potius lagitoris, quam merito eius, in quem conferebatur esse collata: ideo ait: Recordabor eius, quia verba mea fuerunt in eo. Non in ore eius, non in labijs, sed in imo cordis affectu. Propter quam causam, & conturbata sunt viscera mea super eo: Cui loquitur & per Oseæ: Quid tibi faciam Ephraim, quid tibi faciam Israel? Quasi adamam ponam te, & quasi Seboim: Conuersum est in me cor meum: conturbata sunt viscera mea. Non faciam furorem iræ meæ, & non disperdam Ephraim. Miserans misererbor eius, ait Dominus. Fuerunt quidem sermones mei in eo, & omnia mandata mea iauido fuscepit animo, & in suo corde seruauit, & tamen miserans misererbor eius, dicit Dominus, vt ostenderet omnem hominum iustitiam indigere misericordia Dei. *Tom. 4. lib. 6. Com. in cap. 31. Hieremiæ.*

Nemo simul omnes in hac vita potest implere virtutes.

Osc. 6. & 11.

Omnis hominum iustitia indiget Dei misericordia

HAEC dicit Dominus Deus, &c.] Indigemus misericordia Dei: & omnis creatura ad comparationẽ creatoris immunda est, & diuino igne purganda, quo & Esaiæ Prophetæ, purgata sunt, labia. *To. 4. lib. 14. Com. in cap. 40. Ezechielis, ibidem vide plura fol. 484. fac. 1. Non solum, &c.*

Esaiæ. 6.

QVIA in multitudine, &c.] Quanto magis quis sapientiam fuerit cõsecutus tanto plus indigntur subiacere vitijs, & procul esse à virtutib. quas requirit. Quia autem potẽtes potenter tormenta patientur, cuique plus creditur, plus exigitur ab eo: propterea apponit dolorem qui apponit scientiam; & contristatur mærore secundum Deum: doletque super delictis suis. Vnde & Apostolus ait: Et quis est qui lætificat me, nisi qui contristatur ex me? Nili fortè & hoc intelligendum, quod sapiens

Lucæ. 7.

Ibidem. 12.

2. Cor. 2.

sapiens vir doleat tam in abdito, quàm in profundo latere sapientiam: nec ita se prębere mentibus, vt lumen visui, sed per tormenta quædam & intolerandum laborem, iugi meditatione & studio prouenire. *Tom. 5. Com. in cap. 1. Ecclesiastis.*

ECCE hoc inueni dixit Ecclesiastes, &c.] Hæc omnia Tropologicè accipienda. In multis quippe studiosis, & quotidiana meditatione fudantib. vix inuenitur cogitatus purus, viri dignus vocabulo. Possumus & cogitatus pro viris accipere mulieres pro operibus, & dicere: quod difficilè cogitatio alicuius pura inueniri queat. Opera verò, quia à corpore administrentur, aliquo semper errore commixta sunt. *To. 5. Com. in cap. 7. Ecclesiastis. Vide plura Tom. 6. lib. 4. Com. in cap. 26. Matthæi Cano. 56. fac. 2. Potest & sic, &c. vsque perdet.*

Caput sextum; De lapsis & eorum reparatione.

Articulis I. De effectis & pœnis peccati.

Animæ peccatorum tristes in amaritudine versantur.

MYSTICE autem viæ Syon lugẽt quando animæ quondam in arce mentis Deum speculatis actiones exteriores, post lapsum peccati, turpes atque lugubres apparent: eo quod non pristino more affectus eius ad interna gaudia celebrãda concurrant. Sed quinque sensibus corporeis, qui portarum nomine hic notantur, per desidiam destructis, patescat aditus varijs delictis: Ecclesiasticum quoque officium vilescat, & continentiæ virtus mollescat. Vnde spiritus sancti suauitate priuata, tota in amaritudine vitiorum versatur. *Tom. 4. lib. 1. Lamen. Hieremiæ cap. 1. fol 309. facie 1.*

Peccatorum nulla quies.

ANIMAE deceptæ, hostes fiunt in capite: quando maligni eius spiritus gaudent dominatione: qui spoliantes eam virtutibus, paruulos cogitatus eius per varia desideria huc illucque trahendo, nullam quietem eam in animo habere permittũt. *Ibidem.*

Anima per peccata admittit fortitudinem & pulchritudinem.

MYSTICE filia Syon reliquit decorem suum, quando anima per incuriam cogitationum, virtutum perdidit ornamentum, nec ei subueniebant principes sui, hoc est, rationabiles tractatus: cum quibus resistere debuit inimicis persequentibus, sed defecto robore fortitudinis coram hoste persequente, propulsa est in foueam deceptionis. Hac etiam sententia arguuntur negligentes recto res Ecclesiæ Dei, ob quorum incuriam perit omnis decor populi Christiani, cùm nec in meditatione diuinæ legis, nec in cultu pietatis, neque in sacrarum virtutum exercitio laborare conantur: sed in luxu voluptatũ, per varia scelera, iuxta suggestionem hostis cogentis, abducuntur. Cuius periculi malum, illos maximè respicit, qui in loco reginiinis constituti, potius secularia desideria, quam mandatorum Dei sequi vestigia elegerũt. Vnde cælestis regni gloriam cum sanctis doctoribus non merentur accipere, sed cum diabolo & Angelis eius, pœnã gehennæ cogentur recipere. *Ibidem fac. 1.*

Vita negligentium Ecclesiæ Rectorum.

ANIMAE deceptæ, hostes fiunt in capite: quando maligni eius spiritus gaudent dominatione: qui spoliantes eam virtutibus, paruulos cogitatus eius per varia desideria huc illucque trahendo, nullam quietem eam in animo habere permittũt. *Ibidem.*

MYSTICE filia Syon reliquit decorem suum, quando anima per incuriam cogitationum, virtutum perdidit ornamentum, nec ei subueniebant principes sui, hoc est, rationabiles tractatus: cum quibus resistere debuit inimicis persequentibus, sed defecto robore fortitudinis coram hoste persequente, propulsa est in foueam deceptionis. Hac etiam sententia arguuntur negligentes recto res Ecclesiæ Dei, ob quorum incuriam perit omnis decor populi Christiani, cùm nec in meditatione diuinæ legis, nec in cultu pietatis, neque in sacrarum virtutum exercitio laborare conantur: sed in luxu voluptatũ, per varia scelera, iuxta suggestionem hostis cogentis, abducuntur. Cuius periculi malum, illos maximè respicit, qui in loco reginiinis constituti, potius secularia desideria, quam mandatorum Dei sequi vestigia elegerũt. Vnde cælestis regni gloriam cum sanctis doctoribus non merentur accipere, sed cum diabolo & Angelis eius, pœnã gehennæ cogentur recipere. *Ibidem fac. 1.*

SED & nos si non obseruauerimus diligenter claustra cordis nostri, & per aliquem sensuum nostrorum hostis antiquus patentem inuenerit introitum, ingreditur per suggestiones prauas, & illicitas concupiscentias in sacrarium animæ nostræ, vbi sancta trinitas per fidem veram habitare

Ornatu virtutum spoliat diabolus

ABSTVLIT Dominus magnificos plebis Iudaicæ in tempore captiuitatis suæ: quando Prophetas & sacerdotes, quorum ope & doctrina maximè sustentati sunt, propter malitiam eorum & scelerum multitudinem, apud illos habitare non permisit, sicut propheta Daniel in sua oratione testatur, dicens: Domine non est in tempore hoc princeps, nec proheta, nec dux, neque holocaustũ neque sacrificium, neque incensum, neque locus primitiarum coram te, vt possimus inuenire misericordiã. Sic & ab anima diabolica, fraude decepta: Postquam eam inimicus intus captiuam à statu rectæ fidei & bonæ conuersationis in confusionem erroris abduxerit, sanctorum prædicatorum doctrinam, & exempla ab aspectu cordis eius per obliuionem aufert: quatenus eam spoliatam virtutibus, facilius in terra aliena possideat, ne per recordationem sani dogmatis, & moderationem vitæ ad statum pristinum reuertatur. *Ibidem fol. 310. fac. 2.*

Daniel 3.

Ab anima peccatrice sanctæ doctrinæ & bonæ vitæ exempla auferuntur.

MYSTICE autem animæ virtutibus insocũdæ, & bonis operibus vacuæ, nec fidei fructum gignenti, Dominus torcular calcat: quando eam pro sterilitate sua, & otiositate inimica, pœnas cõ dignæ vindictæ luere facit. *Ibid. fol. 311. fac. 1.*

Diabolica vafricia tormenta infert animæ peccatrici.

IDEO fletus vigens animæ dolentis describitur: quia post vanam lætitiam huius mundi, omnis consolatio præsentis vitę illi aufertur: fructus malorum operum dissipatur, & solus inimicus in tormenta varia illius dominatur. *Ibidem.*

MYSTICE anima, quæ voluptatibus & desiderijs carnis nutritur, sacerdotij dignitatẽ & maturitatem cõsilij propter indigentiã sapientię in opiam virtutum perdit. Mundus enim tranlit & concupiscentia eius. Aegyptus vanè auxiliabitur, & baculus arundineus atque confractus inniteres super se lacerat, ac manum eorum perforat: nec vnquam perfectam prosperitatem suis amatoribus conferre potest. *Ibidem fac. 2.*

Ioan. 2. Mundi vanum auxilium

MYSTICE anima peccatrix, quæ quondam habuit lumen scientiæ & speculum diuinæ contemplationis; quando pedes Domini, hoc est, vestigia præceptorum eius in cordis illius secreto consistebant: nunc propter cæcitatem cordis & nequitiã prauę actionis, de culmine virtutum in fœditatem terrenorum desideriorum prolapsa, iusto Dei iudicio spreta, atque derelicta ab hostibus conculcatur. Vnde propheta meritò eius deflet ruinam: quia à summo honore ad maximam deuoluta est miseriam, per quam omnium iam despectui patet & irrisioni. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 2. Lament. Hierem fol 312. fac. 2.*

Miseriæ infelicis animæ peccatricis.

NON solum vniuersum regnum Iudæorum Dominus destruxit, & defensionem dexteræ suæ ab eis auferens, terram eorum in manus hostium, ad deuastandum tradidit: sed & Hierusalem mysticam, quãdo à Domino recesserit, & dijs alienis in diuersis scelerib: seruierit, defensione cælestis auxilij priuatam flammæ libidinis & furori hostium ad succendendum tradidit. Dextera enim Dei patris vnigenitus filius est; per quem & solatiũ & defensionẽ fidelibus suis præstat. Sed quãdo offenso illo nõ meremur ab inimicis liberari, quasi traditi videmur, cùm defensorem nullum

Peccatores Dei destituuntur protectione.

habemus. Vnde & Propheta, quasi desertum à Domino populum Iudæorum conquestus, in Psalmis ait: Vt quid auertis faciem tuam de medio sinu tuo? Quasi offenso, quasi irato Domino dicit, quod nolis peccatores populos intueri: vt adhuc in sua videantur permanere nequitia. Ille enim quos dispensatione mirabili placatus attenderit, corrigit; quos propitius intuetur, emendat. Quod autem dicit, dexteram tuam de medio sinu tuo in finem: significat, quod sicut Moyses manus dextera Domini iussu de sinu prolata leprosa conspecta est. Iterumq; in sinum retracta, curata: ita populus Iudæorum exiens à Domino Christo, immundus fiat, ad eum verò conuersus, ad pristinam redeat sanitatem. *Ibidem fol. 313. fac. 1.*

Psalm. 73.

Exod. 4.

Per peccata egicitur spiritus S.

VNDE videndum est nobis, ne propter iniquitates nostras habitaculum pectoris deserat inhabitator spiritus S. respuat sacerdotium, & despiciat ordinem regiminis nostri: siamusq; sicut hortus diuisiatus, vbi nullus virtutum fructus gignitur. Metuendum igitur, ne tanta suauitate & iocunditate priuati, in amaritudinem & fœditatem perueniamus sempiternam. Dicit enim Corinthijs manifestè Paulus Apostolus: Nescitis, quia templum Dei estis? Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet eum Deus. Templũ enim Dei sanctum est, quod estis vos. Et idem: An nescitis, quia membra vestra templum sunt spiritus sancti, quem habetis, & non estis vestri? Empti enim estis pretio magno: glorificate ergo, & portate Deum in corpore vestro: *Ibidem facie 2.*

Anima peccatrix horrus diſpiſatum.

1. Cor 3.

1. Cor. 6.

MYSTICE autè repulit Dominus altare fusi: quando peccatis exigentibus, quasi ingratam despicit aram cordis nostri, & auertit faciem suam à nobis, vnde salui fieri debeamus, sicut scriptum est: Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus: nec preces nostras attendit, neque oblationes recipit. *Ibidem fol. 314. fac. 1.*

Preces & oblationes peccatorum Deo ingratæ.

Pſal. 79.

SIMILITER & animæ Christianæ ruina, cuius à statu rectæ fidei & celsitudine virtutum immensa ruina fuit, nulli est rei coæquanda, quæ ex consortio diuino & societate Angelorum in malignorum spirituum decidit dominium: qui eam varijs vitijs, atq; sceleribus captiuatam, huc illucque per sæculi vndantes luxus, ac casus vertendo, in foueam perditionis propellunt, in barathrumque gehennæ perpetualiter puniendam præcipitare contendunt. *Ibidem. fol. 315 fac. 1.*

In dominiũ immundorũ ſpirituum decidit anima peccatrix.

SI hæc corporales inimici contra Hierusalem terrenam tunc fecerunt: quid spirituales nequitiæ & ministri antiqui hostes facturi sunt erga spiritualem Hierusalem, hoc est, animam Christianã: quando eam pro suis iniquitatibus sibi à Domino traditam, vndique pœnis, vndiq; dolorib. circundant: nec eam quicquam tunc iuuat, quod in præterita ætate aliquid de terrena fœlicitate habuerat? Vnde eam Dominus sub typo perituræ ciuitatis defleuit dicens: Si cognouisses & tu, &c. *Tom 4. lib. 1. Com in cap. 2. Hier. fol. 315. fac. 2.*

Anima peccatrix vndique doloribus, vndique pœnis circundatur Luc. 19.

SED iuxta Allegoriam, quisquis fœuitiam spiritualium hostium intelligit veraciter, ingentem confusionem, quam in animabus sua fraude deceptis gerunt, agnoscit: vbi omnis impudentia atq; immunditia, insolentia & inhonestas regnat: vbi tot apparent confusiones, quod sunt vitiorum facies. *Tom. 4. lib. 3. Com. in orat Hiere. cap. 3 fol. 329. fac. 1.*

Varia confuſio vitiorum in anima peccatrice.

QVODQVE secundo dicitur homo, homo filiorum Israel, & aduenarum, qui cincti sunt eis: duplicem in nobis, iuxta Apostolum ostendit hominem, exteriorem & interiorem. Multi enim habentes hominis faciem corporalem, diuersarum bestiarum assumunt imagines: quas dissipari cupiens, deprecatur: Domine in ciuitate tua imaginem eorum dissipabis. Ille de quibus scriptum est: Homo, cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis: nõ sunt homines, homines, sed sunt homines iumenta. Rursum, qui in Euangelio audiunt. Serpentes, genimina viperarum, quis ostẽdit vobis fugere à ventura ira? non sunt homines, homines, sed homines serpentes. Et de quib. scriptum est: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos. Ac de Herode: Dicite vulpi huic: non sunt homines, homines, sed homines vulpes. Cùm verò vtrunque hominis vocabulum possident: si erauerint, ideò per supplicia corriguntur, vt intelligant, quod ipse sit Dominus. *Tom. 4. lib. 4. Com. in cap. 14. Ezechielis fol. 365. fac. 2.*

1. Cor. 15.

Pſal. 72. Peccatores diuersarum beſtiarum aſſumunt imagines. Ibidem 48.

Matth. 23.

Matth. 8.

Luc. 13.

Articulus II. Peccatum esse voluntarium, nec vlla vi aut necessitate hominum ad illud cogi.

AD excusandas excusationes in peccatis. quod nulli peccatorum suorum, quasi iustas prætendant accusationes, vt quod voluntate delinquunt, videantur necessitate peccare: Dominus scrutator cordis & renum, futuras cogitationes in singulis contuetur. *Tom. 6. lib. 1. Com. in ca. 10. Matth. Cano. 18 fac. 1.*

Pſal 140. Homines prætendunt excuſationes peccatis, quæ ſi neceſſaria cogantur peccare.

NEQVE locum diabolo] Diabolus græcũ verbum est, quod Latinè dicitur criminator, lingua verò Hebræa Sathan appellatur, id est, aduersarius, siue contrarius & ab Apostolo Belial, hoc est, absque iugo, quod de collo suo Dei abiecerit seruitutem, quem Aquila apostatam transtulit. Et sciendum vbicunque in veteri lege filij pestilentiæ scribantur, sicut ibi: Filij autem Eli, filij pestilentiæ: ibi in Hebraicis voluminibus, Belial, hoc est, diabolum pro pestilentia nominari, licet plurimi pro Belial corruptæ in Apostolo Belian legant. Nolite itaque, ait, dare locum diabolo, qui tanquam leo rugiens, quærit aditum, per quem possit erumpere. Quomodo enim pater & filius stant ante ostium, & pulsant, vt introeant & cœnent cũ eo, qui se receperit, ita & aduersarius semper in nos est paratus irrũpere, & cùm locum dederimus, ingreditur: Solet autem antequam veniat, quædam iacula præmittere & præcurrere adventus sui facere cogitationem: hanc si nos in corde nostro susceptam nutrierimus intus infecus, & crescere fecerimus, cùm in nobis prolem suam auctam viderit, & ipse audebit intrare: Denique in Iudæ Ischariot cor, primam iecit sagittam, vt traderet Saluatorem, quam si exceptam ille miserabilis nõ fouisset, nunquam post intinctum panem in Paropside, intrasset in illum Sathanas. Simulque ad hoc diligenter attendite, quod non inuenerit diabolus locum introcundi in Iudam, cuius pectus iam ante percusserat, nisi in conuiuio Saluatoris. Quia tunc vel maximè in potestate ei damur, quando nec humanitate, nec clementia, nec mansuetudine eius vincimur, quem odimus indignè. Huic quod nunc præcepit, nèque locum detis diabolo, illud de Ecclesiastico comparatur: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dederis ei: ille superbus & temerarius vult ascendere, vult subire, sed

Neq; locum diabolo.

1. Cor. 6. 6.

Pſal 72. Peccatores diuerſarum beſtiarum aſſumunt imagines. Ibidem 48.

Matth. 23.

Matth. 8.

Luc. 13.

Progreſſus ad peccandum qualis ſit.

Ioan. 13. 2.

Quando maximè tradantur homines diabolo.

1 Reg. 2. 10.

Apoc. 3. d.

In noſtra poteſtate eſt diabolo reſiſtere.

re, sed etiam si te oppressum putauerit, & se extulerit, tu ne dederis locum. Potestas quippè diaboli, non in temeritate illius atque iactantia, sed in tua est voluntate. *Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 4. ad Ephesios fol. 182. fac. 1. c.*

Homo conditus ad dei imaginẽ voluntariè & non ex neceſſitate bonus eſt, vt & Deus ipſe.

HOC quod à plerisque quæritur, & sæpissimè retractatur, quare Deus hominem faciens, nõ eum bonum rectumque condiderit: de præsenti loco solui potest. Si enim Deus voluntariè & non ex necessitate bonus est, debuit hominem facies, ad suam imaginem & similitudinem facere, hoc est, vt ipse voluntariè & non ex necessitate bonus esset. Qui autem asserunt, ita eum debuisse fieri, vt malum recipere non posset, hoc dicunt, talis debuit fieri, qui necessitate bonus esset, & non voluntate. Quod si talis fuisset effectus, qui bonum non voluntate, sed necessitate perficeret, non esset Deo similis, qui ideò bonus est, quia vult, nõ quia cogitur. Ex quo manifestum est, rem eos inter se postulare contrariam. Nam ex eo, quod dicunt, debuit homo Deo similis fieri: illud petunt, vt liberi arbitrij, sicut Deus ipse est. Ex eo autẽ quod inferunt, talis debuit fieri, qui malum recipere non posset: dum necessitatem ei boni important, illud volunt, vt homo Deo similis non fieret. Potuit itaque & Apostolus Paulus absque voluntate Philemonis Onesimum sibi in ministerium retinere. Sed si hoc sine voluntate Philemonis fecisset, bonum quidem erat, sed nõ voluntarium. Quod autem non erat voluntarium, alio genere arguebatur non esse bonum. Nihil quippè bonũ dici potest, nisi quod vltroneum est. Ex quo Apostoli consideranda prudentia est: Qui idcircò fugitiuum seruum remittit ad Dominum, vt profit domino suo, qui prodesse non poterat, si domino teneretur absente. Superior ergò quæstio ita soluitur: Potuit Deus hominem sine voluntate eius facere bonum. Porrò si hoc fecisset, non erat bonum voluntarium, sed necessitatis. Quod autem necessitate bonum est, non est bonum, & alio genere malum arguitur. Igitur proprio arbitrio nos relinquens, magis ad suam imaginem & similitudinem fecit. Similem autem Deo esse, absolutè bonum est. *Tom. 6. lib. 1. vnico Com. in cap. 1. ad Philem. fol. 214. fac. 2.*

Ad ſolũ bonũ quod voluntarium.

Quod eſt neceſſitate bonum, bonum non eſt.

Qui Deo ſimilis abſolutè bonum eſt.

Matth. 12.

PECCATORVM alia mortalia, alia venialia. Sunt peccata leuia, sunt grauia. Aliud est decem millia talenta debere, aliud quadrantem. Et de otioso quidem verbo & adulterio rei tenebimur: sed non est idem fussundi & torqueri, erubescere & longo tempore cruciari. Putas nostrum esse quod loquimur? Audi Apostolum Ioannẽ: Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabit ei vitam, peccanti non ad mortem, qui verò peccauerit ad mortem, quis orabit pro eo? Cernis quod si pro peccatis minoribus deprecemur, impetremus veniam; si pro maioribus, difficilis impetratio sit, & inter peccata, & peccata magnam esse distantiam. Vnde & de populo Israel, quia peccauerat peccatum ad mortem, dicitur ad Hieremiam: Noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis deprecationem: & non obstas mihi, quia non exaudiam te. Si autem omnes æqualiter & introimus sæculum, & eximus de sæculo, & hoc præiudicium futurorum est: ergo æqualiter & iusti & peccatores habebimur apud Deum, quia nũc pari modo & generamur & morimur. *Tom. 2. lib. 2. contra Iouinianum cap. 16. a.*

3. Matth. 12.

Ioan. 5.

Peccata nõ ſunt paria vt docuerũt melè Stoici & hodie Caluinus.

Matth. 12.

Jerem. 7.

DE eo autem, quod nitis approbare conuiciũ

Diuerſitas pœnarum arguit diuerſitatem peccatorum. Sap. 1.

Pſal. 115. Rom. 3. Eadem argumento Cic. Stoicos oppugnat.

Iob. 19.

Quidam ex ignorantia quidam ex infirmitate peccant.

Iob 19. b.

Pſal. 26. 6.

Rom. 1. d.

2. Cor. 12. g. Peccata beſtiæ & ferè ſunt. Hier. 2. d. Pſal. 73.

Alia peccata maiora et alia minora.

re, & homicidium, raka & adulterium, & otiosum sermonem; & impietatem vno supplicio repensari iam, & supra tibi responsum est, & nunc breuiter respondebo. Aut peccatorẽ te negabis, vt non sis reus gehennæ, aut si peccator fueris, etiam de leui crimine ducerisad tartarum. Os enim, quod mentitur occidit animam. Suspicor te aliquando vt hominem fuisse mentitum: omnis enim homo mendax, vt sit solus Deus verax, & iustificetur in sermonibus suis, & vincat, cùm iudicaueris. Aut igitur homo non eris, ne mendax sis: aut, si quia homo es, mendax fueris, cum parricidis & adulteris punieris: nulla est enim inter peccata diuersitas: & non tibi habebunt tantas gratias, quos de humili in sublimi leuas: quantum irascentur, quos, propter leuè quotidianumque peccatum, in exteriores tenebras retrùsisti. *Ibidem 17. cap.*

CVM aduersum se obsidionem vallo & aggeribus circumædificatum conspicit, compedem suum aggrauatum asserit: quia eius exitum, quomodo calamitatem euadat, non inuenit. Quod sanctus Iob similibus verbis expressit, dicens: Semitam meam circunsepsit, ita vt transire nõ possim, & in colle meo tenebras posuit. Quod ad infirma quoque membra sanctorum Ecclesiæ non incongruè infertur: quando per hoc, quod prauè se se egisse meminerunt, à bono opere retardantur, & ex infirmitate propria timidi, bona contra hæc fortia aggredi non præsumunt. Timet enim magna bona incipere, qui se in suis actibus infirmos esse meminerunt. Et cum plerumque etiam bonum quod eligant, nesciunt, quasi in colle suo positas tenebras perhorrescunt. Nam sæpè ita de suo opere sit animus incertus, vt ignoret omninò quid virtus, quid culpa sit. In colle ergo suo tenebras inuenit, qui in his, quæ agere appetit quid eligere debeat, nescit. Quia igitur sæpè infirmitate, nonnunquam verò ignorantia peccatur: ex infirmantibus membris dicit: Semitam meam circumsepsit, & transire non possum. Ex eis verò, quæ ad ipsum opus bonum, quod eligunt, caligant, subditur: Et in colle meo tenebras posuit. Ex pœna etenim culpa est, videre bonum, quod agere debeant, & tamen implere non posse: & rursum ex grauiore pœna culpa est, quod agere debeat, nec videre. Vnde & contra hęc vtraque, Psalmistæ vóce dicitur: Dominus illuminatio mea, & cætera. Contrà ignorantiæ enim tenebras illuminatio: contra infirmitatem verò salus est Dominus: quãdo & ostendit, quid debeat ad agendum apperi & vires præbet: vt quod ostenderat, possit impleri. *Tom. 4. lib. 2. Com. in cap. 3. Lament. Hieremiæ, folio 317. fac. 1.*

SED & in nostram Hierusalem mittuntur bestiæ pessimæ, quando tradimur in possessiones ignominiæ, & in reprobum sensum, & conscientiam peccatorum, quæ excruciant atq; dilacerant animum nostrum. Dissensiones, hæreses, schismata, æmulationes, inuidiæ, tristitiæ, detractiones, desideria mala, auaritia, quæ est radix omnium malorum, bestiæ pessimæ sunt. Quæ cùm fuerint in nobis, meremur audire: Corripiet te prævaricatio tua. Precamurque & dicemus: Ne tradas bestijs animam confitentem tibi. *Tom. 4. lib. 2. Com. in cap. 5. Ezechielis, fol. 344 fac 1.*

DE his loquitur, qui cùm ipsi mortali crimine teneantur obnoxij, minora peccata fratribus non concedunt: culicem liquantes, & camelum glutientes. Rectè ergo & isti simulatione iustitiæ,

vt iu-

vt supra diximus, appellátur hypocritæ: qui per trabem oculi sui festucam in oculo fratris sui aspiciunt. *Tom.6.lib.1.Com.in cap.7.Matth.*

4. NON modo infidelitate, sed quocunq; alio mortali peccato, etiamsi quis fidem retineat, ius vitæ æternæ amitti. Sicut impios, vel iniquos duos legimus: Vnum qui non audiuit & perijt: alterum qui audiuit, & perseuerauit in nequitia: Sic duo iusti sunt, vnus, qui non audiuit, & perijt, alter qui audiuit, & conuersus ad pœnitentiam, saluauit animam suam. Notandumq;, quod possit iustus cadere, & si habuerit magistrum, ad meliora conuerti. Et bona igitur opera indigent assiduo præceptore, ne lapsus ab optimo cursu, retrahat pedem. Et impius quidem vel iniquus si conuersus non fuerit, in impietate & iniquitate sua morietur. Iustus autem si fecerit impietatem atque peccatum, non statim moritur, sed ponitur offendiculum coram eo, siue tormentum, & vt Theodocio dixit, infirmitas: vt torqueatur, & plana viam non inueniat, & intelligat se languidum: de quibus & Apostolus dicit: Ideò infirmantur multi apud vos, & dormiunt multi. Prodest enim iusto, intelligere delictum suum conscientiæque tormentum, & dicere cum Psalmista: Conuersus sum in ærumna mea, dum mihi infigitur spina. Et quo modo impio nó sunt obuiæ iniquitates, si auertatur à via sua impia, & viuat: sic iusto non prosunt antiquæ iustitiæ, si nouis facinoribus opprimatur. Quod autem intulit: Ipse morietur, quia non annunciasti ei, subauditur, potuisse eum viuere, si speculator magisterque docuisset. *Tom.4.lib.1.Com.in cap.3.Ezechielis, folio 338. fac.2.*

Bona opera assiduo indigent præceptore.

1.Cor.11.g. Tormentum conscientiæ vide.

Psal.31.a.

Nouis facinoribus aboletur prima iustitia.

1.Cor.15.f. CARO & sanguis regnum Dei non possidebunt, neque corruptio, in corruptionem: sciamus non substantiam carnis, sed opera contemnari. *Tom 4.lib.3.Com.in cap.10. Ezechielis, fol. 156.fac.2.*

CAETERVM & super nostram terram cui dicitur: Terra es, & in terram ibis: & super nostram Hierusalem, singulosque credentium: si Dei mãdata contempserint, & prævaricatores meruerint appellari, inducetur fames, non fames panis, neque sitis aquæ, sed fames audiendi verbum Dei. Inducetur & gladius, de quo legimus: Tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt. Et ad Mariam. Tuam quoque animam pertransibit gladius. Inducentur & bestiæ: quibus ne tradatur iustus postulat: Ne tradas bestijs animam confitentem tibi. Inducetur & pestilentia: pro qua LXX. mortem interpretati sunt. De qua scriptum est: Mors peccatorum pessima est. Et anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Et, si sic separata amara mors. De quib. nec spiritualium parentum, quos magistros intelligimus doctrina, nec principes nos poterunt liberare, nisi filiorum fuerit assensus, & illorum obsecrationes suis conatibus iuuerint. Iustitia enim iusti erit super eum, & iniquitas, iniqui in ipso commorabitur: Vnusquisque peccato proprio morietur: & iustitia sua saluabitur. *Tom.4.lib.4.Com.in cap.14. Ezech.fol.360.fac.2.*

Gene.3.d.

Amos 8.d.

Psal 67.e.

Lucæ 2.e.

Psal.73.d.

Psal 33.d. Inf.8.a. 2.Reg.15.g.

Observationes filiorum parentibus profunt.

Inf.18.e. Mortale peccatum tollit iustitiam.

Peccator in scelere moritur.

SOLVIT quæstionem, quam è contrario poterat auditor opponere: Soletis, ait, dicere. Quare filius iustus non portauit iniquitatem patris? Ad quæ ipse respondet: videlicet, quia filius benè operatus est, & patris delicta non fecit. Iustumque est, vt quo modo peccator in suo scelere moritur sic iustus in suis viuat virtutibus: & moritur anima, quæ peccauerit, & viuat quæ Dei præcepta custodierit. *Tom.4.lib.6.Com.in cap.18.Ezech.fol.385. facie 1.*

Per vitam mortale mo riuntur priores virtutes & per pœnitentiam reuiuiscunt.

SICVT iustum antea peccatorem non prægrauant antiqua delicta: sic peccatorem, qui prius iustus fuerit, nõ iuuant veteres iustitiæ. Vnusquisque enim in quo inuenietur, in eo iudicabitur. *Ibidem in sequentibus facie 2.*

ECCE vnusquisque in suo peccato moritur, & in sua iustitia viuificatur: in vtroque non præterita, sed præsentia iudicantur. *Ibidem.*

Non sola infidelitas dãnat, vt falsè docuit Lutherus.

IDCIRCO vnumquemque iuxta vias suas iudicabo domus Israel, &c.]Siue de gentium multitudine, siue de Israel populo sint, qui iudicantur, non est personarum acceptio apud Deum, sed vnusquisque sua coronabitur fide, & impietate atque infidelitate damnabitur. *Ibidem fol.387.fa.1.*

Mors & vita spiritualis.

HIC autem ad eos loquitur, qui magnitudine peccatorum, imò impietatum suarum, desperant salutem, & dicunt: Iniquitates nostræ, & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis tabescimus, quo modo ergo viuere poterimus? Et est sensus: Cũ semel nobis mors proposita sit, & vulneribus nostris nulla medicina possit restituere sanitatem: quid necesse est laborare, & frustra consumi, & præsentem vitam cum desperatione transigere, vt saltem hac fruamur, quia futurã perdidimus? Quibus respondet Deus, non velle se mortem impij, sed vt reuertatur & viuat. Et apostrophã facit ad impios desperantes: conuertimini à vijs vestris pessimis. Atque vt sciamus, qui sint impij, ad quos loquitur sequens sermo demonstrat. Quare moriemini domus Israel? Vita autem & mors in hoc loco, non hæc significatur, quæ omnes cõmuni cum bestijs lege naturæ, vel viuimus, vel morte dissoluimur: sed illa, de qua scriptum est: Placebo Domino in regione viuentiũ. Et anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et à speciali cõmonitione, qua Israel domui loquebatur, ad generalem transit disputationem: quod & iustum præteritæ no soluent iustitiæ, si nouis scelerib. fuerit occupatus, & peccatorem vel impiũ antiqua peccata non perdant, si operibus iustitiæ veteres emẽdariterrores: Deumque non præterita in vtroq; iudicare, sed præsentia. Si dixero, inquit, iusto, vita viues, & ea præmia iustitiæ pollicitus fuero, cõfisusque ille peccauerit, omnes iustitiæ eius pristinæ obliuioni tradẽtur, & præsenti iniquitate morietur: nec mea est mutata sententia, cùm non possim in eodem homine, peccatori reddere, quod iusto prõmiseram. E contrario, si peccatori & impio fuero comminatus, & dixero: Adhuc tres dies & Niniuæ subuertetur, & ille egerit pœnitentiã, bonisque operibus veterem emendãrit errorem, ita vt iudicium faciat & iustitiam: pignus restituat, rapinamque reddat, in mandatis vitę ambulet, nec faciat quicquam iniustum: nonne debet vita, quæ Christus est, viuere, & nequaquam mori, cũ comminatio peccatoris iustum punire non debeat? Tale quid loquitur sermo diuinus ad Hieremiam, quando descendit in domum figuli, & addit, vel promissa, vel commination em Dei id agere, vt homines prouocent ad salutem, vel deterreãt à peccato. Vnde qui dicunt: Non est æqua via Domini, arguntur, quod ipsorum sit iniqua sententia: habentium oculum pessimum, & nequaquam noua, sed vetera iudicantium. Quibus omnibus demonstratur, nec peccatorem salutem desperare debere, si agat pœnitentiam, nec iustum in sua confidere iustitia, si perdiderit negligenter,

Deus non iudicat præterita, sed præsentia.

Ionæ 3.b.

Hier. 18.a.

gligenter, quod magno labore quæsierat. *Tom.4. lib.10.Com.in cap.33.Ezech.fol.436.fac.1.*

Non sola infidelitas dãnat, sed omne mortale peccatum.

PECCATVM mortem vocat. Sicut ergo ei qui facit adulterium, mors est adulterium: sic omne peccatũ, quod ducit ad mortem, mors appellandũ est. Et toties mori credimur, quoties peccamus ad mortem. Vnde è contrario, toties resurgimus & viuificamur, quoties vitæ digna operà facimus. *Tom.4.lib.1.Com.in cap.18.Daniel.fol.528.fac.2.*

Vnomortali peccato quis excluditur à Dei regno.

NVNC quoque sapientiam præfert fortitudini, & dicit plus eam valere in prælijs, quam arma pugnantium, quod si vnus insipiens fuerit, quam uis paruus & nihil sit, crebrò tamen per illius stultitiam, opes magnas diuitiasque subuerti. Quia verò in Hebræo potest legi: Et qui peccat vnum, perdet bonitatem multam: etiam sic sentiendum est: quod propter vnum peccatum, multæ iustitię retro pereant, & inuicem se virtutes sequi, & qui vnam habuerit, habere omnes. Et qui in vno peccauerit, eum omnibus vitijs subiacere. *Tom.5.Com. in cap.9.Ecclesiast.inf.*

Iacob.2.b.

Discrimina peccatorum non enim omnia à Dei regno excludum.

ET in adolescentia & in senecta æquus tibi labor sit, Nec dicas: dum potui laborauit: debeo in senectute quiescere. Nescis enim vtrum in iuuentute, an in ætate longæua placeas Deo. Nec prodest adolescentiæ frugalitas, si senecta ducatur in luxu. In quacunque enim die errauerit iustus, veteres eum iustitiæ à morte liberare non poterunt. Quod si iuxta vtramque interpretationem, semper benè feceris, & omni ætate, æqualem cursum habueris, videbis Deum patrem dulcissimum lumen, videbis Christum solem iustitiæ. *Tom.5.Cõ. in cap.11.Ecclesiast.fol.30.fac.1.*

Ezech.33.

In omni ætate æqualis cursum tenẽdus.

IVSTVS vir cùm declinauerit & fecerit malum, nequaquam ei virtutes pristinæ proderunt: sed iudicabit eum Dominus, in quibus inuenerit. *Tom.5.Com.in cap.1.Ioel.fo.81.fac.2.*

Vno mortali peccato amittitur ius æternæ vitæ.

SIMVL & hic aspiciendum, quod quicunque ob Christi fidem laborauerit, & postea lapsis fuerit in peccatum, sicut priora, sine causa dicitur passus fuisse, dum peccat, sic rursum, non perdat ea, si ad pristinam fidem, & ad antiquum studiũ reuertatur. *Tomo sextolib.primo Commenta. in cap.3.ad Galat.fol.131.fa.2.*

1.Cor.6.d.

PRIMVM carnis opus est fornicatiõ. Manifesta in exordio posuit, ne de medijs ambigamus. Omne enim quodcunque fecerit homo extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Et non sumus nostri: Empti enim sumus pretio, glorificemus & portemus Deũ in corpore nostro. In eo fornicator maioris est criminis: quia tollit mẽbra Christi, & facit ea membra meretricis. Erunt quippè duo, in carne vna. Qui non fidelis, nec credit in Christo, sua membra facit mẽbra meretricis: qui credit & fornicatur, Christi membra facit membra meretricis. E contrario infidelis in fornicatione sua, vtrum violet, an ædificet templum idolo, nescio. Per vitia quippè, vel maximè dæmones coluntur. *Tom.6.lib.3.Comment.in cap.5.ad Galat.fol.152.fac.1.*

Per vitiã dæmones cõluntur.

LONGVM erat vniuersa carnis opera explicare, & catalogum facere vitiorũ. Vno igitur omnia sermone conclusit, dicens: & his similia, Quę vtinã tam facilè vitare possemus, quã facilè intelligimus. Prędico, inquit, vobis, sicut prædixi, quoniã qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Vbi ante prædixerat: non regnet, inquit, peccatũ in mortali vestro corpore, ad obediendũ desiderijs eius. Peccatum oẽs istas species habet, in quibus nunc discriminandis, plus forsitan, quã oportuit, immorati sumus. Ergo in anima, in qua peccatum regnarit, non potest Dei regnare regnum. Quæ enim participatio iustitiæ & iniquitati? quę communicatio luci ad tenebras? qui consensus Christo & Belial? & putamus nos regnum Dei consequi, si à fornicatione, idololatria, & veneficijs immunes simus. Ecce inimicitiæ, contẽtio, ira, rixa, dissensio, ebrietas quoq;, & cæt. quę paruà arbitramur, excludunt nos à regno Dei. Nec refert, vno quis à beatitudine excludatur, an pluribus cũ omnia similiter excludant. *Ibi fo.153.fa.1.*

Rom 6.e.

Species multarum peccatorũ quæ à Dei regno excludunt.

NOTANDVM quod sex vitijs supra prohibitis, fornicatione immũditia, auaritia, turpitudine stultiloquio, scurrilitate, nũc tantũ tria posuerit, fornicationẽ, immunditiã, auaritiam, quibus qui fuerit obnoxius, hæreditatem in regno Christi & Dei habere non possit. Si enim ita stultiloquus & scurra alieni essent è regno Dei, quomodo tres, quos specialiter separauit, videretur sententia esse crudelis, non ignoscere imbecillitati fragilitatis humanæ, cũ etiam per iocũ nos dicta dãnarent. Qui enim in sermone non labitur, perfectus est. Neq; verò, illa dicentes, locũ stultiloquio & scurrilitati damus dum non excluduntur à regno, sed quo modo apud patrem diuersæ sunt mansiones & stella à stella differt in gloria, sic & resurrectio mortuorũ: Quamuis aliquis à fornicatione, immundicia atq; lasciuia alienus sit, tamẽ si stulti loquus & scurra fuerit, nõ tenebit eũ locum, quẽ possessurus erat, si hæc vitia nõ haberet. Respondeat quis, esto stultiloquiũ & scurrilitas nõ eundẽ habeant reatũ, quem fornicatio, immũditia & auaritia, nũquid non & turpitudinẽ cũ tribus superioribus debuit nominare? Ad quod dicendũ, turpitudinẽ hic significare absconditã cogitationem, cũ inflammatur sensus noster ad libidinẽ, & carnis titulationib. anima ignita succenditur, & nihilominus Dei timore & mentis iudicio refrenatur. Deniq; etiã supra absq; turpitudine, tria pariter appellauit, dicens: Fornicatio aũt, & omnis immunditia & auaritia, ne nominetur in vobis, & deinceps turpitudo cũ stultiloquio & scurrilitate, numerata est. Et quomodo stultiloquiũ & scurrilitas, sic & ista turpitudo non perdit, nec in perpetuum exclud it à regno. Quia verò in superioribus ex eo, q̃ alibi legeramus: Ne supergrediatur, & auarus fraudet in negotio fratrẽ suum: dixeramus, auaritiã pro adulterio positã: Querimus id, quod nunc dicitur, aut auarus, quod est idolis seruiens, vtrum cum illa, an cum vulgata interpretatione consentiat. Inuenimus in locis plurimis prophetarum, idololatriam, fornicationem appellatam. Fornicabantur, inquit, post idola sua: & spiritu fornicationis seducti sunt. Potest itaque fornicatio & super idolatria intelligi. Sin verò auarus ille accipitur: qui pecuniam vtcunq; conquerens, nummos per fas & nefas habere desiderat, & pleno facculo delectatur: iste idololatres in eo est, quia sculpturam ipsius nummi colit, & idola in eis cælata veneratur: Vt voracium Deus venter est, ita cupidorum quoq; iustissimè pecunia Deus dici potest: maximè cùm in alio loco Apostolus cupiditatem idololatriam vocet. *Tom.6.lib.3 Com. in cap.5.ad Ephesios fol.185.fac.2.*

1.Tess.4.

Coll.4.d.

Idololatria fornicatio dicitur in prophetis.

Ezech.23.f. Oseæ 4.c.

1.Cor.10.

EXISTIMANT quidã in eo tantum Deũ negari, si in persecutione quis à gentib. cõprehensus, se renuerit esse Christianum. Sed ecce Apostolus omnibus, quæ peruersa sunt factis, Deum asserit

Non solum infidelitas peccatũ excludens dẽ regno.

serit denegari. Christus sapientia est, iustitia, veritas, sanctitas, fortitudo. Negatur per insipientiã sapientia, per iniquitatem iustitia, per mendaciũ veritas, per turpitudinem sanctitas, per imbecillitatem animi fortitudo. Et quotiescunque vincimur vitijs aut peccatis, toties Deum negamus. *To. 6. lib. 1. Com. in cap. 1. ad Titum, fol. 203. fac. 1.*

1 Cor. 11.d. NOMEN hæreseos & in epistola ad Corinthios ponitur. Oportet enim & hæreses in vobis esse, vt probati qui que manifesti fiãt. Et ad Galatas inter *Galat 5.e.* carnis opera numeratur: Manifesta autẽ sunt opera carnis quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idololatria, veneficia, inimicitiæ, cõtentiones, æmulationes, iræ, rixę, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietas, comessationes, & cæt. his similia, quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniã qui hęc agunt, regnum Dei non possidebunt. In quibus diligenter est obseruandum, quod quomodo cætera vitia, quæ inter carnis opera enumerata sunt, excludunt nos à regno Dei; ita etiam nobis hæreses auferunt regnum Dei: & non interest, quomodo quis, dum tantum excludatur à regno. *To. 6. lib. Com. in cap. 3. ad Titum fol. 209. fac. 1.* *Hæresis à Dei regno excludit.*

BEATI qui custodiunt iudicium, &c.]Rectè Dauid id dicere poterat, & ipse iudicium fecerat & iustitiam, sed quoniam non fecit in omni tempore, propterea cecidit. Quid .n. dicit? Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore? Quid enim prodest alicui viginti annis esse in continentia, & postea cadere? Secundum quod scriptum est in propheta: Non proderit iustitia iusti: In quacunque die errauerit, non eum liberabit, nec saluabit. Et peccatum peccatoris non ei nocebit: in quacunque die conuertatur & agat pœnitentiam. Neq; iustus debet esse securus, neque peccator desperare debet de sua salute. In vtroque enim eorum, & timor est & spes. Qui facit iustitiam, Iustitia Dominus noster est. Iustitia enim Domini, Dominus noster dicitur & Saluator. Beatus est ergo, qui facit iustitiam, hoc est, qui facit Christum. Quomodo ergo facimus Christum, hoc est iustitiam? Si iustè agamus, concipitur in nobis iustitia, & paritur ex nobis iustitia & sumus mater iustitiæ. Felix est & beatus, qui omni tempore & pater & mater est iustitiæ. *Tom. 7. in Psalmum 105. fol. 134. facie 1.* *Ezech. 33.c. Non iustus peccatum non peccator deseret.* *Omni tempore facienda iustitia.* *Simili declarat vnum mortale peccatum nos vos facere æternæ dãnationis.*

SICVT Psalterium ex multis cordis cõpositum est, & si vna corda fuerit rupta, exterminatur Psalterium: ita & in actibus nostris, si vnum mandatum prætergressi fuerimus, Psalterium nostrum rumpitur. *Tom. 7. Com. in Psal. 107. fol. 138. fac. 1.*

5. VARIA peccatorum esse genera: & multiplex inter eadem ipsa discrimen.

HOC duplex diuersumq; præceptum, prohibẽdi scilicet & imperandi, æquo omnib. iure mandatum est, non virgo, no vidua, non nupta ab hoc imperio libera. In quouis, pposito, in quouis gradu, æquale peccatum est, vel prohibita admittere, vel iussa non facere. Neque verò eorum te seducat error, qui ex arbitrio suo eligunt, quæ potissimum Dei mandata faciunt, quæq; quasi vilia ac parua despiciant: nec metuunt, ne, secundum diuinam sententiã, minima contẽnendo, paulatim decidant. Stoicorum quidem est, peccatorum tollere differentiam, & delicta omnia paria iudicare, nec vllum inter scelus & erratum discrimẽ facere. Nos verò, & si multum inter peccata distare credimus, quia & legimus: tamẽ satis prodesse ad cautionem dicimus, etiã minima pro maximis cauere. Tantò enim facilius abstinemus à quocunq; delicto, quãto illud magis meruimus, nec citò ad maiora progreditur, qui etiã parua formidat. Et fanè nescio, an possumus leue aliquod peccatum dicere, quod in die contẽptum admittitur. Estq; ille prudentissimus, qui non tã considerat, quod iussum sit, quam illum, qui iusserit; nec quantitatem imperij, sed imperantis cogitat dignitatem. *Tom. 1. Epist. 14. ad Celantiam cap. 1. in fine.* *Stoicorum error.* *Minima peccata pro maximis cauenda.*

MOLLIA etiam, in grauissima febre lecticuli strata non habuit: sed super durissimam humum stratis ciliciolis quiescebat: si tamen illa quies dicenda est, quæ iugibus penè orationibus dies noctesq; iungebat, illud implens de Psalterio: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. In qua fontes crederes lachrymarum: ita leuia peccata plangebat, vt illã grauissimorum criminum crederes ream. *To. 1. Epist. 17. cap. 7.* *Paula ita leuia peccata plangebat q. magnorum rea esset.*

DIONYSII liber ad Armenios, de ordine delictorum. *To. 1. de V. Ill. in Dionysio Alexandrino.*

NEGARE non potes, quin inter victum & vincientes diuersa sunt merita. Et quomodo vnũ Apostoli militumq; naufragium est? Refert postea Paulus reuelationẽ, & eos, qui in naui fuerant, dicit sibi à Domino esse donatos. Nũquid is, cui donantur & qui donantur, vnius meriti sunt? Decẽ sancti peccatricẽ possunt eruere ciuitatem. Loth cum filiabus ereptus de incendio: liberati essent & generi, si exire voluissent, & certè multa differentia est inter Loth & generos eius. Liberatur Segor, vna vrbs de Pentapoli, &; quæ eiusdem meriti erat, atq; vni sententiæ subiacebat. cui Sodoma, & Gomorra, Adama & Seboim, sancti precibus custoditur. Ecce diuersum meritũ in Loth, & Segor: & tamen de incẽdio pariter euadunt. Latrunculi, qui absente Dauid vastauerant Sicelech, & vxores eorũ, & liberos in prædã duxerant, die tertia ceduntur in campo, & quadringenti homines ascensis camelis fugiunt. Dic aliquã inter eos, qui cæsi sunt, & qui fugere potuerũt, esse distantiam. Legimus in Euangelio turrem Siloe cecidisse super decẽ & octo viros, & obrutos occidisse. Certè iuxta sententiã Saluatoris, non soli fuerant peccatores, sed in formidinem reliquorum puniti sunt, vt pestilente flagellato, stultus sapientior fieret. Si omniũ peccatorum vnum est suppliciũ; iniustè alius occiditur, & per mortẽ alteri, alius cõmouetur. Opponis mihi, Gomor mannæ, vnamq; mensuram, & vestitum, & capillos, & berbã, & calciamenta, ex quo fuisse Israhelitarũ, quasi nõ & nos Christi corpus æqualiter accipiamus, vna est in mysterijs sãctificatio, domini & serui, nobilis & ignobilis, regis & militis: quãquã pro accipientiũ meritis diuersum fiat, qud vnum est. Qui enim indignè manducauerit & biberit, reus erit violati corporis & sanguinis Christi. Nunquid quia & Iudas de eodẽ calice bibit, de quo & cæteri Apostoli, vnius cum reliquis erit meriti? Quod si non vis recipere sacramentum: certè omnes æqualiter viuimus, vnum trahimus aerem, eodem humore irrigamur, ijsdem cibis pascimur. Porrò, si alimenta coquorum arte mutantur in melius, & fit aliquid suauius condituris: huiusmodi cibi non naturæ satisfaciunt, sed voluptati. Aequæ esurimus equè algemus: simul cõtrahimur frigore, æstibus & calore dissoluimur. Sol quoq; ipse, & Luna, & omnis astrorum chorus, & pluuiæ, & mundus æqualiter nobis currunt: & ijsdem omnes iuxta Euange- *Peccatorum & meritorum differentia. Genes. 18.* *Genes. 19.* *1. Reg. 30.* *Luc. 13.* *Ex inæquali punitione inæqualitas delictorum colligitur.* *Sanctificatio exterioru seu corporis Christi.* *Matth. 5.*

Euangelium imbribus irrigamur, boni & mali, iusti & iniusti. Si præsentia, exẽpla sunt futurorum, ergo & sol iustitiæ æqualiter iustis & peccatoribus, impijs & sanctis, Christianis & Iudæis atque gentilib⁹ orietur: cũ scriptura dicat. Timẽtib. autẽ Dominũ orietur sol iustitię. Si timentib⁹ oritur, ergo contẽptoribus & pseudoprophetis occidet. Oues quę stãt à dextris, vadũt ad regna cœlorũ, hirci in tartarũ detruduntur. Parabola istã nõ ouium inter se merita & è contrario describit hircorum, sed inter oues & hircos tantũ distantiã facit, neq; enim in omnibus locis docentur omnia; sed vnaquęq; similitudo ad id refertur, cuius similitudo est, sicut & decẽ virgines, nõ totius generis humani, sed sollicitorũ & pigrorũ exempla sunt: quorum alteri, semper Domini pręstolãtur aduentũ, alteri, somno, & inertiæ se dantes, futurũ iudicium non putant, vnde & in fine parabolę dicitur: Vigilate quia nescitis diem neq; horam. Si in diluuio liberatus est Noë & omnis orbis interijt: oẽs caro erãt, & propterea perierunt, aut non eiusdem esse meriti dices filios Noë, & Noë, propter quem filij liberati sunt, aut maledictũ Cham in eodem pones loco, in quo & patrem, quia de diluuio similiter liberatus est. In passione Christi omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: & non fuit qui faceret bonum, non fuit, vsque ad vnum. Audebis ne igitur dicere, sic negasse Petrũ, & cæteros Apostolos, qui fugerũt, quomodo Caipham, & Phariseos, & clamãtem populum, Crucifige, crucifige talem. Et vt de Apostolis taceam; eiusdẽ ne tibi sceleris videbitur reus Annas, & Caiphas, & Iudas proditor, cuius & Pilatus, qui nolẽs compulsus est contra Dũm ferre sententiã? Quãtò maioris meriti fuit Iudas, tantò maioris criminis est: & quantò maioris criminis, tantò maioris & pœnæ: Potentes enim potenter tormenta patientur. Arbor mala, fructus bonos non facit nec bona malos. Si hoc ita est, respondemihi, quomodo Paulus, cùm esset arbor mala, persequens Ecclesiam Christi, fecit postea fructus bonos? & Iudas, cùm esset arbor bona, signa faciens cum Apostolis postea versus in proditorem fecerit fructus malos. Tamdiu ergo nec arbor bona malos fructus facit, nec mala bonos, quamdiu vel in bonitate sua, vel in malitia perseuerauit. *Tom. 2. lib. 2. contra Iouinianum, cap. 14.* *Malac. 1.* *Varijs scripturarũ exemplis docet esse imparia delicta.* *Mat. 25.* *Genes. 8. 9.* *Psal. 13.* *Sap. 6.*

LEVIA cum leuibus, & grauia cum grauibus comparantur, nec ferula dignum vitium, gladio vindicandum est, nec gladio dignum scelus, ferula coercendum. *Tomo 2. lib. 1. Dialogorum aduersus Pelagianos, cap. 7.*

DEINDE cuius est temeritatis, iniquos & peccatores impijs iungere, qui à nobis sic definiuntur? Omnis impius iniquus est & peccator: nec reciprocatur, vt possimus dicere: omnis peccator & iniquus etiam impius est, impietas enim propriè ad eos pertinet, qui notitiam Dei non habent, vel cognitã, transgressione mutarunt: peccatum autẽ & iniquitas, pro qualitate vitiorum, post peccati & iniquitatis vulnera, recipit sanitatẽ. Vnde scriptum est: Multa flagella peccatoris: Et non interitus sempiternus: & per omnia flagella, atq; cruciatus emendatur Israel. Quem enim diligit Dominus, corripit: flagellat autem omnem filium, quem recipit. Aliud est, cedere magistri & parentis affectu: aliud contra aduersarios crudeli animo desæuire. quam ob causam et in primo Psalmo canitur: Quoniam non refurgunt impij in iudicio, iam enim in perditionem sunt præiudicati: neque peccatores in consilio iustorum. Aliud enim est, gloriam perdere resurgendi, aliud, perire perpetuo. Veniet, inquit, hora, in qua omnes qui in sepulchris sunt, audiẽt vocem eius: & egredientur, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui autem mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Vnde & Apostolus eodem sensu, quia eodẽ & spiritu loquitur ad Romanos. Quicunq; enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt, & quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Sine lege impius est, qui in æternum peribit. In lege peccator credens in Deum, qui per legem iudicabitur, & non peribit. *Ibid. ca. 9. Fol. 276. fa. 2.* *Impietas grauior quid quã iniquitas.* *Psal. 9.* *Heb. 12.* *Ioan. 5* *Rom. 2.*

ATQVE vt hoc augeas. & magnitudinem tuæ virtutis ostendas, quod scilicet de bono conscientiæ thesauro eructare credaris, ponis in titulo cẽtesimo vigesimo tertio, ne leuiter quidẽ esse peccandum. Et quid sit hoc leuiter, ne forte in opere te aliquis dixisse existimaret, adnectis centesimo tricesimo primo titulo, malum verò non cogitandum neque illius sententiæ recordaris: Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo: cum Ecclesia etiam ea q̃ per ignorantiam delinquimus, & sola cogitatione peccamus, delicta esse fateatur, intantum, vt hostias pro errore iubeat offerri, & Pontifex, qui pro cuncto populo deprecatur, ante pro se offerat victimas: qui certè nunquam pro alijs iuberetur offerre, nisi iustus ipse esset, nec rursum pro se offerret, si peccato careret ignorantiæ. Scilicet nunc mihi latissima Scripturarum spatia peragranda sunt, vt doceam, errorem & ignorantiam esse peccatum. *Ibidem cap. 9. inf. Et capite decimo sequenti toto. De peccato per ignorantiam, quod punitur à Deo, & capite 11. sequenti toto ferè, ad f. Et capite 12. toto. Tomo secundo, libro secundo Dialogorum aduersus Pelagianum ex nouo testamento, de punito peccato ignorantiæ capite primo.* *Pro peccatis ignorãtiæ orandum & offerendum. Psal. 18.* *Leui. 4. 5. 16*

ABOCCULTIS meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo. Aliena enim nobis sunt vitia quæ sæpe voluntate, interdum ignorantia, & errore committimus: & tamen, cùm nõ sit voluntas in crimine, error in culpa est. *Tom. 3. Epist. 129. ad Cyprianum, Fol. 391.*

ET nota, quod sordes filiarum Sion lauerit spiritu iudicij: sanguinem autem Hierusalem spiritu combustionis: Quod enim leue est, lauatur: quod grauius exuritur. De quo iudicij spiritu, & spiritu combustionis, Ioannes Baptista in Euãgelio loquebatur: Ego baptizo vos in aqua, qui autem post me venit, ipse vos baptizabit, in Spiritu sancto & igne. Ex quo discimus; quod homo tantùm aquam tribuat, Deus autem Spiritum sanctum, quo & sordes abluuntur, & sanguinis peccata purgantur. *Tomo 4. lib. 2. Commentariorum, in cap. 4. Esaiæ. Folio 116 facie 2.*

PVTREDO & tinea & operimentum vermiũ, vel pœnæ intelliguntur æternæ, quas propria gignit cõscientia, vel suppliciorum materia, quæ ex proprijs peccatis nascitur. Sicut enim quamdiũ cadauer est, & aliquis humor in cadauere, vermes nascũtur ex putredine: sic ex ipsa materia peccatorũ supplicia gignũtur. Vnde & Apostolus, intersecta morte ad quã per Oseæ sermo Propheticꝰ loquebatur. Ero mors tua ò mors, ero morsus tuꝰ inferne: Loquitur ad eã: Vbi est mors, victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Illa enim mortua, non est qui succidat nos, nequaquã enim erit peccatũ *Ex materia peccatorũ supplicia gignũtur. 1. Cor. 15 f. Osee. 13. d.* *1 Cor. 15 g.*

quod succidendum sit: Quia stimulus mortis peccatum sit. *Tom.4.lib.6.Commen.in cap.14. Esaiæ. Folio 67. facie prima.*

Exod.20.(a) 34.a

SVNT qui hoc quod in Exodo scriptũ est: Reddens iniquitates patrum super filios, in tertiam & quartam generationem, ita edisserant: vt ad animam humanam, sententiam referant. *Tom.4.lib.6. Comm.in cap.18. Ezech.383 facie 1.*

Triplicis generis peccata

IN hirco autem & vitulo, & ariete, tria generalia delicta monstrantur, quibus omne mortalium subiacet genus. Aut enim cogitationibus, aut sermone, aut opere peccamus. Cogitatio refertur ad arietem, quæ prima est omnium peccatorum, & ex qua alia duo peccata nascuntur. Hœdus autem siue hircus, ad eloquium siue sermonem, qui semper de excelsioribus disputat. Opera verò propriè vitulo deputantur, quoniam vomeri & labori, & terrenis operibus mãcipatus est. Hæc igitur immaculata per septem dies veri sabbathi atq; perfecti Deo offerre debemus, & expiare altare, vt oratio nostra mũda perueniat ad Deum. *Tom.4.lib.13.Com.in cap.43.Ezec. Fol.473.fac.1.*

INTER ψαθὸς & προσάδειαν: id est, inter passionem & propassionẽ, hoc interest, quod passio reputatur in vitiũ: propassio, licet initij culpã habeat, tamen nõ tenetur in crimine. Ergo qui vidit mulierẽ, & anima eius fuerit titillata, hic propassione percussus est. Si verò cõsenserit, & de cogitatione affectum fecerit: sicut scriptũ est in Dauid: transierunt in affectum cordis: de propassione transiuit ad passionem, & huic non voluntas peccandi deest, sed occasio. Quicunq; igitur viderit mulierẽ ad concupiscendum, id est, si aspexerit, vt cõcupiscat, vt facere disponat: iste rectè dicitur eam mœchari in corde suo. *To.6.Com.in cap. 5.Matth.Cano.7.*

Diferimen passionis & propassionis.

Psal. 72. a

ILLVD quod supra diximus de passione & propassione, etiam in præsenti capitulo ostenditur quod Dominus vt veritatem probaret assũpti hominis, verè quidem contristatus sit, sed ne passio in animo illius dominaretur, per propassionem cœperit contristari. Aliud est enim contristari, & aliud, incipere contristari. Contristabatur autem, non timore patiẽdi (qui ad hoc venerat vt pateretur, & Petrũ timiditatis arguerat) sed propter infelicissimum Iudam, & scandalum omniũ Apostolorum, & reiectionem populi Iudæorum, & euersionem miseræ Hierusalem. Vnde & Ionas super ariditate cucurbitæ vel hederæ contristatus est, nolens perire quondam tabernaculum suum. Si autem tristitiam animi, non affectum Saluatoris erga perituros, sed passionem hæretici interpretantur respondeant, quomodo exponũt illud quod ex persona Dei per Ezechielem dicitur: Et in omnibus istis contristabas me. *To.6.lib.4. Com.in cap.26.Matth. Can.59 fac.2.*

In Christo non fuit passio, sed propassio.

Ionæ 4.c

MANIFESTE morsanimæ dicitur esse peccatum, ex eo quod ait: Et vos cum essetis mortui delictis & peccatis vestris: iuxta illud quoq; quod in Ezechiele scriptum est. Anima quę peccauerit, ipsa morietur. Et quia delicta, quæ Græcè παραπτώματα nuncupantur iuxta eiusdem linguæ Etymologiam, propriæ verbum est scripturarum, licet delicta. πλημμέλειαν rectius transferantur. Quærimus quid significent, quoue distent à peccatis: id est, quid inter sit inter παραπτώματα & ἁμαρτίας. Aiunt enim quod παραπτώματα, quasi initia peccatorũ sint: cum cogitatio tacita subrepit, & ex aliqua parte cõniuentibus nobis, necdũ tamen nos impulit ad ruinã. Vnde & *18.* Psalmo scribitur: Delicta hoc est παραπτώματα, quis intelligit: quia scilicet difficile sit radices & initia intelligere peccatorum. Peccatũ verò esse, cũ quid opere consummatum, peruenit ad finem. *Tom.6. lib.1.Comm.in cap.2.ad Ephesios, Fol.167 fac.2.*

Ezec.18.a

Παραπτώμα & ἁμαρτία differunt.

INTER peccatum carnis & mentiũ, hoc interesse puto, qp carnis peccatum, est impudicitia atque luxuria, & ea quę per ministeriũ eius in libidinib. explẽtur. Mentium verò delictũ, ad dogmata pertinet cõtraria veritati, & hæreticam prauitatem, ita vt possimus dicere, plerosq; hæreticorũ (quam quã hoc rarũ sit) voluntates mentiũ facere, & non voluntates carnis, & multos contra Ecclesiasticos carnis & non mentiũ facere voluntates, & esse plures, qui & carnis & mentiũ pariter faciant voluntates. Hæc aũt diximus, nõ quo & hæretici carnis nõ faciãt volũtates (plura quippe apud eos corporis sunt vitia quã apud nostros) sed vt exẽplo posito facilius qp volebam⁹ possit intelligi. *ead.fa.2.inf.*

Hæresis mẽtis peccatum est.

Triplicia genera peccatorum.

Apud hæreticos plura carnis vitia quam apud Catholicos.

DICAT quispiã hoc quod ait: Nõ est nobis colluctatio aduersus sanguinẽ & carnem, sed aduersus Principatus & Potestates, & cætera, quæ sequũtur, ideo dici, vt doceamur, ne ea quidem quæ nobis ministrari vitia putamus ex carne, carnis esse vel sanguinis, sed à quibusdã spiritualibus nequitijs suggeri. Sunt enim quidam dæmones amoribus & amatorijs canticis seruientes, vt Propheta quoq; commemorat, dicẽs: Spiritu fornicationis seducti sunt. Nã & barbara quædam nomina eorum esse dicuntur (vt sæpe cõsessi sunt hi quos vere vulgus maleficos vocat) & incantationes, & preces, & colores varij, & diuersa vel metallorũ genera, vel ciborũ, ad quæ inuocati assistere dæmones & infelices animas capere memorantur. Alij verò iracũdias, & furores, & bella cõmittere: alij præesse inimicitijs, & inter homines odia concitare, Quia vult ergo (aiunt) Apostolus nos docere, non ex natura corporis, & de materia carnis & sanguinis, hæc vitiorum genera procreari, sed instinctu dæmonum, propterea ait: Nõ est nobis colluctatio aduersus sanguinẽ & carnem, sed aduersus Principatus & Potestates, & reliqua. Ideo autem nunc eorum qui magicis infelices artibus seruiũt, & facere ista perhibentur, in medium exẽpla protulimus, vt retundamus eorum opinionẽ, qui putãt omnia vitia esse carnis & sanguinis, & nullam habere dæmones potestatẽ, vt nos incitent ad peccatum. Talem luctationem & Iacob putamus fuisse: quod scilicet nõ aduersum carnẽ & sanguinẽ contẽderit, quando remansit solus, & luctabatur cum eo homo, adiuuans eum & corroborans aduersum alium nimio dimicantem. *Ibidem.*

Oseæ 4.c Dæmones præsunt vitijs diuersis.

Dæmones instigant homines ad peccandum.

HAEC omnium doctorũ opinio est, quod aër iste, qui cœlũ & terrã medius diuidẽs, inane appellatur, plenus sit cõtrarijs fortitudinibus. Post hæc retractandũ, à quo Principatus, & Potestates & Rectores tenebrarum mundi, & spiritualia nequitię in cœlestibus, vt hoc sint, acceperint potestatẽ. Et quidẽ dicat alius, apostatã diabolum, satellitib⁹ suis diuersa officia cõmisisse, & nõ esse harum distributionum authorẽ Deum. Cui potest illud diligens Lector opponere, & quomodo scriptũ est. Nõ est enim potestas, nisi à Deo? Quod si de hominib⁹ dicitur, quãto magis de his, qui sunt subtilioris meliorisq; naturę? Nec statim qui hoc sentiat, blasphemię eũ crimẽ incurrere, qa vnusquisq; iuxta suã voluntatẽ, diuersa ministeria sortitus est Quomodo enim in vrbib⁹ eos qui aliquid commisere

Distributa dæmonum officia.

Roman.13.

Pulchre simili declarat quomodo Dominus abolitas facultates suas distribuat officia cõmissis.

miserè flagitij, videmus vel bestias alere, vel fecare marmora, vel mundare spurcitias cloacarum, vel præsse gladiatoribus, & fundendo reorum sanguini destinari: Ita & dæmones, ex proprij arbitrij libertate, insidiarum, fraudium scelerum atque periurij & reliquam vitiorum prouinciam esse sortitos, vt sint rectores tenebrarum, quia esse lucis principes noluerunt. *Ibidem facie secunda.*

ALTERIVS pœnæ est auctor delicti, & alterius, qui ab auctoritate compulsus est. *Tom.4.lib.6. Com.in cap.14. Esaiæ fol.6.8.fac.2.*

Esaiæ. 61.b.

Sanctus dei vestimentum est.

Esaiæ.50.

QVOMODO autem sanctus vestimentũ Dei est, & vestimentum nouum, & vestitur tunica salutis atque lætitiæ, dicens. Exultet anima mea in Domino: Induit enim me vestimento salutis: & tunica lætitię circundedit me: Sic è contrario peccator, qui portat imaginem veteris hominis atq; terreni, meretur audire: Ecce omnes quasi vestimentum veterascimini: & tinea deuorabit vos. Qui autẽ profecerit in scelere, & vetustatem noluerit emendare nouitate, nequaquam veteri vestimento, sed panno mẽstruatæ mulieris comparabitur. dicent, Errauimus, & facti sumus immũdi omnes nos, sicut pannus menstruatæ vniuersa iustitia nostra. *Ibidem fol.69.fac.1.*

ET hoc notandum, quod iuxta Ezechielis prophetiam quando dies pro annis numerantur Israeli, hoc est tribubus, quæ maiora peccauerant. supputentur in pœnis, anni trecenti nonaginta, vt in Hębraico continetur: non centum nonaginta, vt vulgata ædition habet: & Iudæ, in quo erat templum Dei anni quadraginta. Qui enim paruus est, meretur misericordiam: potentes autem potenter tormenta patientur. Et seruus qui scit voluntatem Domini sui, & non facit eam, vapulabit multum. Moab igitur, quia externus erat, nec de populo Dei, sed relicto errore conuersus, non annis pluribus, sed tantum tribus, paruus & modicus, & inglorius relinquetur. *To.4.lib.6.Com.in cap. 16.Esaiæ.fol.74.fac.1.*

ech.4.b.

...t. ...ritate ...catæ pla...ti modus.

QVOD nos de gentibus & Iudæis interpretati sumus alij exponunt super populo & sacerdotibus, quod vulgus indoctum in die iudicij, quasi gith & Cyminum, corripiatur virga et baculo: sacerdotes autem, qui habuerunt clauem scientiæ, magnis supplicijs torqueantur; & hoc Domini fiat iudicio, qui ostendit in cunctis mirabile consilium suum, & iustitiæ veritatem, vt qui plus acceperunt, plus exigatur ab eis. *Tom.4.lib.9. Com.in Esai. cap.28.fol.106.fac.2.*

Pl' Deus exigit ab ijs, qui plus acceperunt.

Psal.13.a.

NIHIL prodest exhortatio, nec post scelera spes salutis est. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: omnes sibi ignem succendunt, flãmamque corroborant. Habent enim in se fœnũ, ligna, stipulam, spinas & tribulos ac lolium, quæ æterno tradantur incendio. Vnde & in Proverbijs scriptum est. In multis lignis viget ignis. Sin autem paruulus ignis, grandem materiam cõpre hendit, grandis flamma quãta populabitur? dicitur & in Epistola, quæ fertur ad Hæbreos de terra, quod proferens spinas & tribulos, reproba sit, & maledictioni proxima, finisque illius in combustionem. Ergo qui accincti sunt flammis atque circundati, & sibi incendium roborauerint: prouocantur ad salutem: & dicitur ad eos: Ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis. Vt in pœnis atque supplicijs discant dei potentiam, & redeant ad salutem. Significat autẽ

Proverb.26.

Deus vocat alios per tormenta alios per supplicia.

Iudaici populi vastitatem, qua Romanis traditi sunt, vt captiuitatis iugum hucusque sustineant. De manu enim Christi hæc facta sunt omnia & in mærore ac doloribus dormient: quia nec bene ficijs nec tormentis, Dei filium recipere voluerunt. Vnde loquetur ad eos: Ite in ignem æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Hoc est quod Apostolus ait: peruenit, enim super eos ira in finem. Hoc capitulo discimus, pro qualitate peccati, ignem sibi vnumquemque succendere: Et quomodo in eodem manentes loco, & si dici potest lectulo, alij sani sunt, alij febrium succendũtur ardoribus, ex diuersitate humorum atq; pituitæ diuersa supplicia sentientes: sic & ignis qui à peccatoribus succendetur, materiam in peccatis habet, & in iniquitate: de qua scriptum est: Ardebit sicut ignis iniquitas, & sicut gramen siccum vorabitur incendio. *Tom.4.lib.14.Commen.in cap.2. Esaiæ, Fol.162.facie 2.*

Matth.25.

1.Thessa.2.

Pro qualitate peccatorũ diuersa supplicia.

SI laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam, &c.]Pro herba borith בֹּרִית quam nos vt in Hebræo posita est, vertimus. LXX. transtulerunt πόαν, vt significarent herbam fullonum, quæ iuxta ritum prouinciæ Palestinæ, in virentibus, & humectis nascitur locis, & ad lauandas fordes eandem vim habet, quam & nitrum. Nitrum autem nostrum & herba fullonis, pœnitentia est. Ecclesiasticus quoque sermo, qui arguit & increpat, & corripit delinquentes, mordatioris nitri habet similitudinem. Qui verò leui peccatorum sorde maculatus est. Lenioribus purgatur monitis. Porrò peccata grauia, quæ ad mortem trahunt, nec nitro, nec herba borith dilui possunt: sed grauioribus tormentis indigent. Vniuscuiusque enim opus quale sit, ignis probabit, & in igne reuelabitur. Pulchreque addidit: Maculata es iniquitate tua in conspectu meo: quod etiam si hominibus munda videaris, mihi munda non sis, qui noui conscientias singulorum. Vnde & in alio loco dicitur: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. *Tom.4.libr.1.Commentariorum in cap.2.Hieremiæ.Fol.234.*

Pœnitentia ad tro comparatur.

Magna vulnera magnã requirũt medicinam. 1.Cor.3.

Psal.42.

OMNIA hæc mala, venient propter malitiam cogitationum siue adinuctionum vestrarum. Vbi sunt qui in cogitationibus dicunt non esse peccatum, cùm omnia vitia iuxta Euangelicam veritatem, de corde procedant? *Tom.4.lib.1.Com.in cap. 4.Esaiæ.Fol.239.*

Cogitatio peccatum est.

PER hæc discimus, quamdiu fuerint minora peccata, agere Dominum patienter, & expectare pœnitudinem nostram. Sin autem voluerimus delictis copulare delicta, & cumulum facere peccatorum, reuelabuntur pudenda nostra, & ostendentur cunctis plantæ nostræ vel in præsenti sæculo, vel in futuro. Nihil enim est occultũ quod non reueletur: quando implebitur illud Danielis: Isti resurgent in vitam æternam: & illi in opprobrium & confusionem sempiternam. *Tom.4. lib.3:Comm.in cap.13.Hier.Fol.260 facie 2.*

Matt.10. Daniel.12.

NEC hoc dixisse sufficit, sed repetit valdè, vt pro magnitudine iniquitatis, magnitudo supplicij sit, ex quo discimus, non vt plerique existimãt & maximè Stoici, paria esse peccata, sed vel magna vel parua, & pro qualitate mensuraque peccantium, diuersitatem esse iudicij punientis. *Tom. 4.libro 3.Commentariorum in caput 9. Ezechielis, Folio 355.facie 2.*

Pro magnitudine iniquitatis magnitudo supplicij est.

COMPARATIONE præuaricatoris, & eius qui cõfessum prius negauerit Deum, leuior pœna est

corum qui nunquam Dei habuêre notitiam. *To-4.lib.4.Comm.in cap.15.Ezech. Fol.367 fac.2.*

Leuior pœna gentiliũ quã malorũ Christianorum. Sap.6.

CVI dubium, quin inter tres peccatores, imò impios gentilem, hæreticum, Ecclesiasticũ, multo maioribus pœnis dignus sit, qui maioris fuerit dignitatis. Potentes enim vt diximus potenter tormenta patientur. Qui autem minimus fuerit, dignus est misericordia. Et seruus qui scit voluntatem Domini sui, & nõ facit eam, vapulabit multis. Vnde & Petrus: Tempus, inquit est, vt incipiat iudicium à domo Domini. Et in hoc eodem Propheta præcipitur: Secures habentibus: A sanctis meis incipite: vt extrema Hierusalem, fororibus. ante conuersis, & restitutis in pristinum statum, portet ignominiam suam, & confundatur erubescat super his, quæ peccauerat: & in omnibus consoletur fratres suas, dum grauiora sustinet. Vel certè ideo confundatur, & erubescat, quia Deum ad iracundiam prouocarit. *To.4.lib.5.Com.in cap.16.Ezechiea fol.378.fac.2.*

1.Pet.4.

PRINCIPEM mundi istius, & rectorem tenebrarum harum, & operantem in filijs diffidentiæ cuius & Apostolus meminit, nunc scriptura signi ficat. Quod si in cor nostrum ascenderit, & animus malæ cogitationis vulnus acceperit, non debemus locum vltro tribuere, sed pugnare contra cogitationẽ pessimam, & liberari à peccato maximo: ne scilicet cogitationem opere cõpleamus: quia aliud est cogitatiõe, aliud opere peccare. De quo grandi peccato & in psalmo scribitur: Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo. *Tom.5.Com.in.cap.10.Ecclesiastis fol.26.fac.1.*

Minus est cogitatiõe quã opere peccare.

IVXTA Tropologiam verò hoc possumus dicere: Primum peccatum, est cogitasse quæ mala sunt. Secundum, cogitationibus acquieuisse peruersis. Tertium quod mente decreueris, opere complesse. Quartum, post peccatum non agere pœnitentiam, & in suo sibi complacere delicto. *Tom.5.lib.1.Com.in cap.1.Amos.fol.fac.1.*

CAETERIS supra dictis vrbibus, gentibusq; Damasco, & Azoto, Ascaloni, Gazæ, Accaron, & reliquis oppidis Palæstinorum, Tyro quoque, & Idumæę, & filias Ammon, & Moab, nõ exprobat quod Dei legem abiecerint, & illius mandata cõtempserint, non enim habuerunt scriptam legem sed naturalem. Vnde dicitur eos violasse viscera propria, & viscera misericordiæ, & contriuisse in plaustris ferreis prægnantes Galaad & transtulisse captiuitatem Salomonis siue perfectam, & conclusisse in Idumęa, nec esse recordatos fœderis patrum suorum, & persecutos esse in gladio fratrẽ suum: & in tantam non dico crudelitatem, sed rabiem prorupisse, vt incenderet ossa regis Idumęæ & non paterentur morte esse extremum omniũ malorum. Iudas autem in quo illo tempore, quo hæc dicebantur, erat Dei religio, & templum, & cæremonię (qui acceperat legem & præcepta, & iudicia, & testimonia, atque mandata: super quorũ differentia in decimo octauo psalmo, & in centesimo decimo octauo plenius disputatur) increpatur à Domino atque conuincitur, & digna supplicia recepturus est: quia abiecerit legem eius, & mandata illius non custodierit. Quæ, quia abiecit atque contempsit, ordine & via decepterunt eum idola sua. Non enim poterat ante ab idolis decipi nisi legem Domini repulisset, & mandata illius non fecisset. *Tomo quinto libro primo Commen. in cap.2.Amos fol.95.fac.2.*

Diuersa supplicia eorum qui scriptam legem et qui naturalẽ transgressi sũt

Quatuor perturbationis quatuor sũt equi quadrigæ. Virg.6.ænei

EST quoque in Niniue & vox quadrigæ feruentis, quales puto habuisse Pharaonẽ, quæ à Domino submersæ sunt. Ad hanc quadrigam, quatuor iunguntur equi, quatuor scilicet perturbationes: de quibus & Philosophi disputant & Maro non tacet dicens. Hi cupiunt, metuuntque, dolent, gaudentque. His equis & hac quadriga Niniue cuncta perturbat. Sed & equitis ascendentis vox in ea personat, qui arte quadam & gyro præparatus bellum non absque periculo contra se pugnãtis incedit. Habet hic eques sermonis gladium, exacutũ cote Dialecticæ & Rethoricæ artis oleo leuigatum: habet arma fulgentia, trãsigurã te se sathana in angelum lucis, quæ arma Apostolicæ armaturæ contraria sunt. Nec mirum si in Niniue vulneratorum multitudo sit, cum multitudo sit sagittarum. Et quo modo quatuor, quibus pugnamus & tegimur sunt scuta virtutum, prudentia, iustitia, temperantia, fortitudo: ita è contrario quatuor vitia sunt: stultia, iniquitas, luxuria, formido: quibus abhoste percutimur: Quorum singula pullulantes habent in se, ac multiplices species sagittarum, quibus inferuntur vulnera: quæ nisi statim medicina curauerit, sit grauis ruina: atque vtinam tanti essent in Niniue, & leuiter cadentes & leuiter vulnerati: quanti sunt pro ruinæ pondere, vsque ad inferna demersi. Nec est finis gentibus eius: malitia eius finem non habet, & quantæ species peccatorum, tot gentes sunt Niniue; quæ infirmabantur in corporibus suis à multitudine fornicationis. *Tom.5.Com.in cap.3. Nahum fol.179.fac.1.*

Quatuor virtutes & quatuor opposita vitia.

Singula vitia varias species habent sagittarum.

SIMVL moueamus cor qui parua putant criminafurtum atque periurium: quod inducatur maledictio, quæ in volumine ac falce descripta est in domum furis atque periuri, & commoretur in ea, & omnia eius ligna lapidesque consumat. Quod si in his quæ minora putantur (furtũ dico & periurium) tanta pœnarum comminatio est: qd dicimus de fornicatione, adulterio, homicidio sacrilegio, cunctisque criminibꝰ, quę ab Apostolo inter carnis opera numerãtur? *To.5.libr.1. Com.in cap.5.Zachariæ fol.242.*

Carnis opera mortalia peccata.

SI tolerabilius erit terræ, Sodomorum & Gomorræorum, quam illi ciuitati, quæ non receperit Euangelium, & idcirco tolerabilius, quia Sodomis & Gomorris non fuit prædicatum, tamen non receperit Euangelium, ergo & inter peccatores diuersa supplicia sunt. *To.6.lib.1.Com.in.cap.10. Mathæi Canone.16.fac.2.*

Peccatorum diuersa supplica.

Magis peccãs qui naturalẽ legem et scriptam transgrediuntur quam qui sola naturalem.

COROZAIN & Bethsaida vrbes Galilęæ, à Saluatore planguntur: quod post tanta signa atq; virtutes non egerint pœnitentiam, & præferuntur eis Tyrus & Sidon, vrbes Idololatriæ, & vitijs deditę. Præferuntur autem ideo: quod Tyrus & Sidon naturalem tantum legem calcauerint, istæ verò post transgressionem naturalis legis & scriptæ, etiam signa, quę apud eòs facta sunt, parui duxerint. *To.6.lib.2.Com.in cap.11.Matt.Cæno.19.fa.2.*

SI otiosum verbum est quod sine vtilitate & loquentis dicitur, & audientis: si omissis serijs, de rebus friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. Cæterum qui scurrilia replicat, & cachinnis ora dissoluit, & aliquid profert turpitudinis Hic nõ ociosi verbi, sed criminosi tenebitur reꝰ. *To.6.libro.2.Com.in cap.12.Mathæi.Cano.22.fac.2.*

EST aliqua distantia inter eum qui multis tribulationibus pœnisque compellitur Christum negare, & eum qui ad primã persecutionẽ statim scanda-

lizatur & corruit. *Tom.6.lib.2.Comm.in cap.13.Matt.Can.14.fac.2.*

Christiani mali magis puniẽdi quã gentiles.

QVANDO dicitur. Sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus, ostenditur maioris esse detestationis, qui sub nomine fidelis agit opera infideliũ, quàm hi, qui apertè gentiles sunt. Publicani enim vocãtur secundum tropologiam, qui sæculi sectantur lucra & exigunt vectigalia per negotiationes, & fraudes, ac furta; sceleratasq; periuria. *Tomo sexto, libro tertio Commentariorum in caput decimum octauum Matthæi. Can.38.fac.1.*

Grauius est Christum penitus negare quã per mala opera offendere.

ALIVD est offendere Christum per mala opera, aliud negare. Qui peccator est, & tamen in illũ credit, cadit quidem super lapidem & confringitur, sed non omnino conteritur: reseruatur enim per pœnitentiam ad salutem. Super quem verò ille ceciderit, hoc est, cui lapis ipse irruerit, & qui Christum penitus negauerit: sic conteret eum, vt nec testa quidem remaneat, in qua hauriatur aquæ pusillum. *Tom.6.lib.3.Comment.in cap.21.Matt. Can.46.facie 2.*

NON eiusdem est reatus transferri ab aliquo. Difficulter, & cito transferri, vt in martyrio non eadem pœna plectitur, qui absq; colluctatione & tormentis statim prosiluit ad negandum, & ille qui inter eculeos, fidiculas, ignesq; distortus, compulsus est, quod credebat negare. *Tom.6.lib.1.Com. in cap.1.ad Galat.Fol.121.fac.2.*

IRASCIMINI & nolite peccare.] De 4. Psalmo hoc vsurpatum, nulli dubium est, & videtur illi esse contrarium quod alibi dicitur: Nunc autem deponite & vos omnem iram & indignationem, & malitiam, & blasphemiam, & turpem sermonẽ ex ore vestro. Sed & simpliciter intellectum nocet. Dum putatur iræ frena laxata. Duplex autẽ non solum apud nos, verum etiam apud Philosophos iræ nomen accipitur. Vel cùm iniuria lacessiti naturalibus stimulis concitamur, vel cum requiescente impetu & furore resti ncto, potest mẽs habere iudicium, & nihilominus super eo qui putatur læsisse, desiderat vltionem. Arbitror itaque de priori ita nunc dictum, & nobis quasi hominibus esse concessum, vt ad indignè alicuius rei faciem moueamur, tranquillitatemque mentis velut lenis quædam aura conturbet, nequaquã tamen in tumentes gurgites furoris impetu subleuemur. Firmianus noster librum de ira Dei, docto pariter & eloquenti sermone conscripsit, quẽ qui legerit, puto ei ad iræ intellectum, satis abunde que posse sufficere. *Tom.6.lib.2.Comm.in cap.4. ad Ephesios.Fol.182.fac.1.*

Col.3.b.

Duplici modo iræ nomẽ capitur.

Lactantij liber de Ira dei.

NOTANDVM quod sex vitijs supra prohibitis, fornicatione, immunditia, auaritia, turpitudine, stultiloquio, scurrilitate, nunc tantùm tria posuerit, fornicationẽ, immunditiam, auaritiã, quibus qui fuerit obnoxius, hæreditatem in regno Christi & Dei habere nõ possit. Si enim ita stultiloquus & scurra alieni essent à regno Dei, quomodo tres, quos specialiter seperauit, videretur sententia esse crudelis, nõ ignoscere imbecillitati fragilitatis humanæ, cum etiam per iocum nos dicta damnarent. Qui. n. in sermone nõ labitur, perfectus est. Neq; verò ista dicentes locũ stultiloquio & scurrilitate demus, dũ non excludũtur à regno, sed quomodo apud patrem diuersæ sunt mãsiones, & stella à stella differt in gloria: sic & resurrectio mortuorũ: Quamuis aliquis à fornicatione, immunditia atq; lasciuia alienus sit, tamen si stultiloquus & scurra fuerit, non tenebit eum locũ,

Diferimina peccatorum magna.

quę possessurus erat, si hæc vitia non haberet. Respondeat quis, esto, stultiloquiũ & scurrilitas non eundem habeant reatũ, quem fornicatio, immunditia, & auaritia, nunquid nõ & turpitudinẽ cum tribus superioribus debuit nominare? Ad quod dicẽdum, turpitudinem hic significare absconditam cogitationẽ, cùm inflammatur sensus noster ad libidinẽ, & carnis titillationibus anima ignita succenditur, & nihilominus Dei timore & mẽtis iudicio refrenatur. Denique etiam supra absque turpitudine, tria pariter appellauit, dicẽs: fornicatio autem & omnis immunditia & auaritia nec nominetur in vobis; & deinceps turpitudo cum stultiloquio & scurrilitate numerata est. Et quomodo stultiloquium & scurrilitas, sic & ista turpitudo non perdit, nec in perpetuum excludit à regno. *Tom.6.lib.3.Commentariorum in cap.5. ad Ephes.fol.185.fac.2.*

Lapsos post baptismum in mortale peccatum, etiam in hæresim, posse per Dei gratiam resurgere. Et amissam iustitiam per Sacramentum Pœnitentiæ recuperare. 6

PETRVS trinam negationem trina confessione deleuit: Aaron sacrilegium ob conflatum ex auro vituli caput fraternæ correxẽre preces. Dauid sancti & mansuetissimi viri, homicidium pariter & adulterium septem dierum emẽdauit fames, iacebat in terra volutabatur in cinere, & oblitus regiæ potestatis lumen quærebat in tenebris, illumq; tantum respiciens, quem offenderat, lachrimabili voce dicebat: Tibi soli peccaui, & malũ coram te feci. Et: Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali cõfirma me. Atq; ita factum est, vt qui me prius docuerat virtutibus suis, quo modo stans non caderem doceret per pœnitentiam, quo modo cadens resurgerem. Quẽ tam impium legimus inter Reges, quã Achab, de quo Scriptura dicit: Nõ fuit alius talis vt Achab, qui venũdatus est, vt faceret malum in conspectu Domini. Hic cùm propter sanguinem Nabuthæ correptus fuisset ab Helia, & audisset iram Domini per Prophetam: Occidisti & insuper possedisti: & ecce ego inducam super te malum, & dimitam posteriora tua: & reliqua: scidit, vestimenta sua & operuit cilicio carnem suam: ieiunauit; in sacro, & ambulabat demisso capite. Tunc factus est sermo Dei ad Heliam Lesbiten dicens: Nonne vidisti Achab humiliatum corã me? quia ergo humiliatus est mei causa, non inducam malũ in diebus eius. O felix pœnitẽtia: quæ ad se Dei traxit oculos, quæ furentem sententiam Dei, confesso errore, mutauit. Hoc idem & Manasses in Paralipomenon, & Niniuen fecisse, legimus in Propheta, Publicanum quoque in Euangelio, è quibus primus non solum indulgentiam, sed & regnum recipere, meruit, alter impẽdentem Dei fregit iram, tertius pectus verberans pugnis oculos non leuabat ad cœlum, & multo i ustificatior recessit Publicanus humili cõfessione vitiorum, quàm Pharisæus superba iactatione virtutum. Non est loci huius vt pœnitentiam prædicem, & quasi contra Montanum, Nouatumque scribens dicam illam hostiam Domino esse placabilem: Et, Sacrificium Deo, spiritum cõtribulatum: Et, malo pœnitentiam peccatoris, quàm mortem. Et Exurge, Exurge Hierusalem: & multa alia. *Tom.1.Epist.30.cap.2.*

Iosue.21. Exod.32. 1.Reg.11.12.

3.Reg.21. Effectum pœnitentiæ insignibus exẽplis illustrat.

Luc.18. Ioan.3.4. 2.Par.33.

Psal.50. Ezech.18. Esaiæ.60.

Dimissa culpa nõ statim & poena dimittitur.

VNVM scelus Achab & Hiezabel: tamen conuerso ad pœnitentiam Achab, pœna differtur in posteros, & Hiezabel, in scelere perseuerans, præsenti iudicio condemnatur. Loquitur & Dominus in Euangelio: Viri Niniuitæ surgent in iudicium cum generatione hac, & condemnabunt eã, *Matth.12. Luc.15.* quia egerunt pœnitentiam in prędicatione Ionæ. Et iterum: Non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Drachma perit, & tamẽ inuenitur in stercore. Nonaginta nouem oues relinquuntur in solitudine: & vna ouis quæ aberrauerat, pastoris humeris reportatur. Vnde & lætitia Angelorum est, super vno peccatore agente pœnitentiam. Quanta fœlicitas, vt de salute nostra exultent cœlestia? De quibus dicitur: *Matth.3.* Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Nullum in medio spacium. Mors & vita sibi contraria sunt, & tamen pœnitentia copulantur. Luxuriosus filius totam prodegerat substantiam; &, procul à patre, vix porcorum cibis inediam sustentabat, reuertitur ad parentem immolatur ei vitulus saginatus: stolam accipit & anulum, vt Christi recipiat vestimentũ, quod dudum polluerat & audire mereatur: *Eccles. 9.* Candida sunt semper vestimenta tua. Receptoque signaculo Dei, proclamet ad Dominum: Pater, peccaui in cœlum & coram te: & reconciliatus osculo, dicat ad eum. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Iustitia iusti non liberabit eum in *Psalm. 4. Ezec 18. Deus iudicat quemq; sicuti inuenit.* quacumque die peccauerit, & iniquitas iniqui non nocebit ei, quacumque die conuersus fuerit. Vnumquemque iudicat sicut inuenerit. Nec præterita considerat, sed præsentia, si tamen veterа *Prouerb. 24* crimina nouella conuersatione mutentur. Septies cadit iustus, & resurget. Si cadit, quomodo iustus? si iustus, quomodo cadit? Sed iusti vocabulũ *Aurea γνωμολ. Matth.18.* non amittit, qui per pœnitentiam semper resurgit. Et non solum septies, sed septuagies septies delinquenti si conuertatur ad pœnitentiam, peccata donãtur. Cui plus dimittitur, plus diligit. Meretrix lachrimis pedes Saluatoris lauat, & crine de *Luc.7.* tergit, & in typum Ecclesiæ degentibus congregatæ meretur audire. dimittuntur tibi peccata *Luc.18.* tua. Pharisæi iustitia perit superbia, & publicani humilitas confessione saluatur. Per Hieremiam *Hier. 18.* contestatur Deus: Ad summam loquar contra gentem, & regnum, vt eradicem, & destruam & dispердam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus ea, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei. *Tom. 1. Epist. 46. cap. 4.*

Ecclesia recipit ab Arrianis venientes

SED quæso te, vt mihi omnem causam, quare ab Arianis venientes Ecclesia recipiat, non quasi aduersario, sed quasi discipulo explices, nam cũ tibi verborũ, pondere non possim, animo tamen necdum assentior *Tom. 2. in Dial. contra Luciser. c. 7.*

SI Arriani gentiles sunt, & constat nullam societatem Ecclesiæ esse cum Arianis, id est, cum gẽtilibus, manifestum est, vestram Ecclesiam, quæ ab Arianis id est, à gentilibus, episcopos suscipit, non tam episcopos recipere, quam de capitolio sacerdotes; ac per hoc Antichristi magis synagoga, quã Christi Ecclesia, debeat nuncupare. ORTHOD. *d.* Ecce impleta est prophetia: Parauit mihi foueam, & ipse incidit in eã LVCIFE. *d.* Quonam modo? ORTOD. *d.* Si Ariani vt dicis gentiles sunt, & Arianorum conuenticula, castra sunt diaboli. quomodo in castris diaboli baptizatum recipis? LVCEFRIA. *d.* Recipio, sed pœnitentem: *Psal. 7.*

ORTHOD. *d.* Prorsus, quid dicas non intelligis. Quisquã ne gentilẽ recipit pœnitentẽ? *Cap. 1. Orth.* *Ecclesia non claudit gremium redeũtibus hæreticis.*

EXPONE mihi, quare laicum venientẽ ab Arianis recipias, Episcopũ non recipias. LVCIF. Recipio laicũ, qui errasse se confitetur? & Dñs maluit pœnitẽtiam peccatoris, quam mortem ORTH. *d.* Recipe ergo & Episcopum, qui errasse se confitetur, & Dñs maluit pœnitentiam peccatoris quã mortem. LVCIF. *d.* Si errasse se cõfitetur? quomodo laicus perseuerat? Deponat Sacerdotiũ laici, i. baptisma, & ego do veniam pœnitenti. Scriptum *Ezech.18. Aliud sacerdotium laici metaphoricũ aliud proprium.* est enim: Regnum quippe nos & sacerdotes Deo & patri suo fecit. Et iterum Gentem sanctã regale sacerdotium, populũ acquisitum. Omne, quod non licet Christiano, commune est, tã Episcopo, quam laico. Qui pœnitentiam agit, priora conde *Apoc. 1. 1. Pet. 2.* mnat. Si non licet Episcopo pœnitẽti perseuerare, quod fuerat, nõ licet & laico pœnitenti permanere in eo propter quod pœnitentiam confitetur. LVCIFE. *d.* Recipimus laicos, quoniam nemo conuertetur, si se scierit rebaptizandum, & ita fiet, vt nos simus causa perditionis eorum, si repudientur. ORTHO. *d.* Tu in eo quod recipis laicum, vnam animam recipiendo saluas, & ego in recipiendo Episcopum non dicam vnius ciuitatis populos, sed vniuersam, cui præ- *Episcopi pœnitentes redeuntes ab hæresi recipiendi.* est prouinciam Ecclesiæ socio: quem si repellam, multos secum in ruinam trahet. Quamobrem quæso vos, vt eam rationem, quam in paucis recipiendis habere vos existimatis, etiam ad totius orbis salutem concedatis, quod si displicet, & tam duri estis, imo tam irrationabiliter inclementes, vt eum qui dederit baptisma, hostem Christi, cum qui acceperit, filium putetis; nos nobis aduersa non facimus: aut Episcopum cum populo recipimus, quem facit christianum; aut si Episcopum non recipimus, scimus etiam nobis populum reijciendum. *cap. 2.*

LVCIFERIA. Sed ego recipio laicum pœnitẽtem per manus impositionem & inuocationem spiritus sancti. *Cap. 3. Ortodox.*

SI priorum meminisses, iam scires tibi fuisse, responsum: sed dum amorem contradicenti sequeris, à quæstionum lineis excidisti, more quorundam loquacium potius, quam facundorum; qui cum disputare nesciant, tamen litigare nõ desinunt. Ego enim non tam in præsenti Arianos vel improbo, vel defendo, quam illã cursus mei metam circumeo, eadem ratione à nobis Episcopum recipi, qua laicus à vobis recipitur. Si erranti concedis veniam, & ego ignosco pœnitenti. *Cap. 5 Orthodox.*

PATER peccaui in cœlum & coram te, iam nõ *Pœnitentia filij prodigi.* sum dignus vocari filius tuus: Peccauerat in cœlũ, qui Hierusalem cœlestem reliquerat matrẽ. Peccauerat coram patre, qui conditore deserto, fuerat ligna veneratus. Non erat dignus vocari filius Dei, qui seruus esse maluerat idolorum. Omnis enim, qui facit peccatum, de diabolo patre natus est. Fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Fac me inquit sicut vnum ex Iudæis, qui te, ob præsentium tantum rerum promissa venerantur Respice filium pœnitentem, qui mercenarijs tuis peccãtibus spisstimè pepercisti. Et venit vsq; ad patrẽ suũ Venimus ad patrẽ, quãdo recedimus à porcorũ pastione, secundũ illud: Statim vt conuersus ingemueris, saluus erit. Cumq; adhuc longe esset vidit eum pater eius, & misericordia motus est. *Tom. 3. Epist. 146. ad Damasum. Fol. 408 fac. 2.* *1. Ioan. 3.*

IN secundo quæsisti loco, de Beati Apostoli Pauli prima ad Corinthios Epistola, in qua loquitur. Omne peccatum, quod fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Legamus ergo paulo superius, & sic ad hæc verba veniamus, ne de extremis partibus, & vt ita dicam cauda capituli, totam sententiã nosse cupiamus, corpus, inquit, non fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori. Deus autem, qui Dominum suscitauit, & nos cum illo suscitabit per veritatem suam. Nescitis quia corpora vestra membra Christi sunt? Tollens ergo mẽbra Christi, faciam membra meretricis? Absit An nescitis, quia qui cõiungit se meretrici, vnum corpus est. Erunt enim, inquit, duo in carne vna. Qui autem coniũgit se Domino, vnus spiritus est. Fugite fornicationem. Omne peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. & reliqua. Sanctus Apostolus contra luxuriam disputans, & in superioribus dicens: Escæ ventri, & venter escis: Deus autem & hunc & illas destruet: consequenter venit ad fornicationem. Etenim luxuria mater libidinis est, ventremque distentum cibo & vini potionibus irrogatum, voluptas genitalium sequitur: atque vt alibi dictum est: pro membrorum ordine, ordo vitiorum est. Omne itaque peccatum, verbi gratia, furtum, homicidium, rapina, periurium, & cætera his similia, post factum pœnitudinem habent, & licet inuitet lucrum, tamen mordet conscientia. Voluptas sola, ac libido, etiam in ipso tempore pœnitendi, prœteritos stimulos patitur, & titillationem carnis, & incentiua peccati, vt per hæc, quæ corrigi cupimus cogitantes, rursum sit materia delinquendi. Aliter. Cætera peccata foris secus sunt. Quidquid enim egerimus, in alios agimus: fornicatio non solum conscientiam fornicantis, sed & corpus maculat: ac secundum sententiam Domini, qua ait: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, etiam ipse cum meretrice vnum corpus efficitur, & peccat in corpus suum, dum templum Christi, facit corpus esse meretricis. Dicamus & aliter, ne vllam græcorum sententiam prætermisisse videamur. Aliud est peccare per corpus aliud in corpore, furtum, homicidium, &cętera asque fornicatione peccata manu administramus extrinsecus: fornicatio sola intrinsecus in corpore nostro exercetur à nobis non per corpus in alios. & per præpositio mysterium habet: in autem in se passionem. Sunt qui ita edisserant, quod, secundum scripturam vxor viri corpus sit, & quicunq; fuerit fornicatus, peccet in corpus suum, hoc est in vxorem, dum eam sua fornicatione commaculat, & facit eam non peccantem sua commixtione peccare. *Tom. 3. Epistola 147. ad Amandum fol. 411.*

1. Cor. *Gen. 2.* *Mar. 10.* *1. Cor. 6. Gula mater libidinis.* *Pro ordine membrorum ordo vitiorũ est.* *Libidinis enormitas supra alia peccata.* *Mar. 10.* *Triplex est positio loci Paulini ex græcis patribus.*

7

IVSTIFICATIONEM absque speciali priuilegio Dei, peccata omnia, præsertim venialia in tota vita vitare non posse.

Difficile est, quin potius impossibile, perturbationum initijs carere quempiam, quas significantius græci πρωταθείας vocant: nos, vt verbum vertamus è verbo ante passiones possumus dicere; eo quod incentiua vitiorum, omnium titillẽt animos; & quasi in meditullio nostrum iudiciũ sit, vel abijcere cogitata, vel recipere. *Tom. 1. Epist. 9. ad Heliodorum ca. 5.*

MVLTO melius est, stomachum te dolere, quam mentem, imperare corpori, quam seruire; gressu vacillare, quam pudicitia: Nec statim nobis pœnitentiæ subsidia blandiantur, quę sunt iri fœlicium remedia. Cauendum est vulnus, quod dolore curatur. Aliud est integra naue, & saluis, mercibus portum salutis intrare: aliud, nudũ hærere tabulæ, & crebris fluctuum recursibus ad asperrima saxa collidi. *Tom. 1. Epistola 9. ad Saltiani cap. 5.* *Pœnitentia remedium infœlicium.*

NVLLVS quidem mundus est à peccato, nec si vnius quidem diei fuerit vita eius. numerabiles autem anni vitæ illius. Astra quoque ipsa nõ sunt munda in conspectu eius: & aduersum angelos suos peruersum quid excogitauit. Si in cælo peccatum, quanto magis in terra? Si delictum in ijs, qui carent tentatione corporea: quanto magis in nobis, qui fragili carne circundamur, & cum Apostolo dicimus: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Non enim habitat in carne nostra bonum, nec agimus quod volumus, sed quod nolumus, vt aliud anima desideret aliud caro facere cogitur. Quod si quidam iusti, appellantur in scripturis, & non solum iusti, sed iusti in conspectu Dei: iuxta illam iustitiam appellantur iusti, iuxta quam supra dictum est: Septies in die cadit iustus, & resurgit. Et iuxta qđ iniquitas iniqui non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit. Denique & Zacharias pater Ioannis qui scribitur Iustus, & peccauit in eo, quod non credidit, & statim silentio condemnatur. Et Iob qui iustus & immaculatus, ac sine querela in principio sui voluminis scribitur, postea & Dei sermone, & confessione sui peccator arguitur. *Tom. 1. epist. 46. ad Rusticum cap. 4.* *Iob 14.* *Iob 25.* *Iob 4.* *Rom. 7.* *Iuxta quam iustitiam appellentur iusti in scriptura.* *Prouerb. 24.* *Ezech. 18.* *Luc. 1.*

SI Abraham, Isaac & Iacob, prophetæ quoque & Apostoli nequaquam caruere peccato; si purissimum triticum habuit mixtas paleas: quid de nobis dici potest, de quibus illud scriptum est: Quid paleis ad frumentum dicit Dominus? Et tamen paleę futuro reseruantur incendio: & zizania hoc tempore mixta sunt segetibus frumentorum, donec veniat, qui habet ventilabrum in manu sua, & purgauerit aream vt congreget triticũ in horrea, & quisquilias gehennæ igni comburat. *Ibidem cap. 5.* *Hier. 23.* *Luc. 3. Ne iusti quidem carent venialibus peccatis.*

SECVNDA propositio est, eos qui fuerunt baptizati à diabolo non posse tentari. & ne hoc stulto dicere videretur, adiecit: Quicunque autẽ renati fuerunt ostendit eos aqua & non spiritu baptizatos. Quod in Simone Mago legimus. Vnde & Ioannes dicit. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quia ex Deo natus est, & in hoc manifesti sunt filij Dei & filij Diaboli & in fine Epistolæ. Omnis qui natus est ex Deo non peccat, sed generatio Dei conseruat eum, & malignus non tangit eum. Reuera fortis obiectio, & quæ indissolubilis permaneret, nisi ipsius Iohannis testimonio solueretur; statim enim intulit: Filioli custodite vos à simulachris. Si omnis qui natus est ex Deo non peccat, & à diabolo tentari nõ potest, quomodo præcipit, vt caueant ne tententur? Et in eadẽ rursus Epistola Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est, vt remittat nobis peccata, vt mundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, quia non peccauimus, mendacem facimus eum, & verbum eius non est in nobis. Existimo quod *Act. 8.* *1. Ioan. 3.* *1. Ioan 5.* *Obiectionis dissolutio.* *Refellit Iouiniani errorem qui docebat baptizatos nõ posse peccare.* *1. Ioan. 1.*

Iohannes baptizatus ad baptizatos scripserit, & quod omne peccatum à diabolo sit. Ille peccatorem se confitetur, & sperat remissionem post baptisma peccatorum: & Iouinianus meus dicit: Ne tangas me, quoniam mundus sum. Quid ergo? Contraria sibi Apostolus loquitur? Minimè. In eodem quippe loco cur hoc dixerit, statim edisserit: Filioli mei hæc scribo vobis, vt non peccetis, sed si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Et in hoc scimus, quod cognouimus eum, si mandata eius obseruemus. Qui dicit se nosse eum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in eo veritas non est, qui autem seruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est. In hoc scimus, quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Propterea, inquit. Scribo vobis filioli mei: Omnis qui natus est ex Deo non peccat, vt non peccetis: & tamdiu sciatis vos in generatione Domini permanere, quamdiu non peccaueritis. Immo qui in generatione Domini perseuerant, peccare nō possunt. Quæ enim communicatio luci & tenebris: Christo & Belial? Quomodo dies & nox misceri non queunt, sic nec iustitia & iniquitas, peccatum & bona opera, Christus & Antichristus. Si susceperimus Christum in hospitium nostri pectoris, illico fugamus diabolum. Si peccauerimus, & peccatis iam iam ingressus fuerit diabolus: protinus Christus recedit. Vnde & Dauid post peccatum, Redde mihi, ait, lætitiam salutaris tui, scilicet quam peccando amiserat. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mēdax est, & in hoc veritas non est. Christus veritas appellatur: Ego sum, inquit, via veritas & vita. Frustra nobis in eo plaudimus, cuius mandata non facimus. Scienti bonum & non facienti illud peccatum est. Quomodo corpus sine spiritu mortuum est, sic & fides sine operibus mortua est. Ne grande putemus vnum Deum nosse, cum & dæmones credant, & contremiscant. Qui dicit se in ipso manere debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Eligat aduersarius è duobus, quod vult, optionem enim damus. Manet in Christo, an nō manet? Si manet, ita ergo ambulet vt Christus. Si autem temerarium est similitudinem virtutum Domini polliceri, non manet in Christo, quia non ingreditur vt Christus. Ille peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius: qui cum malediceretur, non maledixit, & tanquam agnus coram tondente sic non aperuit os suum, ad quem venit princeps mundi istius, & in eum venit in eo nihil: Qui cum peccatum nō fecisset; pro nobis peccatum cum fecit Deus: Nos autem iuxta Epistolam Iacobi, multa peccamus omnes, & nemo mundus à peccatis, nec si vnius quidem diei fuerit vita eius? Quis enim gloriabitur castū se habere cor? Aut quis confidet mundum se esse à peccatis? Tenemurque rei in similitudinē præuaricationis Adam. Vnde & Dauid, Ecce, ait, in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea. Et Beatus Iob. Si fuero iustus os meum impia loquetur: & sine crimine, prauus inueniar. Et si purificatus in niue & lotus mundus manibus, satis me sordide tinxisti, & execratū est me vestimentum meum. Verum ne pœnitus desperamus, arbitrantes nos post peccata baptismi non posse saluari, statim hoc ipsum temerat; Et si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Nō pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Hoc ad credentes post baptisma loquitur, et aduocatur pro delictis eorum dominum pollicetur Nec dicit Si quid peccaueritis aduocatum habetis apud patrē Christum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, & non solum pro Ioannis aliorumque peccatis, sed etiam pro totius mundi. In toto autem mundo, & Apostoli sunt, omnesque credentes. Ex quibus liquido comprobatur, post baptisma posse peccari, frustra enim habemus aduocatum Iesum Christum si peccare non potest. *Tom. 2. lib. 2. contra Iouinianum cap. 1.*

PETRVS Apostolus, ad quem dictum fuerat: Qui lotus est, non necesse habet vt iterum lauet: Et: tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: ab ancilla perterritus negat. Et ipse Dominus Simon, Simon, ecce, inquit, sathanas postulauit vos, vt cribraret sicut triticū: ego autem rogaui pro te, ne deficeret fides tua. Et in eodem loco. Vigilate & orate, ne intretis in tentationem: spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Quod si ante crucem dictum respōderis: certè post crucem in oratione dominica dicim⁹: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus, nostris, & ne nos inducas in tentationem sed libera nos à malo. Si non peccamus post baptisma, cur nobis poscimus peccata dimitti, quæ in baptismate iam dimissa sunt? Quid oramus ne intremus in tētationem, & vt liberemur à malo, si diabolus tentare non potest iā baptizatos? Aliud autem est, si ad catechuminos hæc oratio pertinet, & non conuenit fidelibus, & Christianis Paulus electionis vas castigat corpus suum, & in seruitutem redigit: ne alijs prædicās, ipse reprobus inueniatur. Et datus est mihi, inquit, stimulus carnis, angelus sathanæ, qui me colaphizet. Et ad Corinth. Timeo, inquit, ne sicut serpens decepit Euā in astutia sua ita corrumpantur sensus vestri à simplicitate, quę est in Christo. Et alibi. Cui autem aliquid donastis, & ego. nā & ego, quod donaui, si quid donaui, propter vos, in persona Christi, vt non circumueniamur à sathana, nō enim eius ignoramus astutias. Et rursum. Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Fidelis autem Deus, qui nō dimittet vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet cum tētatione etiam prouentum, vt possitis sustinere. Et qui sibi videtur stare, videat ne cadat. Et ad Galatas: Currebatis benè, quis vos impediuit, veritati non obedire? Et alibi: Voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus, & semel, & iterū, sed impediuit nos sathanas. Et ad maritos: Et iterū reuertimini ad id ipsum ne tentet vos sathanas, propter incontinentiam vestram. Et rursum: Dico autem, spiritu ambulate & desideria carnis non perficeretis: Caro. n. concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. hæc enim inuicem aduersātur sibi, vt nō quæ vultis, illa faciatis. ex vtroq; compacti, necesse est, vt vtriusq; contra se substantiæ bella patiamur & ad Ephesios: Nō est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus principatus & potestates, aduersus rectores tenebrarūi harum, aduersus spiritualia nequitię in cælestib⁹. Et existimat aliquis securos & dormiētes nos esse debere post baptismum? Nec non ad Hebræos.

1. Ioan. 2.
1. Ioan. 2.
Psal. 50.
Ioan. 2.
Ioan. 14. *Fides sine operibus mortua.*
Iacob. 1.
1. Ioan. 2.
1. Pet. 2. Esaiæ. 53. *Post baptismum homines possunt peccare.*
Iacob. 3.
Iob. 14.
Prouerb. 20.
Rom 5.
Psal. 50.
Iob. 9.
1. Ioan. 2.
Ioan. 13.
Matt. 16.
Ioan. 18.
Luc. 22.
Matt 6.
1. Corint 9.
2. Corint. 12.
2. Corint. 11.
2. Corint. 2.
1. Cor. 10.
Gal. 5.
1. Thessa. 2.
1. Cor. 7.
Gal. 5. *Ex vtroque compacti vtrisque cārā nos substantiæ bella patimur.*
Ephe. 6.

Hebr. 6. Non debem⁹ esse securi post baptismum.

Hæc disputatio suscepta contra Montani. Nouatij Iouiniani et nostri temporis quorundā anabaptistarum hæresin.

Iac. 1.

Gen. 22.

Liberi arbitrij sumus.

Rom. 9.

1. Cor. 3. Non est secura & certa piorum possessio.

Psal. 9.

Eccle. 27. 2. Iac. 1.

Iac 2.

Rom 12.

2. Pet. 2.

bræos. Impossibile est enim, eos qui semel sunt illuminati, & gustauerunt donum cœleste, & participes facti sunt spiritus sancti, gustaueruntque nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque sæculi futuri, & prolapsi sunt, renouari iterū ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. Certe eos, qui illuminati sunt, & gustauerunt donum cœleste, & participes facti sunt spiritus sancti, gustaueruntque bonum Dei verbum, negare non possumus baptizatos, si autem baptizati peccare non possunt, quomodo nunc Apostolus dicit, Et prolapsi sunt? Verum ne Montanus & Nouatus hic rideant, qui contendunt, non posse renouari per pœnitentiam eos, qui crucifixerunt sibimet filiū Dei, & ostentui habuerunt: consequenter hunc errorem soluit, & ait: Confidimus autem de vobis dilectissimi, meliora, & viciniora saluti, tametsi ita loquimur: non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, & nunc ministratis. Et reuera grandis iniustitia Dei, si tantum peccata puniret, & bona opera non susciperet. Ita locutus sum, inquit, Apostolus, vt vos à peccatis retraherem, & desperationis metu facerem cauriores. Cęterum confido de vobis dilectissimi, meliora & viciniora saluti, neque enim iustitiæ Dei est, vt obliuiscatur bonorū operum, & ministerij quod propter nomē eius exhibuistis, & exhibetis in sanctos, & tantum meminerit peccatorum. Sed & Apostolus Iacobus sciēs baptizatos posse tentari, & propria corruere voluntate, Beatus, ait, vir, qui suffert tentationem: quia cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę, quam repromisit Deus diligentibus se. Ac ne putaremus, secundū illud genesēos, vbi scribitur, Abrahā à Deo fuisse tētatū, nos quoq; tētari à Deo: Nemo, inquit, cum tentatur, dicat, quoniā à Deo tentor. Deus enim intentator malorum est, ipse autem neminem tentat. vnusquisque verò tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus: Deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatū autem cum consummatum fuerit, generat mortē. Liberi arbitrij nos condidit Deus, nec ad virtutes, nec ad vitia necessitate trahimur, alioquin vbi necessitas est, nec damnatio corona est. Sicut in bonis operibus perfector est Deus, nō est enim volentis neque currentis, sed miserentis & adiuuantis Dei, vt peruenire valeamus ad calcem: sic in malis, et quę peccatis semina nostra sūt incentiua, & perfectio diaboli. Cum viderit nos super fundamentū Christi ædificare fœnum, ligna, stipulam, tunc supponit incendium. Aedificemus ergo aurū, argentū, lapides pretiosos, & tentare non audebit: quāquam & in hoc non sit certa & secura possessio. Sedit quippe leo in insidijs & in occultis, vt interficiat innocentem. Et vasa figuli probat fornax, homines autem iustos, tētatio tribulationis. Et in alio loco scribitur: Fili accedens ad seruitutem Dei, præpara te ad tentationem. Rursum idem Iacobus loquitur: Estote factores verbi, & non auditores tantum. Si quis auditor est verbi, & non factor: iste similis est viro, qui considerat vultum, natiuitatis suæ in speculo. Considerauit illum, & statim recedens oblitus est qualis sit. Frustra monuit, vt iūgerēt opera fidei, si post baptisma peccare nō poterāt. Qui totā legem, inqt, seruauerit, & peccauerit in vno, factus est omniū reus. Quis nostrum absq; peccato? Cōclusit Deus oīa sub delicto, vt omnib. misereatur. Petrus quoque: Nouit, inquit, Dns pios de tentatione eruere & de falsis doctoribus: Hi sunt fontes sine aqua, & nebulę turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur. Superba enim vanitatis loquentes pellicient in desiderijs carnis luxuriæ eos, qui paululum effugerant, & ad errorem reuersi sunt. Nonne tibi videtur pinxisse sermo Apostolicus nouam imperitiæ factionē? Aperiunt. n. quasi fontes scientiæ, qui aquam nó habent doctrinarum: promittunt imbrem, velut nubes propheticæ, ad quas peruenit veritas Dei, & turbinibus exagitantur dæmonum, atq; vitiorum. Loquuntur grandia: & totus eorum sermo superbia est. Immundus est autē apud Deum omnis, qui exaltat cor suum, vt qui paululum refugerant à peccatis, ad sūū reuertantur errorem, & suadent in luxuria, ciborum carnisque delicias. Quis. n. non libenter audiat: Manducemus & bibamus, & in æternū regnabimus? Sapientes & prudentes prauos vocant: eos verò qui dulces sunt in sermonibus, plus audiunt. Ioannes Apostolus. immo in Ioanne Saluator scribens Angelo Ephesi Ecclesiæ. Scio, inquit, opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quia sustinuisti propter nomē meum, & non defecisti: sed habeo aduersus te, q̄ charitatem tuam primā reliquisti. Memor esto, vnde cecideris: & age pœnitentiam, & prima opera fac, sin autem, veniam tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco, nisi pœnitentiam egeris. Similiter & cęteras Ecclesias, Smyrnam, Pergamū, Tyatiram, Sardis, Philadelphiam, Laodiceam, ad pœnitentiam prouocat, & nisi reuertantur ad opera pristina, cōminatur. Et in Sardis paucos habere se dicit, qui non conquinauerunt vestimēta sua, & ambulaturi sunt cum eo in albis, quia digni sunt. Cui autem dicit: Memento vnde cecideris? & ecce missurus est diabolus ex vobis in carcerem, vt tenteminī: & scio vbi habitas, vbi sedes est sathanæ: & in mente habe, qualiter acceperis, & audieris, & serua, & pœnitentiam age, & reliqua: vtique dicit, qui credidit & baptizatus est, & ītās quondam, corruit per delictum. *Ibid. cap. 2.*

Apoc. 2.

Apoc. 3.

PAVLI SPER de veteri testamento exempla distuleram quia solent, vbicunque contra eos facit, dicere, lex & prophetæ, vsque ad Ioannem, cęterum quis ignorat, sub altera dispensatione Dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc Christiani sunt? Quo modo ante Abraham placuit in coniugio, sic nunc virgines placent in perpetua castitate, seruiuit ille legi, & tēpori suo: seruiamus & nos euangelio & tempori nostro, in quos fines sæculorum decurrerunt. Dauid electus secundum cor Domini, qui omnes eius fecerit voluntates, & qui in quodam Psalmo dixerat: Indica me Domine, quoniā ego in innocentia mea ingressus sum, & in Dño sperans non infirmabor: Proba me Domine, & tenta me, vre renes meos, & cor meū: posttea tentatur à diabolo, & post peccatum pœnitens loquitur: Miserere mei Deus secūdum magnā misericordiam tuā. Magnum peccatum magna deleri vult misericordia. Salomon, amabilis Domini, & cui bis Deus fuerat reuelatus, quia amator mulierum fuit, à Dei amore discessit. Manassen impijssimum regem post captiuitatem Babylonicam in pristinam dignitatem liber Dierum restitutum refert Et Iosias vir sanctus in campo Mago & AEgyptio rege confoditur. Iesus quoque, filius Iosedech sacerdos magnus, quā quam

Matt. 11. Vetus testamentum non est reijciendum.

1. Cor. 10.
1. Reg. 13.
Psal. 15.
Psal 50.
3. Reg. 11.
2. Para. 38.
4. Reg. 23.
Zach. 3.

Multis exẽplis probat sanctissimos etiam quosq; labi.

quam in typo præcesserit Saluatoris, qui nostra peccata portauit, & alienigenam sibi ex gentibus Ecclesiam copulauit, tamen secundum literam post sacerdotiũ sordidatus inducitur: & stat diabolus à dextris eius: & candida illi vestimẽta deinceps reddũtur. Superfluum est de Moyse & Aaron scribere, quod ad aquam contradictionis offenderint Deum, & terram repromissionis nõ intrauerint, cum beatus Iob angelos quoque & omnem creaturam peccare posse commemoret dicens: Quid enim, nunquid homo coram Deo mũdus est? aut in operibus suis sine macula vir? Si cõtra seruos suos non credit, & aduersum angelos suos paruum quid reperit: quanto magis habitatores in domibus luteis, de quibus & nos ex eodem luto sumus? Tentatio est vita hominis super terram. Et cecidit Lucifer, qui mittebat ad vniuersas nationes. Et ille qui in paradiso deliciarum in ter duodecim nutritus est lapides, vulneratus à monte Domini ad inferna descẽdit. Vnde & Saluator in Euangelio, Videbam, inquit, sathanam quasi fulgur de cælo cadentem. Si altissima illa sublimitas cecidit, quis cadere non possit. Si in cælo ruinq, quanto magis in terra: Et tamen cũ ceciderit Lucifer immo post casum coluber antiquus: virtus eius in lũbis eius, & potestas eius super vmbilicum ventris: obumbrantur in eo arbores magnæ, & dormit iuxta iuncum, & calamum, & caricem. Ipse est rex omnium, quæ in aquis sunt vbi scilicet voluptas, & luxuria & propago & irrigatio nuptiarum. Quis enim denudabit faciem vestitus eius? Et portas vultus eius quis aperiet? Saginantur in eo nationes Aetiopum, partiuntur eum Phœnicum gentes. Ac ne forsitan tacitè legentis cogitatio putaret, eas tantum Phœnicum gentes & populos Aetiopum significari, quibus draco in escam datus sit; statim de ijs, qui per mare huius sæculi transeunt, & ad portũ salutis peruenire festinant, dicitur: Et in nauibus piscatorũ caput eius stat, sicut incus infatigabilis: reputat ferrum, vt paleas, & sicut lignum putre, æs & omne aurum maris sub eo est sicut lutum, feruescere facit aby ssum, sicut vas æneum æstimat mare, sicut deletum, & tartarum aby ssi vt captiuum omne altũ videt. Et arbitratur Iouinianus meus, facile sibi cũ posse succumbere. Quid loquar de sanctis viris, & de angelis, qui cum creaturæ Dei sint, possunt vtique recipere peccatum? Filiũ Dei tentare ausus est, & prima eius, & secunda sententia repercussus nihilominus caput leuat, & tertio vulneratus, vsque ad tempus recedit, differens magis tentationem, quam auferens: & nos nobis blandimur de baptismate: quod sicut priora peccata dimittit, sic in futurum seruare non potest, nisi baptizati omni custodia seruauerint cor suũ. *Ibid. cap. 3.*

Num. 20.

Iob. 4.

Iob. 7.

Esai. 14.

Luc. 10.

Iob. 40.

Potentia & astutia diaboli in tentãdo exaggeratur.

Psal. 73.

Iob. 41.

NON ait Apostolus, Elegit nos ante constitutionem mundi, cùm essemus sancti & immaculati: sed elegit nos, vt essemus sancti & immaculati: hoc est, qui sancti, & immaculati ante non fuimus, vt postea essemus, quod & de peccatoribus ad meliora conuersis dici potest: & stabit illa sententia: Non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens, id est, in tota vita sua, in omni, quo in mũdo isto versatus est, tempore. *Tom. 2. aduersus Ruffi. cap. 6. lib. 1.*

Psal. 142. Omni tempore quo viuit iustus non caret peccato.

NON audacter, vt falso putas, sed amanter stu dioseque fecisti, vt nouã mihi ex vetere mitteres quæstionem; quæ ante literas tuas plerosque in o-

riente decepit, vt per simulatam humilitatem stu perbiam discerent, & dicerent cum diabolo. In cælum ascendam, supra sidera cæli ponam tronũ meum, & ero similis altissimo. Quæ enim potest alia maior esse temeritas, quam Dei sibi non dicã similitudinem, sed æqualitatem vendicare, & breui sententia omnium hæreticorum venena complecti, quæ de philosophorum & maximè Pytagoræ & Zenonis principis Stoicorum, fonte manarunt? Illi enim, quæ græci appellant πάθη, nos perturbationes possumus dicere, ægritudinẽ videlicet & gaudium, spem & metum, quorũ duo presentia, duo futura sunt. asserunt extirpari posse de mentibus, & nullam fibram radicemque vitiorum in homine omninò residere, meditatione, & assidua exercitatione virtutum. Aduersum quos & Peripatetici, qui de Aristotelis fonte descendunt, fortissimè disputant, & Academici noui, quos Tullius sequitur; & eorum non dico res, quę nullę sunt, sed vmbras & vota subuertũt. hoc est. n. hominem ex homine tollere, & in corpore constitutum esse sine corpore: & optare potius q̃ docere: dicente Apostolo: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et quia epistolaris breuitas non potest omnia comprehẽdere, strictim tibi vitanda describam. Vnde & illud Virgilianum est: Hinc metuunt, cupiuntq;, dolent, gaudentq;, nec auras respiciunt, clausę tenebris & carcere cæco. Quis enim potest aut non gestire gaudio, aut mœrore contrahi, aut spe extolli, aut timore terreri? Quamobrem & grauissimus poeta Flaccus scripsit in Satyra: Nã vitijs nemo sine nascitur; optimus ille est, Qui minimis vrgetur. Pulchre quidã nostrorũ ait: Philosophi patriarchæ Hæreticorum Ecclesię puritatem peruersa maculauẽre doctrina: vt nesciant illud dictum de humana fragilitate: Quid gloriatur terra, & cinis? præsertim cũ Apostolus dicat: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meę & ducentem me in captiuitatem: Et iterum: Non enim quod volo hoc ago, sed quod nolo, id operor. Si quod non vult operatur, quomodo stare potest hoc quod dicitur, posse hominem sine peccato esse, si velit? Qua ratione potest esse, quod velit, cũ Apostolus asserat se, quod cupiat, implere non posse? Cumq; ab eis quærimus, qui sunt illi, quos absq; peccato putent, noua strophа eludere cupiunt veritatẽ: se non eos dicere, qui sint, vel fuerint, sed qui esse possint. Egregij Doctores dicũt esse posse, quod nunquã fuisse demonstrant, dicente scriptura. Omne quod futurum est, iã factum est in priori tempore. Neq; nũc mihi necesse est ire per singulos sanctorũ. & quasi in corpore pulcherrimo næuos quosdam, & maculas demonstrare: quod pleriq; nostrorum simpliciter faciunt, cum paucis sententiolis scripturarum possint hæreticorum, & per eos philosophorum argumenta conuinci. Quid enim dicit vas electionis? Conclusit Deus omnia sub peccato, vt omnium misereatur. Et in alio loco: Omnes enim peccauerunt, & indigent gloria Dei. Ecclesiastes quoque, per quẽ se cecinit ipsa sapientia liberè protestatur, & dicit: Nõ est homo iustus super terrã, qui faciat bonum & non peccet. Et iterũ: Si peccauerit populus tuus, non est, homo qui non peccet. Et quis gloriabitur castum se habere cor? & nõ est mundus à sorde, nec si vnius diei fuerit super terrã vita eius. Vnde & Dauid dicit: Ecce enim in iniquitatib. conceptus sum, & in delictis

Esa. 14.

Philosophi & hæretici vendicant sibi Dei æqualitatem.

Stoicorum, Peripatetica rum, academicorumque de perturbationibus dissensio.

Rom. 7.

Tertulliani sententia passim.

Eccle. 10.

Rom. 7.

Eccle. 1.

Paucis sentẽtiis scripturæ conuincit hæreticorum et philosophorũ errorem.

Rom 2.
Rom. 3.

Eccle 7.

Para. 6.

Prouerb. 20.

Iob. 14.
Psal. 50.

ctis concepit me mater mea. Et in alio psalmo: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuẽs. Quod testimonium sub nomine pietatis noua argumentatione deludunt. Aiunt enim ad comparationem Dei nullum esse perfectum, quasi scriptura hoc dixerit, neque enim ait: Non iustificabitur omnis viuens: sed, Non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens. Quando enim dicit, In conspectu tuo, hoc intelligi vult, quod etiam qui hominibus sancti videntur, Dei scientiæ atq; notitiæ nequaquam sancti sunt. Homo enim videt in facie, Deus autem in corde. Si autem inspiciente Deo & omnia contemplãte, quę cordis arcana non fallũt, nullus est iustus: perspicuè ostenditur hęreticos non hominem in excelsa sustollere, sed Dei potentiæ derogare, multaque alia, quæ si de scripturis sanctis voluero congregare, non dicã Epistolę, sed voluminis quoque excedam modũ. Nihil noui afferunt, qui in huiusce modi applaudente sibi perfidia, simplices quidem & indoctos decipiũt, sed Ecclesiasticos viros, qui in lege Dei, die ac nocte meditantur, decipere non valẽt. Pudeat ergo eos principum & sociorum suorũ, qui aiunt: posse hominem sine peccato esse, si velit, quod Græci dicunt ἀναμάρτητον. Et quia hoc Ecclesiarum per orientem aures ferre non possunt? simulant se sine peccato quidem dicere, sed ἀναμάρτητον dicere nõ audere, quasi aliud sit sine peccato, aliud ἀναμάρτητον, & non Græcum sermonem, qui apud illos compositus est, duob. verbis sermo latinus expresserit. Si absq; peccato dicis, & ἀναμάρτητον dicere te diffiteris, damna eos ergo, qui ἀναμάρτητον prædicant, sed non facis, nosti enim, quid intrinsecus discipulos tuos doceas, aliud ore commemorans, & aliud celans conscientia: nobisque alienis & indoctis loqueris per parabolas, tuis autem mysteria confiteris: & hoc iuxta scripturam te facere iactas: quia dictum est, Turbis Iesus in parabolis loquebatur: & ad discipulos in domo dicit: Vobis datum est scire mysteria regni cœlorum, illis autem non est datum. *To. 2. aduersus Pelagium ad Ctesiphontem cap. 1.*

Psal. 142.

Qui hominibus sancti videntur Deo notitiæ non sunt sancti.

1. Reg. 16.

Matt. 13.
Luc. 8.

SED vt dicere cœperã, exponã breuiter principũ & sociorum tuorũ nomina: vt animaduertas, qualium consortio gloriaris. Manichæus electos suos, quos inter animas Platonis in cœlestib. collocat, dicit omni carere peccato, nec, si velint, posse peccare: ad tanta. n. eos virtutum culmina trãscendisse, vt carnis operibus illudant. Priscillianus in Hispania pars Manichæi, de turpitudine, cuius te discipuli diligunt plurimum verbũ perfectionis, & scientiæ sibi temere vendicantes, soli cum solis clauduntur mulierculis, & illud eis inter coitum amplexusque decantant: Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther Coniugis in gremium lætæ descendit: & oẽs Magnus alit; magno cõmixtu corpore fœtus. Qui quidẽ patrẽ habẽt Gnosticæ hæreseos, de Basilidis impietate venientẽ. Vnde & vos asseritis, eos, qui absq; legis scientia sunt, peccata vitare non posse. *Ibid. cap. 2.*

Manichæus, Priscillianus Basilides Pelagianæ opinionis primi auctores fuit.

DIC mihi: si tibi videtur hoc, q̃ cum Dei adiutorio paulo ante dicebas, posse hominem nõ peccare, si velit, in perpetuum dicas, an ad tempus & breue? Crito. Superflua interrogatio est, si. n. ad tempus, & breue, dixero, nihilominus refertur ad perpetuum quidquid enim ad breue dederis, hoc concedes & in perpetuũ. Att. Quid dicas, non satis, intelligo. Crito. Ita ne durus es, vt manifesta non sentias? Att. Non me pudet nescire, quod nescio, & de quo futura est disputatio, debet inter vtrumq; conuenire, quẽ sensum habeat. Crito. Ego hoc assero; qui potest vno die se abstinere à peccato, posse & altero; qui duobus, posse & trib. qui tribus posse & triginta atq; hoc ordine, posse & trecentis & trib. millibus, & quamdiucunque se voluerit abstinere. Att. Dic ergo simpliciter, posse hominẽ in perpetuum esse sine peccato, si velit. possumus ne omne, quod volumus? Crito. Nequaquã, neque enim possum, quicquid voluero: sed hoc solum dico; hominẽ sine peccato posse esse, si velit. Attic. Queso vt mihi respondeas. Hominem ne putas an beluam? Crito. Si de te ambigo, vtrum homo, an belua sis, ipse me beluã confitebor. Attic. Si ergo vt dicis, homo sum, quomodo cum velim & satis cupiam non peccare, delinquo? Crito. Quia voluntas imperfecta est, si enim verè velles, verè vtiq; non peccares. Att. Ergo tu qui me arguis non verè cupere, sine peccato es, qa verè cupis. Crito. Quasi ego de me dicam, quem peccatorẽ esse confiteor, & non de paucis, & raris, si qui voluerint nõ peccare. Att. Interim ex meo tuoque iudicio, & ego qui interrogo, & tu qui respondes, peccatores sumus. Crito. Sed possumus non esse, si velimus. Attic. Dixi me velle nõ peccare, te quoque hoc sentire, non dubium est. Quomodo ergo, quod vterq; volumus, vterque non possumus? Crito. Quia plenè non volumus. Att. Da ergo qui maiorum nostrorũ plenè voluerint & potuerint. Crito. Hoc quidem non facile est ostendere neque. n. quando dico, hominem posse esse sine peccato, si velit, aliquos fuisse contẽdo, sed simpliciter posse esse, si velit. aliud namq; est, esse posse: quod Græcè dicitur δύναμις: aliud est esse quod ipsi appellant ἐνέργειαν. Possum esse medicus, sed interim non sum. Possum esse faber, sed necdum dici, quidquid igitur possum, licet necdum sim, tamen ero, si voluero. Att. Aliud sunt artes, aliud id quod super artes est. Medicina & fabrica & artes cæteræ inueniuntur in plurimis: sine peccato autem esse perpetuo, diuinæ solius est potestatis. Itaq; aut da exemplum, qui absq; peccato fuerint in perpetuum: aut, si dare no potes, confitere imbecillitatem tuam: & noli ponere in cælũ os tuum, vt per esse, & esse posse, stultorũ illudas auribus. quis enim tibi concedet, posse hominem facere quod nullus vnquam hominũ potuerit? Aut tu dialecticis ne imbutus quidẽ es. Si enim potest homo; non posse tollitur. si autẽ nõ potest: posse subuertitur. Aut concede mihi aliquẽ potuisse, qd̃ fieri posse contendis: aut si nullus hoc potuit, inuitus teneberis, nullũ posse, qd̃ possibile iactitas. Inter Diodorũ & Chrysippum, valentissimos dialecticos, περὶ δυνατῶν ista contẽtio est. Diodorus id solũ posse fieri dicit, q̃ aut sit verum, aut verum futurũ sit, & quidquid futurum sit, id fieri necesse esse, quidquid autem nõ sit futurum, id fieri nõ posse. Chrysippus vero, & quæ nõ sunt futura, posse fieri dicit; vt frangi hoc margaritum etiã si id nunquã futurum sit. Qui ergo, aiunt hominem posse esse absq; peccato, si velit, nõ poterunt hoc verum probare, nisi futurũ docuerint. Cũ autem futura incerta sint omnia & maximè ea, q̃ nunquã facta sunt, perspicuum est, eos, id futurum dicere, quod nõ sit futurum, Ecclesiaste hãcce firmante sententiam. Omne quod futurum est, iam factũ est in priori sęculo. *To. 2. li. 1. Dial. aduersus Pelagium ca. 2. fol. 280. & passim sequẽt. cap. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. in principio ibidem.*

Homines sine omni peccato semper esse non posse.

Diodori & Chrysippi sententia.

SI peccatores & iniqui æternis ignibus exurũtur, non times sententiam tuam, qui iniquum & peccatorem te esse dicis? Et argumentaris, hominem non esse sine peccato, sed esse posse. Ergo solus ille saluetur, qui nunquam fuit, nec est, sed futurus, aut forsitan nec futurus, & pereant omnes, quos retro fuisse legimus. *Ibid. cap. 9. Fol. 276. fa. 2.*

CENTESIMVS titulus est, posse hominẽ sine peccato esse, & Dei mandata facile custodire, si velit, de quo abundè dictum est. Cumq; se imitatorem, immo expletorem operis beati martyris Cypriani scribentis ad Quirinum, esse fateatur, non intelligi se in eodem opere dixisse cõtraria: Ille. n. in quinquagesimo quarto titulo tertij libri ponit, neminẽ sine sorde & sine peccato posse esse: statimq; iungit testimonia, in quibus scriptũ est apud Iob. Quis enim mundus à sordibus? ne si vnius etiã diei sit vita eius in terra. Et in Psalmo quinquagesimo: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Et in Epistola Ioannis. Si dixerimus, quia peccatũ non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. *Ibi. cap. 9. Fol. 277. fac. 2.*

Iob. 25.

1. Ioan. 1.

PERTVRBATIONIBVS ad perfectum carere iuxta Stoicos, videlicet Zenonem & Crysippum, posibile, iuxta Peripateticos autem & difficile & impossibile est, cui sententiæ omnis scripturæ sanctæ consentit auctoritas: vnde & Ioseph⁹, Machabæorum scriptor historiæ, frangi & regi posse dixit perturbationes animi, nó eradicari: & quinque Tusculanarum quæstionum Ciceronis libri his disputationibus referti sunt. Pugnant enim iuxta Apostolum, aduersum nos fragilitas corporis, & spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Manifesta sunt, dicente eodem, opera carnis & opera spiritus, & hęc sibi inuicem aduersantur: vt non quæ volumus, illa faciamus. Si non quod volumus, facimus, sed quod nolumus, illud operamur: quomodo dicitis, posse hominem sine peccato esse, si velit? Ecce Apostolus, omnesque credentes, quod volunt, implere non possunt. Charitas operit multitudinẽ peccatorũ, non tam præteritorum, quam præsentium, ne vltra Dei in nobis manente charitate, peccemus. *Tom. 2. lib. 2. Dialog. aduersus Pelag. cap. 5. & cap. 4. 5. 6. 7. 8. 9. passim.*

Scripturæ sacræ magis cõsentanea Peripateticorũ de perturbationibus opinio, quam Stoicorum. Ephes. 6. Gal. 5.

HOC ad eos pertinet, qui dicunt, quare talis conditus sum, qui non possum in perpetuum carere peccato. Quare tale vas fictum, vt non quasi adamantium permanerem, sed ad omnem tactũ fictile atq; fragile. Oés sicut oues erauimus, & omnium nostrum Dominus peccata portauit. Intuitus est. n. & diligenter inspexit, nullumq; reperit, qui iudicaret iustè, qui suam in omnibus faceret voluntatem. *Cap. 10. fol. 290.*

Esaiæ. 53.

IESVS filius Iosedech, quod interpretatur iustus Domini sacerdos magnus, indutus describitur vestib. sordidis, qui peccatũ non fecit, & tamẽ nostra peccata portauit, ad cuius dextrã stabat sathanas, vt aduersaretur ei. Diciturq; ad eum post pugnam atque victoriam: Auferte vestem sordidam ab eo: & ecce abstuli à te iniquitatem tuam. Et hęres Iouiniani loquitur: Sine omni omnino peccato sum: sordida vestimẽta non habeo: pprio regor arbitrio: maior Apostolo sum, ille facit qd̃ nõ vult, & quod vult nõ facit, ego facio quod volo, & quod nolo non facio: pparata sunt mihi regna cœlorũ, immo ipse ea mihi meis virtutibus præparaui, in quo Adã tenetur obnoxius, & alij qui reos se putant in similitudiné præuaricatio-

Zach. 3.

Prosopopœia Iouiniani in Elãtiæ plena.

nis Adæ; ego solus cum mea caterua non teneor. Alij clausis cellulis & fœminas non videntes, qa miseri sunt, & verba mea non audiũt, torquẽtur desiderijs: ego, ctiã si mulierum vallor agminib⁹, nullam habeo cõcupiscentiam, de me enim dictũ est: Lapides sancti voluuntur super terrã: & ideo non sentio, quia liberi arbitrij potestate Christi trophęum circunfero. *Fol. 289. cap. 9. & ca. 11. Tom. 2. lib. 3. Dial. aduer. Pelagian. cap. 1. fer. toto.*

QVI non potest suis viribus & labore venire ad Iesum, quo modo potest omnia simul peccata vitare? & vitare in perpetuũ, & Dei sibi potentiæ nomen assumere? si. n. ille ἀναμάρτητος, & ego ἀναμάρτητος, quæ inter me & Deũ erit distantia? *Cap. 3. fol. 295. fac. 1.*

Si homo sine omni peccato nihil erit distantiæ inter Deum & hominem.

ATTIC. Sequar propositionem tuam, numquam hodie effugies veniam quocunque vocaris. Crit. Paratus sum ad audiendũ. Att. Et ego ad loquendũ surdis auribus. Respondebo igitur ad propositũ. Ex anima & corpore cõpacti, vtriusq; substantię naturã consequimur. Quomodo corp⁹ sanũ dicitur, si nullo languore vexetur: ita anima absq; vitio si nulla perturbatione quatiatur. Et tamẽ quamuis corpus sanum sit, integrumq; & vegetũ, & cunctorum sensuum integritate robustũ, aut crebris, aut raris infirmitatibus cõdolescit: & vt firmissimum sit, interdũ pituitæ molestiã patitur: ita anima, cogitationum & perturbationũ impetus sustinẽs, vt superet naufragia, non absq; periculo nauigat: consideransq; fragilitatem suã, semper de morte sollicita est: secundũ illud quod scriptum est. Quis est homo qui viuit, & nõ videbit mortẽ? Quę cunctis intenta est mortalibus, nõ naturæ dissolutione, sed morte peccati: iuxta illud propheticũ: Anima quę peccauerit, ipsa morietur. Alioquin hanc cõmunem mortem, qua & bruta soluuntur animalia, Enoch & Heliã nondũ vidisse cognoscimus. Da mihi corpus quod nunq; languerit, aut quod post languorem perpetua sanitate securum sit, & dabo tibi animam, quæ nũquam peccauerit, nec post virtutes deinceps peccatura sit: præsertim cum vicina sint vicia virtutibus, et si paululum declinaueris, aut errandum tibi sit, aut in præceps cadendum. Quantum enim inter se distant, pertinacia & perseuerantia, parsimonia & frugalitas, liberalitas & profusio, prudẽtia, & calliditas, fortitudo & temeritas, cautela & timiditas? quorum alia ad bona, alia referuntur ad mala. quod quidem & in corporibus inuenitur. Si felli prouideris temperando, pituita succrescit. Si humores siccare festines: inardescit sanguis, bili vitiatus, & luteus color ora profundit. Certè vt cunctam medicorum adhibeamus diligentiam, & castitatis viuamus cibis, & morborũ fomitibus careamus, & cruditate occultis quibusdã & soli Deo cognitis causis; vel frigore inhorrescimus, vel sebre exardescimus, vel torminib. eiulamus, & veri medici Saluatoris imploramꝰ auxilium, dicimusq; cum Apostolis: Magister saluos nos fac, perimus. *cap. 4. ibid. fol. 295.*

A similitudine infirmitatis corporalis probat animæ infirmitatem.

EADEM dicere mihi nõ est pigrũ, legentib. necessarium, quod semper humanus status in huius seculi via fluctuet, & alius in valle, alius in campis, alius moriatur in monte, nec in mõte simpliciter, sed in mõtis monte, id est in excelso vertice. Cũq; nos Dei auxilio destitutos hostis inuaserit, duxeritq; captiuos; non desperemus salutem, sed iterum armemur ad prælium. Potest fieri, vt vincamus, vbi victi fuimus & eodem loco triumphemus,

Psal. 88.

Ezech. 18.

Humanus status in huius seculi via semper fluctuat.

Enoch & Helias similitudinis.

phemus, vbi fuimus ante captum. *Tom. 3. epist. 127. ad Fabiolam Mansione 34.*

ORIETVR tibi matutina lux, & sanitates tuæ cito orientur, & præcedet te in iustitia tua, & gloria Domini coronabit te. Deprecantemq; statim exaudiet, & se ostẽdet esse præsentẽ. Ita duntaxat, si ad superiora opera hæc quoq; addideris, vt tollas de te obligationem & catenam, qua tua anima colligata est. De qua & Petrus loquebatur ad Simonẽ: In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. Et Paulus dolebat obligatam cernẽs idololatriæ Athenien sium ciuitatem. Funibus enim peccatorum suorum vnusquisque cõstringitur: de quibus animæ vinculis & Dauid precabatur in Psal. Ab occultis munda me Dñe, & ab alienis parce seruo tuo. Difficile reperitur, qui in his non stringatur catenis. Raro inuenitur anima, q̃ hãc grauissimã torquẽ nõ habeat suo collo circundatã ad terrena se opera deprimentẽ: vt nequaquã cælũ, sed terrã aspiciat. Quod & de euangelica refertur muliere, quã vinxerat sathanas, p annos *18.* vt incuruata, cęlestia nõ videret. Si ergo, ait tuleris de medio tui hanc catenã, & istiusmodi vincula dissipueris χειροτονίαν, p qua tres alij interpretes voce consona, extentũ digitũ transtulerunt, (vt non solum malũ ipse non cogites, & non facias: sed ne detrahas quidẽ proximo tuo, & singulos quasi digito notes, & loquaris q̃ nõ prodest animæ tuæ, nõ tua mala, sed aliorum errores considerans) accipies quæ sequens sermo subnectit. *Tom. 4. lib. 16. Com. in cap. 58. Esaiæ fol. 192. fac. 1.*

Catenæ & vincula animarum peccata.

Actor. 8.

Actor. 17.

Proverb. 5.

Psalm. 18.

Raro quis inuenitur sine torque peccati. Luc. 13.

PER quæ intelligimus, vel de omni genere humano ista dici, quod pronũ sit ad vitia, vel de tempore saluatoris, quãdo omnes declinauerũt, simul inutiles facti sunt: non fuit qui faceret bonum, nõ fuit vsque ad vnũ. Vnde & ipse mysticè clamitat: Saluũ me fac Domine, quoniã defecit sanctus. Sin autem hæc ita se habent, vbi sunt qui in nostra dicunt positũ esse voluntate, omni carere peccato? Nemo inquit quod bonũ est, loquitur: quia etiam pro otioso verbo reddituri sumus rationẽ in die iudicij. *Tom. 4. lib. 2. Com. in cap. 8. Hier. fol. 249. fa. 2.*

Omne genus humanum ad vitia pronum. Gen. 8. Psalm. 13. Psalm. 11. Omnia carere peccato non est in nostra potestate.

PECCATVM Iudæ scriptũ est stylo ferreo in vngue adamantino: exaratũ super, &c.] De gentibus quæ ad Dominum conuersæ fuerãt supra dictum est: Ecce ego ostẽdam eis per vicẽ hanc, ostendam eis manum meã & virtutẽ meam. Nunc de Israel quia abiectus est loquitur. Peccatum Iudæ scriptũ est stylo ferreo, in vngue adamantino, &c. Quod cura LXX. prætermissum sit: nescio, nisi forsitan pepercerũt populo suo, sicut & in Esaia eos feciſſe manifestum est: Quiescite ergo ab homine cuius spiritus in naribus eius: quia excelsus reputatus est ipse: multaq; huiusmodi, quæ si voluero cuncta digerere, non dicã libro, sed libris opꝰ erit. Gentiũ peccata deleta sunt, quia conuersæ ad Dominum ab externis terræ, audierũt illud. Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi, Quia confirmata est super nos misericordia eius, & veritas Domini manet in æternum. De quibus dixerat ad Moysen: Dimitte me vt interficiã populum istum: & faciam te in gentẽ magnam. Peccatum autem Iudæ indelebile, & (vt ita dicã) nulla ratione abolendum, scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, qui Hebraice dicitur samit שָׁמִיר, non quo vllus vnguis sit, qui appelletur, samit שָׁמִיר, sed quo lapis adamantinus, ex eo q̃ indomitus sit, & infringibilis, hoc nomẽ accepit, qui tantũ nitorẽ habeat & leuitatẽ, vt absque vllo impedimẽto in eo scribi possit stilo ferreo: vt dura ferri materies scribat in duriori tabula adamãtina, & duret quod scriptum est, in perpetuũ. Ipsi. n. dixerunt: sanguis eius super nos, & super filios nostros. Vnde exaratũ siue insculptũ est in cordibus altariũ, siue ararũ eorum: vt opera sacrilega in æternam memoriã perseuerent. Si autẽ hoc ita est, vbi illud quod anus delyra confingit: posse hominẽ sine peccato esse, si velit & facilia Dei esse mãdata. *Tom. 4. libr. 3. Com. in cap. 17. Hier. fol. 267 fac. 1.*

Septuaginta multa præ termiserunt in versione Bibliorum. Esaiæ 2.

Psalm. 116.

Exod. 32.

Deut. 9.

Matth. 27.

Anus delyra confinxit hominem esse posse sine omni peccato.

SCIENS Paul. eius Dei se esse cultorẽ, qui nollet mortẽ peccatoris, sed pœnitentiã, & excepta trinitate omnem creaturã, licet nõ peccet, tamen posse peccare: eum quoq; qui spiritualis est cohortatur sui timore ne peccet, manum porrigẽs corruenti. Et pulchrè præoccupatum in delicto hominẽ vocat, qui mori possit, ex ipso nomine fragilitatem conditionis ostendens, vt dignus sit venia, qui velut homo errore deceptus, & mersus in voraginẽ, seipsũ sine auxilio & adiutore erigere non possit. *Tom. 6. lib. 3. Com. in cap. 6. ad Galat. fol. 155. fac. 2.*

Excepta trinitate omnis creatura potest peccare.

CVR omnia, id est angeli, throni, dominationes, potestates & virtutes cæteræ: quæ nunquã fuerunt contrariæ Deo, eius pedibus subijciantur videtur obscurum. Potest namq; respondẽri, quod absq; peccato nullus sit, & sydera ipsa nõ sint munda coram Deo, omnisq; creatura paueat creatoris aduentum. Vnde & crux saluatoris nõ solum ea quę in terra, sed etiam quæ in cælis erat, purgasse perhibetur. *Tom. 6. lib. 1. Com. in c. 1. ad Ephes. fol. 166. fa. 2.*

Iob 14. et 25.

ET eramus natura filij iræ, sicut & cæteri. Respondeant hæretici, qui diuersas naturas esse contendũt, quo modo Paulus (quem vtiq; spiritualis naturæ esse non dubiũ est) fuerit natura filius iræ, sicut & cęteri, qui adhuc in errore sunt positi. Nos vero dicimus esse primum omnes homines natura filios iræ vel, propter corpus humilitatis corpusq; mortis, & quòd ab adolescentia mens hominum apposita sit ad malitiam. Vnde & Salomon ait: nõ est iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Vel quod ex eo tẽpore, quo possumus habere notitiam Dei, & ad pubertatem venimus omnes aut opere aut lingua aut cogitatione peccemus. Eramus igitur natura filij iræ, sicut & cæteri, & omnes sancti, qui ab ira sanguine Christi redempti sunt. Si. n. Paulus, qui iuxta iustitiã quę in lege fuit, irreprehensibiliter est cõuersatus, dicit se natura filiũ iræ fuisse, cur timeamus etiã retro sanctos viros filios iræ fuisse testati. De quibus omnib. verè dici potest: Cùm aũt venit mandatũ, peccatũ reuixit, ipsi vero mortui sunt. Filius autẽ iræ sic accipiendum, vt filios perditionis, filios iniquitatis, filios mortis. Non quo aliqua ira, mors iniquitas & perditio subsistat in natura sua, quæ filios habeat, sed quo filij dicãtur eius rei, quæ operetur in singulis. Sicut filij appellãtur gehennæ, qui gehennæ ignibus consumendi sunt. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 2. ad Ephes. fol. 168. fac. 1.*

Genes. 8. Eccles. 7.

Omnes sancti fuerunt aliquando filij.

HOC quod nunc ait: in apertione oris mei: Et alibi os meum ad vos apertum est ò Corinthij: Et aperiens os suum, docebat discipulos suos dicens: Et os meũ aperi & attraxi spiritum: Et aperiam in parabolis os meum, & cætera his similia, sic accipiendum quasi dixerit: aperiantur thesauri & absconditа à sæculis sacramenta pandantur, vt spiritus sanctus introeat ad ea proferenda quæ latitant. Nam quod huius testimonij, id est, vt detur mihi sermo in apertione oris mei, iste sit intellectus, sequentia probant. In confidentia, inquit, notum facere mysterium euangelij: Nequaquam in parabolis & prouerbijs: sicut & prophetæ,

2. Cor. 6. Matth. 13. Psalm. 115. ibidem.

& ipse Dominus adhuc constitutus in corpore loquebatur, dicens: Venit hora, quãdo nequaquam vobis in prouerbijs loquar: sed confidenter de patre annunciabo vobis. Hunc confidentiæ sermonem solus poterit obtinere, qui non habuerit cor se reprehendens: Si enim cor nostrum nos non reprehenderit, confidentiam habemus ad Deum, & quodcunque petierimus, accipiemus ab eo. Rarus itaque est qui in confidentia notum faciat mysterium euangelij: quia rarus est qui confidentiam habeat ad Deum. Quis enim gloriabitur castum se habere cor, aut quis stabit dicens, mundum se esse à peccatis? *Tom.6.lib.3.Comm.in cap.6.ad Ephesios fol.195.fac.2.*

Ioan.16.

1.Ioan.3. Rarus est qui ad Deũ perfectam confidẽtiam habet.

Prouer.20.

POSSVMVS & in nostri templi parietibus idola monstrare depicta, quando omnibus vitijs subiacemus, & pingimus in corde nostro peccatorum conscientiam imaginesque diuersas. de quibus & in Psalmo dicitur: Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum dissipabis. & in alio loco. Veruntamen in imagine perambulat homo. Quod scilicet nullus hominum sit, qui aliquam imaginem non habeat, siue sanctitatis, siue peccati. Quamobrem furiosis dicitur & iracundis: furor illis secũdum similitudinem serpentis: sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas quæ non exaudiet vocem incantantium: Et de hominibus nequam: Generatio viperarum quis ostendit vobis fugere à uentura ira? Et de versipellibus ac fraudulentis: Ite, dicite vulpi huic. Ac de amatoribus fœminarum. Equi insanientes in fœminas facti sunt mihi: vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. De brutis quoque ac vecordibus: Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intelligentia. Et iterum in chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non appropinquant ad te. Et multa huiusce modi. *Tom.4.lib.3.Com.in cap.8.& Ezechiel. fol.352.fac.2.*

Psalm.27.

Psalm.38.

Imagines beſtiarum imitantur peccatores.

Matth.5.

Luca 13.

Psalm.31.

QVI ingreditur sine macula, &c.] Hoc est, sine mortalibus peccatis: quia sine minutis esse non possumus: Vnde dicitur. Si dicimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Vel aliter: Qui ingreditur sine macula. Videte quid præcipitur, non dixit, qui peruenit ad finem sine macula, sed qui adhuc in itinere est, & maculam non habet. Dicere aliquis potest: Non habeo maculam, non feci malum. Non sufficit nobis malum non facere, nisi fecerimus & bonum. *Tom.7.Com.in Psalm.14.fol.13.fac.2.*

1.Ioan.1. Sine peccatis mortalibus viuere possumus, sed non bene sine venialibus.

QVOMODO immaculati, quia sine minutis peccatis homo esse non potest: sicut sanctus Ioannes dixit: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nó est, Et propheta dicit: Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Sine macula, hoc est, sine mortalibus criminibus: Sed tamen discretionem facit inter maculam & maculam, id est, quia etsi sine minutis esse non possumus, tamen in maioribus incedere non debemus. *Tomo.7. Comm.in Psalm.118. fol.153.*

1.Ioan.1.

Psalm.14.

SENSVS est. Tu omnes in die formas, tu cunctos vis esse filios Dei: sed nullus est in hominibus, qui non peccato obnoxius siat, & per hoc filius noctis esse incipiat: nec quisquam eorum luce ipsius diei toto vitæ suæ tempore digna perficiat. Vnde & Apostolus ad eos, qui filij noctis esse cessauerant, loquitur: Nos autem fratres non sumus filij noctis, sed filij Dei. *In Psalm.138. folio 173. facie 1.*

Articulus VIII. Oratione, Ieiunio, & Eleemosina, verbo Dei & bonis operibus, quæ à fidelibus fiunt expiari quotidiana delicta

MOLLIA, etiam in grauissima febre, lectuli strata non habuit? sed super durissimam humum, stratis ciliciolis quiescebat, si tamen illa quies dicenda est, quæ iugibus penè orationibus dies noctesq; iungebat: illud implés de psalterio: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. In qua fontes crederes lachrymarum: ita leuia peccata plangebat, vt illã grauissimorum criminum crederes ream. Cumque à nobis crebrius moneretur, vt parceret oculis, & eos seruaret euangelicæ lectioni, aiebat. Turpanda est facies, quam contra Dei præceptum purpurisso, & cerussa, & stibio sæpè depinxi. Affligendum corpus, quod multis vacauit delicijs. Longus risus, perpeti compensandus est fletu, Mollia linteamina, & serica pretiosissima asperitate cilicij commutanda. Quæ viro & sæculo placui, nunc Christo placere desidero. *Tom.1. epistola 27.cap.7.*

Psalm.6. *Operibus pœnitentiæ expiantur peccata.*

SOLENT pleræq; matronarum buccinatorib. suis dona conferre, & in paucos largitate profusa, à cæteris contrahere, quo illa omnino carebat vitio: ita enim singulis suam pecuniã diuidebat, vt singulis necessarium erat, non ad luxuriam, sed ad necessitatem, nemo ab ea pauperum vacuus reuersus est: quod obtinebat non diuitiarum magnitudine, sed prudentia dispensandi, illud semper replicans: Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiã consequentur. Et, sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum: Et facite vobis amicos de iniquo mammona, qui vos recipiant in æterna tabernacula. Et: date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Et verba Danielis, regem Nabuchodonosor monentis, vt elemosynis redimeret peccata. Nolebat in his lapidibus pecuniam effundere, qui cum terra & sæculo transituri sunt, sed in viuis lapidibus, qui voluũtur super terram, de quibus in Apocalypsi Ioannis, ciuitas magni regis extruitur quos in saphirum & smaragdum, & iaspidẽ & cæteras gemmas esse vertendos, scriptura cõmemorat. *Ibid.c.8.*

Eleemoſynis peccata redimuntur.

Matth.5.

Eccleſi.3.

Lucæ 19.

Lucæ 11.

Daniel.4.

Apocal. 21.

Eſaiæ 54.

ABVNDANTIA tua multorum inopiam sustentauit: vt & horum diuitiæ in tuam indigentiã redundarent. Fecisti tibi amicos de iniquo mammona, qui te reciperẽt in ęterna tabernacula. Laudanda res, & Apostolicorum tẽporum virtutibus coæquanda: quando venditis possessionibus suis credentes afferebat pecunias, atq; fundebant ante pedes apostolorum, ostendẽtes auaritiam esse calcandam. Sed Dominus magis quærit animas credẽtium, quam opes. Legimus: Redemptio animæ viri, propriæ diuitiæ. Possumus quidem diuitias proprias intelligere, quæ non de alieno, non de rapinis sunt: iuxta illud: Honora Deum de tuis iustis laboribus, sed melior est intelligentia, vt diuitias proprias cognoscamus thesauros absconditos, quos nec fur possit fussodere, nec latro violentus eripere. *Tom.1.epist.28. ad Lucinium.*

Lucæ 16.

Actor.4.

Eleemoſynis anima redimitur.

Prouerb.13.

Prouerb. 3.

Lucæ 12.

QVOTIES morbo regio & pedore cõfectos humeris suis ipsa portauit? quoties lauit purulẽtam vulnerum saniem, quã alius aspicere non valebat? Præbebat cibos propria manu, & spirans cadauer sorbitiũculis irrigabat. Scio multos diuites & religiosos, ob stomachi angustiã, exercere huiusmodi misericordiam per aliena ministeria, & clementes esse pecunia, non manu. Quos equidem non reprobo; & temeritudinem animi nequaquã interpretor infidelitatem: sed sicut imbecillitati stomachi veniam tribuo, sic perfectæ mentis ardorem in cælum laudibus fero. *Tom.primo Epistol.30. ad Oceanum cap.2.*

Operibus miſericordiæ delentur peccata.

MAGNA fides ista contemnit. Scit, quid in Lazaro diues purpuratus aliquando non fecerit, quali superba mens retributione damnata sit. Ille, quem despicimus, quem videre non possumus, ad cuius intuitum nobis vomitus erumpit, nostri similis est, de eodem nobiscum formatus est luto, ijsdem compactus elementis: quicquid patitur, & nos pati possumus, vulnera eius existimemus propria: & omnis animi in alterum duritia, clementi in nosmetipsos cogitatione frangetur. Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum, ferrea vox, omnia morborum percurrere nomina possem. Quæ Fabiola in tanta miserorũ refrigeria cõmutauit, vt multi pauperum sani languentibus inuiderent. Quamquam illa simili liberalitate erga clericos; & monachos ac virgines fuerit. Quod monasterium non illius opibus sustentatũ est? quem nudum & clinicum non Fabiolæ vestimenta texerunt? in quorum se indigentiam non effudit præceps & festina largitio? Angusta misericordiæ eius Roma fuerit. Peragrabat ergo insulas, & totũ Etruscum mare, Volscorumque prouinciã, & reconditos curuorum littorum sinus, in quibus monachorum cõsistunt chori, vel proprio corpore, vel transmissa per viros sanctos ac fideles munificentia, circumibat. *Ibidem cap.3.*

Miſericordia Fabiolæ.

Ieiunium proficit ad curationem peccatorum.

SED & Ioel clamitat: Sanctificate ieiunium: prædicate curationem; vt monstraretur ieiunium sanctificari cæteris operibus, & sanctificatum ieiunium curationi proficere peccatorum. *Tomo 2. lib.2. contra Iouinianum cap.11.*

QVAERIMVS, quid sit hoc incendium? Saluator, ait: Ignem veni mittere in terram, & quàm volo vt ardeat. Duob⁹ discipulis, quibus in itinere Deus scripturas aperuerat, à Moyse & omnib. prophetis incipiens, postquam referati sunt oculi eorum cognoscentes eum, dixerunt ad alterutrũ: Nonne cor nostrum ardens erat, in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Et in Deuteronomio, Deus ipse ignis scribitur esse cõsumens: & in Ezechiele quoq;, à renibus vsq; ad pedes videtur esse igneus, & eloquia Domini, eloquia casta, argentũ igne examinatum, probatum terræ, purgatu septuplum. Et multa alia, quæ si de omnibus scripturis voluero replicare, prælongum est. Ergo quærimus, vbi sit hoc incendium salutare? nulli dubiũ, quin in sacris voluminibus, ex quorum lectione vniuersa hominũ vitia purgantur. *Tom.Epist.142.ad Damasium fol.401.*

Lucæ 24.

Deut.4.

Ezech.8.

Pſalm.11.

Lectione ſacræ ſcripturæ omnia hominũ vitia purgantur.

VTINAM autem & ego compungar: & post compunctionẽ, Dei visione dignus efficiar, cum sim homo, & non munda labia habeã, & in medio quoque populi immunda labia habentes habitem. Esaias vt iustus, tantum in sermone peccauerat: ideò sola labia habebat immunda, non conscientiam: ego verò, quia & oculis video ad concupiscendum & manu scandalizor & pedes, & omnium membrorum parte delinquo, habeo omnia immunda: & quia semel spiritu baptismatis purgatione, id est, ignis indigeo. *Ibidem. fol.402.*

Secundi baptiſmatis purgatione, id eſt, ignis indigemus.

TVNC erumpet, quasi, &c.] Quando illa non feceris quæ præteritus sermo narrauit, & ista feceris, de quibus nũc diximus: Tunc acceptabile erit ieiunium tuum, & erumpet matutinum lumen tuũ: Sol videlicet iustitiæ: de quo Malachias propheta ex persona Dei patris loquitur: Orietur vobis timentibus nomen meũ sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Qui ibi sol, hic lux dicitur. Sicut enim matutina lux soluit tenebras, ita lumen scientiæ & veritatis oẽs errores fugat. Et sanitates, inquit, tuæ citò orientur. Pro quo Aquila, verbũ de verbo exprimens posuit: Et cicatrix vulneris tui citò obducetur: vt scilicet vulnera peccatorũ nostrorum ad ortum solis iustitiæ, citò obducta cicatrice claudantur. Pro eo, quo LXX. transtulerunt ἰαματὰ σοῦ, id est, sanitates tuæ, Latini interpretes ducti nominis similitudine: *Iuãria*, id est, vestimenta posuerunt. Vnde multi translationis falsitate decepti ad resurrectionem corporis cõprobandam, hoc vtuntur testimonio, quo scilicet vestimentũ animæ corpus accipi velint, qp in die resurrectionis orator. Et antecedet, inquit, in conspectu tuo iustitia tua: Secundum illud quod loquitur Iacob. Exaudiet me cras iustitia mea: & implebitur quod scriptum est: Ecce homo & opera eius. Et gloria Domini circũdabit te, quasi veste pulcherrima: vt glorificeris apud Deũ & apud homines. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce adsum, non voce, sed opere, non responsione, sed beneficijs: quod iuxta literã & in euangelio comprobatur, quando dicente ad Dominum leproso: Si vis potes me mũdare. Respondit Dominus, dicens: Volo, mundare. *Tomo 4.libr.16. Commentariorum in cap.58. Esaiæ fol.192. facie 1.*

Malach.4.

Lumen ſcientiæ veritatis omnes errores fugat.

Vulnera peccatorum noſtrorum obducentur operibus miſericordiæ.

Gen.20.

DISCIMVS non solùm opera, sed & cogitationes esse in die iudicij iudicandas. Qui enim viderit mulierem ad concupiscendum, iam mœchatus est eam in corde suo. De quibus dicitur: Nunc circundederunt eos cogitationes suæ: quando iudicabit Dominus absconditа hominũ secundum euãgelium Iesu Christi: vt illud quod Apostolus scribit, veritate iudicij comprobetur: inuicem cogitationibus accusantibus & satisfacientibus, in die qua iudicabit Deus absconditа hominum: Vt cogitationes nostræ omnes vno tempore congregatæ iustum iudicem probent, dum aut accusat nos nostra conscientia, aut satisfacit pro delicto, vtrum plura sint peccata, an bona opera, & vtrum vetera an noua: & vtrum deleta pœnitentia, an nouis sceleribus instaurata, quando dicit Dominus. Vias eorum dedi in capita eorum, & cogitationes eorum reddam eis. Qui finxit sigillatim corda eorum, & intelligit omnia opera eorum: de quibus & in alio loco legimus: Tu cognoscis corda hominum solus. Nemo enim scit, quæ sint in homine, nisi spiritus hominis qui est in eo. Vnde & per Hieremiam loquitur Deus: Ego Deus appropinquans & non de longè dicit Dominus: Numquid absconder se in absconditis homo, & ego ignorabo? Denique ad scribas dicitur & ad Pharisæos: Vos estis qui iustificatis vosmetipsos corã hominibus: Deus autem cognoscit corda vestra. *Tom.4.lib.18.Commentariorũ in cap.66. Esaiæ fol.226. facie 2.*

Matth.5.

Oſee 7.

Rom.2.

Plura meſſe eſt, ut fine bona opera quam peccata, ſi ſalvari veſtimus.

Peccata vetera delẽda pœnitentia, non nouis ſceleribus inſtauranda.

Oſee 4.

Pſalm.1.2.

2.Paral.6.

1.Cor.2.

Hieremi.13.

Luc.16.

FRVSTRA mihi in vnguẽta cõficienda, quæ lege præcepta sunt, suauissimi odoris pigmẽta confertis, & holocausta succẽditis, qui mea in lege nó facitis voluntatẽ. Iuxta qp supra dictũ est: Verba mea nó audie-

audierunt & legem meam proiecerunt. Hoc autem proprie conuenit his, qui de rapinis & nudatione miserorum offerunt sacrificia: de elecmosynis ex iniquitate se putant redimere posse peccata dicente scriptura. Redēptio animæ viri, propriæ diuitiæ: quæ non de iniquitate, sed de labore & iustitia congregantur. *Tom.4.lib.2.Commē.in cap.6. Hierem fol.246.*

Eleemosynis iustis redimuntur peccata.

Prouerb. 13.

IEIVNIA & preces, & victimæ & holocausta tunc proficiunt, cùm recedimus à vitijs, & flemus antiqua peccata. Sin aut in sceleribus permanentes, putauerimus, votis atque sacrificijs redimere nos, vehementer erramus, iniquum arbitrantes Deum. *Tomo 4.lib.3.Commentar.in cap.14. Hieremiæ,fol.262.fac.1.*

Quando prosint ieiunia, preces & sacrificia.

QVAE ego dederam in ornamentum possidentium atque diuitias, illi verterunt in superbiam, vt de quibus poterant per elecmosynas & bona opera suam animam liberare, ex illis haberent materiam arrogantiæ. *Tom.4. lib.2. Com.in cap.7. Ezechielis.fol.349.fac.1.*

Per elecmosynas & bona opera anima liberatur.

CERTE quando peccamus, si cogitaremus Deum videre & esse præsentem, nunquam quod ei displicet faceremus. *Tom.4.lib.3. Com.in cap.8.Ezech.fol.353.fac.1.*

PANEM suum esurienti dederit. Per quod docemur elecmosynam non saturis faciendam, sed esurientibus: nec dandum panem his, qui ructant plenitudine, sed his, qui inanitate cruciantur. In pane autem omnis continetur cibus. Et significanter dicitur, suum; ne de rapinis & vsuris & alieno malo quæsitum panem vertamus in misericordiam. Redemptio enim animæ viri propriæ diuitiæ. Quod multos facere conspicimus, clientes & pauperes, & agricolas, vt taceam de militantium & iudicum violentia: qui opprimunt per potentiam, vel furta committunt, vt de multis parua pauperibus tribuant, & in suis sceleribus glorientur. *Tom.4.lib.6.Com.in cap.18.Ezech.fol.385.fac.1.*

Panis Hebraica consuetudine omnis cibus.

Prouer.13. De quibus bonis danda elecmosyna.

FECIT quidem Nabuchodonosor iuxta Danielis consiliū misericordias in pauperes: & ideirco vsq; ad mensem 12. in eum est dilata sententia: Sed quia postea ambulans in aula Babylonis, gloriatur & dicit: Nonne hæc est Babylon magna, quàm ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria nominis mei? bonū misericordiæ perdidit malo superbiæ. *Tom.4.lib.1.Com.in cap.4.Daniel fol.505.fac.1.*

Per opera misericordiæ Dei sententia & iudicium suspenditur. Malo superbiæ opera misericordiæ perduntur.

PRAECEPTA vitæ dat, & non vult offendere euntes ad Ecclesiam. Non enim ingredi in domum Dei, sed sine offensione ingredi laudis est. Et si esset omnium, qui sunt in Ecclesia Dei audire sermonem, nunquā addidisset, appropinqua vt audias. Deniq; Moyses solus propè accedebat ad audiendum Deum, cæteri non valebant accedere. Quod stulti nescientes remedium esse peccati æstimant oblatione munerum, Deo satisfacere posse, & ignorant hoc quoq; malum esse atque peccatum, non obedientia & operibus bonis, sed donis & victimis emendare velle, quod fecerint. Huic cōgruit illud, quod alibi dicitur: Obedictia super sacrificiū. Et, Misericordiam volo & non sacrificiū. *Tom.5.Cō.in cap.4.Ecclesiast.12.fac.1.*

Exod.19.& 24.

Remedia peccatorum præsentissima bona opera, obedientia, misericordia.

IN die consummationis, vel generalis, vel specialis omnis sanguis, qui effusus est, clamabit ad Deum & appropinquabit in medio, & opera sanguinis atq; terrena, sicut puluis iacebunt & stercora, & argentū & aurū diuites de dicire nō poterūt liberare, audiēte eo, qui moritur: Stulte hac nocte tolletur anima tua à te: quę aūt parasti, cuius erūt? Non quod negemus aurū & argentum diuites liberare de morte, Redemptio enim viri animæ, propriæ diuitiæ: sed quod eo tempore liber are non possunt, quando diuitias necessitate dimittunt. *To.5.Com.in cap.1.Sophoniæ fol.212.*

Luc. 12. Argentū et aurū diuites liberant de morte.

SI voluerimus vt LXX. transtulerunt, frenū accipere sermonem Dei: intelligamus in freno eum, qui equos insanientes libidine, & multos sterilis atque lasciuos refrenat à vitijs & coercet, & non patitur ire per prœceps, de quibus dicitur. Nolite fieri sicut equus & mulus, quib. non est intellectus: In freno ac chamo maxillas eorum constringe: qui nó approximāt ad te. De hoc freno & Iacob. loquitur: In equorū ora mittimus frenos, & omne corpus eorū circūagimus vt scilicet recto gradiātur itinere, & mollia ad sedendū Domino possint terga præbere. Tale frenū & talis fermo auri & argēti varietate cōpositus seros equos Saluatori preparat ad sedendū, & sanctos facit, ac prò priè illius cultui cōsecratos. *Tom.5.lib.3.Com.in ca.14.Zach.fol.274.*

Psalm. 31.

Iacob. 3. Sermone diuino tanquā freno retinētur peccatores.

IN presenti loco gladio atq; mucroni legimus imperatū: Percute pastorē, & dispergentur oues. Hic gladius & hæc rhómphæa est & framea: de qua in 21. Psalmo Dominus loquitur ad patrē: Erue à framea animā meam, & de manu canis vnicā meā. De hac rhomphæa & in Amos propheta scriptū est: In gladio morientur oēs peccatores terræ: & iuxta literā penitùs stare non potest. Multi enim peccatores naufragio pereūt, alij veneno, hi aquis suffocātur, illos cōsumit incēdiū. Hoc aūt gladio, & hac romphæa omnes moriuntur peccatores, & tetri coloris Aethiopes: de quib. Sophonias sacro ore testatur, dicēs: Sed & vos Aethiopes, interfecti gladio meo eritis. *To.5.l.3.Cō.in c.13.Zach.fo.268.f.1.*

Gladio verbi Dei peccatores esse definunt, & fuisse infiti.

Amos 9.

PORTAT fratris necessitatem, qui grauatum pauperem onere egestatis adiutat, & facit sibi amicos de iniquo māmona, quem post resurrectionē Christus affatur: Venite ad me benedicti patris mei, possidite paratū vobis regnum à constitutione mundi. Esurini. n. & dedistis mihi manducare: sitiui & dedistis mihi bibere. Iuxta hunc sensum etiā in alia epistola Paulus Timothæū dicens, addidit, diuitibus huius sæculi, præcipe nō sublime sapere, pro eo, quod est non superbire neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo, qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum, benè agere, diuites esse in operibus bonis, facilè tribuere, cōmunicare, thesaurizare sibi fundamentū bonū in futurum, vt reprehendant veram vitā. Qui veram vitam apprehēdit, eū videlicet, qui loquitur. Ego sum vita, impleuit legem Christi, quæ tendit ad vitam. *Tom.6.lib.3.Com.in cap.6.ad Galat fo.156 fa.1.*

Luc. 16.

Matth. 25.

1.Tim. 6.

Diuitijs bonorum operum peccata redimuntur.

Ioan. 14.

SANCTI pauperes, quorū præcipuè ab Apostolis Paulo & Barnaba cura mandatur. Hi sunt, qui ex Iudæis credentes precia possessionū suarum ad pedes Apostolorum deferebant egentib. largiēda vel quia cōtribulib. cognatis & parentibus suis, quasi desertores legis, & in crucifixū hominē credentes, detestationi & piaculo ducebātur. In horū ministerio S. Apostolus Paul. quanto sudore sudauerit, epistolæ eius testes sunt scribentis ad Corinth. ad Tessalon. & ad oēs gentium Ecclesias, vt præpararēt munus per se, vel per alios, qui eis placuissent, Hierosolimā deferendū. Vnde nunc confidenter dicit, quod etiā solicitus sui facere hoc ipsū. Possunt aūt & alio genere pauperes accipi, de quibus

Actor. 5. Collectæ ecclesiasticæ à Paulo imperatæ.

1. Cor. 16. 1. Tess. 4.

Rom. 15.

quib. in Euāgelio dicitur: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorūm est regnum cælorum. Merentur quippè tales in memoria esse Apostolorum. Nec non & illi pauperes, de quibus in Salomone scribitur. Redemptio viri animę, proprię diuitię. *Tom.6 lib.1.Com.in cap.2. ad Galat fol.127.fac.2.*

Matth. 5.

Prouerb. 13.

COSEQVENTER post redemptionem sanguinis Christi, remissionē accepisse scribimur peccatorum: Quia nisi redempti fuerimus, frustra no bis peccata donantur. Nec ante veniam accipere possumus delictorum, & serui esse cessamus, nisi pretium pro nobis cruentus quondam victor acceperit. *Tom.6.lib.1 Comment.in ca.1.ad Ephe fol.163. facie.2.*

Per sanguinem Christi cōsequimur remissionem peccatorum.

Distinc. 37. legatur.

LEGANT Episcopi atq; presbyteri, qui filios suos sæcularibus literis erudiunt, faciuntque illos Comedias legere, & mimorum turpia scripta cantare, de Ecclesiasticis forsitan sumptib. eruditos: & quod in carbonam pro peccato virgo vel vidua, vel totam substantiam suam effundens, quilibet pauper obtulerat, hoc in Calendariā strenam, & Saturnalitiam sportulam, & mineruale munus, grammaticus & orator, aūt in sumptus domesticos, templi stipes, aut in sordida scorta cō uertit. Eli facerdos ipse sanctus fuit, sed quia filios suos non eruditit in omni disciplina, & corruptione, supinus cecidit, & mortuus est: Nō enim poterat ad priora extendi, sed retrorsum ruit, & opisthotone insanabili lapsus in tergū, ad Sodomam cum Loth vxore respexit: & certè corripuerat filios suos dicens: Quare facitis verba hæc. quæ ego audio de vobis mala ab omni populo? Nolite filij mei: quoniam non est bona fama, quam ego audio de vobis. De istiusmodi patribus, & Esaias lachrymabili voce causatur, dicens: Et filij alienigenarum nati sunt eis: Quod si hoc Ephesijs Laicis & plerisque, vt in populo solet, vitæ huius negotijs occupatis, præcipit, filios suos erudiant in omni disciplina, & admonitione Domini, quod de sacerdotibus æstimandum est, de quorum ordine ad Timothæum scribit, dicēs: Filios habentem in obsequio, cum omni honestate. Et idipsum ad Titum inculcat & repetit: Filios habentem fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos: & quasi vitia filiorum parentibus imputentur, coniunctionem causalem interserens, ait: Oportet enim Episcopum sine crimine esse, tanquam Dei dispensatorem: Non est ergo sine crimine Episcopus, cuius filius non fuerit subditus: & in accusatione luxuriæ. *Tom.6. lib.3.Com.in cap.6.ad Ephes.191 fac.2.*

Quę studia concessa & quæ interdicta filijs ecclesiasticorū

1. Reg. 2.

Esaiæ 2.

Admonet ad maiora dolere filios presbyterorum rectè educandos et instituendos.

1. Tim. 3.

Titum 1.

1. Tim. 3.

DIEM malam, aut præsens tempus ostendit (de quo supra dixerat: Redimentes tempus, quia dies mali sunt) propter angustiam, vt vitæ huius labores, quia non absque sudore & certamine peruenimus ad palmam: aut certè consummationis atque iudicij: quando diabolus inimicus & vindex in sua nos cupiet parte retinere: De qua liberabitur, qui intelligit super egenum & pauperem: In die enim mala liberabit eum Dominus. *Ibidem fol.194.fac.1.*

Non absque sudore & certamine Christiani ad palmam perueniunt.

Psal. 40.

QVIBVS modis remittuntur peccata? Tribus. Remittuntur per baptismum, teguntur per charitatem, non imputantur per martyrium. Et quorum tecta sunt peccata per charitatem, secundum illud: Charitas operit multitudinem peccatorū. Vel quorum tecta sunt peccata: hoc est, vt hic reuelentur per pœnitentiam, ne in iudicio reuelentur. *Tom.7.Com.in Psal.31.fol.37.*

Quatuor modis remittuntur peccata additur post pœnitentia Iacob. 5.

DA pauperibus elecmosynam, & benedic Domino: Gratias age Domino, quia tibi dederit, vnde des fratri. Magis tu agito gratias Christo, quando dederis: quā frater, qui ex eo, quod à te accepērit, tibi agat gratias. Grande nobis beneficiū præstant pauperes. Peccata, quæ iam aliter leuare non possumus, extinguit eleemosyna. Quid scriptum est? Sicut aqua extinguit ignem: sic eleemosyna, quod & baptisma. Quomodo baptisma nobis peccata dimittit, ita & eleemosyna nobis peccata dimittit. Sicut aqua extinguit ignem: sic eleemosyna extinguit peccata. Peccatis enim gehennæ ignes præparati sunt. Hos autem extinguit eleemosyna. *Tom.6. Com.in Psal.133. fol.169.fac.1.*

Eccle.3.

Eleemosyna in effectu similis Baptismo.

Articulus IX. Non esse, nisi in Ecclesia Catholica remissionem peccatorum.

NEQVAQVAM gentilis plangendus est atque Iudæus, qui in Ecclesia non fuerunt, & & simul mortui sunt: de quibus Saluator dicit: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos: sed eos plange, qui per scelera atque peccata egrediuntur de Ecclesia, & nolunt vltra reuerti ad eam damnatione vitiorum. Vnde & ad viros Ecclesiasticos, qui muri & turres Ecclesiæ nuncupantur, loquitur sermo propheticus, dicens: Muri Syon, proferte lachrymas, implentes illud Apostoli: Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus: vt dura corda peccantium vestris lachrymis prouocetis ad fletum, ne perseuerantes in malitia, audiant. Ego plantaui te vineam frugiferam, omne semen verum: quo modo versa es in amaritudinem vitis alienæ? *Tom 1. Epistola.46.cap.2.folio 97.facie 1.*

Matth. 9. Defleti qui sunt extra gremium Ecclesiæ & ad eam non reuertuntur.

Thre.2.

Rom.12.

Hier.2.

Articulus X. Quomodo peccata in spiritum sanctum in Ecclesia non dimittantur.

NIHIL tam offendit Deum, quàm desperatione meliorum hærere prioribus, licet & ipsa desperatio incredulitatis indicium sit: qui enim desperat salutem non putat futurum esse iudicium, quod si metueret, vtique bonis operibus se iudici præpararet. Audiamus per Hieremiā loquentem Deum: Conuerte pedem tuum à via aspera, & guttur tuum à siti. Et iterum: Nunquid, qui cadit, non resurget? aut qui auersus est, non reuertetur? & per Esaiam: Quando conuersus ingemueris, tunc saluus eris, & scies vbi fueris. Scire non possumus ægrotationis mala, nisi cum fuerit sanitas consecuta. Et quantum boni virtus habeat, vitia demonstrant: clarius que sit lumen cōparatione tenebrarum. Ezechiel quoque ijsdem verbis, quia eodem & spiritu. Conuertimini, inquit, & redite ab antiquitatibus vestris domus Israel, & non erunt vobis in tormentum impietates. Proijcite omnes impietates vestras, quibus impiè egistis aduersum me; & fucite vobis cor nouum, & spiritum nouum. Et quare moriemini Domus Israhel? Nolo enim mortē peccatoris, dicit Dominus. Vnde & in consequentibus loquitur: Viuo ego dicit Dominus. Nolo mortem peccatoris, nisi vt reuertatur à via sua, & viuat: nemo incredula de bonorum repromissione desperet: semel perditioni animus destinatus, non adhibeat vulneri curationem: quod nequaquam existimat posse curari: Ideircò iurare se dicit, vt si non credimus permittenti Deo, credamus saltem pro nostra salute iuranti.

Desperatio incredulitatis indicium

Hier 2.

Hier.3.

Esa.30.

Ezech.18.

Vt firmiter credamus et sperare nos debeat dei promissioni iuramentum.

Quam ob causam iustus precatur, & dicit: Conuerte nos Deus salutaris noster, & auerte furorem tuum à nobis. Et iterum: Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo fortitudinem. *Psal. 84.* *Psal. 29.* *Tom. 1. Epist. 46. ad Rusticum cap. 2.*

SAMVEL quondam lugebat Saulem, quia pœnituerat Dominum, quod vnxisset eum regem super Israel, & Paulus Corinthios, in quibus audiebatur fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes quidem, voce flebili commonebat, dicens: Ne cũ rursus venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex eis, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditijs, quas gesserunt in impudicitia & fornicatione. Si hoc Propheta & Apostolus nulla ibi labe maculati, clementi in cunctos mente faciebãt: quanto magis ego ipse peccator in te debeo facere peccatore, qui non vis erigi post ruinam, nec oculos ad cælum leuare; sed prodita patris substantia, porcorum siliquis delectaris; & superbiæ prærupta conscendens, præceps laberis in profundum? Deum ventrem vis habere pro Christo, seruis libidini, gloriaris in carne, & cõfusione tua: & quasi piguis hostia, in mortem pro priam saginaris, imitarisque eorum vitam, quorum tormenta non metuis ignorans, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te hortetur. Secundum autem duritiam tuam, & cor impœnitens, thesaurisas tibi iram in die iræ. An idcirco indurabitur, iuxta Pharaonem, cor tuũ, quia nõ statim percuteris; & differris diu ad pœnã? Et ille dilatus est, & decẽ plagas, non quasi ab irato Deo, sed quasi à patre cõmonente sustinuit; donec in peruersum acta pœnitentia, populum quẽ dimiserat, per deserta sequitur, & ingredi auderet Maria: per quæ vel sola doceri potuit, timori habendum esse cum, cui etiam elementa seruiunt. Dixerat & ille: Non noui Dominum, neque dimitto Israel. Quem tu imitans loqueris: Visio quam hic videt, in dies longos est, & in tempora longa iste prophetat. Propter quod dicit idem propheta: Hæc dicit Adonai Dominus: Non prolongabuntur amplus omnes sermones mei, quoscunque loquar, quia loquar verbum, & faciam. Sanctus Dauid de impijs & scelestis, quorum tu pars non modica, sed princeps es; quod sæculi felicitate fruerentur & dicerent: Quomodo cogitauit Deus, & si est scientia in excelso? Ecce ipsi peccatores, & abundantes in sæculo obtinuerunt diuitias: penè lapso pede, & fluctuãti vestigio, causabatur dicens Ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas. Promiserat enim, quia æmulatus sum super iniqua agentes, pacem peccatorũ videns, quia non est respectus morti eorum, & solida plaga in flagella eorum. In laboribus hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Propterea tenuit eos superbia, circundati sunt iniquitate & impietate sua. Egredietur sicut ex adipe iniquitas eorum: transierũt in affectum cordis. Cogitauerunt & locuti sunt mala, iniquitatem in excelso locuti sunt. Posuerunt in cælum os suum, & lingua eorum pertransijt super terram. Nonne tibi videtur de te omnis iste Psalmus esse compositus? Vegeto quippè & corpore: & nouus Antichristi Apostolus, cùm in vna notus fueris ciuitate, transgrederis ad aliam. Non indiges sumptibus, non plaga forti percuteris, & cum hominibus, qui non sunt, vt tu, irrationabilia iumenta, corripi non mereris. Propterea elatus es in superbiam, & vestimentum tuum fœtet luxuria: & quasi ex eruina pingui, & quodam adipe eructans verba mortifera, non te respicis esse moriturum: nec vnquam post expletam libidinem pœnitentia remorderis. Transisti in affectum cordis, & ne tibi solus videaris errasse, simulas nefanda de seruis Dei, nescies, quod iniquitatem in altum loquaris, & ponas in cælũ os tuũ. Nec mirum si à te qualescumque serui Dei blasphementur, cùm patrem familias Beelzebub vocauerint patres tui. *Tomo primo Epistola 46. capite.* *1. Reg 16.* *2. Cor. 12.* *Extremæ malorum et indurationis descriptio.* *Luc. 15.* *Rom. 2.* *Exod. 4.* *Exod. 14.* *Exod. 5.* *Ezech. 12.* *Psal. 72.* *Matth. 10.* *Luc. 6. 23.*

NON est discipulus supra magistrum, nec seruus supra dominum suum. Si illi in viridi ligno tanta fecerunt, tu in arido ligno quid facturus es. Tale quid & in Malachia plebs scandalizata credentium, de ore tuo loquitur: Dixerunt vanus est, qui seruit Deo. Et quid plus: Quia custodiuimus mandata eius, quoniam iuimus supplicantes ante faciem Dei omnipotentis. Et nunc nos beatos dicimus alienos. Rædificãtur omnes, qui faciunt iniqua. Aduersati sunt Deo & saluti facti sunt. Quibus postea diem iudicij Dominus cõminatur; & quid inter iustum & iniustum futurum sit, multò ante pronuncians ait: Et conuertimini: & videbitis, quid sit inter iustum & iniustum, inter seruientem domino, & non seruientem domino. Hæc tibi ridicula forte videantur, qui Comœdis & Lyricis scriptoribus minus & lentulis delectaris: quamquam ne ista tibi quidem pro nimia cordis hebetudine intelligenda concesserim. Prophetarum verba contemnas, sed respondebit Amos: Et in tribus & in quatuor impietatibus, nonne auertam eum dicit Dominus? Quoniam enim Damascus, Gaza Tyrus, Idumæa, Ammonitæ, & Moabitæ, Iudæi quoque, & Israhel, sæpè ad se Dei vaticinio destinato vt agerent aliquando pœnitentiam audire contempserunt, iræ suæ, quam illaturus est Dominus, causas iustissimas profert, dicens: In tribus & quatuor impietatibus nonne auertam eos? Scelestus est, inquit, mala cogitare: concessi. Nequius est, malè cogitata velle perficere: & hoc pro mea misericordia benignus indulsi. Nunquid & opere implendum peccatum fuit: & mea superbia calcanda clementia? Tamen & post factum, quia malo pœnitentiam peccatoris, quàm mortem. Non enim sani opus habent medico, sed malè habentes: Iacenti manum porrigo, & conspersum in sanguine suo, vt proprijs fletibus lauetur, exhortor. Quod si nec sic pœnitentiam vult agere, & fracto naufragio, tabulam, per quam saluari poterat, non retentat; cogor dicere: Super tribus & quatuor impietatibus nonne auertam eum, dicit Dominus? Auersionem dicens pro pœna, dum suæ peccator relinquitur voluntati. Inde est, quod peccata patrum in tertiam & quartam generationem restituit, dum non vult statim punire peccantes, sed ignoscens primis, postrema condemnat. Alioqui si protinus scelerum vltor existeret, & multos alios, & certè Paulum Apostolum Ecclesiæ non haberent. Ezechiel propheta, cuius supra fecimus mentionem, Dei verbum ad se factum referens, ait: Aperi os tuum, & manduca, quæ ego dabo tibi: Et vidi, inquit, & ecce manus extenta ad me, & in ipsa volumen libri. Et reuoluit illud in conspectu meo, & in ipso scriptum erat à facie & retrorsum, lamentum & carmen, & væ. Prima scriptura ad te pertinet, si tamen *Malach. 2.* *Amos 1. 2.* *Ezech. 18.* *Marc. 2.* *Exod. 20.* *Ezech. 3.* *Ezech. 2.*

Eccles. 15. tamen voluerit agere pœnitentiam post delictũ secunda ad sanctos, qui ad Dei canticum prouocantur, non est enim pulchra laudatio in ore peccatoris. Tertia ad tui similes: qui desperantes, semetipsos tradiderunt immunditiæ & fornicationi, & ventri, & ijs, quæ infra ventrem sunt, qui putant omnia morte finiri, & nihil esse post mortem, & dicunt: Tempestas si transierit non veniet super nos. Liber ille quem Propheta deuorat omnis series scripturarum est. In quibus & pœnitens plangitur, & iustus canitur, & maledicitur desperans. Nihil ita repugnat Deo, quam cor impœnitens. Solum crimen est, quod veniam consequi non potest, si enim ei cognoscitur post peccatum, qui peccare desistit; & ille flectit iudicem, qui rogat; impœnitens autem omnis ad iracundiam prouocat iudicantem: solum desperationis crimen est, quod mederi nequeat. Porrò, vt scias Deum quotidie peccatores ad pœnitentiam prouocare: qui si rigidi perstiterint, de clemente eum seuerum & trucem faciunt? Audi Esaiæ verba, dicentis: Et vocabit inquit Dominus Sabaoth in die illa ad fletum & planctum magnum, & decaluationem, & accinctionem ciliciorum. Ipsi verò fecerunt lætitiam & exultationem, mactantes vitulos, & immolantes oues, vt commederent carnes, & biberent vinum dicentes: Manducemus & bibamus: cras enim moriemur. Post quas voces, & perditæ mentis audaciam scriptura commemorat, dicens: Et reuelata sunt hæc in auribus Domini Sabaoth: non remittetur, vobis hoc peccatum, donec moriamini. Si enim peccato mortui fuerint, tunc ijs remittetur peccatum, quod quamdiu peccato vixerint non dimittitur. *Tom. 1. Epist. 48. in cap. 1. 2. passim per totum.* *Esaiæ. 18.* *Finalis impœnitentia extremum omnium malorum.* *Desperationi nemo potest mederi.* *Esaiæ. 22.* *1. Cor. 15.* *Esaiæ. 22.* *Matth. 12.* *Marc. 3.*

BREVIS est quæstiuncula, quam milisti: & aperta responsio est. Si enim de eo, quod in Euangelio scribitur: Quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur: qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro: Nouatianus affirmat, non posse peccare in spiritum sanctum, nisi eum, qui Christianus sit, & postea negauerit: manifestũ est Iudæos, qui eo tempore blasphemabãt, peccato blasphemiæ non teneri: quippe qui impij coloni interfectis Prophetis de nece Domini cogitabant: & in tantum erant perditi, vt ad saluandos eos se Dei filius venisse responderit. Vnde de toto ipsius scripturæ ordine conuincendus est, non ijs irremisibilem esse dictam blasphemiam, qui tormentis compulsi, & varijs euenisse rati cruciabus, Dominum denegassent, sed ijs qui cum in virtutibus videant opera Dei, calumniantur & clamitant, dæmonis esse virtutem, & omnia signa quæ facta sunt, non ad diuinam magnificentiam, sed ad diabolum pertinere. Vnde & Saluator noster toto responsionis suæ hoc agit argumento, vt doceat non posse Sathanam eijci à Sathana, & regnum eius inter se non esse diuisum. Cum enim diaboli studium sit, Dei lædere creaturam: quomodo eiusdem poterit esse voluntatis, sanare languentes, & se ipsum de obsessis fugare corporibus? Probet itaq; Nouatianus aliquem de ijs, qui sacrificare compulsi sunt ante tribunal iudicis, respondisse omnia, quæ in Euangelio scripta sunt, non à filio Dei, sed à Beelzebub principe dæmoniorum fuisse perfecta: & tunc poterit approbare, irremisibilem in spiritum sanctum esse blasphemiam. Vt autem & acutius aliquid interrogemus: respondeat, quid sit contra filium hominis dicere, & in spiritum sanctum blasphemare. Ego quippe assero iuxta sensum illius, eos, qui Christum in persecutione negauerint, contra filium hominis dixisse, & non in spiritum sanctum blasphemasse. Qui enim interrogatur, an Christianus sit, & Christianum se non esse responderit; vtique negando Christum, hoc est filium hominis, spiritui sancto non facit iniuriam. Si autem, Christum negando, negauit & spiritum: edisserat hæreticus, quomodo non peccet in spiritum, qui filium hominis denegauerit. Aut, si spiritum sanctum hoc loco intelligendum patrem putat, patris nulla est à negatore mentio facta cum negaret. Petrus Apostolus eo tempore, quo ancillæ interrogatione perterritus, Dominum negauit, in filium hominis, an in spiritum sanctum videtur commisisse peccatum? Si id quod ait, Nescio hominem, ridicule voluerit interpretatri hon Christum eum negasse, sed hominem, mendacem facie Saluatorem, qui se, hoc est filium Dei, negandum esse prædixerat. Si autem negauit filium Dei; vnde & amare fleuit, & trinam negationem trina postea confessione deleuit: manifestum est, peccatum in spiritum sanctum ideo non posse dimitti, quod habeat blasphemiam: vt cum videas in virtutibus Deum: Beelzebub calumnieris in factis. Docet igitur aliquem negatorem Beelzebub vocasse Christum, & vltro referam gradum, negatorem non posse veniam consequi post ruinam. Quia aliud est tormentis cedere, & se Christianum negare aliud CHRISTVM diabolum dicere, sicut tibi ipsa scriptura, atque contextus lecta attentius potuerunt demonstrare. Fuerat quidem prolixius differendum, sed quoniam amicis, & qui ad nostrum hospitiolum conuenerunt, præsentiam nostram negare non possumus; & tibi non statim respondere admodum visum est arrogantis; latam disputationem breui sermone comprehendimus; vt non tam Epistolam, quam commentariolum dictaremus. *Tomo. 3. Epist. 149. ad Marcellam.* *Nouatianus quodnam statuat peccatum in spiritum sanctum.* *Matth. 21.* *Matth. 23.* *Ioan. 10.* *Matth. 12.* *Marc. 3.* *Luc. 11.* *Oppugnat Nouatianum.* *Aliud est persequutione negare Christum, aliud blasphemare in spiritum sanctum.* *Ioan. 21.* *Qui christum per tormenta negarunt venienti ei qui possunt post ruinam, idq; contra Nouatiani opinionem.* *Gratissima quæque peccata sanari possunt.*

EX quo animaduertimus, quamuis graue sit peccatum, si quis conuertatur, cum posse sanari. Simulque & hoc intelligendum, quod pro magnitudine sceleris, etiam pœnitentia indigni iudicati sint, ipso Domino dicente ad Hierusalem: Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina pullos suos sub alas, & noluisti. *Tomo. 4. libr. 3. Com. in cap. 6. Esaiæ, fol. 26. facie.* *Post blasphemiam in spiritum sanctum lapsi in gradũ pristinum nõ sunt recipiendi.* *Marc. 3.*

QVOMODO quidem nostrorum Episcopos atque presbyteros post blasphemiam Spiritus sancti in suum recipiunt gradum: cum Saluator dicat omne peccatum, & blasphemiam dimitti hominibus: qui autem in spiritum sanctum blasphemauerit non dimitti ei, neque in præsenti tempore, neque in futuro? Nisi forte illud de Marco Euangelista sumamus exemplum: qui causas tantæ iræ, manifestius expresit dicens: Quia dicebant: Spiritum immundum habet. Ergo quicunque opera Saluatoris Beelzebub principi dæmoniorum deputarit, & dixerit filium Dei habere spiritum immundum, huic nullo tempore blasphemia remittetur. Vel ita locus iste intelligendus est. Qui verbum dixerit contra filium hominis, scandalizatus in carne mea, & me hominem tantum arbitrans: quod filius sum fabri, & fratres habeam Iacobum, & Ioseph & Iudam, & homo vorator & vini potator sim: talis opinio abs q;

blasphemia, quanquam culpa non careat, erroris tamen habet veniam propter corporis vilitatem. Qui autem manifestè intelligens opera Dei, cum de virtute negare non possit, eadem stimulatus inuidia calumniatur, & Christum denique verbum & opera spiritus sancti dicit esse Beelzebub, isti non dimittetur neque in præsenti sæculo, neque in futuro. *Tom. 6. libr. 2. Com. in cap. 12. Matthæi. Cano. 22 facie. 1.*

Caput septimum, De discrimine legis veteris & Euangelij.

Articulus I. Legem veterem eandem esse cum veteri testamento.

Quinque vocabuli legis acceptiones.

NON abs re arbitror si requiram quot genera legis in scripturis sanctis esse memorentur. Dicitur lex quæ per Moysen data est, secundum illud quod scriptum est ad Galatas. Quotquot ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Historia quoque, quæ præcepta non continet, sed quid factum est, refert, ab Apostolo lex appellatur. Dicitè, mihi, inquit, qui sub lege vultis esse, legem non legistis? Scriptum est enim quia Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, alterum de libera, sed qui ex ancilla secundum carnem natus est: qui autem de libera secundum repromissionẽ. Sed & Psalmi lex appellantur: vt compleretur sermo, qui in lege eorum scriptus est. Quia odio habuerunt me gratis. Esaiæ quoque Prophetiam legem Apostolus vocat: In lege scriptum est: quoniam in alijs linguis & alijs labijs loquar. Huic populo, & nec sic me exaudient, dicit Dominus, appellatur etiam lex mystica scripturarum intelligentia: Scimus quia lex spiritualis est, & extra omnia naturalem legem scriptam in cordibus nostris, idem Apostolus docet: *Tomo. 3. Epistola 151. ad Algasiam, quæstione 8.*

Galat. 3. 1. 2.

3. Ioan 15. Psal 68. 4. 1. Cor. 14. Esaiæ 21. 5. Rom. 7.

Rom. 2.

Quoniam lex naturalis erat dissipata dedit Deus legem Moysaicam.

QVIA transgressi legem sunt.] Audiant Iudæi, qui se solos legem Domini accepisse gloriantur, quod vniuersæ primum gentes, totusque orbis naturaliter acceperit legem, & idcirco lex data postea sit per Moysen: quia prima lex est dissipata, de qua Apostolus loquitur. Cum gentes, quę non habent legem, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt: isti legem non habentes ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis Qui igitur has leges obseruauerint, præmia consequentur: qui autem neglexerint eas, sustinebunt quæ nunc sermo Propheticus comminatur. *Tom. 4. lib. 8. Com. in cap. 24. Esaiæ.*

Testamentũ Hebraice pactum Ieusædem est.

SI quis diligenter Hebræa volumina & cæteras æditiones cum 70. interpretatum translatione contulerit, inueniet vbi testamentum scriptum est, non testamentum sonare, sed pactum: quod Hebræo sermone sonat Berit.

Articulus II. Euangelij nomine non esse nudam promissionem vitæ æternæ intelligendum.

Euangeliam promissioni habet annexam obscurationem mandatorum Dei necessariam.

ET mihi in Euangelio promittuntur regna cœlorum: quæ instrumentum vetus non nominat. Sed si nõ fecero, quæ præcepta sunt: nequaquam erit culpa in promittente, sed in me qui promissum accipere non merui. Vbi enim optio proponitur ad eligendum, qui operari renuis, frustra cupias, quod promissum est. *Tom. 3. Epistola 127. ad Pardanum.*

Is capax promissionis, quã implet conditiones annexas promissioni. Esaiæ 1.

NON sponsor in crimine est, si ille, cui repromittitur, indignum se fecerit sponsione, præsertim cum proponatur optio promittentis. Si volueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ comedetis. Sin autem nolueritis gladius deuorabit vos. Eliguntur ergo præsentia, nec statim qui eligitur, tentari non potest, nec perire: quia & Saul electus in regem, & Iudas in Apostolum, suo postea vitio corruerunt. *Tom. 4. lib. 6. Commen. in cap. 20. Ezechielis.*

Iustitia & misericordia inter se sunt permiscendæ.

NEC veritas absque misericordia sustineri potest, & misericordia absque veritate efficit negligentes: vnde alterum miscetur alteri: quæ qui non habuerit, consequenter & Dei notitiam non habebit. *Tomo. 5. libr. 1. Commentariorum, in cap. 4. Oseæ.*

Diuersis temporibus sibi desponsit Synagogam Deus desponsationi iungit legem misericordiæ.

QVAERIMVS cur tertio desponsionis nomen repetierit. Primo enim ait: Sponsabo te mihi in sempiternum. Secundo: sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in misericordia & in miserationibus. Nec hoc sine contentus iungit & tertium: sponsabo te mihi in fide, & scies, quia ego Dominus. Primo desponsit eam in Abraham, siue in Aegypto, vt vxorem habeat sempiternam, secundo in monte Sinai, dans ei pro sponsalibus legis iustitiam atque iudicium, & iunctam legi misericordiam: vt quando peccauerit, tradatur captiuitati: cum egerit pœnitentiam, reuocetur in patriam & misericordiam consequatur. De his sponsalibus diuersis in locis Psalmista decantat. Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine: &: Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, & iustitia & pax deosculatæ sunt se. Quos duos calices in septuagesimo quarto Psalmo legimus. Calix in manu Domini vini meri plenus misto, & inclinauit ex hoc in illum: de iustitiæ calice in calicem misericordiæ, & rursum de calice misericordiæ in calicem iustitiæ. Si iniquitates, inquit, obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit. *Tom. 5. libr. 5. Com. in cap. 2. Oseæ.*

Psal 100.

Psal. 85.

Calix iustitiæ & calix misericordiæ coniunguntur

Scriptura tristia latis minas acres promissis blandis copulat. Esaiæ. 1.

MOS est scripturarum semper aduersis læta subiungere, & postquam tristia Deus fuerit comminatus, ad pœnitentiam eos quos terruit, prouocat: iuxta illud quod in Esaia legimus: Væ gens peccatrix, populus plenus delictis, semen pessimum, filij iniqui. Cumque dixisset, terra vestra deserta, ciuitates vestræ igne consumptæ, regiones vestras coram vobis alieni comedent: loquitur ad eos meliora promittens. Mundi estote, lauamini, auferte malicias vestras ab animis vestris. Discite bene facere, quærite iudicium, iudicate pupillo, iustificate viduam & venite disputemus, dicit Dominus. Quomodo ergo in Esaia, quos seuera voce terruerat, blanda oratione sustentat: ita & in hoc Propheta, quibus dixerat, domus Israel cecidit, non adijcietur vt resurgat: virgo errauit in terra, non est qui suscitet eam: Nunc loquitur ad eos & dicit: domus Israel, id est, decem tribus, quærite me & viuetis: quoniam in eo quod me non quæritis, estis mortui: Cumque quæsieritis, inuenietis: & cum inueneritis, viuetis. *Tom. 5. libr. 2. Com. in cap. 5. Amos.*

Ibidem.

Illa opinio quæ Deũ itemorem penitus euertit de mentibus nostris abijciendis, talis est illa de nuda promissione Euangelij,

DIABOLVM in fine mundi posse saluari per pœnitentiam Scriptura non dicit, & talis opinio euertit penitus timorem Dei, dum facilè homines labuntur ad vitia, putantes etiam diabolum, qui author malorum est, & omnium peccatorum fons,

fons, acta pœnitentia, posse, saluari, ideo de mentibus nostris penitus abijciamus. Et scimus peccatores in Euangelio mitti in ignem æternum, qui præparatus sit diabolo & angelis eius, & de his dicit: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Scimus quidem clementem esse Deum: nec qui peccatores sumus, crudelitate illius delectamur: Sed legimus: Misericors & iustus Dominus & Deus noster miseretur: Iustitia Dei vallatur misericordia, & tali ad iudicium ambitione procedit: sic parcit vt iudicet, sic iudicat, vt misereatur. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: Iustitia & pax osculatæ sunt se. *Tomo. 5. Com. in cap. 3. Ionæ.*

Esaiæ 66.

Psal. 114. Iustitia Dei vallatur misericordia. Psal. 84.

Comminatur Euangelium ijs, qui latam viam ingrediuntur. Misericordia & veritas iungenda.

IN mundo est multitudo, quæ per latam & spaciosam viam pergit ad mortem: quam comminatur Dominus igne succensam, fumo suæ malitiæ suffocari & vanitate eius nimia. *Tom. 5. Com. in cap. 2. Nahum.*

Misericordia & veritas Christus est. In vno continetur: nec vna sine altera. Si sola misericordia fuisset, & si sola veritas non potuisset sustinere. *Tom. 7. Com. in Psal. 56.*

Per misericordiam Deus temperat iustitiam.

DVO diligit Deus misericordiam & veritatem. Si tantum misericors esset, omnes nos ad peccata prouocaret, nemo spem haberet pœnitentiæ. Propterea duo quærit, vt ex altero alterum temperet. Si peccatores, audi misericordem Deum, & noli desperare, sed age pœnitentiam. Si verò iustus es, noli esse negligens; quia Deus clemens est: quoniam Deus & iustus est & veritatem diligit. *Tom. 7. Com. in Psal. 83.*

Articulus III. Euangelium esse legem nouam & testamentum nouum.

Deut. vlt. Actor. 2.

PENTECOSTES celebratur solennitas, & postea Euangelij Sacramentum in spiritus sancti descensione completur: vt sicut priori populo quinquagesimo die, vero iubileo & vero anno remissionis, & veris quinquaginta & quingentis denarijs, qui debitoribus dimittuntur, lex data est; in Apostolis quoque, & qui cum eis erant, in centesimo vicesimo Mosaicæ ætatis numero constitutis, descenderit spiritus sanctus, & diuisis linguis credentium, totus Euangelica prædicatione mundus sit expletus. *Tom. 3. Epistola 127. ad Fabiolam Mansione 12.*

Hierem. 31.

IDEÒ iratus.] Quoniam abiecerunt legem Domini exercituum, quam se daturum per Hieremiam Dominus pollicetur, dicens: Ecce dies veniunt, dicit Dominus; & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris, in die, quando apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti: Et sermonem sancti Israel blasphemauerunt, dicentes: Dæmonium habet & Samaritanus est. Et: Nonne hic est fabri filius? *Tomo quarto, libro secundo, Commentariorum, in cap. 5. Esaiæ.*

NOTANDVM in his omnibus, quod non eis exprobret idololatriam, non alia peccata, propter quæ offenderint Deum, sed quia abiecerunt legem Euangelij, & sermonem Domini blasphemauerunt. *Ibidem.*

DE fontibus Saluatoris prædicat aquas hauriendas: nequaquam de aquis fluminis Aegypti, quæ percussæ sunt, neque de aquis fluminis Rasin, sed de fontibus Iesu: hoc enim Hebræorum lingua Saluator exprimitur. Vnde & ipse clamabat in Euangelio. Qui sitit, veniat ad me, & bibat. Qui crediderit in me sicut dicit Scriptura: flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem ait Euangelista, dicebat de spiritu sancto, quem credentes in eum accepturi erant, & in alio loco Euangelij ipse loquitur. Qui biberit de aqua, quam ego dedero non sitiet in æternum, sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Fontes Saluatoris doctrinam intelligimus Euangelicam, de qua in sexagesimo septimo Psalmo legimus. In Ecclesijs benedicite Deo Domino de fontibus Israel. *Tom. 4. lib. 4. Com. in cap. 12. Esaiæ.*

Ioan. 4.

Fons Saluatoris est doctrina Euangelica.

IPSA est Sion, quæ prius appellata est desertum: & quicunque habitauerit in ea, tradatur ei lex Euangelij: in cuius thesauro salus nostra est, & sapientia credentium, & disciplina & pietas, siue fides, quæ propriè Christianorum est, & timor Domini, in quo thesauri sapientiæ continentur. *Tomo quarto, libr. 10. Commentariorum, in caput 33. Esaiæ.*

Laus legis Euangelicæ.

LEGEM eius, non quæ per Moysen data est, sed Euangelium sentiamus. De Sion enim egredietur lex & verbum Domni de Hierusalem. De qua lege & Hieremias vaticinatur: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ponam testamentum nouum, non iuxta testamentum quod pepigi olim cum patribus eorum. *Tomo. 4. libr. 14. Com. in cap. 42. Esaiæ.*

Esaiæ. 2. Vaticinium de lege Euangelij. Hiere. 31.

AVDITE me qui scitis iustum.] Qui supra dixerat. Lex à me egredietur, & iudicium meũ in lucem gentium. Nunc ad eosdem loquitur, qui sciunt iudicium eius, & legem illius habent in cordibus suis: vt omnia cum iudicio faciant, & habeant legem, quam per Hieremiam Dominus pollicetur, dicens: Statuam testamentum nouum: non iuxta testamentum, quod disposui patribus eorum: sed statuam testamentum, dans leges meas in mentibus eorum, & super cor eorum scribam eas, & ero eorum Deus, & ipsi erunt populus meus vt nequaquam viuant iuxta literam, sed iuxta spiritum, instaurantes legem naturalem in cordibus suis. De qua scribit & Apostolus. Cum enim gentes, quæ non habent legem, naturaliter ea, quę legis sunt, faciunt, isti leges non habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. De qua lege significatur in Psalmo. Os iusti meditabitur sapientiam, & os eius loquetur iudicium. Lex Dei in corde illius, & non supplantabuntur gressus eius. *Tomo. 4. libr. 14. Com. in cap. 51. Esaiæ.*

Hiero. 31.

Lex noua Euangelij est legis naturalis instauratio. Rom. 2.

SIGNIFICAT autem quod ante fores Gazophylaciorum omnium siue exedrarum & thalomorum, fuerit deambulatio, latitudinem habens cubitorum decem: qui & ipse perfectus est numerus, vel propter decalogum, vel propter Euangelij sacramentum. Si enim ab vna per duos, & tres, ad quartum numerum venias decenarius Euangeliorum numerus efficitur. In cuius latitudine ambulant sacerdotes, ante singula Gazophylacia gradientes: ita duntaxat, vt semper ad interiora respiciant viæ eius, quæ ducit ad cubitum vnum: ad cultum videlicet vnius diuinitatis: dicente filio ad patrem: Reuelaui nomen tuum hominibus. Ipsa enim est via, interiora respiciens, quæ dicit in Euangelio. Ego sum via, veritas & vita, quia nemo venit ad notitiam patris nisi per filium. *Tomo. 4. libr. 13. Commentariorum, in cap. 42. Ezechielis.*

Quaternarius Euangeliorũ numerus.

Ioan. 17.

CON-

Nouum Euangelij pactū per Apostolos cōfirmatum

CONFIRMABIT pactum multis hebdomada vna: In totum enim orbem per Apostolos Euangelium prædicatum est: qui vsque ad illud tempus perseueraverunt: tradentibus Ecclesiasticis historijs Ioannem Euangelistam vsq; ad tempora vixisse Traiani. *Tom.4.lib.1.Comment.in cap.9. Danielis.*

Ioan. 14.

PACTVM meum sint cum eo vitæ & pacis.] Vitæ testamentum siue pactum, non huius arbitremur, quæ nobiscum bestijs & cunctis animantibus communis est, sed illius quæ dicit. Ego sum vita.

Coloss 3.

Etenim vita nostra abscondita est in Deo cum Christo, de quo possumus dicere, quod & ipse pax nostra sit, Apostolo confirmante, ipse est enim pax nostra. *Tom.5.Commentariorum, in cap.2 Malachiæ.*

Ephes.2.

In nouo testamento misericordia exhibetur.

ILLIS facit misericordiam, qui requirunt nouum testamentum, quo nos sanguine suo reconciliauit Deo patri. *Tom.7.Com.in Psal.24.*

Nouum homo nouam legem nouam Ecclesiam instituit

PSALLITE Deo nouum canticum, id est, nouam vitam; quia nouus homo venit in mundum: nouam legem instituit nobis, & nouam Ecclesiam per baptismum. *Tomo.7. Com.in Psal.32.*

ET immisit in os meum canticum nouum.] Laudem vtique suam: quia nouus homo venit in mundum, nouam legem dedit mundo. *Tomo.7. Com.in Psal.39.*

Articulus IV. Christum Iesum à Deo hominibus datum non tantum vt redemptorem, sed etiam vt legis & quidem perfectioris latorem.

Exod.4. Esaiæ 1. Psal.17. Duplex testamentum eiusque discrepantia.

QVORVM est, inquit, adoptio, quæ græcè dicitur θοθεσία, de quibus quondam Dominus loquebatur: filius meus primogenitus Israel: & filios genui & exaltaui: Nunc dicit filij alienimentiti sunt mihi: & quorum gloria vt de cunctis gentibus eligerentur in peculiarem populum Dei: & quorum testamenta, vnum in litera, alterum in spiritu, vt qui prius in carne seruierant cerimonijs legis abolitæ, postea seruirent in spiritu mandatis Euangelij sempiterni: & legislatio ad vtrumque respondet, & noui & veteris testamenti: & cultus, id est vera religio, & repromissiones, vt quicquid repromissum est patribus compleretur in filijs: & quod omnibus maius est, ex quibus Christus de Maria genitus virgine. *To.3.Epist. 151.quæstione.9.ad Algasiam.*

Legislatio pertinet ad vtrumque testamentum

Noui testamenti sacerdotium & legislatio. Psal.6. Psal.26.

SVBLATIS ceremonijs Dei à populo Iudæorum, ad nos sacerdotio transit & legislatio, dicente scriptura: Constitue Domine legislatorem super eos, & in alio loco: Legem pone mihi Domine in via tua. *Tomo. 4. lib.5. Commentariorum, in cap. 16. Ezechielis.*

Psal 74. Deus misericordia iustitiam temperat, & iustitia misericordiam. Deut. 27.

CALIX in manu Domini vini meri plenus mixto & inclinauit ex hoc in hoc, id est, misericordia iustitiam temperat, iustitia misericordiam. *Tom.5.Com.in cap.3. Malachiæ.*

Dilemma. Euangelij leges, præcepta & mandata non sunt frustra posita.

QVOD si Apostoli voluerit nos testimonio coartare, dicentis: Quicunque ex operibus legis sunt sub maledicto sunt. Scriptū est enim: Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea: & afferere omnes, qui sub lege fuerint, fuisse maledictos: interrogemus eum, vtrum hi, qui sub Euangelio Christi sunt, & eius præcepta non faciunt, maledicti sintan non? Si maledictos dixerit, id habebit in Euangelio, quod nos in lege. Si maledictos negauerit, frustra ergo Euangelij præcepta sunt posita, & absque mercede erunt hi, qui illa compleuerint. Soluitur itaque vtrumque hoc modo. Quomodo Christus Iesus ex maledicto nos legis liberauit. factus pro nobis maledictum, ita de maledicto quoque Euangelij, quod statutum est super eos, qui eius præcepta non fecerint, eruit nos: factus pro nobis ipse maledictum, sciens talenti quoque minimam non dimittere portionem, & nouissimum exigere quadrantem. *To.6.lib.2.Com. in cap.3.ad Galatas.*

Misericordia non est sola sine veritate in noua lege.

MISERICORDIA & veritas Christus est. In vno continetur: nec vna sine altera. Si sola misericordia fuisset, & si sola veritas, non potuisset homo sustinere. *Tomo.7. Commentariorum, in Psalmum 50.*

Articulus V. Vetus testamentum & nouum sibi inuicem respondere, & vnam ex vtroq; harmoniam conficiendam.

Lex & Euangelium non separanda.

DVM hæc dicimus non separamus legem & Euangelium, vt Marcion calumniatur; sed vnum atque eundem suscipientes Deum: qui pro varietate temporum atque causarum principium & finis: serit vt metat: plantat, vt habeat quod succidat: iacit fundamentum, vt ædificationi, consummato sæculo, culmen imponat, alioquin, si ad sacramenta veniamus, & futurorum typos non nostro arbitrio, sed Apostolo differente consideremus; Agar & Sara, vel mons Sina & Sion, duo testamenta significant. *Tomo. 1. Epistola 11. ad Ageruchiam. cap.4.*

Nouum testamentum est consummatio & perfectio veteris.

In veteri testamento typi noui pacti. Galat. 4.

Allegoria de duobus testamentis

EVNVCHVS Aethiops dum vetus relegit instrumentum, fontem reperit Euangelij. *Tomo. 1. Epistola 27. ad Eustochium, cap.5.*

Fons Euangelij reperitur in veteri testamento.

HAMMONIVS vir disertus & eruditus in Philosophia, eodem tempore Alexandriæ clarus habitus est: qui inter multa ingenij sui præclara monumenta, etiam de consonantia Moysi & Iesu elegans opus composuit; & Euangelicos canones excogitauit, quos postea sequutus est Eusebius Cæsariensis. *Tom.1.de viris Illustribus in Hammonio.*

Hammonij Alexandrini liber de consonantia legis Mosaicæ & Euangelij Christi.

ESAIAM, Hieremiam, Ezechielem & Danielem quis posit vel intelligere vel exponere? Quorum primus non prophetiam mihi videtur texere, sed Euangelium. *Tomo.3. Epistola 103. ad Paulinum.*

Esaiæ texuit Euangelium.

ESAIAS non tam Propheta dicendus, quam Euangelista: ita enim vniuersa Christi & Ecclesiæ mysteria ad liquidum prosequutus est, vt non putes eum de futuro vaticinari, sed de præteritis historiam texere. Vnde conijcio, noluisse tunc temporis 70. interpretes, fidei suæ sacramenta apertè ethnicis prodere: ne sanctum canibus & margaritas porcis darent: quæ, cum hanc editionem legeritis, ab illis animaduertetis abscondita. *Tom.3. Epistola 117. ad Paulam & Eustochium.*

LXX. interpretes fidei sacramenta abscondiderunt propter Ethnicos.

SVCCEDIT Deuteronomium secunda lex, meditatorium Euangelij, ibique breuiter discimus, quæ inter Pharan & Tophel & Laban, & Hazeroth, & loca aurea, abiecto Iuda infelicissimo, vndecim dierum via de Horeb, per viam montis Seir, vsque ad Cades barne Moyses populo sit loquutus; & extremum canat canticum, in quo apertissimè Synagoga proijcitur, & Ecclesia Domino copulatur. *Tomo.3. Epistola 127. ad Fabiolam Mansione. 42.*

Deut.1. Lex est meditatorium Euangelij. Deut 32.

VETVS

Veteris & nouæ legis congruentia. Leuit.8.

VETVS lex nouæ congruit, idipsum Moyses quod Apostolus. Ille sacerdotis scientiam ornat in vestibus: iste Timotheum & Titum instruit disciplinis, sed & ipse vestimentorum ordo præcipuus. Legamus Leuiticum. Non prius rationale & sic superhumerale, sed ante superhumerale & sic rationale deinceps. A mandatis tuis, inquit, intellexi: prius faciamus, & sic doceamus: ne doctrinæ

Psal.118.

Oseæ. 10.

authoritas calsis operibus destruatur. Hoc est quod in Propheta legimus: Seminate vobis in iustitia, & metite fructum vitæ: illuminate vobis lumen scientiæ. Primum seminate in iustitia, & fructum vitæ æternæ metite: postea vobis scientiam vindicate. Nec statim absoluta perfectio est, si quis superhumerale & rationale habeat; nisi hæc ipsa inter se forti compagine solidentur, & sibi inuicem contexta sint: vt & operatio rationi, & ratio operibus hæreat; & his præcedentibus sequatur doctrina & veritas. *Tomo. 3. Epistola 128. ad Fabiolam.*

SI occidentem tantum sequuntur literam, & non spiritum viuificantem: ostendant terram repromissionis lacte & melle manantem. Sin autem per tropologiam dictum putant, pro rerum omnium abundantia; & nos terram confessionis, terram viuentium terræ veprium præferemus, dicente Domino ad Moysen de abiectione Israelis & assumptione gentium: Dimitte me, vt deleam populum istum, & faciam te in gentem magnam, & eodem patre ad filium: Postula à me & tibi dabo gentes hereditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ, & apertius per Esaiam Parum tibi est vt sis puer meus ad suscitandas tribus Iacob, & fœces vel reliquias Israel congregandas. Dedi te in lucem iunctis gentibus, vt sis Saluator vniuersæ terræ. Ex quo perspicuè demonstratur omnia illius populi in vmbra, & typo & imagine præcessisse, scripta autem esse pro nobis, in quos fines sæculi decurrerunt. *Tom.3. Epist. 129. ad Dardanum.*

Exod.32.

Psal. 2.

Esaiæ.49.

In veteri testamento omnia in vmbra, typo & imagine noui testamenti præcesserunt. Rom.15. 1. Cor.10.

Harmonia consentiens vtriusque testamenti.

QVICQVID in veteri legimus testamento, hoc idem in Euangelio reperimus: & quod in Euangelio fuerit lectitatum, hoc ex veteris testamenti authoritate deducitur: nihilque in eis dissonum nihil diuersum est. *Tomo. 3. Epistola 142. ad Damasum.*

1. Cor.2.

LIBERE profiteor, nec dictum superbè pertimesco; me scribere tibi non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in verbis fidei, spiritualia spiritualibus comparantem: vt abyssus veteri instrumenti inuocet abyssum Euangelicam, in voce cataractarum, id est, Prophetarum & Apostolorum suorum, & veritas Domini perueniat vsque ad nubes: quibus mandatum est ne super incredulum Israel imbrem pluerent. sed vt rigarent arua gentilium, & torrentem spinarum ac mare mortuum dulcorarent. *Tomo. 3. Epistola 150. ad Hedibiam, q. 2 princ.*

Psal.41. Abyssus veteris testamenti inuocat abyssum Euangelicã.

Quæ Iudæi fecerunt carnaliter à nobis in nouo | fœdere debẽt impleri spiritualiter. Duo testamẽta certatim proferunt testimonium veritatis.

DICENDO se hostias non quæsijsse, ostendit, quia lex spiritualis sit, & omnia, quæ Iudæi carnaliter faciunt, à nobis impleri spiritualiter. *Tom. 4. lib.1.Com.in cap.1. Esaiæ.*

QVIDAM latinorum duo Seraphin vetus & nouum instrumentum intelligunt: quæ tantum de præsenti sæculo loquuntur: vnde & sex alas habere dicuntur, & faciem Dei pedesque velare, & certatim proferre testimonium veritatis, & omne, quod clamant, trinitatis sacramenta monstrare. *Tom.4.lib.1.Com.in cap.6. Esaiæ.*

CAETERVM iuxta LXX. considerauerunt se hæretici, quod multi essent; & hac multitudine confidentes, doctrinam veteris instrumenti, auerterunt à ciuitate Dei, quæ est Ecclesia, & destruxerunt domos Hierusalem: vt ædificarent conciliabula malignantium: dumque vetus reprobant instrumentum, nec nouum secuti sunt, quia nouum veteris instrumenti testimonijs roboratur, propterea inter duos muros veterem & nouum, fecerunt sibi nouas aquas, quas interiores esse putant, & maiora continere mysteria, quam in testamento veteri continentur: & non respexerunt Deum, qui veteris instrumenti conditor est, & factorem eius ne longè quidem videre voluerunt. *Tomo. 4. libr. 7. Commentariorum, in cap. 22. Esaiæ.*

Veteris instrumenti doctrinam quidam hæretici vt Manichæi ab Eccl. sia auerterunt. Nouum veteris testimonijs roboratur.

PHILOSOPHI huius sæculi non cantauerunt in vijs Domini; sed nos cantamus in vijs Domini, hoc est in Moyse, in Esaia, Hieremia, & de vijs istis venimus ad illam viam: quæ dicit ego sum via. *Tom 7.Com.in Psalmum 137.*

Per scripturas ad Christum pertenditur. Ioan.14.

CANONES quoque, quos Eusebius Cæsariensis Episcopus Alexandrinum secutus Ammonium, in decem numeros ordinauit, sicut in græco habentur, expressimus. Quod si quis de curiosis voluerit nosse, quæ in Euangelijs vel eadem vel vicina, vel sola sint, eorum distinctione cognoscet. *Vide plura Tom.6.præfatione, in quatuor Euangelia ad Damasum.*

Vsus Canonũ Euangelicorũ

In Euangelijs quædam sunt vicina, quædam sola

QVOD legis vmbra præfigurauit, in altero sæculo, id est, in Euangelijs agnoscitur. *To.7. Com. in Psal.134.*

ECCLESIAM vel doctores eius sub nocte veteris legis posuit: scilicet, vt quod illa nunciauit in litera: spiritualiter adimpleant & obseruent. *Tom.7.Com.in Psal.135.*

OMNIA mysteria legis & templi transferenda sunt ad Ecclesias nationum. *Tom. 4. lib. 8. Com. in cap.25. Esaiæ.*

Psal.22.

QVI conuersi fuerint & clarum Christi lumen aspexerint, pascentur in vijs & semitis sanctarum scripturarum, & dicent Dominus poscit me, & nihil mihi deerit in loco pascuæ ibi me collauit. Super aquas refectionis ibi me collocauit & educauit. Qui autem in istiusmodi vijs atq; semitis pastus fuerit & nutritus, nec esuriet, nec sitiet, neque calorem sentiet solis, & implebitur de illo quod scriptum est. Per diem sol non vret te nec luna per noctem, vt nec aduersa, nec prospera huius sæculi sentiat. Siquidem misericors & miserator Dominus ipse consolabitur & reget eos, & deducet, ad fontes aquarum, siue portabit illos ad fontes, de quibus scriptum est. Benedicite Domino de fontibus Israel, & in alio loco. Haurite aquas de fontibus saluatoris. Hi fontes in veteri testamento & nouo sunt. *Tom.4.lib.13. Comment. in cap.49. Esaiæ.*

Psal 120. Fontes salutis in nouo & veteri testamento reperiuntur. Psal. 67. Esaiæ.12.

DISCIMVS eundem esse vtriusque testamenti Dominum, qui præcipit vt si viderimus iumentum inimici nostri cadere subonere suo, non transeamus, sed leuemus cum eo, etsi bouem aut asinum inuenerimus errantem, reddamus ei. *Tom. 4. lib.18.Com.in cap.66. Esaiæ.*

DE Sabbatho, quod significat requiem, pleno sermone tractauimus, in Eunucharum & aduenarum Prophetia: & nunc breuiter est dicendum, eos venire Neomenijs & Sabbathis: qui sex diebus, in quibus factus est mundus, transcensis atque præteritis, festinant ad septimum diem id est Sabbathum:

thum: in quo est vera requies. De his solemnitatibus credentes Apostolus instruebat, dicens. Vmbram enim habens lex futurum bonorum. Et iterum: Ne quis ergo vos iudicet in cibo & potu, aut in parte dici festi, aut neomeniæ, aut Sabbathorum, quæ sunt vmbræ futurorum. Si autem hæc in vmbra futurorum bonorum, & imagine præcesserunt: omnis lex spiritualiter est intelligenda, de qua idem dicebat Apostolus. Scimus quia lex spiritualis est: cuius mysteria & Dauid nosse cupiebat: Reuela oculos meos & considerabo mirabilia de lege tua. Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna. De quibus omnia celeri disputatione percurrere non est huius temporis. Si enim nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se, quo modo nos totius legis quasi vniuersi orbis descriptionem in breui tabella conamur ostendere. *To. 4. lib. 18. Com. in cap. 66. Esaiæ.*

Hebr. 10.

Lex in nouo testamento est spiritualiter intelligenda.

Rom. 7.

Psal. 118.

2. Cor. 4.

POSSVMVS imbrem temperaneum & serotinum, legem accipere & Euangelium & diuersas vocationes à prima hora vsque ad vndecimam: in quibus operarijs vineæ, vnum æternæ vitæ præmium pollicetur. *Tomo. 4. libr. 2. Comment. in cap. 5. Hieremiæ.*

STATE super vias.] Euangelica parabola si fuerit intellecta, huius loci præbebit intelligentiam: in qua negociator bonus, omnes vendere dicitur margaritas, vt de precio earum vnam emat pretiosissimam margaritam: quod scilicet per Patriarchas & Prophetas, veniamus ad eum qui dicit: Ego sum via. Standum est igitur in Prophetis & diligentissimè contemplandum: & interrogandum de semitis antiquis siue sempiternis, quæ multorum sanctorum sunt tritæ vestigijs: quæ significantius græcè appellatur τρίβοι, quæ sit via bona in Euangelio, & ambulandum in ea: quæ via cum inuenta fuerit, præbet refrigerium, siue purificationem animabus credentium. *Tomo quarto, libro secundo, Commentariorum, in caput 6. Esaiæ.*

Per legem & Prophetas ad Christi Euangelij peruenitur.

VT nos omni interpretationis molestia liberemur illam sequamur regulam. Quod omnes Prophetæ typum Domini saluatoris pleraque gesserint, & quicquid iuxta præsens tempus cõpletum sit in Hieremia, hoc in futurum de Domino Prophetari. *Tom. 4. lib. 2. Comment. in cap. 11. Hieremiæ.*

Prophetæ in typum Saluatoris pleraq; gesserunt.

IVNCTA sibi sunt Euangelia, hærentque mutuo, & in toto orbe volitantia huc atque illuc discurrunt, nec habent finem volatus, nec aliquando superantur & recedunt, sed semper ad vlteriora procedunt. Vnde & Paulus dicit: Præteritorum obliuiscens, & in futurum me extendens. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. Ezechielis.*

Concordia & Harmonia maxima est Euangelistarum.

SI Euangelia sibi colliseris, in medio literæ viliscque historiæ, spiritus sancti sacramenta reperies. *Ibidem.*

ROTA in rota vel duorum iunctura testamentorum est, quod indicat scala Iacob & forceps Esaiæ, & gladius bis acutus: vel Euangelia sibi cohærentia, quorum cursus & statura tendit ad cœlum paululumque quid attingit in terra, & semper properans, ad celsa festinat. De quibus & alibi dicitur. Lapides sancti voluuntur super terram: ex quibus ædificatur cœlestis Hierusalem. Hoc ipsum puto significare & illud quod in Psalmo canitur. Vox tonitruum in rota, & alibi: Quæ

Genes. 28. Esaiæ 6. Apocal. 19. Connectio duorum testamentorũ. Zach. 9.

Psal. 76.

inflammat rotam natiuitatis. Quæ testimonia cuem sensum in locis suis habeant, non est huius temporis. Totum autem corpus & dorsa plena oculis approbabit, qui viderit nihil esse in Euangelijs, quod non luceat, & splendore suo mundum illuminet: vt etiam quæ parua putantur & vilia, spiritus sancti fulgeant maiestate. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 1. Ezechielis.*

Omnia in Euangelijs lucẽt & spiritus sancti fulgent maiestate.

RETE Domini veteris & noui testamenti ratione contextum, mittitur super draconem, qui habitet in populorum multitudine: & semper turpis & populorum multitudine delectatur: vt extrahat eum in sagena sua, siue in hamo suo: ista est sagena, quæ in mare huius sæculi mittitur, & extrahit pisces multos: alios eligendos, & alios abijciendos. Siue iste hamus, de quo in Iob scriptum est adduces autem draconem in hamo, & circumdabis capistrum circa narres eius pro quo interpretatus est Aquila: extrahes Leuiathan in hamo, & funibus colligabis linguam eius. Extrahitur autem Leuithan siue draco de mari hamo vel sagena Domini: vt proijciatur siue extendatur super terram: & omnes spiræ eius, quibus suas insidias occultabat, aperiantur, & proferantur in publicum, & in terram abijciantur: & iaceat, qui in cœlo posuerat os suum & se altissimo similem esse iactabat. *Tom. 4. lib. 10. Com. in cap. 32. Ezechielis.*

Scriptura vtriusque testamenti cum reti, sagenæ & hamo cõparatur.

Matth. 13.

Iob. 40.

TREDECIM cubiti post octonarium numerum librorum Moysi continent sacramẽtum: qui & in quinque monstrantur panibus, & in Samaritana Euangelij: quæ arguitur quod quinque habuerit viros, & sextum, quem se putabat habere, non habebat: & tamẽ octonarius & quinarius numerus, vno cubito, id est, quarto decimo consummatur, quia in Christo recapitulantur omnia. Vnde dicitur: & cubitus vnus finis vtrinq; : dum & vetus & nouum instrumentũ, vna Christi mensura cõplectitur, & altitudinẽ triginta cubitorũ arcæ Nohę, vnus cubitus includit. *Tom. 4. lib. 12. Com. in cap. 40 Ezechielis.*

In Christo omnia recapitulantur.

QVICQVID per Euangelicam offerimus dignationem, prædictum prophetarum vaticinationibus approbamus. Viri lapides qui voluuntur super terram habent secum angularem lapidem, quo veteris & noui instrumenti parietes continentur. *Tom. 4. lib. 12. Com. in cap. 40. Ezechielis.*

Vetus & nouum instrumentum vnã Christi mensura completur.

Veteris & noui instrumenti parietes angulari lapide continentur. Lex radix Euangelij.

LEX continetur in Euangelio, & Euangelium de legis radice nascitur. *Tom. 4. libr. 13. Com. in cap. 42. Ezechielis.*

LEX & Prophetæ sale siue sapore Euangelij, condiendi. Corpus pinguis literæ (quod significatur in lege & Prophetiæ nubilum, igne Domini, id est, spiritu sancto, de quo dicit Paulus spiritu feruentes) in spiritualem & tenuem substantiam conuertendum. *To. 4. li. 13. Com. in c. 43. Ezech.*

Vetus testamentum sapore noui condiendum. Rom 12. Corpus pinguis literæ in spiritualem & tenuem substantiam est conuertendum. Matth. 17. Vetus instrumentum continet in se nouum, & nouum in veteri dilatatur. Deut. 11.

MOYSES & Helias videntur in monte cum Domino, id est, lex & Prophetæ, qui ei nunciabant, quæ Hierosolymis passurus erat. *Ibidem.*

PERFECTAQVE consummataq; virtus decalogo veteri instrumenti ad Euangelicum peruenit sacramentum: sic vt vetus instrumentum constringatur in nouo, & nouum in veteri dilatetur. *Tom. 4. lib. 14. Com. in cap. 48. Ezechielis.*

REPROMITIT in alio scripturæ loco Deus dicẽs. Dabo vobis pluuiam temporaneam & serotinam. vetus scilicet instrumentum & nouũ, & vtroq; vos imbre irrigabo. Vnde & nunc admonemur, vt sic legamus veterem legem, ne Euangelium conténa mus:

mus: sic quæramus spiritualem in veteri instrumento intelligentiam, ne in Euangelistis & Apostolis hoc tantum putemus sonare quod legimꝰ. Fœlix is est qui testamentum vtrunque in commune sociauerit & quasi vnum corpus effecerit. Quod qui fuerit consecutus, videbit lucem videbit Christum solem iustitiæ. Et si annis pluribus vixerit, in summa lętitia & delectatione versabitur, habens scientiam scripturarum, & magis ad hunc laborem recordationem futuri iudicij compelletur. *Tom. 5. Commentariorum in caput 11. Ecclesiastis.*

Ex nouo & veteri testamento in cõmune sociato vnum corpꝰ constandum.

MORIS est scripturarum, quamuis plures libros, si inter se non discrepẽt, & de eadem re scribantur vnum volumen dicere. Siquidem Euangelium & lex Domini immaculata conuertens animas singulariter appellantur, cum plura Euãgelia & multa sint mandata legis. Sic & volumen in Esaiæ sermone signatum, omnis scriptura diuina est: & vno capitulo libri, Ezechiel Ioannesque vescuntur. Saluator quoque omnium retro sanctorum vocibus prophetatus, ait: In capitulo libri scriptũ est de me Iuxta hunc igitur sensum arbitror nunc præceptum, ne plures libri fiant. Quicquid enim dixeris, si ad eum referatur qui in principio erat apud Deum, & Deus erat verbum, vnum volumen est, & innumerabiles libri, vna lex, vnum Euangelium nominantur. Quod si diuersa & discrepantia disputaueris, & curiositate nimia huc atque illuc animum deduxeris: etiam in vno lib multi libri sunt. Vnde dictũ est Ex multiloquio non effugies peccatum. Talibus igitur libris non est finis. Bonum enim omne & veritas certo fine concluditur: malitia vero & mendacium sine fine sunt. Et quanto plus requiruntur, tanto maior eorum series nascitur. Hac in re studium & meditatio labor est carnis, carnis inquam, non spiritus. Habet siquidem & spiritus laborem suum, iuxta illud quod ait Apostolus. Plus autem illis omnibus laboraui; non autem ego, sed gratia Dei quæ mecum est. & saluator. Laboraui clamans. *Tom. 5. Comment. in cap. 12. Ecclesiastis.*

Vita suauissima iuuenditatione scripturarum.

Esai 29. Ezech 2. Apocal. 10. Psal. 39.

Ioan. 11.

Totum nouũ & vetus instrumentum vnꝰ est liber

Eccles. 20.

1. Cor. 15.

Psal. 63.

QVAE ποτὲ πῶς præcedunt in alijs, iuxta veritatem & adimpletionem referuntur ad Christum: quod Apostolum in duobus montibus Sina & Sion, & in Sara & Agar fecisse cognouimus. Neque enim non est Sina mons, & non est Sion: non fuit Sara, & non fuit Agar quia hæc Apostolus Paulus retulit ad duo testamenta. Si igitur hoc quod scriptum est. Paruulus Israel & dilexi eum: & ex Ægypto vocaui filium meum: dicitur quidem de populo Israel, qui vocatur ex Aegypto, qui diligitur, qui eo tempore post errorem idololatriæ, quasi infans & paruulus est vocatus, sed perfectè refertur ad Christum. Nam & Isaac in typo Christi fuit: quod futuræ mortis ligna sibi ipse portauerit: & Iacob, qui Liam dolentem oculos, Rachel pulchram habuerit vxorem. In Lia quæ maior erat ætatem intelligimus synagogæ: in Rachel pulchritudinem Ecclesiæ, & tamen qui ex parte typi fuerunt DOMINI saluatoris, nam omnia quæ fecisse narrantur, in typo eius fecisse credendi sunt. Typus enim partem indicat, quod si totum præcedat in typo, iam non est typus, sed historiæ veritas appellanda. *Tom. 5. lib. 2. Commentariorum in cap. 11. Osee.*

Galat. 4.

In veteri testamento typi in nouo veritas.

Genes. 12.

Ibid. 29.

In omnibus prophetarũ effiguratur Christus quia prophetæ typum eius gerunt.

EGO sum qui per omnes prophetas, & varia genera visionum assimulatus sum hominibus, & te ad pœnitentiam prouocaui. An non est humanæ similitudinis, quando Moyses in altum extollens manus, orat vt Iesus vincat Amalech, & crucis in eo sacramenta monstrentur? Nonne in manibus prophetarum assimulatur DEVS, quando Ionas tribus diebus ac noctibus in profundo est, vt Dominum significet die tertia ab inferis resurgentem? Multiplicatas autem visiones in omnibus prophetis legimus: quando Ezechiel Dominum cernit in modum aurigæ sedentem super Cherubin. Et Esaias. Vidi, inquit, Dominum sedentem, super thronum excelsum & eleuatum. & duo Seraphin in circuitu eius clamãtia ad inuicem: Sanctus sanctus sanctus Dominus Deus Sabaoth. & Abacuc: Stabat in specula sua & cornua videret in manibus saluatoris: in quibus abscondita est fortitudo eius. Vnde & Psalmista conclamat, Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Vt autem sciamus omnem prophetiam in scripturis appellari visionem. Et omnis, inquit, populus videbit vocem Domini. Vnde & prophetæ appellabantur videntes antea. *Tomo quinto libro secundo Commentariorum in ca. duodecimum Osee.*

Exod. 17.

Ionæ 1. c.

Matt. 12.

Ezech. 10.

Esaiæ. 6.

Abac. 3.

Psal. 34.

Exod 20. 1. Reg. 9. Ezech. 18.

AD Ecclesiam Christi testimonia legis & prophetarum transcenderunt. *Tom. 5. lib. 2. Commen. in cap. 7. Micheæ.*

Legis & prophetarum testimonia ad Ecclesiã Christi transcenderunt.

CONSIDERAT populos Ecclesiæ, quæ habitat super amnes prophetas, & habet doctores in circuitu suo: quorum de ventre manant flumina, cuius initium est mare. A lectione quippe legis, q̃ sine ligno Christi amara est, in similitudinẽ myrrhæ ad eius mysterium peruenitur &c. *To. 5. Co. in cap. 3. Nahum.*

ABYSSVS noui testamentum, in testimonium montis modici, à quo princeps Tyri est vulneratus, inuocat abyssum veteris testamenti, vt per cataractas Christi, id est, Apostо. firmior fiat prædicatio. *Tom. 5. Co. in ca. 3. Habac.*

QVIA hæc mandata sunt nobis, vt ponamus corda in vijs nostris: ascendamus in montem rationabilem, & ad singula problemata congrua de testimonijs scripturarum ligna quærentes, præcidamus ea & ædificemus domum sapientiæ in nobis. *Tomo quinto Commentariorum in caput primum Aggæi.*

Ad singula problemata cõgrua testimonia scripturarũ quærenda.

CVM tanta fuerit populorum in toto orbe diuisio, vt alij ad orientem & austrum id est, ad dexteram: alij ad aquilonem & occidentem, ad sinistram videlicet separentur: tunc quicunque sanctus est fugiet ad vallem montium Dei, de quib. supra diximus, templi & Sion, duo videlicet testamenta; quoniam vorago illa, quæ prius fuerat vtriusq; montis, tendetur vsque ad Asael hoc est, vsque ad domum Dei, quæ vicina est paradiso & cœlesti Hierusalem, & monte sancto, in quo templum situm est. Et sicut eo tempore, quo sub Ozia rege leproso vehementissimus terræ motus corda mortalium perterruit, & territos huc illuc que dispersit: ita duorum populorum separatio, & rursum credentium in vna fide societas, inter duos montes, placabili fede requiescit: quoniam & vetus & nouum testamentum sibi vtrunque iungetur. Quod autem dicitur, vsque ad Asael, id est, vsque ad proximũ: hoc significat, iuncta quidem sibi esse duo testamenta legis & Euangelij: sed ita iuncta, vt magis vicina sint quam vnita. Multa enim veteris legis amisimus, & nouæ

Vetus & nouum testamentum sãctè sibi iuncta.

Duo testamẽta legis & euãgelij magis vicina quam vnita.

gratiæ ſuſcepimus. *To.5.lib.3.Commentar.in cap. 14. Zacharie.*

Deſinete lege oritur Euangelium.

IOANNE tradito recte Chriſtus incipit prædicare, deſinente lege, conſequenter oritur Euangelium. Si autem eadem prædicat ſaluator, quæ Ioannes baptiſta ante prædixerat, oſtendit ſe eiuſdem DEI filium eſſe, cuius ille propheta fit. *Tomo ſexto Comm.in cap.4.Matthæi.*

Minutiſſima in lege ſacramentis ſpiritualibus plenaq; omnia recapitulantur in Euangelio.

IOTA vnum aut apex non præteribit.] Ex figura literæ oſtenditur, quod etiam quæ minima putantur in lege, ſacramentis ſpiritualib. plena ſint, & omnia recapitulentur in Euangelio. Cuius ergo eruditionis eſt, cuiuſque doctrinæ, et iam diuerſa ſacrificia, & quæ ſuperſtitioſa videntur in victimis, quotidie demonſtrare compleri. *Tom.6.Com.in cap.5.Matt.*

Geneſ.3.

OMNIS diſpenſatio, quæ & ante mundum & poſtea eſſe cœpit in mundo, tam inuiſibilium quam viſibilium creaturarum aduentũ filij Dei pollicebatur. Quod Adam, qui de paradiſo ejectus eſt, per ſaluatorem reuocandus erat. Quod in fabricatione turris, linguarum vnitas ſciſſa eſt: in Actibus Apoſtolorum portendebat donaſſe linguarum. Quod Iſaac in typo DOMINI crucem ſuam ipſe portauit. Quod Samſon ſanctam comam nutriens, Dalilæ pauperis dilexit amplexus, & omnia cordis ſui arcana confeſſus eſt, ſaluatoris & Eccleſiæ ex gentibus verè pauperis, & egenæ myſterium ſignificabat. In cruce itaque & paſſione Domini recapitulantur omnia id eſt, vniuerſa in hac ἀνακεφαλαιώσει ſupputata. Diligenter attendite quod non ſolum omnes hiſtoriæ ſcripturarum, quas in terra geſtas ſpiritus ſanctus enumerat: ſed etiam in cœleſtibus, quæ nobis occultæ ſunt, in Chriſti recapitulata paſſione teneatur. *Tomo ſexto libro primo Comment.in cap.1.ad Epheſios.*

Gen.11. Actor.2. Gen 22. Iud.c.16.

Omnes ſcripturæ in libri ſi paſſione et aduentu filij Dei recapitulantur.

Segena veriſque teſtamenti.

APOSTOLI contexuerunt ſibi ex veteri & nouo teſtamento ſagenam Euangelicorum dogmatum, & miſerunt eam in mare huius ſeculi: & cœperunt piſces ſibonos & malos. *Tom.6. lib.2. Com.in cap.13.Matt.Canon.27.*

Euangelium legis & prophetarũ vocib. comprobatur.

INSTRVCTI erant Apoſtoli ſcribæ & notarij ſaluatoris, & pollebant opibus patrisfamiliæ, eijcientes de theſauro doctrinarum ſuarum noua & vetera: vt quid in Euangelio prædicabãt, legis & prophetarum vocibus comprobarent. Vnde & ſponſa dicit in Cantico Canticorum Noua & vetera fratruelis meus ſeruaui tibi. *ibid.*

Cantii.7.

Vnũ eſt tabernaculũ euangelij in quo lex & prophetæ recapitulantur.

ERRAS Petre. Noli tria tabernacula quærere, cum vnum ſit tabernaculum Euangelij, in quo lex & prophetæ recapitulanda ſunt. *Tom.6. libro tertio Com.in caput decimum ſeptimum Mathæi Canone 35.*

VIDENT Ieſum ſtantem ablata nube, & Moyſen & Heliam euanuiſſe: quia poſtquam legis & prophetarum vmbra diſceſſerit (quæ velamento ſuo Apoſtolos texerat) vtrunque in Euãgelio reperitur. *Tom.6.lib.3. Commentar. in caput 17.Matthæi.*

STATIM vt credidit Paulus, ad legem, ad prophetas, ad veteris teſtamenti iam in occiduo poſiti ſacramenta conuerſus, quæſiuit in eis Chriſtum, quem iuſſus fuerat in gentibus prædicare, & reperto illo, non eſt vbi diutius commoratus, ſed reuerſus eſt Damaſcum: hoc eſt ad ſanguinem & paſſionem Chriſti, & inde prophetica lectione firmatus pergit Hieroſolymam, locum viſionis & pacis: non tam diſciturus aliquid ab Apoſtolis, quàm cum eis Euangelium quod docuerat, collaturus. *Tom.6.lib.1.Commentario.in cap.1. ad Galatas.*

CHRISTVS mandata legalia ad illa retraxit dogmata, ad quorum typum & imaginem Moyſes, quæ eſſent in tabernaculo fabricanda conſpexit. *Tomo ſexto libro primo Commentariorum in caput 2. ad Epheſios.* *Exod.25.*

COMMOTA eſt & contremuit terra.] Secundum hiſtoriam factum fuit, quando Moyſes accepit legem in monte Sina. Terra tremuit quod præfigurauit paſsionem Chriſti omnis terra tremuit, quando noua lex data eſt populo Chriſtiano. *Tomo ſeptimo Commentariorum in Pſalmum vigeſimum ſeptimum.* *Exod 19.*

ET teſtamentum ipſius vt manifeſtetur illis.] Hoc eſt nouum teſtamentum: Lex quæ eum annunciauit per literam, in Chriſto manifeſtatur. *Tomo ſeptimo Commentariorum in Pſalmum vigeſimum quartum.* *Matt. 27, et 28.*

IN protectione alarum tuarum. Duæ alæ duo teſtamenta: quia inde teguntur ſancti à Chriſto. *Tom.7.Commentariorum in Pſalmum trigeſimumquintum.*

CARMEN Deo noſtro.] Laudem Deo noſtro, vt iam non ſonos turpes & theatrales concinam, ſed in Dei viuentis hymnis per harmoniam noui teſtamenti delector. *Tomo 7. Commentar. in Pſalmum 39.* *Harmonia noui teſta. menti.*

ABYSSVS abyſſum inuocat cum vel vetus teſtamentum nouum annunciat, vel nouum vetus in teſtimonium vocat. Vetus annunciat nouum, cum dicit Moyſes, prophetam ſuſcitabit vobis Deus de fratribus veſtris. Nouum vero vetus in teſtimonium vocat. cum dicit Paulus. Bibebant de ſequenti eos petra. Petra autem erat Chriſtus. propter profunditatem enim intelligentiæ dicũtur abyſſus. *Tomo ſeptimo Commentariorum in Pſalmum 41.* *Deuter.18. 1.Cor.10.*

SICVT audiuimus per prophetas, Sic vidimus in ciuitate Domini virtutum] Vidimus in Euangelio, quæ eſt ciuitas virtutum. *Tom.7.Com. in Pſalm.47.*

CONGREGATE illi ſanctos eius.] O quam mirabiliter hæc Euangelio ſancto conueniunt, DOMINVS enim poſt diſpoſitionem finis audi quid dicat. Mittet filius hominis angelos ſuos cum tuba, & virtute magna, & congregabunt electos eius, à quatuor ventis, à ſummo cœlorum. & hic dicit. Congregate illi omnes ſanctos eius. Intelligite igitur per hæc vnam veteris & noui teſtamenti eſſe diſpoſitionem. *Tom.7.Commentar.in Pſalmum 49.* *Matt.24.* *Vna veteris & noui teſtamenti dã. ſpoſitio.*

VIDERVNT ingreſſus tuos Deus.] O quam admirabiliter in hoc Pſalmo vetus teſtamentum cum Euangeliorum dictis concordat. Viſa enim ſunt itinera Chriſti in ingreſſu maris rubri: viſa ſunt & in Euangelijs ipſius regis noſtri, cum in ſancto homine eleuatus, cœlis inuectus eſt. *Tomo ſeptimo Comment.ariorum, in Pſalmum ſexageſimumſeptimum.*

TV vero Domine, qui per teſtamentum tuum ſiue vetus ſiue nouum (quia vtrunque à te proceſsit & quaſi vnum habetur) promiſiſti protegere tuos, ſuccijs nunc ſpinis erue nos. *Tomo ſeptimo, Commentariorum in Pſalmum ſeptuageſimumtertium.* *Vtrunq; teſtamentum quaſi vnum habetur.*

LEGIMVS in Ezechiele. Inuicem hærent ſibi rotæ. Duæ rotæ ſunt nouum & vetus teſtamentum. Iſta rota in illa hæret, & illa in iſta. *Tomo ſeptimo Commentariorum in Pſalm. ſeptuageſimumſextum.* *Ezech.1.*

Vnum in altero hæret. Conferendũ inter ſe vtrumq; teſtamentum.

APOSTOLVS quindecim dies ſe teſtatur egiſſe apud Petrum, vt conferret vtrunque teſtamẽtum. *Tomo.7.Commentariorum in ſecunda expoſitione. Pſalmi 119.*

Ex legis allegoria dulcia Euangelij poma proferenda.

COMPARAT ſe propheta oliuæ fructiferę per pinguedinem ſapientiæ, vt in Dei Eccleſia collocatus, viuens in legis allegoria Euangelica proferat poma. Vnus eſt enim Deus veteris noui q; teſtamenti prolator. *Tomo 7. Commentariorum in Pſalmum 51.*

SEMEL loquutus eſt Deus in lege & eadem in Euangelio præcipit. *Tom.ſeptimo Commentariorum in Pſalm.61.*

DIES annorum noſtrorũ in ipſis 70. anni: Septuaginta anni ſeptem Decades ſunt, & octoginta anni, octo decades ſunt. videte ergo quomodo ſeptimus & octauus numerus prædicatur. Et quo modo diximus: tu refugium factus eſt nobis à generatione in generationem, & in veteri & in nouo teſtamento, propterea nunc & ſeptimum & octauum numerum ponit. Hoc dicit in Eccleſiaſte. Da partem ſeptẽ & da partem octo. propterea & quindecim ſunt graduum pſalmi, hoc eſt, ſeptem & octo quindecim pariter nos ducunt ad regna cœlorum. Denique poſtquam ſeptimus graduum Pſalmus expletus eſt, quid dicitur in ſcriptura ipſius pſalmi? Pſalmus, inquit, Salomonis qui extruxerat veterem domum, & quid dicit. Niſi Dominus ædificauerit domum &c. Legimus & in Euangelio octo beatitudines. Igitur octonario numero Dominus concluſit Euangelium. Vultis interim oſtendam vobis quod ſeptimus & octauus numerus continent plurima ſacramenta? Legamus Ezechiel & in vna porta dicitur: & ingrediatur, inquit, per portam Orientis in templum, quod ædificatur in Ezechiel in extrema parte: Et aſcendet, inquit, ſacerdos primum per ſeptem & octo gradus. Et fieri poterat vt in ea porta & ſeptem eſſent gradus & octo. Sed videte quid dicit: Orientalis porta, vnde lumen venit, ſaluator noſter Chriſtus eſt. Vna porta eſt, & nemo ingreditur in eam niſi ſacerdos magnus. & quid ibi dicitur? Porta hæc, ſemper clauſa erit. Non autem aperitur niſi ſacerdoti. Sic igitur & nouum & vetus teſtamentum ſemper clauſum fuit: non eſt apertum niſi ſaluatori: Iſte eſt enim qui habet clauem: qui aperit, & nemo claudit: qui claudit, & nemo aperit. Vna ergo porta habet ſeptem, & octo gradus. Et in veteri quidem inſtrumento ſunt ſacramenta Euangelica. & in nouo teſtamento ſacramenta ſunt legis. *Tomo ſeptimo Commentariorum in Pſalm. nonageſimum nonum.* *Ecclеſ.11.* *Pſal.126.* *Ezech.40.*

Vetus teſtamentũ clauſum in nouo per Chriſtum eſt apertum. Nouũm veteri & vetus in nouo continetur.

Decalogus in Euãgelijs continetur, nec lex diſſentit ab Euangelio.

QVATVOR Euangelia in Decalogo computantur, vt quodcunque dicebatur in Decalogo hoc compleatur in quatuor Euangelijs vt non diſſentiat lex vetus ab Euangelica dignitate. *Tomo ſeptimo Commentariorum in Pſalmum nonageſimumtertium.*

QVAE ſunt atria plura, vt inueniamus vnam margaritam, & vnam viam & vnum atrium? Abraham, Iſaac, Iacob, Moyſes, Ieſus Naue, Eſaias, Hieremias; Ezechiel, duodecim prophetæ, Dauid, Salomon fuerunt atria, hoc eſt, atria noſtra ſunt. Primum in illa intramus, & de illis atrijs poſtea venimus ad atrium Euangelij, vbi inuenitur Chriſtus. *Tomo ſeptimo Commentariorum in Pſal. nonageſimum quintum.*

Articulus VI. Inter literam legis & gratiam Euangelij quid interſit.

Litera legis occidit, gratia euangelij viuificat.

PAVLA noluit pergere ad Cariath ſephor, id eſt, viculum literarum, quia contemnens occidentem literam, repereat ſpiritum viuificantẽ. *Tom.1.epiſt.27.ad Euſtochium.*

Pro vmbris & imaginibus veteris teſtamenti veritas per Chriſtum eſt facta. Hier.31.

DE plenitudine Chriſti nos omnes accepimꝰ, gratiam pro gratia: quia lex per Moyſen data eſt, gratia autem & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Pro legis gratia, quæ præterijt, gratiam Euangelij accepimus permanentem; & pro vmbris & imaginibus veteris inſtrumẽti, veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Hieremias quoque ex perſona Dei vaticinatur: Ecce dies veniunt, dicit Dñs; & cõſummabo domui Iſrael & domui Iuda teſtamentum nouũ, non ſecundùm teſtamentũ quod diſpoſui patribus eorum, in die, qua apprehendi manus eorum, vt eos de terra Aegypti educerem. Obſerua quod dicat, quod non populo gentiliũ, ei, qui ante non receperat teſtamentum ſed populo Iudæorum, cui legem dederat per Moyſen, teſtamentum nouum Euangelij repromittat: vt nequaquam viuant in vetuſtate literæ, ſed in nouitate ſpiritus. *Tomo ſecundo Epiſtola 89.ad Auguſtinũ capite quarto.*

Cant.5.

MORTVVS eſt filius mulieris nocte. Dum enim Legis ſequitur obſeruantiam, & gratiæ Euãgelij iugum Moſaicæ doctrinæ copulat, tenebrarum errore cooperta eſt, oppreſſitq; eum mater ſua dormiens, quæ non poterat dicere. Ego dormio & cor meum vigilat. Media nocte conſurgens tulit filium de latere Eccleſiæ dormientis & in ſinum collocauit ſuum. Relege totam ad Galatas Apoſtoli Epiſtolam: & animaduertes quomodo filios Eccleſię ſuos facere ſynagoga feſtinet, & dicat Apoſtolus. Filioli mei, quos iterum parturio donec Chriſtus in vobis formetur. Viuum tulit, non vt poſſideret, ſed occideret, nõ enim amore fecit hoc filij, ſed æmulæ odio, & ſuum mortuum per legis cerimonias in ſinum Eccleſiæ ſuppoſuit. Longum eſt, ſi velim ſingula percurrere, quomodo per Apoſtolum Paulum & Eccleſiaſticos viros intellexerit Eccleſia, non eſſe ſuum filium, qui tenebatur in lege; & in luce cognouerit, quem in tenebris non videbat. *Tomo tertio Epiſtola 131.ad Ruffinum.*

Galat.4. Filios Eccleſiæ ſynagoga ſuos facere feſtinat, & cupit legis cerimonias in ſinum Eccleſię effundere.

REX Salomon, id eſt, ſaluator noſter ſimulat ignorantiam, & humanos pro diſpenſatione carnis mentitur affectus, ſicut in alio loco. Vbi poſuiſtis Lazarum & ad mulierem fluentem ſanguine, Quis me tetigit? Gladium poſtulat de quo dixerat Nolite putare quod venerim pacem mittere ſuper terram: non veni pacem mittere, ſed gladium. veni enim diuidere hominem contra patrem ſuum, & filiam contra matrem ſuam, & nurum contra ſocrum ſuam, & inimici hominis domeſtici eius: & tentat naturam naturæ Dominus, vultq́ue ſecundum vtriuſque voluntatem, viuentem filium in legem gratiamq́ue diuidere: non quod probet, ſed quod ad arguendam calumniam ſynagogæ, hoc velle ſe dicat. Illa quæ nolebat Eccleſiæ filium in gratia viuere, nec per baptiſmum liberari, libenter habet diuidi puerum, non vt poſſideat, ſed vt interficiat. Eccleſia, quem ſcit ſuum eſſe, libenter concedit æmulæ, dum viuat ſaltem apud aduerſariam; ne inter le-

Ioan.11. Matt 9. Matt.10.

gem diuisus & gratiam, saluatoris mucrone feriatur. Vnde dicit Apostolus: Ecce ego Paulus dico vobis, quod si legem obseruatis, Christus vobis nihil prodest. *Tomo tertio Epist. centesima trigesima prima ad Russinum.*

Legis litera lo obseruatio in noua lege noxia.

IVXTA anagogen dicendum est, quod inclamante Iesu, & emittente spiritum, velum templi scissum sit in duas partes à summo vsque deorsum; & omnia legis sint reuelata mysteria, vt quę prius recondita tenebantur, vniuersis gentibus proderentur. In duas autem partes, in nouum & vetus testamentum: & à summo vsque deorsum, ab initio mundi, quando homo conditus est, & reliqua, quæ facta sunt in medio, saera narrat historia, vsque ad consummationem mundi. Et quærendum an velum templi scissum sit exterius an interius? Mihi videtur in passione Domini illud velum esse conscissum, quod in tabernaculo & in templo foris positum erat, & appellabatur exterius: quia nunc ex parte videmus & ex parte cognoscimus. Cum autem venerit quod perfectum est, tunc & velum interius irrumpendum est, vt omnia, quæ nobis nunc sunt abscondita, domus Dei sacramenta videamus.

Omnia legis mysteria per Christum reuelata.

In passione Domini terra commota est, iuxta illud quod scriptum est in Aggæo: Adhuc semel & ego mouebo cœlum & terram: & veniet desideratus cunctis gentibus: vt ab Oriente & Occidente venient, vt recumbant cum Abraham, Isaac & Iacob: & petræ scissæ sunt id est, dura corda gentilium, siue petræ vniuersa vaticinia prophetarum, qui & ipsi à petra Christo cum Apostolis petræ vocabulum acceperunt, vt quicquid in eis duro legis velamine claudebatur, scissum pateret gentibus. *Tomo tertio Epistola 150. ad Hedibiam, quæstione 8.*

Aggæi 2.

Matt. 8.

Vetus testamentum est in litera nouum vero in spiritu.

DVO testamenta vnum in litera, alterum in spiritu; vt qui prius in carne seruierant cerimonijs legis abolitæ, postea seruirent in spiritu mãdatis Euangelij sempiterni. *Tom. 3. Epist. 151. ad Algasiam quæstione 9.*

CORRIPIT se propheta, imo sub persona sua aliorum confitetur errorem, qui sequentes occidentem literam, contemnunt spiritum viuificantem, & iniquè fecisse se dicit, vt non audiret legem spiritualiter, sed econtrario festinaret Dei sacramenta non cernere, nec diceret cum Dauid. Reuela oculos meos & considerabo mirabilia de lege tua. Iccirco errat cor eorũ, & Iudaica superstitione completum, non in charitate DEI, sed in timore consistit, vt habeat spiritum seruitutis in timore: & nequaquam spiritum adoptionis, in quo clamamus, abba pater. Vnde præcipitur ei, vt accedat ad mensam ciborum spiritualium comedantque omnes in ea, qui illius sequũtur exemplum, & bibant: & veteri errore contempto, consurgant in spiritu, qui iacebant in litera, & fiant principes dicantque cum propheta: Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuę coronasti nos. *Tomo quarto libro septimo Commentariorum in cap. 21. Esaiæ.*

Psal. 118.

Noua lex libertatis & charitatis vetus est timoris & seruitutis.

Rom. 8.

Psal. 5.

PRÆCIPITVR Esaiæ prophetæ vt ingrediatur ad Sobnam præpositum templi, id est, quæstorem & dispensatorem thesaurorum domus Dei. Sochen autem interpretatur vel tabernaculum vel pastophorion, hoc est, thalamum, in quo habitat præpositus templi. Quis est autem alius, qui habitauit in tabernaculo Iudæorum, & in domo quondam Dei, nisi Iudaicæ legis sermo & tradito, quæ in veteris instrumenti lectione versata est? Huic itaque traditioni atque doctrinæ dicitur: Quid hic agis? Cur tibi vis ædificare domum in occidente litera: & tabernaculum tuum, quod non habet fundamentum in petræ figere firmitate: quod non tam tabernaculum & domus, quam sepulchrum & memoria appellandum est? Propterea autem dico tibi, quod in excisione sepulcri non debeas laborare: quia transferet DOMINVS sacerdotium tuum, sicut transferri solet gaber id est, vir vel gallus gallinaceus. Sicut gallus gallinaceus humeris portitoris de alio loco transfertur ad alium: sic te Dominus de loco tuo leuiter transportabit. Et quomodo si sphæra mittatur in declini loco atque spacioso stare non potest, sed in immensum voluitur: sic omnis populus tuus in orbis terminos spargetur. Ibique morieris cum litera tua: & omnis gloria tua & currus, quibus in clytus antea ferebaris, & domus Dei splendor vertetur in ignominiam. *Tomo quarto libro septimo Commentariorum, in caput vigesimum secundum, Esaiæ.*

Sacerdotiũ Iudæorum transferendum similib. declaratur.

CANITE canticum nouum nequaquam in literæ vetustate, sed in nouitate spiritus. Nec solum in veteri instrumento, sed & in nouo, laus eius penetret vsque ad extrema terræ. *Tomo quarto libro duodecimo Commentariorum in caput quadragesimum secundum Esaiæ.*

Iudæi legis habentes literã & Christiani spiritum.

NVLLI dubium eandem esse hæreditatẽ populi gentium & Iudæorum: si tamen conuersi fuerint ad verum cultum Dei Israel, quod propriè possidet nomen Christianum, habentibus Iudæis legis literam, & nobis spiritum: illis tenentibus membranas, & nobis eum, qui scriptus est in membranis. *Tom. 4. lib. 14. Commentar. in caput 47. Ezechielis.*

VSQVE ad aduentum saluatoris arida manus in synagoga fuit Iudæorum, & Dei opera nõ fiebant in ea: postquam ille venit in in terras, reddita est in Apostolis credentibus dextera, & operi pristino restituta. *Tom. 6 lib. 2. Commentari. in cap. 12. Matthæi.*

Arida manꝰ Iudæorum in synagoga ad Christi aduentum.

HOC toto sermonis sui contextu agit vt doceat se Hebræum ex Hebræis, omnia quondam legis opera seruantem, circuncisum octaua die secũdum legem Pharisæorum: nihilominus tamen ob Christi gratiam cuncta contemnere voluit Paulus vt maneret apud Galatas Euangelij veritas, quę non esset in litera, sed in spiritu: non in carnali sensu, sed in intelligentia spirituali: nec in manifesto Iudaismo, sed occulto. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 2. ad Galatas.*

In veteri testamento sensus carnalis in nouo intelligentia spiritualis.

Articulus VII. In vtroque pariter testamento, & amandam proponi Dei bonitatem, & timendam seueritatem: magis tamen in veteri seueritas, & in nouo gratia, bonitas & clementia Dei exhibetur.

VIX pro iusto quis moritur.] Qui simpliciter hunc exponit locum, hoc potest dicere, quod in veteri lege, in qua iustitia est, vix pauci inuenti sunt, qui suum fuderint sanguinem. In nouo autem instrumento, in quo bonitas est atque clemẽtia, innumerabiles extiterunt martyres. *Tomo tertio Epistola centesima quinquagesima prima ad Algasiam quæstione 7.*

In veteri lege iustitia, in noua clemẽtia.

QVOD tempus fuerit gentilis populi dispergendi:

Seueritas legis antiquæ Euangelij gratia temperata.

gendi: & tempus rursum in Ecclesiam congregãdi: legi in quodam libro, iuxta LXX. tamen interpretes, qui dixerunt: tempus mittendi lapides & colligendi: seueritatem legis antiquæ Euangelij gratia temperatam. Lex quippe rigida, non benigna, non parcens peccantem interficit, Euangelij gratia misereturr, & ad pœnitentiam prouocat. Et esse hoc tempus mittendorum lapidum siue congregandorum, quod lapides mittantur in lege, colligantur in Euangelio. *Tom. 5. Comme. in ca. 3. Ecclesiastis.*

Diuersimodè sibi desponsauit Deus Ecclesiam in lege veteri & in noua.

IN monte Sinai desponsabat sibi Deus Ecclesiam, dans ei pro sponsalibus legis iustitiam, atque iudicium, & iunctam lege misericordiam. In nouo testamento desponsatur Ecclesia Christo nequaquam in legis iustitia, sed in fide & gratia Euangelij. *Tom. 5. lib. 1. Commentariorum in caput secũdum Oseæ.*

Misericordia & veritas sibi inuicem misceantur.

NEC veritas absque misericordia sustineri potest, & misericordia absque veritate efficit negligentes: vnde alterum misceatur alteri: quæ qui nõ habuerit, consequenter Dei notitiam non habebit. *Tomo quinto libro primo Commentariorum in caput quartum Oseæ.*

Exod 21.

PRÆCIPITVR vt seminent in iustitia id est, in lege: metatę misericordia, id est, gratia Euangelij: ibi enim oculum pro oculo, dentem pro dẽte: hic legimus, Qui te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram. Vtrunque recipiendum testamentum: in veteri iustitia seminatur, in nouo misericordia. *Tom. 5. lib. 2. Comment. in cap. 10. Oseæ.*

In veteri testamento iustitia seminatur in nouo misericordia

APOSTOLIS virga legalis excussa est de manibus & seueritas legis Euangelij clementia temperata: *Tom. 5. libr. 2. Commentariorum in caput septimum Michææ.*

Seueritas legis Euãgelij clementia temperata.

QVATVOR prophetæ in duodecim prophetarum volumine sunt: è quibus tres in principio Ἁμμα. 1. pondus titulum habent: Nahum, Habacuc, & Malachias. Porrò Zacharias in medio & circa finem duos huiusmodi ponit titulos. *Tomo. 5. in Proœmio seu prologo in librum primum Habacuc.*

DEVS misericordia iustitiam temperat & iustitia misericordiam. *Tomo. 5. Commentariorum, in cap. 3. Malachiæ.*

In euangelio peccatorum auferuntur exordia. in noua lege culpa emendatur.

IN lege retributio est in Euangelio gratia; ibi culpa emendatur, hic peccatorum auferuntur exordia. Non est alius Deus legis & alius Euangelij, quia & ibi & hic mansuetudo docetur. *Tomo sexto, libr. 1. Commentariorum, in cap. 5. Matthæi. Cano. 7.*

Veteris testamenti contra hæreticos defensio

NVLLAM puto in veteri legi tam trucem tam cruentam in aliquos esse sententiam, quam vtinam abscindantur, qui vos conturbant. Facit itaque hic locus contra hæreticos Marcionem, Valentinum, & omnes, qui contra vetus latrant testamentum: qua ratione illi, qui creatorem sanguinarium, seuerum, bellatorem, & tantum iudicem criminantur, hoc in Apostolo Dei boni valeant excusare. *Tom. 6. lib. 3. Comment. in cap. 5. ad Galatas.*

Seueritas nõ tantum in veteri lege, sed & in noua reperitur.

O quam præclara amicitia. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi. Peccatores: audi quid dicat, misericordia. Sanctus, audi quid dicat, & veritas. Nec si peccatores, desperes, nec si iustus es, superbias. Vel misericordia est in populo gentilium, veritas in populo Iudæorum, quia quod promissum est patribus, completur in filijs misericordia ipsum est quod pax: veritas ipsum est quod iustitia. *Tom. 7. Com. in 1 sal. 84.*

Quod promissum patrib. completur in filijs.

Articulus VIII. Præcepta morum veteris testamenti siue Decalogum in nouo testamẽto non esse abrogatum.

ATTI. Nequaquam obseruandum est, quod in lege præcipitur? Crito. Quædam obseruanda, quædam prætermittenda sunt. Atticus. Quoniam te video esse doctissimum, dic mihi quæ de veteri testamento obseruare debeam, & quæ relinquere. Critobu. Mandata obseruare debemus, quæ ad vitam & mores pertinent corrigendos: de quibus dictum est: Mandatum Domini lucidum illuminans oculos. Quę autem ad cerimonias legis & ritus sacrificiorum pertinent, relinquenda sunt. *Tom. 2. lib. 2. Dialogorum aduersus Pelagianos.*

Moralia præcepta legis manent ab rogata, sed sabbata cæremonialia. Psal. 118.

ABOLITIS legis cerimonijs, & duro ponderе veterum præceptorum, repromittitur Euangelij gratia: legem Dominus pollicetur, vt omnes eum nouerint à minimo vsque ad maximum dicens. Dimittam peccata eorum, & iniquitatum illorum vltra memor non ero. *Tom. 2, lib. 2. Dialog. aduersus Pelagian. cap. 11.*

MAGNA mihi videtur esse quæstio quid sit esse sub lege sic, quemadmodũ Apostolus culpat. Neque enim propter circũcisionem hoc arbitror eum dicere: aut illa sacrificia, quæ tunc facta à patribus, nunc à Christianis non fiunt, & cetera huiusmodi, sed hoc ipsum etiam quod lex iubet. Non concipisces: quod fatemur certè Christianos debere obseruare, atque Euangelica maximè illustratione prædicari. Legem dicit esse sanctã, & mandatum sanctum, & iustum & bonum. *Tomo secundo Epistola nonagesima septima quæ est Augustini ad Hieronymum.*

Moralia Decalogi præcepta manent cæremonialia non item.

AN non tibi videatur quotidie inueterare opera sua, qui præteritorum oblitus, in futura extenditur? Vnde vetus & nouum dicitur testamentum: non quò vetus pereat: sed quo nouo aliud non succedat. *Tom. 4. lib. 18. Commentari. in cap. 55. Esaiæ.*

Vetus testamentum non periit, & nouo aliud non succedit.

IN consummatione tabernaculi, & ædificij tẽpli, quod à Salomone constructum est; apparuit gloria Domini: quæ postea Euangelicæ gloriæ comparatione destructa est: dicente Apostolo: Etenim non est glorificatum, quod glorificatum est in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod destruitur, per gloriam est: multo magis, quod manet in gloria est. Cauendumque ne destructionem prioris gloriæ abolitionem putemus: sed sic sentiendum, quod postquam venerit, quod perfectum est, id quod ex parte fuerat, destruetur: veluti solis radijs si lampadem comparesaut lampadis lumen lucernę. Quamobrem & de Ioanne Baptista dicitur. Ille erat lucerna lucens in domo. Postquam autem venit sol iustitiæ, lucernæ lumen absconditum est: dicente ipso propheta atque baptista. Illum oportet crescere, me autem minui. *Tomo quarto libro decimo tertio Commentariorum in caput quadragesimum quartum Ezechielis.*

3. Reg. 8.

2. Cor. 3.

Quomodo cõparatione Euangelicæ gloriæ abolitus sit veteris testamenti gloria elegãti similitudine demõstrat.

EX Decalogo veteris instrumenti ad Euangelicum peruenitur sacramentum: sic vt & vetus testamentum constringatur in nouo, & nouum in veteri dilatetur. *Tomo quarto libro decimo quarto Commentariorum in caput quadragesimum octauum Ezechielis.*

Vetus testamentum constringitur in nouo, & nouum in veteri dilatatur.

AD Ecclesiam, Christi testimonia legis & prophetarum eloquia transcenderunt. *Tomo 5. lib. 2. Com. in cap. 7. Michææ.*

VETVS & nouum instrumentum sibi vtrunque iungetur. Iuncta quidem sunt duo testamenta legis & Euangelij: sed ita iuncta vt magis vicina sint, quam vnita. Multa enim veteris legis amisimus, & nouæ gratię suscepimus. *Tomo 5. lib. 3. Com. in cap. 14. Zachariæ.*

Multa veteris legis amisimus, & nouæ gratiæ suscepimus.

Christus addebat quæ minus erant in lege, & quæ erant in lege commutabat.

SCRIBAE ea docebant populos, quæ scripta sunt in Moyse & prophetis. Iesus vero quasi Deus & Dominus ipsius Moysi, pro libertate voluntatis suæ, vel ea quæ minus videbantur in lege addebat: vel commutans prædicabat in populos vt supra quoque legimus: Dictum est antiquis: ego dico vobis. *Tom. 6. lib. 1. Commentariorum in caput 7. Matthæi.*

Sup. c. 5.

SI vis ad vitam ingredi serua mandata: Non homicidium facies. Non adulterabis, Non furtũ facies, Non falsum testimonium dices: &c. vide. *Tomo sexto libro tertio Commentario. in caput decimumnonum Matthæi.*

Omnis moralis & cerimonialis legis varietas completur in charitate.

TANTVM bonum est charitas & omnis lex moralis & cerimonialis legis varietas & difficultas spiritualiter intellecta in ea compleatur. *Tom. sexto libro tertio Commentariorum in caput quintum ad Galatas.*

Articulus IX. Quo sensu dicantur Christiani mortui legi, vel non esse sub lege.

ALIVD est per legem mori, aliud legi mori. Qui enim legi moritur, viuebat ei antequã moreretur, obseruans sabbatha, & neomenias, & dies festos, & victimarum typicam curiositatem, & fabulas Iudaicas, & genealogias. Postquam autem venit Christus & lex de qua scriptum: Scimus quia lex spiritualis est, per Euangelicam legem, legi pristinæ mortuus est, & anima, quæ secundum id quod scribitur ad Romanos: Viro viuente, si nupsisset, adultera vocabatur, mortuo viro suo, id est, lege veteri, nupsit legi spirituali, vt fructificaret Deo. Vnde & in Osee ad eam dicitur: Ex me fructus tuus inuentus est. Cui pulchrè mysticum illud infertur: Quis sapiens & intelligit ista, intelligens & cognoscet ea? Qui per legem igitur spiritualẽ legi literæ moritur, Deo viuit, cum non sit sine lege DEI, sed in lege sit Christi. Qui vero legi moritur ob peccata, mortuus quidem est, sed non potest de eo dici, quod sequitur, vt viuat Deo. Esse autem aliam legem spiritualem extra legem literæ & alibi Apostolus docet, dicens: Itaque lex quidem sancta & mãdatum sanctum, iustum & bonum. & Ezechiel ex persona Dei: Eduxi, inquam, eos id est, populum Iudæorum de terra Aegypti, adduxi eos in desertum: & dedi eis præcepta mea, & iustificationes meas ostendi eis: quas faciet homo & viuet in eis. De ea vero lege quæ iram operatur, cui & Apostolus mortuus est, postea infert: & ego dedi eis præcepta non bona, & iustificationes, in quibus non viuent in eis. Idipsum significatur & in psalterio, Quoniam non cognoui literaturam, introibo in fortitudinem Domini. *Tomo sexto libro primo Com. in cap. 2. ad Galatas.*

Rom. 7.

Osee. 14.

Ibidem.

Extra legẽ literæ alia lex spiritualis est et vna hac viuente altera moritur.

Rom. 7.

Ezech. 20.

QVAERITVR hoc loco, si quicunque spiritu ducitur, non est sub lege: vtrum Moyses & prophetæ, vel spiritu acti sint, & sub lege vixerint; quod Apostolus negat: aut habentes spiritum sub lege non fuerint, quod Apostolus hic affirmat: aut quòd est, tertium sub lege viuentes, spiritum non habuerint, quod de tantis viris nephas est dicere. Ad quod nos breuiter respondebimus: Non idem esse sub lege esse: & esse quasi sub lege: quomodo non idipsum est in similitudine carnis peccati, & in carne esse peccati. Nec idem sonat verus serpens, & in ænei similitudo serpentis, quem Moyses in eremo suspendit. Sic igitur & sanctos prophetas & Moysen ambulates spiritu, & spiritu viuentes, non sub lege esse, sed quasi sub lege vixisse, vt ipsi viderentur quidem esse sub lege: sed, eos qui sub lege erant, lucrifacerent, & ab humilitate literæ ad altitudinem spiritus prouocarent. Nam & Paulus, qui Iudæis factus est Iudæus, & omnibus omnia, vt omnes lucrifaceret: non dixit factus sub lege, sed quasi sub lege, vt ostenderet se non veritatem legis, sed similitudinem custodie. ſSic Christus abusiuè & impropriè fuit sub lege: Sicut Beata Maria κατ᾽ ἐξοχὴν mulier vocatur. vide plura. *Tom. 6. lib. 3. Com. in ca. 5. ad Galatas.*

An Moyses & prophetæ sub lege vixerint & quo modo.

Responsio.

Num. 21.

1. Cor. 9.

Articulus X. Veriusque testamenti pariter finem esse charitatem.

ABREVIATVS atque perfectus sermo Euangelicus: qui pro cunctis laciniosæ legis ceremonijs, dedit præceptum breuissimum dilectionis & fidei, vt quod nobis fieri noluerimus, ne fecerimus alteri. Vnde & Dominus in Euangelio In his, inquit, duobus mandatis pendet omnis lex & prophetæ. *Tom. 4. lib. 4. Commentario. in cap. 10. Esaiæ.*

Verbum abbreuiatum est charitas.

Matt. 22.

PANIS arctus & aqua breuis iuxta Apostolum Paulum, & hunc eundem Esaiam prophetam Euangelicus sermo prædicitur, qui pro laciniosis legis obseruationibus, atque mandatis, in vno verbo recapitulauit omnia: Diliges proximum tuum sicut teipsum: consummatum enim & abbreuiatum sermonem fecit Dominus super terram. *Tomo quarto libro nono Commentariorum, in ca. 30. Esaiæ.*

ad Gal. 5. Esaiæ. 10.

Rom. 9. c.

Tota lex & prophetæ ex charitate pendent. Matt. 22.

NON prodest circuncisio, sed fides quæ per charitatem operatur: Vt & fides quæ Abrahæ reputata est, in iustitia comprobetur, & omne opus fidei in charitate ponatur, tota lege & prophetis ex charitate pendentibus. In his siquidem duobus præceptis: Diliges Deum tuum & diliges proximum, Saluator asseruit legem prophetasque consistere. Et Paulus in alio loco: Etenim non adulterabis, non furaberis, non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur. Diliges proximum tuum sicut te. Si ergo omne mandatum in dilectione completur & recapitulatur: fides autem per charitatem operata valet plurimum, manifestum est operationem fidei per charitatem, plenitudinem mandatorum omnium continere. *Tomo sexto libro secundo Commentariorum in caput quintum ad Galatas.*

1. Cor. 6.

Operatio fidei per charitatem plenitudinem omnium mãdatorum continet.

Articulus XI. Euangelica gratia, quæ est caritas diffusa in cordibus nostris legem impleri.

QVAE alia inter fructus spiritus debuit tenere primatum nisi charitas, sine qua aliæ virtutes non reputantur esse virtutes, & ex qua nascuntur vniuersa quæ bona sunt. Si quidem & in lege & in Euangelio ista obtinet principatum. Dili-

Deuter 6.

Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, & diliges proximum tuum tanquam teipsum. Quantis bonis referta sit charitas, & supra breuiter perstrinximus, & nũc vel parũ dixisse sufficiat quod dilectio non querit quæ sua sunt, sed quæ aliena. Et quamuis suo quis vitio inimicus sit diligenti, & tranquilitatem eius ad odiorum fluctus concitare nitatur, tamen nunquam ille turbatur, nunquam creaturam Dei odio dignam æstimat. Charitas enim operit multitudinem peccatorum, *Tomo sexto libro tertio Commentariorum in caput quintum ad Galatas.*

Plurimis bonis charitas referta.

Omnis priscæ legis varietas in Christi iuper hominis dilectione impleta est.

MIHI videtur de Deo dici. Ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Quæ tormenta dicuntur scripturis sanctis peccatori præparata? Nihil gehenna calidius est, & tamen ipsa frigida est. Gehenna ex igne est. Sed si quis à charitate refrixerit, mittitur in gehennæ ignem. scriptũ est. Quoniam in nouissimis diebus refrigescet charitas multorum. Quicunque ergo sic refrixerit ille mittitur in ignem. Dominus nobis præstet ne quando frigus ingrediatur corda nostra, non peccamus nisi ante refrixerit charitas. Deniq; quid loquitur Apostolus? Spiritu feruentes. & Deus noster ignis est. Si ergo Deus noster ignis est, ideo ignis est, vt frigus diaboli eijciat. Si cuius anima refrixerit, vt Aquilo ventus frigidissimus est. Quando autem calor charitatis in corde nostro refrigescit? Si peccauerit, si refrixerit, si mortuus fuerit. Diligenter attendite quæ dico: si refrixerit, si mortuus fuerit. Refrigescere autem mortuorum est: calere viuentium. Si quis ergo refrixerit & mortuus fuerit, mittet Deus verbum suum, & liquefaciet eum. Dominus præstet, vt & nostrum frigus liquefiat, vt crystallum illud soluatur, & molle fiat. *Tomo septimo Commentariorum in Psalmum 147.*

Matt. 24.

Rom. 12.

Deut. 4.

Articulus 12. Quomodo intelligendum illud Apostoli: Plenitudo legis charitas.

TANTVM bonum est charitas, vt omnis lex in illa recapitularetur. Enumerat & in alio loco charitatis bona, dicens: Non zelatur, non agit perperam. Multisque in medio replicatis, in fine concludit: Omnia sperat, omnia sustinet: charitas nunquam excidit. & saluator in Euangelio, hoc signum ait fui esse discipuli, vt diligat proximum Quod quidem puto non solum hominibus, sed etiam angelis conuenire. Alijs verbis id ipsum dicitur: Quæ vobis fieri non vultis: alij ne feceritis: & quæ vultis vt vobis faciant homines, & vos hęc eadem eis facite similiter. Nolo adulterari vxorem meam: nolo substantiam diripi: nolo me falso opprimi testimonio & vt cuncta breui sermone comprehendam, indignè fero aliquid mihi fieri quod iniustum est. Hæc eadem si per charitatem in me operantem, vel fecero alteri, vel voluero, lex omnis impleta est Nec difficile est docere quomodo vniuersa præcepta secundæ tabulæ vna charitatis obseruatione teneantur: Hoc ostendere est arduum: quomodo hostiæ quoque, quæ in Leitico sunt præceptæ, & ciborum vel abstinentia, vel permissio: cùm alia munda, alia immunda: solennitatum quoque iugis per annum recursus, in vno charitatis præcepto recapitulentur: Nisi fortè quis illò se transferat, vt affirmet legem spiritualem esse, & imaginibus nos & exemplaribus cœlestium deseruisse, antequam verus Pontifex adueniret: qui postquam semel seipsum offerens victimam, suo nos sangui ne redemit, omnis illa priscæ legis varietas & difficultas, in ipsius super homines dilectione impleta est. In tantum quippe pater amauit mundum, vt filium suum charissimum & vnigenitum daret pro nobis. Ei autem qui semel spiritu viuens opera carnis mortificauit, & à Saluatore dilectus, nequaquam seruus, sed amicus vocatur. non est vltra lex posita: quæ impijs & peccatoribus & non subiectis & nepharijs constituta est. At nunc cùm omnia quæ difficiliora sunt, vel modica ex parte faciamus: hoc solum non facimus: quod & factu facilius est, & absque quo cassa sunt vniuersa quæ facimus. Ieiunij corpus sentit iniuriam: vigiliæ carnem macerant, eleemosynæ, labore queruntur: sanguis in martyrio, quamuis ardeat fides. tamen sine dolore & timore non funditur. Hæc omnia sunt qui faciant: sola charitas sine labore est. Et quia sola cor mundum efficit: à diabolo expugnatur in nobis, ne DEVM pura mente videamus. Quando enim sedens loquor contra fratrem meum, & contra filium matris meæ ponam scandalum: quando aliena torqueor felicitate, & bonum meum malum facio, nonne hoc quod sequitur, in me completur: Si inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini? Charitatis rara possessio est. Quis vult ipse esse Anathema à Christo pro fratribus suis Apostolum sequens? Quis cum lugentibus lugens: cum gaudentibus gaudens, alieno vulnere vulneratur? Quis fratris morte perimitur? Omnes magis amatores nostri quam Dei sumus. Videsit quantum bonum charitas. Si ita martyrium fecerimus, vt nostras velimus ab hominibus reliquias honorari, si opinionem vulgi sectantes, intrepidi sanguinem fuderimus, & substantiam nostram vsque ad mendicitatem propriam dederimus: Huic operi non tam præmium quàm pœna debetur, & perfidiæ magis sunt tormenta, quàm corona victoriæ. *Tomo septimo, lib. 3. Comment. in cap. 5. ad Galatas.*

Vniuersa præcepta secundæ tabulæ vna charitatis obseruatione continentur.

Cæremonialia spiritualiter intellecta in vno charitatis præcepto recapitulantur.

1. Cor. 13.

Matt. 22.

BEATVS Ioannes Euangelista, cum Ephesi moraretur, vsque ad vltimam senectutem, & vix inter discipulorum manus ad Ecclesiam deferretur: nec posset in plura verba vocem contexere, nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc: filioli diligite alterutrum. Tandem discipuli & fratres qui aderant, tædio affecti, quod eadem semper audirent, dixerunt? Magister quare hoc semper loqueris? Qui respondit dignam Ioanne sententiam: Quia præceptum Domini est, & si solum fiat, sufficit. *Tom. 6. lib. 3. Comm. in cap. 6. ad Galatas.*

Obseruat Apostolos Collectas obseruasse quas de re vide in Liturgicis & Amelij et in scriptoribus diuinorum Officiorum.

Sola charitas sufficit.

TVRPITVDO, Stultiloquium, scurrilitas, omniaque vitia à sanctis viris penitus propellenda, quibus magis conuenit flere atque lugere, vt in Hebraico quoque Euangelio legimus Dominum ad discipulos loquentem. Et nunquam, inquit, læti sitis: nisi cum fratrem vestrum videritis in charitate. *Tom. 6. libr. 3. Commentariorum in cap. 5. ad Ephesios.*

Nunquam læti simus nisi fratrem videremus in charitate.

Articulus XIII. Veterem legem eandem fieri cum noua si charitate debita impleatur.

Fons legis amarus in dulcorē gratiæ et charitatis vbertatē cōuertendus. 4. Reg. 2.

PAVLA intuita est castra Galgalæ, & aceruum præputiorum, & secundæ circuncisionis mysterium: & duodecim lapides, qui de Iordanis illinc translati alueo, duodecim Apostolorum fundamenta firmauerant, & fontem quondam legis amarissimum & sterilem, quem verus Helisæus sua condiuit sapientia, in dulcorem gratiæ & charitatis, vbertatemque conuertit. *Tomo primo, Epistola 27. ad Eustochium in Epitaphio Paulæ matris.*

Articulus 14. Euangelicam gratiam, per quam iustificati & saluati sunt, etiam in veteris testamenti sanctis Patribus, Patriarchis, Prophetis & Regibus fuisse.

Omnes retro sancti per veteris testamenti ceciderunt fuisse merito, cum nūc sint Christiani. Omnibus temporibus, ante legem, in lege, & in Euangelio nēs sancti Dei gratia saluati sunt.

PAVLISPER de veteri testamento exempla distuleram, quia solent vbicunq; contra eos facit, dicere, Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem, cæterū quis ignorat, sub altera dispensatione Dei omnes retrò sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc sunt Christiani. *Tom. 2. li. 2. contra Iouinia. c. 3.*

QVOD autem dixit in generatione & generatione, scilicet Deum esse refugium nostrū, & eius gratia nos saluari, omnia significat tempora, ante legem, in lege, & in Euangelij gratia, vnde & Apostolus dicit. Gratia saluti facti estis per fidem: & hoc non ex vobis, sed ex dono Dei est. *Tom. 3. Epistola 139. ad Cyprianum.*

QVAERITVR quomodo Ecclesia de gētibus Patres habere possit, Abraham, Isaac, & Iacob: cū ei suprà dictum sit: obliuiscére populum tuum, & domum patris tui. Legamus Euangelium: Nolite dicere patrem habemus Abraham: Potens est Deus de lapidibus istis, hoc est, de duro cordo gentilium, suscitare filios Abrahæ. & in alio loco: Si filij essetis Abrahæ, opera Abrahæ faceretis. & in Genesi ad ipsum Abraham loquitur Deus. In semine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes. Sicut enim ille in præputio ex fide iustificatus est: ita & nos iustificabimur ex eadem fide, si habuerimus fidem & opera patris nostri Abraham. *To. 3. Epistola 140. ad Principiam.*

Ioan. 8. c.

Genes. 12. Ex fide & operibus sicut Abraham, ita hodie iusti iustificatur Christiani.

FORCIPES secundum interpretes cæteros, licet in sacerdotali suppellectile semper fuerint, diuersas gratias debemus accipere, quibus multifariè, & multis modis olim Deus Patribus nostris loquutus est in Prophetis. *To. 3. Epi. 143. ad Damas.*

IN Esaia. Faciam in deserto viam, & in inuio flumina. & in alio eiusdem loco manifestius. Apparebit in Sion fluuius decurrens, gloriosus in terra sitienti. Super hunc fluuium erant arbores plurimę ex vtraq; parte ripę: vt inter duo scilicet instrumenta vetus & nouum, clausus curreret fluuius. *Tom. 4. libr. 14. Commentariorum in cap. 47. Ezechielis.*

Esaiæ. 41. Esaiæ. 32. Inter duo instrumēta vetus & nouū currit fluuius gratiæ.

CANDELABRVM aureum solidum, legem, id est, νόμον interpretantur: Lampadem autem, id est, flammam in vertice candelabri lucentem, atque fulgentem Christum, qui sit caput legis, & omnem mundum illuminet. Septem lucernas super candelabrum, septem gratias Spiritus sancti: de quibus suprà diximus quod in lapide vno septem oculi sint. Nulli enim dubium, quin lex Spiritu sancto dictante conscripta sit. Septem autem infusoria, in quibus oleum sit quod mittatur in lucernas, quæ super candelabro luceant, hoc intelligi volunt, septem istas gratias de cœlo ad homines per legem descendere. Duas autem oliuas super candelabrum à parte dextera & sinistra, inter quas media lampas luceat, legem & Prophetas interpretantur. *Tom. 5. lib. 1. Commentariorum in cap. 4. Zachariæ.*

Nota gratiā non solūm Euangelio, sed etiā in lege & Prophetis operari.

QVOD autem dixit. Exæquabit gratiam gratiæ eius: hoc significat. Nos omnes de plenitudine eius accepimus, & gratiam pro gratia, id est, pro gratia legis, gratiam Euangelij, vt æqualem gratiam; & par munus, & ex Israel credentes accipiant, & populus Ethnicorum. Vnde & Gabriel loquitur ad Mariam: Inuenisti gratiam apud Deum. Et Paulus Apostolus scribit: Gratia saluti facti estis. & Ioannes Euangelista. Lex, inquit, per Moysen data est: gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est. *Tom. 5. libr. 1. Commentariorum in caput 4. Zachariæ.*

Pro gratia legis vberiorē gratiā Euangelij accipimus. Lucæ. 1. Epheso. 2.

FILIOS Abrahæ accipiemus illos, de quibus loquitur Apostolus. Quotquot ex fide sunt, hi sunt filij Abraham. De multiplicatione filiorum Abraham. & Esaias mystico sermone testatur, dicens: Qui modicus est, erit in millibus, & qui parvulus est, erit in gentem magnam. Multiplicationem autem & benedictionem liberorum non accipiamus carnalem: alioquin Elias, & Helisæus & Hieremias, & baptista Ioannes, quo maior inter natos mulierum nō fuit, hac benedictione caruerunt, sed illam qua vocantur ad fidem multitudinis nationum. Longè fuit omnium gentium multitudo: sed recordata est Dei: quia ex vno omnes parente generamur. Cumq; Apostolis in cunctis gentibus seminatis, gentes longè positæ Dei fuerint recordatæ, viuent cùm filijs suis: vt qui prius infidelitate mortui erant, fide viuere incipiant. Isti sunt filij, quos Paulus nutriuit in Euangelio scribens ad Corinthios. Lac vobis potum dedi. Et Petrus in dispersione scribit fidelibus, qui renati erant non ex semine corruptibili, per sermonē viuentis Dei & permanentis. sicut modo generati paruuli, vt rationabile lac concupiscerent, & in ipso crescerent in salutem. Ad hos filios scribebat & Euangelista Ioannes. filioli custodite vos ab idolis. *Tomo quinto libro 2. Commentariorum in cap. 10. Zachariæ.*

Rom. 9.

Esaiæ. 60. Multiplicatio filiorū Abrahæ per fidem et gratiam.

Hier. 51.

Sancti qui antiquitus fuerūt ex fide Christi fuerūt iustificati. Ioan. 8.

Hebræo. 11.

1. Cor. 3. 2. Pet.

1. Ioan. 3.

POST Moysen, cuius mandata diximus spiritualiter seruanda, Eliam dicit esse mittēdum. In Moyse legem, in Elia Prophetam significans, dicente Abraham ad quendam diuitem purpuratū Habent Moysen & Prophetas illos audiāt: & Dominus atque saluator transfiguratus in monte, loquentes secum habebat Moysen & Eliam in candidis vestibus, qui & dicebant ei quæ passurus erat in Hierusalem. Lex enim & omnis prophetarum chorus Christi prædicat passionem. Igitur ante diem iudicij mittet Dominus in Elia omnem Prophetarum chorum, qui cōuertat cor patrum ad filios, Abraham videlicet Isaac & Iacob, & omnium Patriarcharum: vt credant posteri eorum in Dominum saluatorem, in quem & illi crediderunt. Abraham enim vidit diem Domini & lætatus est, siue cor patris ad filium, id est, cor Dei ad omnem qui spiritum adoptionis acceperit. Et cor filiorum ad patres eorum, vt Iudæi & Christiani, qui nunc inter se discrepant, pari in Christum religione cōsentiant. Vnde dicitur ad Apostolos, qui seminarium in toto orbe Euangelij prodiderunt. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. *Tomo quinto Commentariorum in caput quartum Malachiæ.*

Luc. 16. Marc. 9.

Omnes sancti Patriarchæ & Prophetæ crediderunt in Dominum Saluatorem. Ioan. 8.

Iudæi & Christiani pari in Christiana religione consentiunt.

ELIAS Ioannes dicitur, nō secundū, stultos philosophos & quosdā hæreticos; qui μετεμψύχωσιν intro-

Ioannes baptista eandem spiritus sancti gratiæ mē suram habuit, quam Helias.

Exod. 3.

Esaiæ. 6. Sanctorū virorum quidā prophetæ & Apostoli qui dam prophetæ tantum. Ioan. 1. Hebræo. 1.

introducunt: sed quod iuxta aliud testimonium Euangelij venerit in spiritu & virtute Eliæ, & eandem spiritus sancti vel gratiam habuerit, vel mensuram. *Tom. 6. lib. 2. Commentariorum in caput vndecimum Matthæi.*

AIVNT Hebræi inter ipsos quoque Prophetas & sanctos viros esse quosdam, qui & Prophetæ, & Apostoli sint: alios verò qui tantùm Prophetæ. Denique Moysen, cui dicitur: & ego mittam te ad Pharaonem, & ipse respondeat: prouide alium quem mittas: Et Esaiam, cui loquitur Deus: Quem mittam, & quis ibit ad populum istum? esse Apostolos & Prophetas. Vnde & nos possumus intelligere Ioannem quoque Baptistam, & Prophetam, & Apostolum appellandum, siquidem ait Scriptura: Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Et in Epistola ad Hebræos, propterea Paulum solita consuetudine, nec nomen suum, nec Apostoli vocabulum, præposuisse, quia de Christo erat dicturus: Habentes ergo principem sacerdotem, & Apostolum confessionis nostræ Iesum: nec fuisse congruum, vt vbi Christus Apostolus dicendus erat, ibi etiam Paulus Apostolus poneretur. *Tom. 6. lib. 1. Comm. in cap. 1. ad Galatas.*

Sancti qui antiquitus fuerūt ex fide Christi fuerūt iustificati. Ioan. 8.

Hebræo. 11.

AIVNT quidam, si verum hoc sit quod Paulus affirmat, ex operibus legis neminem iustificari, sed ex fide Iesu Christi, Patriarchas & Prophetas, & Sanctos, qui ante aduentum Christi fuerint, imperfectos fuisse. Quos admonere debemus, eos hic dici iustitiam non consequutos, qui tantùm ex operibus iustificari se posse credant. Sāctos autem qui antiquitus fuerint ex fide Christi iustificatos. Siquidem Abraham vidit diem Domini & gauisus est. Et Moyses maiores diuitias arbitratus improperium Christi thesauro Aegyptiorum, aspicicbat in remuneratiōnē. Et Esaias vidit gloriam Christi, vt Ioannes Euangelista commemorat. & Iudas de omnibus generaliter. Commonere, ait, vos volo, scientes semel omnia: quoniam Iesus' populum de terra Aegypti saluans: secundo, eos qui non crediderunt, perdidit. *Tomo sexto, libro primo Commentariorum in caput secundum, ad Galatas.*

Ephes. 2. Antiquæ legū difficultates Euangelicorum dogmatum integritate mutauit. Matth. 18.

CONSIDEREMVS diligenter, quia non dixerit: Volo à vobis discere vtrum ex operibus spiritum accepistis, sed adiecerit, ex operibus legis. Sciebat enim & Cornelium, Centurionem spiritum ex operibus accepisse, sed non ex operibus legis, quam nesciebat. Si autem è contrario dicitur, ergo & sine auditione fidei accipi Spiritus sanctus potest. Nos respondebimus, accepisse quidem eum Spiritum sanctum, sed ex auditu fidei, & naturali lege, quæ loquitur in cordibus nostris, bona quæque facienda, & vitanda mala, per quam dudum quoque Abraham, Moysen, & cæteros sanctos iustificatos retulimus: quàm augere deinceps potest operum obseruatio, legis quoque iustitia non tamen carnalis legis, quæ præterijt, sed spiritualis, quia lex spiritualis est. *Tom. 7. lib. 1. Comment. in cap. 3. ad Galatas.*

Verbis Prophetarum paulus Iudæos in aduentum Christi erudiebatur. Ibidem sup. Psal. 33.

HAERES iste paruulus, qui nihil differt à seruo, cùm sit Dominus omnium, sub tutoribus est vsque ad præfinitum tempus à patre: totum humanum genus vsque ad aduentum Christi, & vt amplius dicam, vsque ad consummationem mundi significat. Quomodo enim omnes in protoplasto Adam, necdum nati moriuntur: ita & omnes etiam hi, qui ante Christi aduentum nati sunt, in secundo Adam viuificantur. Atque ita fit, vt & nos legi seruierimus in Patribus, & illi gratia saluentur in filijs. Iste intellectus Ecclesiæ Catholicæ conuenit, quæ & veteris & noui testamenti vnam asserit prouidentiam: nec distinguit in tempore, quos conditione sociauit. Omnes ædificati sumus super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, continente nos angulari lapide, Iesu Christo Domino nostro; qui fecit vtraque vnum: & medium parietem dissipans, inimicitiam vtriusque populi in sua carne destruxit, & antiquæ legis difficultatem Euangelicorum dogmatum integritate mutauit. Verè in Christo omnes vnus panis sumus, & duo consensimus super terram. Et quomodo nos super Prophetas fundati sumus: ita & Patriarchæ in Apostolorum fundamine constiterunt. Tutores autem & Actores possunt & Prophetæ accipi, quorum verbis quotidie in aduentum Saluatoris eruditabamur: sicut Pædagoga Moysi lex supra dicta est, & Angeli paruulorum, qui quotidie vident faciem patris, & interpellant pro eis. De quibus dictum est: Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum, & eruet eos. *Tom. 6. libr. 2. Comment. in cap. 4. ad Galatas.*

Sancti veteris testamenti legis sensum magis sequuti sunt legis, quàm litteram.

SANCTI viri & Prophetæ, & Patriarchæ veteris testamenti fecerunt quidem ea quæ legis erāt, sed sensum magis sequuti sunt legis, quàm litteram. Qui non minus quàm Abraham. sublato de facie velamento, cupierunt videre diem Christi, & viderunt, & lætati sunt: Absurdum quippe est Moysen & cæteros confabulatores Dei, in ea fuisse conditione, vt non credamus eis, & præfinitum tempus à patre venisse, & redemptos eos esse de seruitute legali, & adoptionem filiorū consequutos, & hereditatē cœpisse cum Christo. Quæcunq; enim toto humano generi sapiētia Dei qua si in filio præstitit: hæc eadem vnicuiq; sanctorū semper suo ordine & dispensatione largita est. *Tomo 6. lib. 2. Comm. in cap. 4. ad Galatas.*

Nota hāc aliā ream sententiam.

Quadruplex diuisio Iudæorum & gentium. Ioan. 11.

QVADRIFARIAM Iudæi & gentes diuiduntur. Alij sunt in carne circuncisi, & in spiritu, qualis Moyses & Aaron, Apostoli & Nathanael: cuius occultum Iudaismum Dominus intuens, ait: Ecce verus Israelita, in quo non est dolus: Alij qui nec carne, nec spiritu circuncisi sunt: qualis Nabuchodonozor fuit & Pharao, & hodie barbararum & Romanarum gentium multitudo, quæ non credunt in Deum. Tertij, qui sunt tantùm in carne circuncisi, & spiritum incircuncisum habent: ad quos Propheta dicit: Circuncidimini Deo vestro, & nolite circuncidere præputij carnem vestri. Extremi, de quibus nūc dicitur: quia aliquando vos in carne gentes, qui dicebamini præputium ab ea, quę dicitur circuncisio in carne manu facta, qualis vniuersa est hodie turba credentium, & totus è gentibus mundus est plenus. *Tom. 6. lib. 1. Comm. in cap. 2. ad Ephes.*

Hier. 4.

Anpatriarchæ et Prophetæ ignorauerint Christi mysterium. Ioan. 8. Genes. 22.

MYSTERIVM Christi, quod ex parte suprà Apostolus executus est, quomodo alijs generationibus fuerit ignotū, plenius tractandum videtur. vtrum ne Abraham, Iacob, Moyses, Esaias, & cæteri Prophetæ illud ignorauerint, an nō? A quibus esse Christi aduentū prædictum, & vocationē gentiū scriptura cōmemorat. Abraham quippe vidit diem eius, & lætatus est, & dicitur ei. Benedicentur in semine tuo omnes gentes. Et Iacob de eo, qui oriūdus esset ex Iuda propheticè loquitur. Et ipse erit expectatio gentium. Moyses quoque maiores

Genes. 49. maiores diuitias Aegypti thesauri, opprobrium Christi arbitratus est. Et Esaias: Ecce virgo concipiet in vtero,& pariet. Et alibi: Erit virga Iesse, & qui surget ad regnandum gentibus, in ipso gentes sperabunt. Et ne longum fiat, pauca de Psalmis dixisse sufficiat: & adorabunt in conspectu eius omnes familiæ gentium. Et iterum: Omnes gentes seruient ei. Et adhuc manifestius de populo Israel,& de Domino Saluatore: Visita vineam istam, & perfice eam, quam plantauit dextera tua, & super filium, quem confirmasti tibi. Cuius etiam corporis dispensatio in consequentibus indicatur. Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ,& super filium hominis, quem confirmasti tibi. Aut igitur iuxta Montanum Patriarchas & Prophetas in ecstasi locutos accipiendum, & nescisse quæ dixerint. Aut si hoc est impium (spiritus quippe Prophetarum Prophetis subiectus est) intellexerunt vtique quæ loquuti sunt. Et si intellexerunt, quæritur quomodo nunc Paulus dicat, quod alijs generationibus non fuit notum, fuisse Christi Apostolis reuelatum. Aut igitur illud est respondendum, quod cautè Paulus signanterque testatus est, filijs hominum ignotum fuisse mysterium, non filijs Dei, ad quos loquitur. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Quod scilicet hi qui filium adoptionis acceperint, de quibus Patriarchæ & Prophetæ fuerunt, Dei scierint Sacramentum: Aut si hoc non recipitur,& nimium violentum ac coactum videtur, illuc sermo transibit, vt dicat non definitè & generaliter dixisse Paulum alijs generationibus ignotum fuisse omninò Sacramentum, sed sic, quomodo nunc reuelatum est Sanctis eius & Apostolis nescisse Patriarchas veteres & Prophetas. Aliud est enim in spiritu ventura cognoscere, aliud ea cernere opere completa. Vnde & Ioannes Prophetis omnibus maior dicitur, quia quem cæteri prophetauerunt, ipse conspexerit, & digito demonstrarit, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Iuxta quem sensum & illud exponi potest. Multi iusti & Prophetæ cupierunt videre, quæ vos videtis: & non viderunt: & audire quæ auditis,& non audierunt. Hæc vtique & videre & audire cupiebant, quæ futura cognouerant. Quod si nesciebant ventura, quomodo desiderare poterant, quæ penitus ignorabant? Legimus in Regnorum libris, Dominum Salomoni in somnio pollicentem atque dicentem: Pro eo quod petisti à me verbum istud,& non petijsti dies multos, nec postulasti diuitias, nec animas inimicorum tuorum, sed petisti vt intelligeres,& audires iudicium. Ecce feci secundum verbum tuum, & dedi tibi cor prudens: & sapiens sicut tu, non fuit ante te,& post te, non surget similis tibi: Et quomodo quidam putant Apostolis Christi reuelatum esse mysterium, quod ignotum fuerit Salomoni, cùm Apostolis omnibus sapientiorem fuisse Salomonem, & retro Patriarchis vox diuina pollicita sit, qui de se ipse quoque loquitur confidenter. Deus docuit me sapientiam,& intellectum Sanctorum cognoui. Nec non & Dauid de scientia occulti mysterij gloriatur, dicens: Incerta & occulta sapientiæ tuę manifestasti mihi. Et ad eum, qui sibi de sapientia supplaudebat, Deus loquitur per Prophetam. Nunquid tu sapientior es Daniele? Aut ille igitur, de quo supra disseruimus, tenendus est sensus, ita Patriarchas & Prophetas, vt nunc Apostolis reuelatum est, Christi ignorasse mysterium, quia aliud sit tenere quid manibus, aliud futurum in spiritu præuidere. Aut dicendum, quomodo non sunt similes facies faciebus, sic nec corda esse cordibus: & iuxta Apostolum diuersa esse charismata: alium habere prophetiam, alium genera linguarum, alium dona curationum, alium opitulationes & gubernationes: illum esse sapientem, hunc fidelem, istum pollere scientia secretorum, illum simplici tantum scientia esse contentum. Neque enim omnes in exemplum Salomonis de naturis bestiarum & volucrum & herbarũ similiter sunt loquuti, vt disputarent à cedro Libani, vsque ad hyssopum, quæ exijt per parietem. E contrario Salomon non ita forsitan viderit vt Moyses omnes species victimarum, & culturæ Dei. Nec ei facie ad faciem sit loquutus Dominus, nec vasorum tantam vel habuerit vel intellexerit suppellectilem, quorũ typum illi in monte Dominus ostendit. Et quomodo Patriarchæ & Prophetæ habuerunt aliqua, quæ Apostolos non habuisse credendum est: sic è contrario pro opportunitate temporis, & pro Euangelij prædicatione, habuerunt Apostoli magis notum mysterium Christi. Quod scierunt quidem & sancti antiquitus viri, sed non ita vt Apostoli, quibus præ dicandi necessitas incumbebat. *Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 3. ad Ephesios.*

Ezech. 28.

3. Reg. 4.

Montani impia sententia. 1. Cor. 14.

Resũptio ad propositam quæstionem duplex.

Psal. 21.

Salomon omnib⁹ Apostolis sapientior.

Psal. 50.

Patriarchæ & Prophetæ tempore antecedunt, sed Apostoli antecedunt eos in spiritualibus.

AD viuendum in bonitate electorum tuorũ] hoc est, da nobis partem cum Apostolis. Quoniam nos quidem antecessimus eos in tempore: illi verò antecedent nos in spiritualibus.

Luc. 7. Ioan. 1.

ADlætandum in lętitia gentis tuæ.] Gens Domini nos sumus: si tamẽ gens ipsius sumus. Populo, inquit, qui nascetur quem fecit Dominus.

Matth. 13.

Sancti veteris testamenti cupiũt participes esse gratiæ Euangelicæ. Ioan. 8.

VT laudemur cum hæreditate tua. Hoc est, vt cũ Euangelio & nos habeamus partem, qui in veteri testamento & lege facti sumus participes. Abraham enim pater noster vidit diem tuũ, & gauisus est. Videamus ergo & nos & gaudeamus cũ hæreditate tua. *Tom. 7. Com. in Psal. 105.*

Articulus 15. Euangelium legi præferendum: siue de noui testamenti præ veteri præstantia ac dignitate.

Lex est Euangelio postponenda.

PEPERIMVS in lege cum Moyse: Moriamur in Euangelio cum Christo: ne legem Euangelio præferam⁹; ne puritatẽ virginitatis nuptijs putemus æquandam. *To. 3. lib. 1. aduersus Iouinian. cap. 16.*

Cauc. 1. c

ANTEQVAM resurgeret Dominus, & Euãgelium coruscaret, non habebat aurum sponsa, sed similitudines auri. Vnde sponsus in Canticis Canticorum docet spõsam, quod legis veteris vmbra transierit, & Euangelij veritas venerit: Surge, veni amica mea, speciosa mea, columba mea: quoniam ecce hyems transijt, pluuia abijt sibi. Hoc de veteri testamento. Rursum de Euangelio, & virginitate: Flores visi sunt in terra, tempus sectionis aduenit. Ficus protulit grossos suos: id est, veteris legis præcepta ceciderunt: & de Euangelio vites florentes dederunt odorem. Dum vultum tuum tegeres cum Moyse, & velamentum esset in lege; nec faciem tuam videbam; nec vocem tuam dignabar audire. Nunc reuelata facie, ò sponsa, contemplare faciem meam, & petræ firmissimæ tegere promurali. *Tomo secundo, lib. 1. aduersus Iouinianum, cap. 17.*

Euangelij supra legem præstantia.

CVM dixisset Origenes in quarto libro, περὶ ἀρχῶν, iuxta Ioannis Apocal. Euangeliũ sempiternum, id

Christi euangelium legis veteris sacramenta longe præcedit.

Galat. 3.

sium, id est, futurum in cœlis, tantum præcedere hoc nostrum Euangelium, quantum Christi prædicatio legis veteris Sacramenta, ad extremum intulit (quod & cogitasse sacrilegum est) pro salute dæmonum Christum etiam in aere passurum. Verba ipsius hæc sunt. Sicut per vmbram Euangelij vmbram legis impleuit: sic quia omnis lex exemplum & vmbra est cæremoniarum cœlestium, diligenter inquirendum, vtrum rectè intelligamus legem quoque cœlestem, & cæremonias superni cultus plenitudinem non habere, sed indigere Euangelij veritate, quod in Ioannis Apocalypsi Euangelium legimus sempiternum, ad comparationem videlicet huius nostri Euangelij, quod temporale est, & in transituro mundo ac sæculo prædicatum. Quod quidem etiamsi vsque ad passionem Domini inquirere voluerimus; quamquam audax & temerarium sit in cœlo eius quærere passionem: tamen si spiritualia nequitiæ in cœlestibus sunt, & non erubescimus crucem Domini confiteri propter destructionem eorum, quæ sua passione destruxit; cur timeamus, etiam in supernis locis, in consummatione sæculorum aliquid simile suspicari, vt omnium locorum gentes illius passione saluentur, sed dæmones Christi passione saluari mera blasphemia est. *Tomo secundo, Epistola 59. ad Auitum, capite quarto.*

Quomodo in veteri testamento noui testamenti elementa & prima exordia reperiantur similibus declarat.

ELEMENTA mundi, quibus mortui sumus, lex Moysi, & omne vetus instrumentum intelligendum est, quibus quasi elementis & religionis exordijs Deum discimus. quomodo enim elementa appellantur litteræ, per quas syllabas ac verba coniungimus, & ad texandam orationem longa meditatione procedimus; ars quoque Musica habet elementa sua; & Geometria ab elementis incipit linearum; & Dialectica atque medicina habent εἰσαγωγὰς suas: sic elementis veteris testamenti, vt ad Euangelicam plenitudinem veniat, sancti viri eruditur infantia. Vnde centesimus octauus Psalmus, vt omnes alij, qui litteris prænotantur, per Ethica nos deducunt ad Theologica, & ab elementis occidentis litteræ, quæ destruitur, transire faciunt ad spiritum viuificantem. Qui ergo mundo & elementis eius mortui sumus, non debemus ea obseruare, quæ mundi sunt: quia in altero initium, in altero perfectio est. *Tomo tertio, Epistola 151. ad Algasiam. quæstione decima.*

QVOD in lege imperfectum erat, in Euangelio inuocato nomine Iesu completur. *Tom. 4. li. 2. Comment. in cap. 4. Esaiæ.*

Matt. 3. Matt. 4.

DICITVR ad Principem Iudæorum vt conuertatur de lege ad Euangelium, & victimarum imaginibus derelictis, transferat se ad spiritualis sacrificij veritatem. *Tom. 4. libr. 7. Commentariorum, in cap. 22. Esaiæ.*

Matt. 9. Matt. 10.

ANTE accepimus spiritum seruitutis in timore, & postea electi in amicitiam Dei iungimur. *Tom. 4. lib. 12. Comm. in cap. 41. Esaiæ.*

Manichæus damnauit legẽ, nos eã nõ damnamus sed Euangelij legi præponimus.

HOC præcipio vobis, vt inter signa mea atque miracula, quibus Babylon vrbs potentissima diruta est, & quibus in mari rubro atque Iordane, populo meo aperta est via, nequaquam memineritis veterum, quoniam in Euangelio multo sum maiora facturus: quorum comparatione præterita sileri debeant. Nequaquam enim vltra in mari rubro, sed in deserto totius mundi reperiam viam. Nec vnus fluuius seu fons erumpet de petra, sed multa flumina, quæ non corpora, vt prius, sed animas sitientes reficiant, & impleatur illud, quod supra legimus: Bibetis aquas de fontibus Saluatoris. *Tom. 4. libro duodecimo, Commentar. in cap. 43. Esaiæ.*

Comparatione præteritorum multo maiora sunt parata in Euangelio.

Elegans cõparatio legis et euangelij.

MOYSES in abscondita solitudine vni tantum loquutus est populo. Apostolorum autem sonus in vniuersum orbem exijt, & verba eorum vsque ad terræ terminos peruenerunt. Non dixi, inquit, semini Iacob, frustra quærite me. Cœlorum enim illis regna promisi, & primum ad eos loquutus sum. Non veni nisi ad oues perditas, domus Israel. Et iccircò loquutus sum iustitiam, & annunciaui recta, siue veritatem, vt imaginibus legis & cæremonijs derelictis, sequerentur Euangelij veritatem. *Tomo quarto, libr. 13. Commentariorum in cap. 45. Esaiæ.*

Lex finitur euangeliũ finem caret.

QVOD olim in lamina monstrabatur, nunc in signo ostenditur crucis. Auro legis, sanguis Euangelij preciosior est. Tunc signum iuxta Ezechielis vocem gementibus figebatur in fronte: nunc portantes crucem Domini dicimus: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. *Tom. 3. Epist. 128. ad Fabiolam.*

Auro legis sanguis euangelij preciosior est.

Matth. 5.

MEA lingua in similitudinem scribæ velo-

quarto libro primo Commentar. in caput tertium Hierem.

Genes. 23. Psal. 104. Præstantia Euangelij præ lege.

NOS sumus & tribus & gens, & genus Domini regale, & sacerdotale: qualis fuit & Abraham, qui rex appellatus est, & cæteri sancti, de quibus scriptum est. Nolite tãgere Christos meos. Quid est quod iubetur audire? Quia lex, inquit, à me egreditur, & iudicium meum in lucem populorum siue gentium: Hic, lex Euangelij ostenditur spiritualis, quæ exiet de Sion; non Moysi, quæ olim in Sina data est. *Tomo quarto, lib. 14. Commentar. in cap. 51. Esaiæ.*

Lib. 6. de bello Iudaico c. 12. Omnes Iudæorum cærimoniæ non recesserunt sed transierunt.

APERTIS ianuis templi, vt refert Iosephus & sponte reseratis, quas multi homines vix poterãt claudere, vox de adytis templi exijt. Transeamus ex his sedibus. Non dixit recedamus, sed transeamus ad populum gentium. Vnde & velum templi à summo vsque deorsum scissum est in duas partes, vt omnes Iudæorum cæremoniæ panderentur, & eodem tempore impleretur, quod in eodem Propheta dicitur. Ex Sion egredietur lex, & verbum Domini de Hierusalem. *To. 4. lib. 14. Comm. in cap. 52. Esaiæ.*

Galat. 4.

TRANSIT ad vocationem gentium, & qui in illis sint crediturí pleno sermone describit. Quẽ locum & Apostolus Paulus sub nomine Saræ & Isaac, refert ad ecclesiam: quod prior populus de monte Sina, & Agar seruiat cum filijs suis: sequẽs autem liber atque ibidem Apostolus Paulus allegoricè Saram & Agar ad duo testamenta vetus & nouum refert. *Tomo 4. lib. 15. Commentariorum in cap. 54. Esaiæ.*

IN gaudio deducemini & post vmbram legis discetis Euangelij veritatem, *Tom. 4. lib. 15. Commentar. in cap. 55. Esaiæ.*

Dignius pactum nouæ testamenti quã veteris.

NEQVAQVAM in Euãgelio sicut in lege vmbra veritatis, sed ipsa erit veritas. Et pactum feriet sempeternum, non quale Moysi dederat, quod præterijt, sed pactum Euangelij, de quo loquitur Christus. Cœlum & terra pertransibunt, verba autem mea non pertransibunt. *Tom. 4. lib. 17. Com. in cap. 61. Esaiæ.*

DE filiorum ac seruorum differentia dicitur: Nõ accepistis spiritum seruitutis iterum in timorem, sed spiritum adoptionis. *Tom. 4. li. 18. Commentar. in cap. 63. Esaiæ.*

OPERA populi Dei non veterascent, sed in nouabuntur quotidie, vt non ambulent in vetustate literæ, sed in nouitate spiritus. An non tibi quotidie videtur inueterare opera sua, qui præteritorum oblitus, in futurum extenditur? Vnde &

Etymologia noui & veteris testamẽti vnde dicta.

vetus & nouum dicitur testamentum: non quò vetus pereat, sed quò nouo aliud non succedat. *Tom. 4. lib. 18. Com. in cap. 65. Esaiæ.*

POST filium meum, qui venit mansuetus & pauper, sedens super pullum asinæ, nolo carnes, victimas detestor; sacrificia Iudæorũ & vmbras legis reprobo, quia delectabilis mihi veritas est Euangelij, vetus religio cesset in nube. Quid respondebunt, qui credentes ex Iudæis, arbitrantur absque noxa sui posse carnaliter offerre sacrificia. *To. 4. lib. 18. Commen. in cap. 66. Esaiæ.*

Christianorũ cultus spiritualis, Iudæorum carnalis.

TEMPORE noui testamenti dabuntur Apostoli & Apostolici viri, qui pascent credentium multitudinem, non in Iudaicis cærimonijs, sed in scientia Christi atque doctrina. Et in toto orbe prædicatione Euangelij seminata, nequaquam in arca Domini, quæ fuit custos legis Mosaicæ, habebunt fiduciam, sed ipsi erunt templũ Dei: Nec iuxta errantes Nazaræos, abolitis sacrificijs inseruient, sed spiritualem cultum sectabuntur. *Tom.*

Ioan. 15.

IN veteri lege quasi ad seruos loquitur vt placeant Deo. In Euangelio verò Dominus ad discipulos. Vos, inquit, amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis. Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia quęcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Cumque amici mei fuerint, de amicis transeunt in filios. Quotquot enim receperũt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri. Vnde & amicis & filijs Dei præcipit. Estote perfecti, sicut & Pater vester perfectus est. *To 4. lib. 2. Com. in cap. 11. Esaiæ.*

Ioan. 1.

Planior & perfectior cognitio in nouo quàm in veteri testamento.

PVLCHRE dixit: Ostendam eis per vicem hanc: ostendam autem manifestè, & non vt prius, in vmbra & in imagine, & vaticinio futurorum: vt postquam cognouerint, sciant nomen meum: audiantque à filio: Pater manifestaui nomen tuũ hominibus. *Tom. 4. lib. 3. Com. in cap. 16. Hier.*

ECCE Dies veniũt dicit Dominus] Hoc testimonio Apostolus Paulus vsus est in epistola ad Hebræos: omnesque deinceps ecclesiastici viri, in primo saluatoris aduentu dicunt vniuersa completa, & nouum testamentum hoc est Euangelium, successisse veteri testamento: à quo legem literæ, lege spiritus commutatam, vt omnia quoque sacrificia, & circuncisio & sabbathum spiritu aliter complerentur. Quod autem pactum pro testamento ponimus Hebraicæ veritatis est: licet testamentum rectè pactum appelletur: quia volũtas in eo, atque testatio eorum qui pactum ineũt, continetur. Quando eductus est Israel de terra AEgypti, tanta Dei in illo populo familiaritas fuit, vt manum eorum apprehendisse dicatur, & dedisse pactum, quod illi fecerunt irritum, & propterea Dominus eos neglexit. Nunc autem in Euangelio post crucem, resurrectionem & ascensionem dare se pactum, nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus pollicetur. Cumque scriptum fuerit Domini testamentũ in mẽte credentium: ipsum esse in eis Deum, & illos esse in populum: vt nequaquam Iudaicos quærant magistros, & traditiones & mandata hominum:

Lex literæ spiritu commutata oẽs cerimoniæ veteres in euangelio spiritualiter cõplentur.

1. Cor. 6.

sed doceantur à spiritu sancto si tamen audire mereantur. Templum Dei estis, spiritus Dei habitat in vobis. Spiritus autem spirat vbi vult, & diuersas habet gratias. Notitiaque vnius Dei omnium virtutum possessio est. *Tom. 4. lib. 6. Commen. in cap. 31. Hieremiæ.*

Aperta Euangelij gloria destructa occidente littera.

SVSCITABO tibi pactum nequaquam legis, quod præterijt, sed pactũ Euãgelij sempiternum. *Tom. 4. lib. 5. Com. in cap. 16. Ezechielis.*

NEQVAQVAM lugebunt, neque signa luctus assument postquã pro vmbra receperint veritatem & Nazaræi quidam facti fuerint, & polluto sanctuario, lege completa vel destructa secundũ occidẽtem literam aperta erit Euangelij gloria. *Tom. 4. lib. 7. Com. in cap. 24. Ezechielis.*

Vberior gratiæ profectus in nouo testamento.

CVM sub Christo rege fuerint, percutiam illis fœdus pacis: nequaquam vt in veteri testamento certaminum atque bellorum, sed pactum pacis, quæ exuperat omnem sensum. *Tom. 4. lib. 11. Com. in cap. 37. Ezech.*

POST instrumenti veteris sacramenta, ad terram bonam & Euangelij gratiam peruenitur, & in singulis testamentis diuersa est gratia, dum eadem res aliter in principio, aliter in profectu, aliter in fine cognoscimus, dum de synagoga ad Ecclesiam, de veteri instrumento ad nouum, de terrenis ad

renis ad cœlestia transimus. *Tomo. 4. libr. 12. Com. in cap. 40. Ezechielis.*

EDVXIT me per viam portæ, quæ respiciebat ad viam Orientalem: & mensus est eam vndique per similitudinem domus, per quod demonstratur, nõ ipsam domum, sed similitudinem domus esse, quæ cernitur quia nunc per speculum in ænigmate videmus: cum autem venerit quod perfectum est, tunc quod ex parte est, destruetur. Vnde & Moyses in tabernaculo, & Salomon in ædificio, non veritatem tentorij & templi, sed similitudinem figuramque fecerunt: vt per hæc quæ minora sunt & terrena, ea quæ in cœlestibus & in spirituali ædificio sunt intelligere possimus. *Tom. 4. lib. 13. Com. in cap. 42. Ezechielis.*

Matth. 23.

QVAENAM ista porta est, quæ semper clausa est, & solus Dominus Deus Israel ingredietur per eam. Nempe illa, de qua Saluator loquitur in Euangelio. Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ: & væ vobis doctoribus legis, qui tollitis clauem scientiæ: ipsi non egredimini, & intrantes prohibetis. De hac sub nomine libri scribit, & Esaias.

Esaiæ 29.

Erunt verba libri istius sicut verba libri signati: quem cum dederis homini nescienti literas, & dixeris ei, lege: respondebit tibi, nescio literas. Et dabunt illum homini scienti literas, dicentes; lege: & dicet, non possum legere, quia signatus est. Iste autem liber est, cuius nemo potest soluere & aperire signacula: neque in cœlo, neque sub terra, nisi ille, de quo in Apocalypsi Ioannis dicitur. Ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix & genus Dauid: vt aperiat librum, & soluat signacula eius. Prius enim quam Saluator humanum corpus assumeret, & humiliaret se formam serui accipiens, clausa erat Lex & Prophetæ & omnis scientia Scripturarum clausus erat paradysus. Postquam autem ille pependit in cruce & loquutus est ad latronem: Hodie mecum eris in paradyso: statim velum templi scissum est aperta sunt omnia, ablatoque velamine, dicimus: nos autem omnes reuelata facie gloriam Domini contemplantes, in eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam. Sin autem reuelata sunt omnia (in Christo enim iuxta sermonem Pauli omnia reuelãtur) quomodo porta clausa erit, & nõ aperietur, & vir non transibit per eam? Ex quibus discimus quamuis ad summam scientiam venerimus, comparatione diuinæ scientiæ, nunc ex parte nos scire, & ex parte cognoscere: quando autem venerit quod perfectum est, tunc quod ex parte est, destruetur. Vnde & in alio loco ipse Apostolus imperfectum se esse loquitur, rursumque perfectum. Cuius loci sensus est. Ad comparationem hominum cæterorum, qui curam non habent notitiæ scripturarum, nec mysteriorum DEI, me esse perfectum fateor: quantum autem ad scientiam diuinæ maiestatis, nunc in ænigmate video, & per nubilum & caliginem, & dico cum Propheta: Mirabilis facta est, scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam. *Tom. 4. lib. 12. Com. in cap. 44. Ezechielis.*

Apocal. 5.

Philip. 2. Per Christi passionem clausa lex & omnis scientia scripturarum, clausus quoque paradysus est apertus.

2. Cor. 3.

Omnis nostra scientia comparatione scientiæ diuinæ maiestatis imperfecta est.

2. Cor. 13.

Origenistæ intelligit.

EORVM delyramenta conticescant, qui vmbras & imagines in veritate quærentes, ipsam conantur euertere veritatem, vt flumina, arbores, paradysum putent allegoriæ legibus se debere subruere. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 10. Danielis.*

PVER, qui habet quinque panes, significat Moysen. Duos pisces vel vtrumque intelligimus testamentum: vel, quia par numerus, refertur ad legem. Igitur Apostoli ante passionem Saluatoris, & coruscationem Euangelij fulgurantis, non habebant nisi quinque panes, & duos pisciculos. qui in salsis aquis & amaris fluctibus versabantur. *Tomo. 6. lib. 2. Com. in cap. 14. Matthæi, Cano. 28.*

Legis sacramenta patefacta ad gentes transierunt.

VELVM templi scissum est, & omnia legis sacramenta, quæ prius tegebantur, prodita sunt, atque ad gentium populum transierunt. *Tom. 6. libr. 4. Com in cap. 27. Matthæi.*

QVID mihi prodest ista relatio, si legam quod Paulus post reuelationem Christi statim erit in Arabiam, & de Arabia statim Damascum fuerit reuersus: nec sciam quid ibi gesserit, quídue vtilitatis habuerit itus ac reditus? Dat mihi cogitationem altioris intelligentiæ, in hac eadem Epistola ipse Paulus, cum de Abraham, Agar & Sara disputans: Quæ quidem, inquit, sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta, vnum quidem à monte Sina in seruitutem generans, quæ est Agar. Sina enim mons est in Arabia, qui iunctus est ei, quæ nunc & Hierusalem. Et docet vetus testamentum, hoc est ancillæ filium, in Arabia constitutum. Statim itaque vt credidit Paulus ad legem, ad Prophetas, ad veteris testamenti iam in occiduo positi sacramenta conuersus, quæsuit in eis Christum, quem iussus fuerat in gentibus prædicare, & reperto illo, non est ibi diutius commoratus, sed reuersus est Damascum: hoc est ad sanguinem & ad passionem Christi, & inde prophetica lectione firmatus pergit Hierosolymam locũ visionis & pacis: non tam discturus aliquid ab Apostolis, quam cum eis Euangelium, quod docuerat, collaturus. *To. 6. lib. 1. Com. in cap. 1. ad Galatas.*

Legi Euangelium præferendum iste docet Paulus ad Galatas.

SVNT quidem multa quæ possunt interrogatione vos cogere, legi Euangelium esse præferendum, sed quoniam in sensati estis, & ea nequaquã potestis audire, simplici vobiscum sermone loquor. Spiritum sanctum, quem accepistis, vtrum vobis legis opera, Sabbathi obseruatio, circumcisionis & neomeniarum superstitio dederint, an fidei auditus, per quam ex gentibus credidistis? Quod si negari non potest, spiritum sanctum & virtutes, quę in principio fidei acceptum spiritum sequebantur, non ex operibus legis, sed ex fide Christi datas, manifestũ est vos à melioribus exorsos, in peiora corruere. Seruituri gratiam anteponimus. Dicimusque quod Iudæi propter metum faciunt, id nos facere propter charitatem. Illos seruos esse, nos filios: illos cogi ad bonum, nos bonũ sponte suscipere. Non igitur ex fiducia Christi licentia nascitur delinquendi, sed ex dilectione fidei voluntas boni operis augetur, dum bona ideo facimus, non quia iudicium formidamus, sed quia scimus ei placere, in quem credimus. *To. 6. lib. 1. Com. in cap. 3. ad Galatas.*

Gratia seruituti anteponenda.

Legis & Euangelij literæ & Christianorum discrimen.

RECTE hi sub tutoribus & actoribus esse dicuntur: qui habentes spiritum timoris: necdum meruere spiritum libertatis & adoptionis accipere. Aetas enim infantiæ ad peccata formidat: pædagogum metuit, non confidit esse se liberam, licet per naturam domina sit, donec legitimum perfecti viri tempus adimpleuerit. Statim vt aduenit Christus saluator, & omnes in virum perfectum creuerimus: pædagogus à nobis tutorque discedunt. Tunc authoritate Dñi, & hæreditatis possessione perfruemur, in qua prius nati, quodãmodo putabamur alieni. *To. 6. lib. 2. Com. in cap. 4. ad Galat.*

Aduenientẽ Christo lex pædagoga discessit.

PLERIQVE elementa mundi legem interpretantur Moysi & eloquia Prophetarum: quod per

Cur lex elementis comparetur.

hæc quasi initia & exordia literarum, Dei timorem, qui sapientiæ principium est, suscipiamus. Denique ad eos qui iam deberent esse perfecti, & veritate neglecta adhuc disciplinarum principijs inhærebant, scribit in epistola ad Hebræos Apostolus: Etenim cũ debereris esse magistri, propter tempus, rursum necesse habetis, vt doceamini, quæ sint elementa principij sermonum Dei. Sub his elementorum initijs constituti paulatim procedamus ad summum, & recipiamus adoptionis locum, quem quondam amisimus. *Tomo.6. libr.2. Com. in cap.4. ad Galatas.*

REPROMISSIO propriè in testamenti datione cõpletur, & aliud est, benedicere, augere, multiplicare vehementer, quod in Ismaël scriptum est: aliud hæredem facere per testamentum, quod de Isaac dicitur: Statuam testamẽtum meum ad eum in testamentum æternum, & semini eius post eum. Et quomodo aliud sunt dona: aliud substantia: aliud legata: aliud hæreditas: Ita aliud esse dicimus benedictionem atque legata Ismael relicta: aliud testamentum Saræ filio Isaac traditum. *Tom.6. lib.2. Com. in cap.4. ad Galatas.*

Genes. 17.

Vtriusq; testamenti discrimen & veritas præ altero præstantia.

VNVSQVISQVE nostrum primum non iuxta repromissionẽ nascitur: quandiu scripturarũ verbis simplicibus instruitur, & Iudaicis adhuc superstitionibus delectatur: quando verò ad sublimiora transcenderit, & legẽ intellexerit spiritualẽ, tũc eum de repromissione generari: Et vt apertius loquar, quotidie eos qui faciunt opera Abrahæ, de Abrahã nasci. Verũ illos, qui habeant spiritũ seruitutis iterũ in timore, ex ancilla generari Aegyptia: eos autem, qui spiritum, adoptionis acceperunt, ex Sara libera: qua libertate à Christo donati sumus. *Tom.6. lib.2. Com. in cap.4. ad Galatas.*

Lex spiritualiter in nouo testamento intelligenda.

HAEC sunt duo testamenta.]Pene cunctorum super hoc loco ista explanatio est: vt Agar ancillam interpretentur in lege, & in populo Iudęorũ: Saram autem liberã, in Ecclesia gentium, quæ mater sanctorum sit, teste Paulo. Hæc diu nõ peperit, antequã Christus de virgine nasceretur, & sterilis fuit: necdum risu mundi Isaac de electo patre cum voce sublimium dogmatũ resonante. Agar autem quæ interpretatur Παροικία, id est, incolatus siue peregrinatio siue mora, generat Ismael: qui tantũ audiat Dei præcepta: nec faciat hominem rusticũ, sanguinarium, deserta sectantem. Nec mirũ vetus testamentum, quod in monte Sina, qui est in Arabia constitutum atque conscriptum, non perpetuũ: cum & incolatus à perpetua possessione sit diuersus, & Sina montis nomen tentationẽ sonet, & Arabia significet occasum, è cõtrario quę seorsum est, Hierusalem, quæ est libera mater: & sanctorũ, demonstret hanc Hierusalem quæ in præsenti est, deorsum esse, & in humili infimoque demersam. Sunt qui duo testamenta & aliter intelligant: vt scripturam diuinam, tam veterem quam nouam, iuxta diuersitatem sensus, eorumq; sententiam qui legunt, aut ancillam interpretentur aut liberam, & eos qui adhuc literæ seruiant, & scriptum timoris habent in seruitute, de Agar Aegyptia velint esse generatos. Eos autem qui ad superiora conscendant & allegoricè velint sentire, quæ scripta sunt, filios esse Saræ. Et hoc ob illam necessitatem se asserat vsurpare: quia iniquum sit Moysen & cunctos Prophetas de ancilla, quoslibet vero gentilium de libera intelligere procreatos. Sedet de vno homine eodemque, quamdiu sequatur historiam, ancillæ eum esse filium: cum autem aperiente Iesu scripturas, incensum fuerit cor eius, & & in fractione panis inspexerit eum, quem antea non videbat, tunc eum Saræ filium nuncupari. *Tom.6. lib.2. Com. in cap.4. ad Galatas.*

Vetus testamentum nõ est perpetuũ vt notum.

Vetus & noua lex pro sensu diuersitate aut est ancilla, aut est libera.

Luc. 24.

SENSVS iste est. Adorabitis patrem in spiritu & veritate, & de plenitudine Christi accipientes, sciebatis, quia lex tantum data est populo per Moysen, non etiam facta. Gratia autem & veritas non solum data, sed & facta per Iesum Christum. Cum igitur tam benè currueretis, veritati magis quam imaginibus seruientes, à quo præpediti doctore peruerso, vmbram legis sequimini, & Euangelij relinquitis veritatem? *Tomo. 6. libr.3. Com. in cap.5. ad Galatas.*

SICVT est veritas in Iesu: in nullo Patriarcharum, in nullo Prophetarum, in nullo Apostolorum veritas fuit nisi in solo Iesu. Alij enim ex parte cognoscebant, ex parte prophetabant, & per speculum in ænigmate videbant. In solo Iesu veritas Dei apparuit, quæ loquitur confidenter. Ego sum veritas, quæ credentibus in se iuxta analogiam fidei tribuit libertatem. Ipsa veritas formam serui assumpsit, vt seruum redderet liberum. Vbi enim spiritus Dei ibi libertas. Si formam Iesu liberi faciemque cognoscere veritatis volumus, ascendamus cum eo in montem: videamus eum transfiguratum: vbi & vestimenta eius, id est, scripturæ, quæ de eo annunciant, immutantur, & Moyses quoque & Elias, id est, lex & Prophetæ videntur in gloria. Quamdiu Dominus formam serui non mutat, nec ascendit in montem: lex in sordibus, Prophetæ in squalore versantur. Cum ille ad superiora conscenderit, & vestimenta sua voluerit immutare, intellectusque de seruo fuerit clarus & liber: tunc Moysi quoque & Eliæ & facies & vestimenta mutantur. *Tom.6. lib.2. Com. in cap.4. ad Ephesios.*

Ioan. 14.

Philip. 2.

2. Cor. 3.

Math. 17. Per Christũ lex est commutata.

PROPRIVM Euangelij est vt pacis Euangelium nominetur. Qui igitur habet pacem Christi est Euangelio calciatus, & cum calciatus fuerit præparatus est vt pergat, & pergens perueniat ad finem. *Tom. 6. lib.3. Commentariorum, in cap. 6. ad Ephesios.*

Rom. 8.

HAEC seruitus non est illa de qua Apostolus ait: Nec enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater: verum nobilis seruitus, de qua & Dauid ad Deum loquitur. Ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ, & beata Maria ad angelum. Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum. Hanc seruitutem habuit & Moyses, de quo Dominus ad Iesum filium Naue: Moyses, inquit, famulus meus mortuus est, & in alio loco. Mortuus est Moyses famulus Domini in terra Moab per verbum Domini. Absit quippe vt spiritum seruitutis Moysen, & Mariam in timore, & non in dilectione Dei habuisse credamus. Nec mirum quamuis sanctos homines, tamen Dei seruos, nobiliter appellari, cum per Esaiam Prophetam pater loquatur ad filium: Magnum est tibi vocari te puerum meum. Vnde & Abdias Propheta, qui interpretatur seruus Domini, ex famulatu Dei nomen accepit. Sic Christus Dei seruus & Apostoli maximi omnium serui dicuntur. Hæc seruitus charitatis est per quã nobis inuicem seruire præcipimur. Et ipse Apostolus cum esset liber omnium se seruum fecit. *Tom. 6. lib.1. Commentariorum, in cap.1 ad Titum.*

Psal. 115. Luc. 1.

Iosue. 1. Deut. 34.

Charitatis seruitus in nouo testamento.

Ephes. 4. 1. Cor. 9.

ANTE aduentum Christi siue Patriarchæ seu Prophe-

Similitudo elegantissima.

Prophetæ, in multis modis erant diminuti, quia caput, id est, veritas, qui est Christus, nondum venerat. *Tom.7. Com. in Psal.11.*

PER argentum vetus instrumentum: per aurum nouum intelligetur. Sic est litera & spiritualis intellectus, quasi ex argento producatur aurum. *Tomo. 1. primo, Commentariorum, in Psalmum 11.*

DOCET impossibile legis, quo per præuaricationem legis peccatum magis apparuerat, in mundo, Euangelij gratia fuisse completum. *Tom. 7. Com. in Psal.18.*

Exod. 34. 2. Cor. 3.

QVOD Abrahæ promissum erat in spe, Ecclesia suscepit in specie. *Tomo. 7. Com. in Psal. 104.*

LEGIMVS in Exodo glorificatum vultum Moysi in tantum, vt filij Israel in eum aspicere non possent. Quam gloriam Paulus Apostolus ad comparationem Euangelicæ gloriæ dicit esse non gloriam. Nam nec glorificatum est, inquit, quod glorificatum fuit in hac parte, propter excellentem gloriam. *Tom. 5. Com. in cap. 1. Ecclesiastis.*

Scriptura spiritualiter non carnaliter intelligenda.

SI spiritualiter intelligimus scripturas: ditior est Christus omnibus Patriarchis & Prophetis ante aduentum Christi, si tantum carnaliter melius intelligitur Synagoga quam Ecclesia. Tulit Christus velamen quod positum erat super vultum Moysi: & pleno lumine faciem eius videre nos fecit. *Tom.7. Com. in cap. 1. Ecclesiastis.*

Math. 21.

POTEST hoc & de Israel accipi, quod dederit illi Deus legem, Prophetas, testamentum, & repromissionẽ: & saluatore dicente: Quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti faciẽti fructum eius: & qui ceciderit super lapidem istũ confringetur; super quem verò ceciderit, conteret eum: hæc omnia ad alienum & peregrinum de gentibus translata sunt populum, & videant illi bona sua & non fruantur. Multoque nos conditionis esse melioris, qui quasi nouelli & abortiui putabamur ab eis, quam illi qui sibi in antiquitate applaudebant, de patribus gloriantes atque dicentes: Pater est Abraham, & tamen ad vnum locum & nos & illos properare, id est, ad iudicium Dei. *Tom. 5. Com. in cap. 6. Ecclesiastis.*

Multæ melioris conditionis Christiani quam Iudæi, qui sibi in antiquitate applaudebant.

Ioan 8.

Longè meliora tempora noui quam veteris testamẽti.

NE dicas meliora tempora olim Moysi, quam nunc Christi, legis fuisse, quam gratiæ. Si enim hoc volueris quærere, imprudenter facis: non videns quantum distet Euangelium à veteri testamento. *Tom. 5. Com. in cap. 7. Ecclesiastis.*

Largitas & vberitas effusi spiritus sancti in nouo testamento præ veteri

SI de credentibus Corinthijs & de Moyse & Aaron ac Samuele scribitur, quod inuocauerint nomen Domini: non indipientium sed perfectorum hanc esse gratiam credamus. Verbum quoque effusionis ostendit doni siue numeris spiritus sancti largitatẽ: q̃ nequaquam in paucos Prophetas (vt olim fiebat in veteri testamẽto) sed in omnes credentes in nomine Saluatoris spiritus sancti dona descenderent, nequaquam in hunc & illum, sed in omnem carnem. *Vide latius id deductum per exempla, Tom. 5. Com. in cap. 2. loelis.*

Iudaicum populum manifesta contractam habet.

SI intellexistis exemplum de Genesi, ascende qui saluari cupis: nequaquam per veterem populum, qui manum contractam habet, sed per nouum, in quo via Christus est, in quo porta Iesus: per quem ad patrem incedimus. Ipse enim soluit medium parietem & maceriam, id est, obscuritatem veterum Prophetarum, & omnia antiquæ legis aperuit sacramenta, & dissipata incedendi difficultate, viam oculis omnium reuelauit, vt qui vult pergere, nullo irretiatur obice, nec obscuritatum caligine. *Tom 5. libr. 1. Com. in cap. 2. Michæ.*

Christus obscuritatem veterum Prophetarũ & omnia antiquæ legis aperuit sacramenta.

MOYSES quoque, id est, lex Domini spiritualis, Aethiopissam de gentibus duxit vxorem, & Maria, id est, synagoga Iudæorum, & Aaron, id est, carnale sacerdotium, & non secundum ordinem Melchisedech, murmurat aduersus legem, sed frustra. Statim enim synagoga perfunditur lepra, & extra castra proiecta, cõpleto tempore, ipsã orante Moyse, in castra reducitur. Aethiopiæ enim manus iam præuenerat Deum. *Tomo. 5. Com. in cap. 2. Sophoniæ.*

Synagogæ lepra percussa & extra castra proiecta.

QVANDO primum testamentum dabam & in Sina monte sum visus, commoui cœlum & terrã, & mare rubrum & desertum: vt vobiscum ponerem testamentum: nunc autem polliceor vobis, me adhuc semel cœlum & terram, mare & aridam commoturum: vt illis commotis moueantur omnes gentes & veniet desideratus cunctis gentibus Dominus noster atque Saluator. Tunc implebo domum istam gloria maiore, quam priorem, & semper vobis addam, dicit Dominus omnipotens. Et ne forsan sponsorem putetis infirmum. Meum est aurum & meum est argentum & meæ sunt cunctæ opes. Ego in ornamentum templi aurũ argentumq; donabo, vt maior fiat huius domus gloria, quam prioris. *To. 5. Com. in c. 2. Aggæi.*

Dominus posterioris maior gloria quam prioris

QVOD autem dicit: Exæquabit gratiam gratiæ eius: hoc significat. Nos omnes de plenitudine eius accepimus, & gratiã pro gratia, id est, pro gratia legis gratiam Euangelij, vt æqualem gratiam & par munus & ex Israel credentes accipiant, & populus ethnicorum. *Tom. 5 lib 1. Com. in cap. 4. Zach.*

DVAS oliuas quidam duo intelligunt testamenta; à dextris Euangelium: à sinistris legem: eõ quod in altero spiritualis sensus sit, in altero corporalis: & quod nec totum Euangelium nec totam legem explanare possimus, & nunc ex parte cognoscamus & ex parte prophetemus, & necdum possimus intelligere quod perfectum est. *Tom. 5. lib. 1. Com. in cap. 4. Zachariæ.*

Totam legẽ & Euangelium in hac vita perfecte explanare non possumus.

DE lege transimus ad Euangelium, de litera ad spiritum, de vmbra ad veritatem, pro breuibus & præsentibus futura, & æterna succedant. *Tomo. 5. lib. 3. Com in cap. 13. Zachariæ.*

NON quod de se per alios Prophetata compleuerit: siue quod ea quæ ante propter infirmitatem audientium rudia & imperfecta fuerant, sua prædicatione compleuerit, iram tollens, & vicem talionis excludens, & occultam in mente concupiscentiam damnans. *To. 6. Com. in cap. 5. Matth. Cano. 6.*

IN lege retributio est, in Euangelio gratia, ibi culpa emendatur, hic peccatorum auferuntur exordia. *Ibid. Cano. 7.*

BONAE margaritæ, quas quærit institor, lex & Prophetæ sunt. Audi Marcion, audi Manichæe: Bonæ margaritæ sunt lex & Prophetæ & notitia veteris instrumenti: Vnum autem est pretiosissimum margaritum, scientia Saluatoris, & sacramentum passionis illius, & resurrectionis arcanum. Quod cum homo negotiator inuenerit, similis Pauli Apostoli, omnia legis prophetarum quæ mysteria, & obseruationes pristinas, in quibus inculpatè vixerat, quasi purgamenta contemnit, & quisquilias, vt Christum lucrifaciat. Non quo inuentio nouæ margaritę, condemnatio sit veterum margaritarum: sed quo comparatione eius omnis alia gemma vilior sit. *Tomo. 6. libr. 2. Com. in cap. 13. Matthæi. Cano. 27.*

Contra Marcionem & Manichæum locus pro authoritate veteris testamenti.

Nouum testamentum nunc præstat veteri

EXPECTANS expectaui Dominum in promissionibus prophetarum, in quibus me illumi-

nauit vt præuiderem Christum in carne esse venturum. Et intendit mihi per splendorem Euangeliorum, in quibus me illuminauit, & exaudiuit preces meas, quia Prophetis & Patriarchis se abdidit, sicut ipse postmodum dixit. Quia multi Prophetæ & iusti cupierunt videre, quæ videtis, & non viderunt. Ipse mihi in nouo testamento refulget. *Tom. 7. Commentariorum, in Psalmum 39.*

Luc. 10.

IN manu Moysi & Aaron.] Hoc fecit secundum literam. Cæterum quotidie facit in nobis. In manu Moysi, id est, in lege. Scimus autem quoniam lex spiritualis est. In lege tua spirituali & Aaron, hoc est, sacerdotio. In lege tua spirituali, & spirituali sacerdotio tuo, nos deduxisti populum tuum. Hoc secundum literam intelligamus de Moyse & Aaron. Eductus quidem est Moyses & Aaron, sed non introductus in terram repromissionis. Successit ei Iesus. Videte quod scriptum est: Moyses in deserto mortuus est: Aaron mortuus est: Maria mortua est, & hoc est quod scriptum est in Propheta: Et percutiam, inquit, tres pastores in mense vno. Illi mortui sunt neque poterunt intrare in terram repromissionis. Viderunt tantummodo è contra terram repromissionis, & intrare non potuerunt. Mortui enim in deserto sunt, & cadauera eorum sunt in solitudine: eorum qui mortui sunt in deserto. Nos filij sub Iesu, duce venimus ad Iordanem, & intrauimus terram repromissionis, & venimus ad Galgala: & secundo circumcisi sumus spirituali circumcisione, & ablatum est à nobis opprobrium Aegypti. Nunc ipse Iesus dux noster gladium tenet, & semper nos præcedit, & pugnat pro nobis, & vincit aduersarios, & septem diebus circuimus Hiericho, hoc est, istum mundum. Canimus sacerdotalibus tubis, & circuimus Hiericho, hoc est, istum mundum, & cadunt muri eius, & nos ingredimur, & victores existimus. Deinde vincimus ciuitatem Hai: venimus postea ad Iebus, venimus ad Azor: venimus ad alias ciuitates: vincimus aduersarios, quos sub Moyse vincere non potuimus. Gratias ergo agamus duci nostro IESV: illo enim duce: illo pugnante nos vincimus. Ille imperauit soli vt staret, & stetit; & istius typo ille magnus erat, ille imperabat sed Dominus efficiebat. Ille victor extitit; ille, quod frequenter dixi, in spelunca quinque reges interfecit: ille nos introduxit in terram repromissionis, ille saluauit nos, ille eduxit, è deserto. *Tomo septimo, Commentariorum, in Psalmum 76.*

Sub typi Moysi & Iosuæ exaggeratur præstantia Euangelij supra legem. Euseb. 11.

IPSA petra mel comedit, vt nobis mel tribueret: & dulcedinem, vt qui in lege biberant myrrham, hoc est amaritudinem, postea in Euangelio comedant mel Euangelij. *Tom. 7. Commentariorum, in Psalmum 80.*

In lege myrrha, id est, amaritudoin Euangelio dulce mel.

ISTE qui vel optatiuè vel propheticè aduenire pronunciatur lumen, vetus intelligitur testamentum, ille verò, qui anathema id est, perditionem profert, nouum testamentum ostendit, in quo peccata anathematizari iubentur, dicente domino. Nisi pœnitentiam egeritis omnes similiter peribitis. Exultent ergo ambo in nomine Domini: cum vel ille mundi lumen venire vaticinatur: vel ipse cum isto mundo iam lucere, signis virtutibusque demonstrat. *Tom. 7. Comment. in Psalmum 88.*

In nouo testamento peccata inbentur anathematizari

AQVAM amaram non fecit aliud dulcem, nisi lignum crucis, quod missum erat in eam. Mihi videtur amarum mare lex esse Moysi. Hæc amara aqua legis veteris accepit lignum crucis & facta est dulcis. *Tom. 7. Com. in Psal. 97.*

Amarum mare lex Moysi, sed per immissum lignum crucis facta est aqua dulcis.

MEMENTO nostri Domine in beneplacito populi tui.] Scio Domine, inquit Dauid, veterem legem: Beatitudo perfecta non est in veteri lege, sed in Euangelio. Scio quoniam prior populus offendit te, & nouus populus creatur, qui seruiat tibi. Scio quia veniet filius tuus, & saluabit omne genus humanum & credent in eum, qui electi erunt. Propterea ergo rogo, quoniam ego prius natus sum in veteri lege, vt imputes mihi meredem cum nouo populo. *Tom. 7. Comment. in Psalmum 105.*

Perfecta beatitudo non erat in lege veteri sed in noua.

NOS Patriarchæ & Prophetæ antecessimus quidem Apostolos in tempore: illi vero antecedunt nos in spiritualibus. Da vt laudemur cum hæreditate tua, hoc est, vt cum Euangelio & nos habeamus partem, qui in veteri lege facti sumus participes. Abraham enim pater noster vidit diem tuum & gauisus est. *Tom. 7. Com. in Psal. 105.*

QVOD in veteri testamento fuit vmbra in Ecclesia eius veritas est completa. *Tom. 7. Comment. in Psalmum 105.*

SERMONES Dei sunt scripta Prophetarum & legis, quæ in Euangelijs declarantur: dum verbum caro factum habitat in nobis, & multis virtutibus se Deum ostendit. Sed horum intellectus paruitati nostræ, qui in innocentia renati sumus, tribuitur: Domino sic dicente. Confiteor tibi Domine pater cœli & terræ: quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. *Tom. 7. Com. in Psal. 119. Alphabeto Phe.*

Articulus XVI. De ceremonijs veteris legis abrogatis, vel mutatis, vel translatis, & successione gratiæ noui testamenti, deq; Euangelica gratia legi non permiscenda.

PAVLVS vtiq; Iudæus erat; Christianus autem factus, non Iudæorum sacramenta reliquerat, quæ conuenienter ille populus & legitimo tempore, quo oportebat, acceperat, sed ideo susceperat ea celebranda, cum iam Christi esset Apostolus: vt doceret non esse perniciosa ijs, qui ea vellent, sicuti à parentibus per legem acceperant, custodire, etiam cum in Christo credidissent: non tamen in eis iam constituerant spem salutis, quoniam per Dominum Iesum salus ipsa quæ ipsis sacramentis significabatur, aduenerat. Ideoq; gentibus, quod insuetas à fide reuocarent, onera grauia & non necessaria nullo modo imponenda esse censebat. Quapropter non ideo Petrum emendauit, quod paternas traditiones obseruaret: quod si facere vellet: nec mendaciter, nec incongruè faceret: quamuis enim iam superflua, tamẽ solita non nocerent: sed quoniam gentes cogebat Iudaizare: quod nullo modo posset, nisi ea sic ageret, tanquam etiam adhuc post Domini aduentum necessaria saluti forent: quod vehementer per Apostolatum Pauli veritas dissuasit. Nec Apostolus Petrus id ignorabat, sed id faciebat, timens eos, qui ex circumcisione erant. Itaq; & verè correctus est: & Paulus vera narrauit, ne sancta scriptura, quę ad fidem posteris edita est, admissa authoritate mendacij, tota dubia nutet ac fluctuet. *Tom. 2. Epist. 87. Augustini ad Hieronymum.*

Actor. 15.

Ex Augustini sententia vere Petrus à Paulo fuit reprehensus de vsu cerimonialium.

SED ne videar aduersus rationem tuam testiũ niti

mihi testimonio, & occasione virorum illustrium subterfugere veritatem, nec manum audere conserere, breuiter de scripturis exempla proponam. In actibus Apostolorum vox facta est ad Petrum, dicens: Surge Petre, occide & manduca, id est, omnia animalia quadrupedum, & serpentium terræ & volatilium cœli. Quo dicto ostenditur nullum hominem esse pollutum, sed æqualiter omnes ad Christi gratiam prouocari. Ad quod respondit Petrus: Absit: quia nunquam manducaui commune & immundum, & vox ad eum de cœlo secundo facta est: dicens: Quæ Deus mundauit, tu ne commune dixeris. Iuit itaque Cæsaream; & ingressus ad Cornelium, aperiens os suum dixit: In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Denique cecidit spiritus sanctus super eos, & obstupuerunt ex circumcisione fideles, qui venerant cum Petro, quod & in nationes gratia spiritus sancti fuisset effusa. Tunc respondit Petrus. Nunquid aquam quis potest prohibere, vt non baptizentur ij, qui spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos? Et iussit eos in nomine IESV baptizari. Disceptantibus Iudæis contra Petrum tandem hac oratione ser monem conclusit, Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus, sicut & nobis, qui credidimus in Dominum IESVM: Ego quis eram qui possem prohibere Deum? His auditis tacuerunt & glorificauerunt Deum, dicentes: Ergo & gentibus pœnitentiam Deus ad vitam dedit, & Actorum 15. in Concilio Apostolorum Petrus ipse princeps huius fuit decreti legem post Euangelium non esse seruandam. *Vide plura in eandem sententiam, Tom. 2. Epist. 89. Hieronymi ad Augustinum, cap. 2.*

Actor. 10.

Legem post Euangelium non esse seruandam ex ipsius Petri Apostoli sententis docetur.

SI post Euangelium Christi beneficiant Iudęi credentes, si legis mãdata custodiant & cerimonias antiquas: in Cherinti & Ebionis hæresin dilabimur, qui credentes in Christo, propter hoc solum à patribus anathematizati sunt, quod legis cerimonias Christi Euangelio miscuerint; & sic noua sunt confessi, vt vetera non amitterent. Quid dicam de Hebionitis, qui Christianos se simulant? Vsque hodie per totas Orientis synagogas, inter Iudæos hæresis est, quæ dicitur Mimeorum, & à Pharisæis nunc vsque damnatur, quos vulgo Nazaræos nuncupant, qui credunt in Christum filium Dei, natum de virgine Maria; & eum dicunt esse, qui sub Pontio Pilato passus est, & resurrexit: in quem & nos credimus: sed dum volunt & Iudæi esse & Christiani, nec Iudæi sunt, nec Christiani, atque hac ratione non Iudæi Christiani fient, sed nos Iudæos facient. Ego libera voce pronuncio, cerimonias Iudæorum & pernicioſas esse & mortiferas Christianis, & quicunq; eas obseruauerit, siue ex Iudæis, siue ex gentibus eum in barathrum Diaboli deuolutum. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti, Iudæo scilicet & gentili: Neque enim omni credenti erit finis ad iustitiam, si Iudæus excipitur. In Euangelio legimus: Lex & Prophetæ vsq; ad Ioannem Baptistam. Et in alio loco. Propterea ergo magis quærebant eum Iudęi interficere, quia non solum soluebat Sabbathum; sed & Patrem suum dicebat Deum, ęqualem se faciens Deo. Et iterum. De plenitudine eius nos omnes accepimus, gratiam pro gratia: quia lex per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est. Pro legis gratia, quæ præterijt, gratiam Euangelij accepimus permanentem, & pro vmbris & imaginibus veteris instrumenti, veritas per Iesum Christum facta est. Hieremias quoque ex persona Dei vaticinatur: Ecce dies veniunt, dicit Dominus; & consummabo domui Israel, & domui Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum, quod disposui patribus eorum, in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti. Obserua quid dicat, quod non populo gentilium, ei, qui ante non receperat testamentum, sed populo Iudæorum, cui legem dederat per Moysen, testamentum nouum Euangelij repromittat: vt nequaquam viuant in vetustate literæ, sed in nouitate spiritus. Paulus autem, super cuius nunc nomine quæstio ventilatur, crebras huiusmodi ponit sententias: è quibus breuitatis studio, pauca subnectam. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit. Et iterum: Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Et infra. Si spiritu ducimini, iam non estis sub lege. Ex quo apparet qui sub lege est, non dispensatiuè, vt nostri voluere maiores, sed verè, vt tu intelligis, eum spiritum sanctum non habere. Qualia autem sint præcepta legalia, Domino docente discamus. Ego dedi eis præcepta non bona, & iustificationes, in quibus non viuant in eis. Hæc dicimus, non quo legem iuxtà Manichæum & Marcionem destruamus, quam & sanctam & spiritalem iuxta Apostolum nouimus; sed quia, postquam venit fides & temporum plenitudo, misit Deus filium suum natum ex virgine factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret; vt adoptionem filiorum reciperemus, & nequaquam sub pædagogo, sed sub adulto & Domino hærede viuamus. *Tomo. 2. Epistola 89. Hieronymi ad Augustinum, cap. 4.*

Latius probat post Christi Euangelium antiquæ cerimonias non esse seruandas.

Hebionitas semiChristianos & semi Iudæos reprehendit.

Rom. 10.

Luc. 16.

Ioan. 15.

Ezech. 20.

Christiani legem non destruunt iuxta Manichæum & Marcionem.

REPLICAS & inculcas, quod post passionem & resurrectionem Christi, dato ac manifestato sacramento gratiæ, secundum ordinem Melchisedech, adhuc putabat vetera sacramenta non ex cõsuetudine solennitatis, sed de necessitate salutis esse celebranda: quæ tamen si nunquam fuissent necessaria, infructuosè atque inaniter pro eis Machabæi martyres fierent: postremo illud, quod prædicatores Christianos, Iudæi, tanquam hostes leges persequerentur. Hos atque huiusmodi errores & vitia dicit se damnare; & vt stercora arbitratur, vt Christum lucrifaceret. Didicimus per te, quæ Apostolus mala reliquerit Iudæorum: rursum te docente discamus, quæ bona eorum tenuerit. Obseruationes, inquies, legis: quas more patrio celebrabant, sicut ab ipso Paulo celebratæ sunt, sine vlla salutis necessitate. Id quid velis dicere, sine vlla salutis necessitate, non satis intelligo. Si enim salutem non afferunt, cur obseruantur? Si autem obseruanda sunt, vtique salutem adferunt, maximè quę obseruata martyres faciũt: non enim obseruarentur nisi adferrent salutem: neque enim indifferentia sunt inter bonum & malum, sicut Philosophi disputant. Obseruare legis cerimonias, non potest esse indifferens: sed aut bonum est, aut malum. Tu dicis bonum: ego assero malum, & malum non solum ijs, qui ex gentibus, sed & ijs, qui ex Iudaico populo crediderunt. Dum metuis & vitas Porphyrium blasphemantem, in Hebionis incurris laqueos, ijs qui credunt ex Iudæis, obseruandam legem esse decernens. Nec multum interest inter

Martyrio confirmata lex vetus.

An sit indifferens obseruare legis cerimonias.

Diſſidij inter Auguſtinum & Hieronymum ſtatus.

meam & tuam ſententiam: qua ego dico, & Petrum & Paulum, timore fidelium Iudæorum, legis exercuiſſe, imo ſimulaſſe mandata. Tu autem aſſeris, hoc eos feciſſe clementer, non mentientis aſtu, ſed compatientis affectu, dummodo illud conſtet, vel metu, vel miſericordia eos ſimulaſſe ſe eſſe, quod non erant. *Tomo ſecundo, Epiſtola 89. Hieronymi ad Auguſtinum, cap. 5.*

Finis datarum olim ceremoniarum à Deo.

DICO circumciſionem preputij & cætera huiuſmodi, priori populo per teſtamentum, quod vetus dicitur, diuinitùs data ad ſignificationem futurorum, quæ per Chriſtum oportebat impleri: quibus aduenientibus, remanſiſſe illa Chriſtianis legenda tantum ad intelligentiam præmiſſæ prophetiæ, non autem neceſſariò facienda; quaſi adhuc expectandum eſſet, vt veniret fidei reuelatio, quæ his ſignificabatur eſſe ventura: ſed quamuis gentibus imponenda non eſſent, non tamen ſic debuiſſe auferri à conſuetudine Iudæorum, tanquam deteſtanda atque damnanda: ſenſim proinde atque paulatim, feruente ſanè prædicatione gratiæ CHRISTI, qua ſola noſſent ſe credentes iuſtificari, ſaluoſque fieri, non illos vmbris rerum antea futurarum, tunc iam venientium atque præſentium, vt in illorum Iudæorum vocatione, quos præſentia carnis Domini, & Apoſtolica tempora ſic inuenerant, omnis illa actio conſumeretur vmbrarum, hoc eos feciſſe ad commendationem: vt non tanquam deteſtanda & ſimilis idololatriæ vitaretur, vltra vero non haberet progreſſum; ne putaretur neceſſaria, tanquam vel ab illa ſalus eſſet, vel illa ſalus eſſe non poſſet. Quod putauerunt hæretici: qui dum voluerunt & Iudæi eſſe & Chriſtiani, nec Iudæi nec Chriſtiani eſſe poterunt. An vis, vt etiam ego dicam, hanc eſſe ſummam quæſtionis, imo ſententiæ tuæ; vt poſt Euangelium CHRISTI, benefaciant credentes Iudæi, ſi ſacrificia offerant, quæ obtulit Paulus; ſi filios circumcidant; ſi Sabbathum obſeruent; vt Paulus in Timotheo, & omnes obſeruauare Iudęi; dummodo hęc ſimulate & fallaciter agant? Hoc ſi ita eſt; non iam in hęreſin, Hebionis, vel eorum, quos vulgo Nazaræos nuncupant, vel quamlibet aliam veterem, ſed neſcio in quam nouam delabimur, quæ ſit eo perniciosior, quo non errore ſed propoſito eſt ac voluntate fallaci. Fateor ſanè, in eo, quod Epiſtola continet mea, quod ideo ſacramenta Iudęorum Paulus celebranda ſuſceperat, cum iam Chriſti eſſet Apoſtolus, vt doceret non eſſe perniciosa ijs, qui ea vellent, ſicuti à parentibus per legem acceperant, cuſtodire, minus me poſſuiſſe illo tempore duntaxat, quo primum fidei gratia reuelata eſt, Tunc enim hoc non erat perniciosum, niſi illæ obſeruationes ab omnibus Chriſtianis deſererentur: ne ſi tunc fierent, non diſcerneretur quod Deus populo ſuo per Moyſen præcepit, ab eo, quod in templis dæmoniorum ſpiritus immundus inſtituit. Sicut tũ libera voce pronuncias, cæremonias Iudęorum & perniciosas eſſe & mortiferas Chriſtianis: & quicunque eos obſeruauerit, ſiue ex Iudęis, ſiue ex gentibus, eum in barathrum diaboli deuolutum: ita ego hanc vocem tuam confirmo & addo. Quicunque eas obſeruauerit, ſiue ex Iudęis, ſiue ex gentibus, non ſolum veraciter, verumetiam ſimulatè, eum in barathrum diaboli deuolutum. *Tom. 2. Epiſtola 97. quæ eſt Auguſtini ad Hieronymum.*

Summa ſententiæ Hieronymianæ de legalibus

Oppugnat Auguſtinus Hieronymũ.

SAMVEL in Heli mortuo, & in occiſo Saul, veterem legem abolitam monſtrat. Porrò in Sadoch atque Dauid, noui ſacerdotij, nouiq; imperij, ſacramenta teſtatur. *To. 3. Epiſt. 103. ad Paulinum, cap. 7.*

Legis imminutio ſuccedente Euangelio completur.

DEVICTO aduerſario, ſuperuenit Iethro; adducit Sephoram, & vtrumque filium; dat conſilium 70. ſeniorum; & in typum Eccleſiæ de gentibus cõgregatæ, legis imminutio Euangelio ſuggerente completur. *Tom. 3. Epiſtola. 127. ad Fabiolam Manſione 11.*

VIDETVR mihi in Maria prophetia mortua; in Moyſe & Aaron, legi & ſacerdotio Iudęorum finis impoſitus; quod nec ipſi ad terram repromiſſionis tranſcendere valeant, nec credentem populum de ſolitudine huius mundi educere. *Ibid. Manſione. 33.*

Deut. 22. Eſaiæ. 32.

QVAERIMVS vbi pariter legerimus bouem & aſinum. In Deuteronomio ſcriptum eſt. Non arabis in vitulo ſimul & aſino, & hoc eodem Eſaia. Beati qui ſeminat ſuper omnem aquam vbi bos calcat & aſinus. Simul arat in boue & aſino Hebion: dignus pro humilitate ſenſus paupertate ſui nominis: qui ſic recipit Euangelium vt Iudaicarũ ſuperſtitionum, quę in vmbra & imagine præceſſerunt, ceremonias non relinquat. *Tom. 4. lib. Com. in cap. 1. Eſaiæ.*

Hebionitarũ hæreſis reprehenſa.

Pythagoræi deteſtantur fabas. vide ſymbola Pythagoræ explicata. Philip. 3.

CVM veteris legis ceremonias reſpuiſſet, tranſit ad Euangelicam puritatem: & quid pro his cupiat oſtendit. Immola Deo ſacrificium laudis & redde altiſſimo vota tua. Et: Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Omnes ergo huius capituli continentia, vſque ad eum locum vbi ait. Iudicato pupillo: Defendite viduam: & venite diſputemus, dicit Dominus: reſpicit ſacrificia victimarum, & Euangelij obedientiã docet eſſe ſuper ſacrificia. Audiant hoc caput Hebionei: qui poſt paſſionem Chriſti abolitam legem putant eſſe ſeruandam. Audiant Hebionitarum ſocij: qui Iudęis tantũ, & de ſtirpe Iſraelitici generis hæc cuſtodienda decernunt. Hoſtiæ ergo & immolatio victimarũ non principaliter à Deo quęſita ſunt, ſed ne idolis offerrẽtur: & vt de carnalibus victimis quaſi per typum & imaginẽ ad ſpirituales hoſtias tranſiremus. *To. 4. lib. 1. Com. in cap. 1. Eſai.*

Poſt paſſionem Chriſti lex abolita non eſt ſeruanda vt hic diſſerit vir ſanctus contra Hebionitas. Matth. 11.

POST interfectionem Chriſti, omnes gratiæ & donationes à Iudęis ſublatæ: ſecundum quod in Euangelio ſcriptum eſt. Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem baptiſtam. Nihil apud Iudęos poſt paſſionem Domini forte, nihil validũ eſt: ſed omnia infirma & languida. *Tom. 4. lib. 2. Com. in cap. 3. Eſaiæ.*

Poſt Chriſti paſſionem omnia infirma apud Iudæos.

Nazaræorum & Hebionitarum ſimilis hæreſis. Hebr. 7.

NAZARAEI ita Chriſtum recipiunt vt obſeruationes legis veteris nõ amittant. *To. 4. lib. 3. Com. in cap. 8. Eſaiæ.*

AVFERET te Dominus de ſtatione tua & de miniſterio tuo, hoc eſt ceremonijs victimarũ, vt impleatur illud quod ſcribitur ad Hebręos. Tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt vt & legis trãſlatio fiat. Quod Chriſtus paſſione ſua reſerarit, claudi non poterit, & quod clauſerit in ceremonijs Iudęorũ, à nullo alio aperietur. *To. 4. lib. 7 Com. in cap. 22. Eſai.*

SI ſufficit ambulare in lege, quæ nobis eſt data per Moyſen, vt ſtulta hęreſis ſuſpicatur: quomodo addidit: vt audiatis ſermones ſeruorum meorum, prophetarum? Qui vtique poſt legem miſſi ſunt, & nõ ſemel, ſed frequenter, nec otioſè & à ſecuro, ſed ſemper & à ſolicito. Miſi, inquit, ad vos ſeruos meos prophetas quotidie, & de nocte conſurgens: quoſſi audire nolueritis, dabo domum iſtã hoc eſt templũ Dei, ſicut Silo, vbi ſunt tabernaculũ. Cũq; templum

A ſimili docet ceremonias ablatas. 2. Paralip. 3.

plum deſtructum fuerit, conſequenter & ciuitas erit in maledictionem cunctis gentibus terrę. Sicut autem extructo tẽplo in area Ornæ, & in monte Moria, hoc eſt, viſionis: in quo Abrahã filium ſuum obtuliſſe narratur ceſſauit religio Silo. nec poſtea ibi ſunt celebrata ſacrificia: ſic extructa eccleſia, & ſpiritualibus in ea victimis immolatis, ceſſauerunt legis ceremoniæ, & data eſt vrbs Iudæorum in maledictionem cunctis gentibus terræ: de qua nos Dominus liberauit, dicente Apoſtolo, Chriſtus redemit nos de maledictiõe legis, factus pro nobis maledictio. *Tom. 4. lib. 5. Com. in cap. 26. Hieremiæ.*

Galat. 3.

POSSVMVS & hoc dicere iuxta intelligẽtiam ſpiritualem, quod Iudaicus populus poſt Dei offenſam vſq; hodie ſubcineritios panes comedat, miſtos frumento, hordeo, faba, lente, milio & auena: quorum alter hominum: alter iumentorum cibus eſt. In eo enim quod videtur in vnũ Deum credere, habent aliquid & frumenti. Quod autem filium negant, hordeo iumentorum paſcuntur & fabis, quibus comedentibus venter inflatur, & mens opprimi dicitur: intantum, vt Pythagoreis quoque cibus deteſtabilis ſit. Lex ipſa quam legunt & non intelligunt, ſubcineritius panis eſt, & opertus humano ſtercore. Quamobrem & Paulus Apoſtolus lucra legis, & priſtinarum ceremoniarum obſeruantiam, dicit ſe habuiſſe ſicut ſtercora, vt Chriſtum lucrifaceret. *Tomo 4. libr. 1. Com. in cap. 4. Ezechielis.*

NOSTRA Hieruſalem, id eſt viſio pacis, ab hęreticis ſcinditur, quando vnum & alterum teſtimonium ſcripturarum, de proprijs carpentes locis, conantur aſſuere his, quibus non queunt coaptare. Ad quos & ſupra dictum in hoc eodẽ propheta legimus: Vę his qui conſuunt ceruicalia ſub omni cubito manus, & faciunt operimenta ſuper caput vniuerſæ ætatis: quod Dominus fieri prohibens, loquitur in euangelio: Nemo aſſumit cõmiſſuram panni rudis in veteri veſtimento: alioquin tollit de ſplenitudine eius, & peior ſciſſura fiet: nec mittunt vinum nouum in vtres veteres. Tales ſunt Nazaræi, qui veteris legis obſeruãtiam euangelicæ gratiæ aptare conantur. Et omnes hæretici, qui teſtimonium in ſuo loco alteri ſenſui congruens, alteri nituntur aſſuere, cum Dominica tunica deſuper texta per totum, ſcindi omninò nõ poſſit, ſed texta ſpiritu ſancto nullam recipiat ſciſſionem. *Tom. 4. lib. 4. Com. in cap. 16. Ezech.*

Matth. 9.

Nazaræi quibus ſimiles ſunt, qui legem gratiæ miſcent.

A Iudæis ad nos tranſiit ſacerdotiũ & legislatio

SVBLATIS legitimis Dei à populo Iudęorum, interrogemus eos, quam habeãt legis obſeruantiam. Victimas ſublato templo atq; ſubuerſo offerre non poſſunt: nec adulterarum lapidatio, cæterorumque criminum lege conceſſa exerceri poteſt, & vacatio terræ anno remiſſionis, & cætera huiuſmodi. Noſtra quoque Hieruſalem, ſi præterierimus ceremonias Dei, & extẽta eius manu fuerit ſuper nos, & ablata cũcta legis obſeruantia, tradetur filiabus Paleſtinæ, & non filijs. Sublatis autem ceremonijs Dei à populo Iudæorum, ad nos cum ſacerdotio tranſit & legislatio, dicente ſcriptura. Cõſtitue Domine legislatorem ſuper eos, & in alio loco: Legem pone mihi Domine in via tua. *Tom. 4. lib. 5. Com. in cap. Ezech.*

Pſal. 6. Pſalm. 26.

Cur poſt idololatriam ceperint varias ceremonias.

POTEST & hoc dici quod ante offenſam Decalogum tantum acceperint, poſt idololatriã verò & blaſphemiam, multiplices legis ceremonias, vt Deo potius offerrent victimas, quas dæmonibus offerebant: & comparatione ſacrilegij leuius fieret, quod non erat per ſe bonum, & nequaquã malum, quia Deo offerebatur, & tamen non bonum, quia boni actorem offenderant. *Tom. 4. lib. 6. Com. in cap. 20. Ezech.*

Galat. 5.

IVXTA Anagogen, ſi Ezechiel interpretatur fortitudo Dei: Chriſtus autem eſt Dei virtus & ſapientia: hoc intelligendum, quod capta Hieruſalem & ſubuerſa; quicunque perfidiam Iudæorum poterit euadere, quales fuerunt Apoſtoli, & reliquiæ, quæ ſaluę ſunt factæ: ipſe Chriſto nunciat omnes ceremonias Iudæorum eſſe ſubuerſas: quas quidam vſque hodie obſeruandas putant, non audientes illud Apoſtoli: A gratia excidiſtis, qui in lege iuſtificamini. Mirorque hominũ pertinaciam, id vtile ſermone defendere, quod opere implere non audeant: niſi fortè ſub pelle ouiũ, id eſt Chriſtianorum, lupi cælãtur Iudaici. Quid defenſor ſynagogæ in Chriſti Eccleſijs perſonat? omnes ceremoniæ Euangelio ſuccedente deletæ tranſierunt. *Tom. 4. lib. 10. Com. in cap. 33. Ezech.*

Galat. 5. Chriſtus eſt homo-thea ſub pelle ouina lupus Iudaici.

VRGENT nos hoc loco Iudæi & Hebionitę, qui circumciſionem carnis accipiunt, quomodo poſſimus præſentem locum exponere, in circunciſos corde & carne: quaſi non omnium membrorum ſpiritualis circumciſio in ſacris literis frequẽter occurrat. Vide hic exempla latiùs. *Tom. 4. libro 13. Com. in cap. 44. Ezechielis.*

POST paſſionem Domini in dimidia hebdomoda rurſum deficit hoſtia & ſacrificium. Quicquid enim in templo poſtea factum eſt, non fuit ſacrificium Dei, ſed cultus diaboli: cunctis in cõmune clamantibus: Sãguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros: & hoc, non habemus regem, niſi Cęſarem. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 9. Danielis.*

TEMPVS amandi legem, & ea, quæ fuerant à lege imperata, circunciſionem, hoſtias, ſabbathũ, neomenias: & tempus obediẽdi ea Euangelij gratia ſuccedente. *Tom. 5. Com. in cap. 3. Eccleſiaſtis.*

PECCAMVS & ſceleus committimus, quandò ad obſeruationem ſabbathi, circunciſionis iniuriam, ceremonias legis ablatę cum parentibus Iudæis filij nos ingredimur, quibus dicit Apoſtolus: Ecce ego Paulus, dico vobis, quia ſi circuncidamini, Chriſtus vobis nihil proderit: & iterum: Qui in lege iuſtificantur, à gratia exciderunt. Qui ita accedit ad Eccleſiam, vt legem ſeruet in Euangelio, iſte cum patre ingreditur ad puellam, & cõmittit ſtuprum, & violat nomen Domini. Vnde qui dicunt non nocere Iudæis poſt aduentũ Chriſti, ſi ita credant in Dominum, vt legis quoque præcepta cuſtodiant: patrem & filium vna fornicatione contaminant. *To. 5. lib. 1. Com. in ca. 2. Amos.*

Galat. 5. Qui legem in Euangelio ſeruat, non fornicatur.

NVNQVID non eſt ita? De hoc loco hæreſin ſuam Tatianus Encratitarum princeps ſtruere nititur, vinum afferens non bibendum, cùm & lege præceptum ſit, ne Nazaræi bibant vinum, & nunc accuſentur à propheta, qui proponent Nazaręis vinum. Qui ſi literam ſequuntur in omnibus, & Iudaicas fabulas Eccleſijs ingerunt Chriſti, ergo & comam nutrire debent, & vuam paſſam ac vitidẽ non comedere, & ſuper patre ac matre mortuis non ingredi: & ſi fortè hęc fecerint, & fuerint humana vel fragilitate vel neceſſitate ſuperati, ſtadant capita, & irriti ſint omnes dies conſecrationis & laboris eorum. Quod ſi hęc non faciunt, neque poſſunt more Iudaicorum cauponum miſcere aquã vino, vmbras veritati; Euangelio gratię leges neceſſitatem: ebrietatem Nazarçorum illam intelligant, qua curis ſęcularibus inebrian-

Iudaicæ fabulæ Eccleſijs non ingerenda.

tur,& obruitur animæ vigor, & illos prophetans mandare dicentes: Ne prophetetis: qui liuore superati,prohibent eruditos viros doctrinę proferre sermonem. *To.6. lib.1.Com.in cap.2. Amos. Vide & in cap.5. Amos fol.107. fac.2.*

EGRESSVS pater cum filio de templo & ceremonijs Iudęorum,dicens: Relinquetur vobis domus vestra deserta, & veniet ad salutem gentium, vt saluet credentes in Christum. *Tom.5.lib.2. Com. in cap.3.Habacuc.*

Iudæi habuerunt 30 præcepta affirmatiua, & 36. negatiua seu prohibitoria.

IVDAEI locum istum malitiosè interpretantes, triginta argenteos triginta legis mãdata commemorãt, quę facere iubeantur in lege: & rursum triginta sex alia, quæ prohibeantur in lege,& dici eis, vt argentum mandatorum Domini plastæ suo atque fictori reddant Deo: quod quia facere noluerint, esse proiectos. Breuiter indicare volui, quid sentiant: alioquin explanationem eorum la cinioſissimã tœdet reuoluere, vt ad reliqua transeamus. Iuncta sibi sunt duo instrumenta legis & Euangelij: sed ita iuncta vt magis vicina sint quã vnita. Multa enim veteris legis amisimus. & nouę gratiæ suscepimus. *To.5.lib.3.Com.in cap.14. Zacha.*

IOANNE tradito, rectè ipse incipit prædicare Euangelium, desinente lege consequenter oritur Euangelium. *Tom.6.Com. in cap 4.Matth.*

Galatæ cupiebant legẽ Euangelio miscere.

VETERES vtres debemus intelligere Scribas & Pharisæos: plagula vestimenti noui, & vinum nouum, præcepta euangelica sentienda: quæ nó possunt sustinere Iudæi, ne maior scissura fiat. Tale quid & Galatæ facere cupiebant: vt cũ Euangelio legis præcepta miscerent, & in vtres veteres mitterent vinum nouum: sed Apostolus ad eos loquitur: O insensati Galatę, quis vos fascinauit veritati non obedire? *Tom.6.lib.1.Com.in cap. 9.Matth.Cano.14.fac.1.*

OMNES prophetæ & lex vsque ad Ioannem] Non quod post Ioannem excludat prophetas: Legimus enim in Actibus Apostolorum, & Agabũ prophetasse, & quatuor virgines filias Philippi: sed quod lex & prophetæ, quos scriptos legimus, quicquid prophetauerunt de Domino vaticinati sunt. Quando ergo dicitur: Omnes prophetæ & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt, Christi tempus ostenditur, vt quem illi dixerunt esse venturum, Ioannes venisse ostenderet. *Tom.6.lib. 2.Com.in cap.11.Matth.Cano 19.*

Hebionitæ Paulum repudiant.

NOTA quod primi Apostoli Saluatoris, literam sabbathi destruunt, aduersum Hebionitas: qui cùm cæteros recipiant Apostolos, Paulũ, quasi legis transgressorem repudiant. *Tom.6.lib.2. Cõ. in cap.12. Matth.*

Scopus primarius omnium epistolarum Paulinarum.

NVLLVS Apostoli sermo est, vel per epistolam, vel præsentis, in quo non laboret docere antiquæ legis onera deposita, & omnia illa, quæ in typis & imaginibus præcesserunt, id est, otiũ sabbathi, circuncisionis iniuriam, calendarum & triũ per annum solennitatum recursus, scrupulositatem ciborum, & per dies singulos lauacra iterum sordidanda, gratia Euangelij subrepentè cessasse: quam non sanguis victimarum, sed fides animæ credentis impleret. In his duabus epistolis specialiter legis cessatio antiquæ, & nouæ introductio continetur. Sed ad Galatas hoc proprium habet: quod non scribit ad eos, qui ex Iudęis in Christum crediderant, & paternas putabant ceremonias obseruandas: sed ad eos, qui ex gentibus fidem Euangelij receperant, & rursum retro lapsi, quorundam fuerant authoritate deterriti: asse-

Cessatio legis antiquæ & introductio nouæ in epistola ad Rom. & ad Gala. peculiariter contẽnetur.

rentium Petrum quoque & Iacobum, & totas Iudeæ Ecclesias, Euangelium Christi cum lege veteri miscuisse. Ipsum etiam Paulum aliud in Iudæa facere, aliud nationibus prędicare, & frustra eos in crucifixum credere, si id negligendum putarent, quod Apostolorum principes obseruarẽt. Quamobrem ita cautè inter vtrumque & medius incedit, vt nec Euangelij prodat gratiam, pressus pondere & authoritate maiorum, nec prędecessoribus faciat iniuriam, dum assertor est gratiæ: ob liquè verò & quasi per cuniculos latenter incedens, vt pro commissa sibi circuncisionis plebe Petrum doceat facere, ne ab antiquo repentè viuendi more desciscens, in crucem scandalizata non crederet, & sibi prędicatione gentium credita, æquum esse id pro veritate defendere, quod alius pro dispensatione simularet. *Tom.6. Proœmio Com. in Epistol.ad Galatas.*

ABSCONDITAE cum Apostolis gratiam Euangelicę libertatis, & legis abolitę vetustatem cõtulit, propter multitudinem credentium Iudęorum, qui nec dum poterant Christum ad impletionem & finem legis audire, qui & absente Paulo Hierosolymę iactitauerant frustrà eum currere aut cucurrisse, qui putaret legem veterem non sequendam. *Tom.6.lib.2. Com.in cap.2.Ad Galatas.*

SI circuncisionem, inquit, putatis post gratiã esse sequendam, ergo vsque ad præsens tempus sine circũcisione viuentes, omnia, quæ estis passi, in irritum sunt deducta. *Tom.6.lib.1.Com.in cap.3. ad Galatas.*

Obiectionis exclusio.

POTERAT è contrario hic obijci. Quid ergo necesse fuit legem post tantum tempus repromissionis dari: cùm & data lege, suspicio destructæ sponsionis potuerit oboriri, & manente repromissione, nõ profutura lex data sit. Quam prævidens quæstionem Apostolus, in sequentibus ipse sibi proponit & explicat, cur data sit lex scilicet, propter transgressiones. Post officium enim populi in eremo, post adoratum vitulum, & murmur in Dominum, lex transgressiones prohibitura successit, & vt altiùs repetam post idololatriam, rituscolendi Deum, & delinquentium pœna sancita est, in manu mediatoris Iesu Christi, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso iactum est nihil. *Tom.6.lib.2.Com.in cap.3. ad Galatas.*

Finis data lẽgis.

SICVT mediator Dei & hominum, inter dantem & accipientem legem, medius fuit, ita lex ipsa, quæ post repromissionem data est, inter repromissionem & completionem eius media sub repsit. Quæ non idcircò arbitranda est repromissionem excludere, quia postea subsequuta, cã quæ prius fuit, videtur abolere: sed ex eo, quod non potuit viuificare, nec id tribuere, quod repmisit prima pollicita est, manifestum est in custodiam eam repromissionis, non in subuersionẽ datam. Si enim data esset lex, quę posset præstare vitam, & id, quod promisit spoponderat, exhibere, verè promisio per legem putaretur exclusa. Nunc autem propter transgressiones posita, magis arguit eos peccatores, quibus post repromissionem in custodiam, & vt ita dicam, in carcerem data est: vt quia per arbitrij libertatem noluerant innocentes expectare promissum, legalibus vinculis prępediij, & in seruitutem mandatorum redacti, custodirentur in aduentum futurę in Christo fidei: quę finem repromissionis afferret. Nec verò æstimandum scripturam auctorem esse peccati, quia omnia sub peccato conclu-

Lex non excludit promissionem.

Lex data in custodiam repromissionis & quasi lapsa carceris.

Iudicij & legis pulchra comparatio.

fisse dicitur: cùm mandatum, quod ex iure præcipitur, ostendat potiùs arguatq; peccatum, quam sit causa peccati: Quomodo & iudex non est auctor sceleris, nequam homines vinciendo: sed cõcludit eos, & nocentes sententiæ suæ auctoritate pronunciat: vt debitos pœnæ, indulgentia postea, si voluerit principalis, absoluat. *Tom.6.lib.2. Com.in cap.3.ad Galat.*

Explicatio similitudinis inter legem & pædagogum.

PAEDAGOGVS paruulis assignatur: vt lasciuiens refrenetur ætas, & prona in vitia corda teneantur: dum tenera studijs eruditur infantia, & ad maiores philosophiæ ac regendæ Reipub. disciplinæ, metu pœnę coercita præparatur. Non tamen pœdagogus magister & pater est, nec hæreditatem & scientiam pœdagogi is, qui eruditur exspectat, sed alienum custodit filium pœdagogus, ab eo, postquam ille ad legitimum capiendæ hæreditatis tempus aduenerit, recessurus. Denique & nomen pœdagogi, hoc ipsum sonat, & est compositum ab eo, quod pueros agat & ductet. Itaque & Moysi lex populo lasciuienti ad instar pœdagogi seuerioris apposita est, vt custodiret eos, & futuræ fidei præpararet: quæ postquam venit & credidimus in Christum, iam non sumus sub pœdagogo: tutor à nobis curatorq́ue discedunt, & legitimum ætatis tempus intuentes, veri Dei filij nominamur: cui generat nos, non lex abolita, sed mater fides, quæ est in Christo Iesu. Quod si quis post consummatum ætatis suæ tempus, quando iam hæres & liber & filius appellatur, voluerit esse sub pœdagogo, sciat se non posse paruuli legibus viuere. Atque ita fiet, vt nec sub patre, nec sub pœdagogo viuant: dum & lex impleri non poterit post successionem fidei: & fides, dum pœdagoga lex appetitur, non tenetur. *Tomo.6. lib.1.Com.in cap.3.ad Galatas.*

CHRISTVS antiquæ legis difficultatem, Euangelicorum dogmatum integritate mutauit. *To. 6.lib.2.Com.in cap.4.ad. Galatas.*

Sole Christo coruscante stellarum, id est, ceremoniarum lumen est absconditum.

LEGEM nobis infirma & egena elementa mũdi dicentibus, occasionem inueniunt heretici, vt detrahant creatori, quia mundum condiderit, & legem sanxerit. Quibus nos respondebimus infirma his esse & egena elementa mundi, his, qui ad ea post Euangelij gratiam reuertuntur. Denique priusquam Christi in toto orbe Euangelium coruscaret, habuerunt suum fulgorem præcepta legalia: postquam verò maius Euangelicæ gratiæ lumen effulsit, & sol iustitiæ se toti mundo prodidit, stellarum lumen absconditum est, & carũ radij caligauerunt, ita vt Apostolus in alio loco diceret: Nam nec glorificatum est, quod glorificatum fuit, in hac parte, propter excellentem gloriam. Lex Moysi, quæ ante aduentum Christi dies, opulenta & clara fuit, post aduentum Christi ad comparationem eius, quasi infirma & egena imminuta atq; destructa est ab eo, qui maior fuit Salomone, & templo, & Iona. Quod enim scriptum est. Illum oportet crescere, me autẽ minui: non tam ex Ioannis, quàm ex legis persona dictum puto: quia semper cedunt minora maioribus, & perfecta initijs præponuntur. *Tom.6. lib.2.Com.in cap.4. ad Galat. ibid.latè.*

Perfectum Euangelium initijs legis præponitur.

NON mirum vetus testamentum non esse perpetuum, cùm & incolatus in Arabia in monte Syna à perpetua possessione sit diuersus. *Tom.6.li: 2.Com.in cap.4.ad Galatas.*

QVOMODO nemo potest duobus dominis seruire: sic vmbram pariter & veritatem legis im-

Dilemmate coarctatur Hebion.

plere difficilè est. Vmbra in lege veteri est, donec aspiret dies & amoueantur vmbræ, veritas in Euangelio Christi. Gratia enim & veritas per Iesum Christum facta est. Perdit ergo gratiam Christi, & Euangelium, quod tenuerat, amittit, qui in aliqua obseruatione legis iustificari se putat, & cum gratiam amiserit, à fide Christi destituitur, & in eius opere conquiescit. *To.6.li.2. Cõ.in c.5.ad Galat.* *Ioan.1.*

COARCTABIMVS Ebionem & sectatores eius, qui post Euangelium credentes in Christo circuncidendos putant, vt aut circuncisionem faciant, & cætera, quæ præcipiuntur in lege, aut si impossibile est cuncta fieri, cesset & circuncisio, quę cum cæteris, quasi inutilis est prętermissa: Quod si responderint, possibilia tantum se debere facere, dicemus eis non eiusdẽ esse Dei, custodiri velle legem, & eos, qui legem custodiant, derelinquere. Aut quomodo propter intermissam legẽ reos eos faciet, qui etiamsi velint vniuersa complere non possint. Nos verò legem sequimur spiritualem non iuxta literam, sed spiritualem intelligentiam. *Tom.6.lib.2.Com.in cap.5.ad Galatas.*

Lex spiritualis inquenda non literalis.

EX eo tempore, quo Euangelium in toto orbe radiauit, superflua est circuncisionis iniuria: *bidem vide prolixius in Comment.in totum 5.cap ad Galat.*

CHRISTVS præcepta legalia Euangelicis dogmatibus commutauit. *Tom.6.lib.1.Com.in cap.2. ad Ephes.*

Exod.25. Christus mãdata legis ita spiritualiter intellecta rẽtraxit ad legem Euangelij.

BONVS pastor Christus, mandata legalia ad illa retraxit dogmata, ad quorum typum & imaginem, Moyses, quæ essent in tabernaculo fabricanda conspexit. Atq; ita fit, vt crux Domini non solum terræ, sed & cælo profuit; non solùm hominibus, sed & angelis, & omnis creatura Domini sui cruore purgata est. *To.6.lib.1. Cõ.in ca.2. ad Ephes.*

Rom. 10. Spiritualis Euangelij religio ceremonias Iudaicæ mutauit.

AC quidem sine scripturarum authoritate garrulitas non haberet fidem, nisi viderentur per uersam doctrinam etiam diuinis testimonijs roborare. Hi sunt de circuncisione Iudæi, qui tunc temporis nascentem Christi Ecclesiam subuertere nitebantur, & introducere præcepta legalia: de quibus & ad Galatas & ad Romanos plenius Paulus exequitur. Et nos ante paucos menses, tria volumina in epistolę ad Galatas explanatione dicta uimus. *Tom.6.lib.1.Com.in cap.1. ad Titum.*

FINIS legis Christus ad iustitiam omni credenti. *Tom.7.Com.in Psal.4.*

Ceremonialia veteris legis intelligenda moraliter in nouo lege.

QVIA sacrificia & ceremonias Iudæorum, & sabbatha, & superstitiones legis veteris, spiritualis Euangelij religione mutasti: propterea lætus in mundum venio & assumam carnem, in qua patiar. *Tom.7. Com.in Psalm.39.*

QVAECVNQVE lex offerre præcepit in sacrificijs tuis visibilibus, hæc redemptus populus deportabit in moribus. *Tom.7.Com.in Psalm.70.*

Caput VIII. De mandatorum Dei obseruatione, & bonorum operum ad salutem necessitate,

Articulus primus, Dei præcepta, homini iustificato, & sub gratia constituto esse obseruanda, nec esse ad obseruandum impossibilia.

Psal. 100.

DVRISSIMAE conscientiæ est, securè cantare cum propheta: Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus tuæ. Vnde idẽ alibi dicit: Nõ fraudabit eos Deus *Psal. 83.*

bonis

bonis, qui ambulant in innocentia. Itaque malitiam, odium atque inuidiam, quæ vel maxima, vel sola semina sunt nocendi Christiana à se propellat animam: neque manu tantum aut lingua, sed corde quoque custodiat innocentiam: nec opere modo, sed voto etiam nocere formidet, quantum enim ad peccati rationem pertinet, nocuit, & qui nocere disposuit. Multi nomé illud absolutè atq; integrè definiunt, innocentem, quæ ne in eo qui dem vlli noceat, quo prodesse desistat: quod si est verum, tum demum lætare de innocentiæ conscientia, si, cùm potes, adiuuare non desinas, si verò diuisa inter se ista atque distincta sunt, aliudq; est non nocere, quod semper potes, aliud prodesse, cùm possis, aliud malum non facere, aliud operari bonum; illud tibi rursum occurrat, non sufficere Christiano, si partem vnã iustitiæ impleat: cui vtrumque præcipitur, neque enim debemus ad multitudinis exempla respicere, quæ nullam morum disciplinam sequens, nullum viuendi tenens ordinẽ non tam ratione ducitur, quam quodam impetu fertur. Nec imitandi nobis illi sunt, qui sub Christiano nomine gentilẽ vitam agunt, & aliud professione aliud conuersatione testãtur, atque vt Apostolus ait, Deum confitentur se nosse, factis autem negant. Inter Christianum & gentilem non fides tantum debet, sed etiam vita distinguere, & diuersam religionẽ per diuersa opera monstrare. Nolite, ait Apostolus, iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quę societas lucis ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? qui autem consensus templo Dei cum idolis? Sit ergo inter nos & illos maxima separatio. Diffungitur certo discrimine error & veritas. Illi terrena sapiant, qui cęlestia promissa non habent, illi breui huic vitæ se totos implicent, qui æterna nesciunt. illi peccare non metuant, qui peccatorum impunitatem putant. illi seruiant vitijs, qui non sperãt futura præmia virtutum. Nos verò qui purissima confitemur fide, omnem hominem manifestandum esse ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque propria corporis sui, prout gesserit, siue bonũ siue malum, procul esse debemus à vitijs dicẽte Apostolo: Qui enim Christi sunt, carnẽ suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Nec turbam sequantur errantem, qui se veritatis discipulos confitentur. Duas certè conuersationis vias, & distincta in diuersum itinera viuendi, saluator in Euangelio ostendit. Quam, inquit, spatiosa via, quæ ducit ad mortem, & multi sunt qui intrãt per eam. Et rursum: Quam arcta via & angusta est, quæ ducit ad vitã, & pauci sunt, qui inueniunt eam. Vide, quanta inter has vias separatio sit, quantumq; discrimen. illa ad mortem, hæc tendit ad vitam. illa celebratur & teritur à multis, hæc vix inuenitur à paucis, illa enim vitijs per consuetudinem quasi decliuior ac mollior & velut quibusdam amœna floribus voluptatum facile ad se rapit comeantium multitudinem: hæc verò, infecto calle virtutum tristior atque horridior, ab his tantum eligitur, quibus non tam dilectio itineris cordi est, quam vtilitas mansionis. asperam enim nobis & insuauem virtutum viam nimia facit vitiorum consuetudo; quæ si in partem alteram transferatur, inuenietur sicut scriptura dicit, semita iustitiæ leuis. *Tom. 1. epist. 14. ad Celantiam cap. 2.*

Pœnæ partes iustitiæ implendæ.

Tim. 1. Christianorum & paganorum discrimen. 2. Cor. 6.

2. Cor. 5. Galat 5.

Duo distincta viuendi genera.

Matth. 7.

Matth. 11.

Duæ conuersationis viæ diuersissimæ

Consuetudo facit leuem & facilem iustitiæ viã.

Prouer. 4.

SINT ergo diuinæ scripturæ semper in manibus tuis & iugiter in mente voluantur. Nec sufficere tibi putes, mandata Dei memoria tenere, & operibus obliuiſci: sed ideò illa cognosco, vt facias quicquid faciendum didiceris. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Latus quidem & immensus diuinæ legis campus, extẽditur, qui diuersis testimonijs veritatis, velut cælestibus quibusdam floribus, vernãs, mira oblectatione legentis animum pascit ac refouet. Quæ omnia semper cognoscere, secumque reuoluere, ingens ad conseruandam iustitiam beneficium est. *Tom. 1. epist. 14. Ad Celantiam capite 4.*

Rom. 2.

Diuinæ scripturæ meditatio efficit facilem viã mandatorũ Dei.

NIHIL amantibus durum est, nullus difficilis cupienti labor est. Respice, quanta Iacob pro Rachel pacta vxore sustinuit. Et seruiuit inquit scriptura Iacob pro Rachel annis septem. Et erant in cóspectu eius quasi dies pauci: qui amabat illam. Vnde & ipse postea memorat. In die vrebar æstu, & gelu nocte. Amemus & nos Christum, eiusque semper quæramus amplexus: & facile videbitur omne difficile: breuia putabimus vniuersa, quæ lóga sunt: & iaculo illius vulnerati, per horarum momenta dicemus: Heu me, quia peregrinatio mea prolongata est. Nõ sunt enim condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio autem spem, spes autem non confundit. Quando tibi graue videbitur esse quod sustines, Pauli secundam epistolam ad Corinthios lege: In laboribus plurimũ, in carceribus abundantius, in plagis supra modum in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi: ter virgis cæsus sum semel lapidatus sum, ter naufragium feci: nocte & die in profundum maris fui. In itineribus sæpius, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in laboribus, in miserijs, in vigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs plurimis, in frigore & nuditate. Quis nostrum saltem minimam portionem de catalogo harum sibi potest vindicare virtutum? ob quæ ille postea confidenter iactabat: Cursũ consummaui fidem seruaui. Superest mihi corona iustitiæ, quam retribuet mihi in die illa Dominus iustus iudex. Si cibus insullior fuerit, cõtristamur: & putamus Deo nos aliquod præstare beneficiũ, cùm aquatius vinum bibimus. Calix frangitur, mensa subuertitur, verbera resonant, & aqua tepedior sanguine vindicatur. Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Nisi vim seceris cælorũ regna non capies, nisi pulsaueris importunè, panem non accipies sacramenti. An non tibi videtur violentia, cum caro cupit esse, quod Deus est, & illuc, vnde angeli corruerunt, Angelos iudicatura conscendit? Egredere, quæso, paulisper de carcere, & præsentis laboris ante oculos tuos tibi pinge mercedem, quã nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. *To. 1. epist. 22. ad Eustochium cap. 18.*

Gen. 29. 30. Amanti nihil est difficile.

Psal 119.

Rom. 5. 8.

2. Cor. 11. Exẽpla sanctorum confortatæ faciunt facilem viam mandatorũ Dei.

RESPONDE mihi, facilia sunt an difficilia Dei mandata? si facilia profer qui ea impleuerit, & cur Dauid in Psalmo canat. Qui fingis laborẽ in præcepto: Et iterum: Propter verba labiorũ tuorum ego custodiui vias duras. Et Dominus in Euangelio. Intrate per angustam portam: Et diligite inimicos vestros. Et orate pro ijs, qui persequuntur vos.

2. Tim. 4.

Matth. 11. Luc. 12. Mercedis futuræ consideratio lenit difficultatẽ.

Esa. 64.

Psal 93.

Psal. 16.

Matth 7. Luc. 6.

vos. Sin autem difficilia, cur ausus es dicere, facilia esse Dei mandata, quæ nullus impleuerit. Nõ intelligis tuas inter se repugnare sententias? aut enim facilia sunt, & infinita est multitudo hominum, qui ea impleuerint, aut difficilia, & temerè dixisti esse facile, quod difficile est. Soletis & hoc dicere, aut possibilia esse mandata, & rectè à Deo data, aut impossibilia, & non in ijs esse culpam, qui accepere mandata, sed in eo, qui dedit impossibilia. Nunquid præcepit mihi Deus, vt essem quod Deus est, vt nihil inter me esset & Dominum creatorem? vt maior esset angelorum fastigio, vt haberem quod angeli non habent? De illo scriptum est, quasi proprium. Qui peccatum nõ fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Si hoc & mihi cum Christo commune est, quid ille habuit proprium? alioqui per se tua sententia destruetur. *Tom. 2. aduersus Pelagium ad Ctesiphontem cap. 3. fo. 266.*

Pelagiani dixerũt Deũ impossibilia præcepisse.

RESERVATO igitur hoc, quod fatemur, possibilia Deum dedisse mandata; ne ipse auctor iniustitiæ sit, si id exigat fieri, quod fieri non potest: nunc illud imple, quod proposueras, posse hominem sine peccato esse si velit. *Tom. 2. lib. 1. Dialogorũ aduersus Pelagianos cap. 3.*

Possibilia sunt Dei mandata nè Deus sit auctor iniustitiæ.

DEVS possibiles dedit humano ingenio omnes artes quìppè, quas plurimi didicerunt: vt taceam de ijs quas Græci βαναύσους vocant nos, ad opera manuum pertinẽtes, possumus dicere? verbi grãtia, Grammaticam, Rhetoricam, philosophię tria genera, physicam, Ethicam, Logicam, Geometriã quoque & Astronomiam, Astrologiam, Arithmeticam, Musicam, quæ & ipsæ partes Philosophiæ sunt? Medicinam etiam, quæ in tria diuiditur, δόγμα, μέθοδον, ἐμπειρίαν, Iuris quoq; & legum scientiam. Quis nostrum, quamuis sit ingeniosus, poterit omnia comprehendere, cùm eloquentissimus orator de Rethorica & iuris scientia disputans dixerit: Pauci vnum possunt, vtrumque nemo. Vides ergo, quod Deus possibile iusserit, & tamen id, quod possibile est, per naturam nullũ posse complere. Dedit itaque præcepta diuersa virtutesque varias, quas omnes simul habere non possumus. Atque ita fit, vt quod in alio aut primum, aut totum est, in alio ex parte versetur, & tamen non sit in crimine, qui non habet omnia, nec condemnetur ex eo, quod non habet, sed iusticetur ex eo, quod possidet. *Tom. 2. lib. 1. Dialogorũ aduersus Pelagianos cap. 8.*

Deus iussit possibilia

POSSIBILIA præcepit Deus & ego fateor: sed hæc possibilia cuncta singuli habere non possumus, non imbecillitate naturæ, nec calumniam facias Deo, sed animi lasitudine, qui cunctas simul & semper non potest habere virtutes. *Ibidem in fine eiusdem capitis.*

Possibilia Deus præcepit.

ET iterum. Quis erit mundus à sorde? Nemo quidem etiam si vnius diei fuerit vita eius super terram & innumerabiles menses illius. Quod si dixeris, Pronomen, quis nõ pro impossibili, sed interdum pro difficili accipi; respondebo tibi: Et vbi est illud quod temerè protulisti? Facilia Dei esse mandata, & ea facilè posse compleri, dicente scriptura: Vir in dolore laborat sibi, & vim facit perditioni suæ, vt oppressa & subiugata & moriente carne, viuat in eo spiritus: ridiculamque illam expositionem Demosthenis vestri, non dixisse Iob? Quis erit mundus à peccato, sed quis erit mundus à sorde: prætereo: qua probare conatur, sordes pannorum significari in infantia non vitia peccatorum. Aut certè: si non sic intelligit dicite vos quid sentiat, tã enim inuolutus dictator est, & nimio verborum squalore coopertus, vt suspicionem magis, quàm intelligentiam lectori præbeat. Ad extremum infert. Ego autem ad hoc, quid respondebo? Manum meam ponam super os meũ, semel locutus sum, in secundo non addam. Ecce Iob noster immaculatus & sine querela, & abstinens se ab omni malo, quali fine iustitiæ coronatur, vt misericordia Dei indigeat? Hoc est illud, quod in Prouerbijs legimus: Quis gloriatur castũ se habere cor? aut quis confidit se mundum esse à peccato? Fac, quod & hic, quis, non pro impossibili, sed pro difficili dixerit: tolle ergo sententiam; & rade de libro tuo, facilia Dei esse mandata. Quod si illud Ioannis Apostoli apposueris, mandata eius non sunt grauia: & de Euangelio. Iugum meum suaue est, & onus meum leue: facilè reuinceris: leuia enim certũ est, dixisse Euangelij mandata, ad comparationem superstitionis Iudaicæ, in qua varia ceremoniarum genera, quærebãtur, quæ iuxta literam & Apostoli Petri sententiam nullus potuit explere. Vnde & in Actibus Apostolorum scribitur. Nunc ergo quid tentatis imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? sed per gratiam Domini Iesu saluari credimus, quemadmodum & illi. *Tom. 2. lib. 2. Dialogorum ad uersus Pelagianos cap. 2. fol. 82. fac 1.*

Iob 29.

Prouer 20.

Facilia esse Dei mandata probat ex scripturis.

Ioan. 5.

Matth 12.

Actor. 15.

NON quod impossibilia Deus præceperit: sed in tantum patientiæ culmen ascendit, vt propè impossibilia præ difficultate nimia præcepisse videatur, ad destruendam sententiã tuam, qua scribis, facilia Dei esse mandata. Scandalizantem manum oculum & pedẽ iubemur abscindere. Esto, per Tropologiam dictum sit, pro amicissimis & proconsanguineis, & fraterno nobis, & coniugali amore sociatis: facilè ne arbitramur, ob quasdã offensas, tantam subitò abscindere charitatem? Quodque dicitur: Sit sermo vester, est, est, non, non, quod autem amplius est, à malo est: forsitan de vestra schola reperiatur, qui nunquam mentitus sit, nec audierit illud propheticum & Apostolicum: Ego dixi in excessu, mentis meę, omnis homo mendax, & nesciat scriptum in alio loco: Os quod mentitur occidit animam. Verberanti maxillam, alteram iubemur apponere. Tollenti tunicam, etiam pallium concedendum est. Angariant se mille passibus, duobus millibus colla prębenda sunt. Petenti te da, & volentem à te accipere mutuum ne auerseris. Si duos nummulos habuero, & alius popoposcerit, aut dabo ipsi, & mihi medicandum erit, aut si non dedero, transgressor legis inueniar. Illud autem quod dicitur: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantib. vos, forsitan in vestro cœtu inuenitur, apud nos rara auis. Qui peccata simpliciter confitentur, merentur humilitate clementiam Saluatoris. Quodque sequitur. Cauete ne iustitiam, hoc est, eleemosynã vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, nescio quis possit implere. Ad largiendũ frustum panis, & binos nummulos præco conducitur: & extendentes manum huc illucque circumspicimus, quæ si nullus viderit, contractior fit. Iusto, vnus de mille inueniatur, qui illa non faciat. Respondeq quæso, vbi sunt facilia mandata? Nolite, inquit, solliciti esse de crastino, crastinus enim dies sollicitus erit pro se, sufficit diei malitia sua. Vos de crastino nò cogitatis, & instar auium prę-

Propè impossibilia præ difficultate nimia præcepisse videtur Matth. 5.

Psal. 115.

S. ap. 1.

Matth. 5.

Difficilia quod animo esse mandata probat exemplis.

1.Reg.5. sentibus contenti estis, quorum epistolæ biblinæ volitant trans flumina Aethiopię, vt inter simias & pauos, noua de Ophir Salomoni dona mittantur. *Ibidem cap. & c.4.5.sequen.*

ERGO & possibilia sunt Dei mandata, quæ Dauid feci sse cognoscimus, & tamen flaccescere sanctos ad perpetuitatem iustitiæ. *Ibid. ca.8.fo.288*

Possibilia Deus mandauit.

FRVSTRA ergo dantur præcepta, si ea implere non possumus. Attic. Deus possibilia mandauit, hoc nulli dubium est: sed quia homines possibilia non faciunt, idcirco omnis mundus subditus est Deo, & indiget misericordia eius. *Tom. 2. lib.3.Dialog.aduersus Pelag.cap.1.fol.292.fa.2.*

Obseruantiæ Dei mãdata, tristia in dulcedinẽ vertuntur.

MARAH intellige aquas occidentis literæ, quibus si immittatur confessio crucis, & passionis dominicæ sacramenta iungantur, omne quod impotabile & triste videbatur ac rigidum, vertitur in dulcedinem. Vnde & scriptum est: Constituit Deus populo legem, & iudicia, & tentauit eũ. *Exod.12.* Vbi enim magnitudo gratiæ, ibi magnitudo discriminis. Nec terreris, si post victoriam venias, ad amaritudinem: quia verum pascha facientes, azyma cum amaritudinibus comedunt; & tenta *Rom.5.* tio probationẽ, probatio spem parit, spes parit salutem. Apud medicos quoque quædam antidota, noxios humores temperantia, ex amaritudine nũcupantur, quæ dulcis ostenditur, restituens sanitatem: sicut è contrario voluptas atque luxuria amaritudine terminãtur, dicente scriptura. Quæ ad tempus pinguefacit fauces tuas, nouissimè verò amarius felle inuenies. *Tom.3. epist.127.ad Fabiolam mansione quinta.*

Radicum amaritudinẽ pomorũ fructuũ sequitur. Psal.118.

ASCENDISTI in excelsum, admiratus es virtutum cohors, timuisti ruinam, abegisti insidiatores: dulcis te protinus fructus laboris insequitur: & in morem litterarum, radicum amaritudinem pomorum suauitas compensabit, & dices: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Sponsumque tibi audies concinentem: Mel distillant labia tua, soror mea sponsa. Quid enim suauius disciplina: quid eruditione melius, quid dulcius Domino? Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus. Vnde & Sampson, qui abegerat à fructibus suis, aues & vulpes, quæ exterminant vineas, colligauerat, leonemque interfecerat rugientem, fauum inuenit in ore mortui. *Mansione 25.ibidem epist.ad Fabiolam.*

Cant.4.

Psal.33.

Iudic.15.

Iudic.14.

ET sicuti Ioannes super pectus Iesu recubuit, qui secretorum eius effectus est particeps, ita & iugum suum leue, id est, mandatorum suorum facilia præcepta, ex gratia magis, quam ex merito super iuniorem filium collocauit. *To.3. Epist.146. ad Damasum fol.408.fac.2.*

Ioan.13.& 28. Matth.18. Facilia præcepta mandatorum Dei.

IVXTA LXX. manu forti restitit populus Dei voluntati: & dicit omnia dura esse, quæ Dñs præcepit, secundum illud, quod in Euangelio legimus: Durus est iste sermo, quis poterit audire eum? Vnde præcipitur eis, vt Dominum audiãt, & ipsum solum timeant. Si enim in ipso confisi fuerint, habebunt eum in sanctificationem, & nõ impingent, quasi in lapidem scandali, & quasi in petram ruinæ. *Tom.4.lib.3.Com.in cap.8. Esaiæ fol.32 facie.1.*

Qui dicunt dura esse Dei mandata resistunt diuinæ voluntati. Ioan.6.

NVNC narrat, quo Israel amore dilexerit secundum illud quod in Deuteron. legitur. Portauit te Dominus Deus tuus, vt solet homo gustare paruulum filiũ suum, in omni via, per quã ambulasti, donec veneris ad locũ istum. Et in alio loco. Expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis. Ego, inquit, qui pater eram nutritius factus sum, & paruulum meum in vlnis meis ipse portabam, ne læderetur in solitudine, & ne vel æstu vel tenebris terreretur, in die nubes eram, in nocte ignis columna: vt quos protexeram, meo illustrarem, & sanarem lumine: cumque peccassent, & fecissent sibi vituli caput, dedi locum pœnitentiæ, & ignorauerunt, quod curarem eos, & vulnus idololatriæ quadraginta annorum spacio obducerem, & pristinæ redderem sanitati. Curaui autem eos propter funiculos, & vincula charitatis, quibus mihi Abraham, Isaac & Iacob astrinxeram. Pro Adam enim Aquila & Symmachus, Septuaginta & Theodotio homines transtulerunt: vt dicerent in funiculis hominum trahameos, in vinculis charitatis. Quodque sequitur: Ero eis, quasi exaltans iugum: pro quo interpretes tus est Symmachus, & putauerunt quod imponeré iugũ super maxillã eorum, dupliciter accipitur: Aut abstuli ab eis iugũ cunctarũ per circuitum nationum, aut legem meam, quasi grauissimum iugi pondus arbitrati sunt. Et dedi eis escam Manna in deserto, quo vescerentur, hoc est enim quod, ait, declinaui ad eum, vt vescerentur: pro quo interpretatus est Symmachus, & declinaui ad eum cibos: Non quod Deus ad eum declinauerit, sed quod cibum mannæad eum fecerit declinare. Aliter: Intantum dilexi eos, & tam clemens pastor fui: vt morbidam ouem humeris meis ipse portarem: ipsi verò ignorauerunt, quod mea illos passione curarem, & qui amator sum omnium hominum, traherem eos ad credendum in vinculis charitatis: iuxta illud, quod in Euangelio scriptum est: Nemo venit ad me, nisi pater, qui misit me traxerit eum. Et arbitrati sunt, iugum meum leue, esse grauissimũ, & declinaui ad eos deferens regna cælorum, vt cùm eis vescerer assumpta forma hominis: siue dedi eis esum corporis mei, & ipse cibus & conuiua. *To. mo quinto lib.secundo Comment.in cap. vndecimum Oseæ fol.66.fac.2.*

Malireputant legem Dei esse grãuissimum iugi pondus.

Iugum Dei leue malè arbitrantur improbi grauissimũ ponderis.

AVDIVIT ergo vel Abdias, vel omnes prophetæ pariter audierunt (omnes enim scribũt cõtra Edom) quod ad gentes legatus missus sit, mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus: de quo & pater loquitur per Aggęum. Mouebo oẽs gentes, et veniet desideratus cunctis gentibus. Ille in Esaia, magni consilij angelus, & pater futuri sæculi scribitur) Quod autem pro Legato, id est e. שׁשׁיר, LXX. πρεσβὺν, id est, munitionem interpretati sũt: possumus dicere, quod ipse legatus noster sit, & ipse munitio, dicens ea, quæ prophetalis sermo cõtexuit: Surgite & consurgamus aduersus eũ, vel eam in prælium. Legatus, qui ad gẽtes est missus, hęc loquitur: Surge qui dormis, & eleuare à mortuis, & illuminabit te Christus: Ac ne forsitan grauis nobis & insolita pugna videatur me, inquit, habetis primum in acie. Ego ero ἀρχιστράτηγός prælioru, qui & Iesu filio Naue gladium tenens apparui: Et Amalech in crucis meæ vexillo Moyse pugnante superaui. Hieremias in visione contra Idumęam non multum ab his discrepat. Auditum, inquit, audiui à Domino, & legatus ad gentes missus sum, congregamini & venite contra eam, & consurgamus in prælium. *To. 5.Com.in cap.1.Abdiæ fol.128.fac.1.*

1.Tim.1.

Aggæ.2.

Esa.9. scit.

Ephes.5. quã Christus sit ἀρχιστράτηγος nostr. est nobis spirituale bellũ graue.

Ioſ.5. Exod.17. Hier.49.

MVLTI præcepta Dei imbecillitate sua non sanctorum viribus æstimantes, putant esse impossibillia, quæ præcepta sunt & dicunt sufficere virtutibus, non odisse inimicos: cæterũ diligere plus præcipi, quàm humana natura patiatur. Sciendum est ergo Christum non impossibilia præcipere, sed perfecta, quæ fecit Dauid in Saul, & in Absalon. Stephanus quoq; martyr pro inimicis lapidantibus deprecatus est. Et Paulus Anathema cupit esse pro persecutoribus suis. Hęc autem Iesus & docuit & fecit, dicés: Pater ignosce illis: quod enim faciunt, nesciunt. *Tom.6.lib.1.Comment.in cap.Matt.5.Canon.7 fac.2.*

Christus non impossibilia sed perfecta præcepit Actor.7.

Rom.9.

Luc.23.

AVSTERITATEM mandatorum, spe temperat promissorum. *Tom.6.lib.1. Commentar. in cap.10. Matth.Canon.17.fac.2.*

Spes præmio rum lenit difficultatem. Zach.5.

GRAVIA onera esse peccati, & Zacharias Propheta testatur, dicens: Iniquitatem sedere super talentum plumbi. Et Psalmista complorat. Iniquitatẽs meæ aggrauatæ sunt super me. Vel certè eos qui grauissimo legis iugo premebãtur, ad Euangelij inuitat gratiam. Iugum enim, &c.] Quomodo leuius lege Euangelium: cum in lege homicidium, in Euangelio ira damnetur? Qua ratione Euangelij gratia facilior, cum in lege adulterium, in Euangelio concupiscentia puniatur? In lege multa præcepta sunt, quæ Apostolus nõ posse nos cõplere plenissimè docet. In lege opera requiruntur, quæ qui fecerit, viuet in eis. In Euangelio voluntas quæritur: quæ etiam si effectum non habuerit, tamen præmium non amittit. Euangelium ea præcipit, quæ possumus: ne scilicet concupiscamus: hoc in arbitrio nostro est. Lex cum voluntatem non puniat, punit effectum, ne adulterium facias. Finge in persecutione aliquã virginem prostitutam. Hæc apud Euangelium, quia voluntate non peccat, virgo suscipitur: In lege quasi corrupta repudiatur. *Tom.6.lib.2. Com.in cap.11. Matth.Canon.20.facie 1.*

Psal.37.

Virum Lex an Euangelium sit obseruatu difficilium.

Actor.15.

QVIA difficile diues intrabit in regnum cœlorum.] Et quomodo Abraham, Isaac, & Iacob, diuites intrarunt in regnum cœlorum, & in Euangelio Matthęus, & Zacheus diuitijs derelictis, Domini testimonio prędicantur: Sed considerandũ, quod eo tẽpore, quo intrauerunt, diuites esse desierunt. Tamdiu ergo non intrabunt, quamdiu diuites fuerint. Et tamen quia difficulter diuitiæ contemnuntur, non dixit: Impossibile est diuites intrare in regnum cœlorum, sed difficile. Vbi difficile ponitur, nõ impossibilitas prætenditur, sed raritas demonstratur. *Tom.6.lib.3.Comm.in cap. 19.Matth.Canon.40.fac.2.*

Gen.13.& 26.

Luc.19.

Vbi ponitur difficile raritas demõstratur, non impossibilitas prætenditur.

ET iterum dico vobis: facilius est Camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Auditis autem his discipuli mirabantur valdè, &c.] Hoc dicto ostenditur non difficile esse, sed impossibile. Si enim quomodo Camelus non potest transire per foramen acus, sic diues intrare non potest in regna cœlorum: nullus diuitum saluus erit. Sed si legamus Esaiam, quomodo Cameli Madian & Epha venient Hierusalem cum donis atque muneribus, & qui prius curui erãt, & vitiorum prauitate distorti, ingrediantur portas Hierusalem: videbimus quomodo & isti Cameli quibus diuites comparãtur, cùm depositis grauem sarcinam peccatorum, & totius corporis prauitatem, intrare possunt per angustam portam, & arctam viam, quæ ducit ad vitam. Interrogantibus autem discipulis, & admirantibus austeritatem dicti, quis ergo saluus fiet? Clementia sua seueritatem sententiæ temperauit, dicens: Quæ apud homines impossibilia, apud Deum possibilia sunt. *Ibidem, capite decimo nono.*

Allegoricè quomodo Cameli possint intrare regnum cælorũ.

Christus clementia sua sententiæ seueritatem temperat.

ET puto in Scripturis onus in bonam & in malam partem posse accipi, hoc est, & in his qui peccatis grauibus opprimuntur, & in illis qui virtutum leuia onera sustentant. De peccatis in Psalmo pœnitens loquitur: iniquitates meæ eleuatæ sunt super caput meum, quasi onus graue, grauatæ sunt super me. De virtutibus, doctrinaque virtutum. Saluator ait: Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue est. *Tom.6.lib.3.Comm.in ca. 5.ad Galat.Fol.148.fac.2.*

Psal.37. Pij leuia onera virtutum sustentant. Matth.11.

SI autem qui semel spiritu viuens opera carnis mortificauit, & à Saluatore dilectus, nequaquam seruus, sed amicus vocatur, nõ est alteralex posita: quæ impijs & peccatoribꝰ, & non subiectis & nepharijs constituta est. At nunc cũ omnia quę difficiliora sunt, vel modica ex parte faciamus: hoc solùm nõ facimus, quod & factu facilius est, & absq; quo cassa sunt vniuersa quæ facimus, Ieiunij corpus sentit iniuriam: vigiliæ carnem macerant, eleemosynæ labore quærunt: sanguis in martyrio, quamuis ardeat fides, tamen sine dolore & timore non sunditur. Hæc omnia sunt qui faciant: sola charitas sine labore est. *Tomo sexto, libr.3.Commentariorum in caput quintum ad Galatas, Folio 150.fac.2.*

Ioan.1. 1.Tim.1.

Sola charitas sine labore est.

NON solum in desiderijs & cupiditate continentia necessaria est, sed etiam in tribus reliquis perturbationibus, dolore scilicet, lætitia & timore. Aduersus huiusmodi fructus spiritus, non est lex. Iusto quippe lex non est posita: Iniquis autẽ, & non subiectis, impijs & peccatoribus. Lex mihi dicit: Non adulterabis, non occides, non falsum testimonium dices: non fraudabis, non desiderabis aliena, non periurabis, non furaberis: si hæc omnia fructu in me spiritus charitate regnante nõ facio, superflua mihi sunt præcepta legis. Deniq; & sapientes mũdi de Philosophia sic opinati sunt, vt quod leges publicæ facere homines necessitate compellunt, hoc illa persuadere fieri voluntate. *Tomo sexto, libr.3.Commentariorum in caput quintum ad Galatas, Fol.154.facie 1.*

1.Tim.1.

Exod.20.

Charitas seu Ętus S.Spiritꝰ omnia præcepta facit lenia.

PROPTER verba labiorum tuorũ, ego custodiui vias duras.] Propter prædicationem, & propter ea quæ promittuntur in cœlis, custodiui vias duras, Quomodo dicit hic duras, dum in Euangelio dicitur: Iugum meũ suaue est, & onus meum leue? Suaue est volentibus, durum est nolẽtibus. Quamuis durũ videatur esse ad sanctos, propter corporalem tribulationem, tamen suaue est, quia habent spem vitæ æternæ. Vel aliter: Propter verba labiorum tuorum, ego custodiui vias duras. Ac si dicat: timens futura supplicia, quæ legis trãsgressoribus comminatus es, duris me laboribus exercui, & subieci corpus animæ potestati. *Tom.7. Comm.in Psal.16.Fol.16.fac.1.*

Antinomiæ cuiusdam reconciliatio.

Matth.11.

QVI fingit, &c.] Nemo dormiens coronatur, nemo securus possidet regna cœlorũ: nemo refert o ventre, potest dignè de ieiunijs disputare. Videt ergo quid dicat: qui fingit laborẽ in præcepto. Omnia præcepta Domini laborem habent. Sine labore non possumus possidere regna cœlorum. Vultis scire quia ita est? Si vis, inquit, perfectus esse, vade & vende omnia quæ possides, & da pauperibus, & veni sequere me. Qui vult, inquit, consequi regna cœlorum, diebus & noctibus oret, vigilet, ieiunet, iaceat in sacco, non in pluma, non in serico. Pœnitentia non amat delitias: Quia ci-

Matt.19.

Regnum cœlorum sine labore nũ possumus possidere.

nerem, inquit, tanquam panem manducaui, & potum meum cum fletu miſcebam. Qui fingit laborem in præcepto. Captabant in, &cæt.] Videte quomodo non videtur eſſe conſonás. Quæ enim eſt conſequentia: Qui fingit laborem in præcepto, captabant in animam iuſti? Sed quod auris carnea non intelligit, auris ſpiritualis intelliget. Quid ergo dicit: Qui fingit laborem in præcepto, propterea inquit, Laboramus in præceptis Domini diebus ac noctibus, vigilamus, oramus, iciunamus, quoniam multos habemus aduerſarios qui captant animam iuſti, Videte quid dicat: Iuſti captant animam, non iniuſti. Non enim volunt eos decipere qui decepti ſunt, ſed iuſtos. Vn de dicitur in Habacuc: Eſcę eius electæ. *Tomo 7. Comm. in Pſal. 93. Fol. 120 fac. 2.*

Pſal. 10.

Habac. 1.

Volentibus Dei mãdata ſunt iucunda

QVIA iudicia tua iucunda,] Id eſt clara, læta ad illos qui amant & deſiderant, id eſt, non nolentibus, ſed volentibus clara & iucunda ſunt. *Pſal. 118. Fol. 155. fac. 1.*

Articulus II. Multa in nouo Teſtamento præter fidem eſſe præcepta, non autem libera omnia.

Certa viuendi regula ex ſacris Scripturis præſcripta.

PETIS namque, ac ſolicitè, & violenter petis, vt tibi certam ex Scripturis ſanctis præfiniamus regulam, ad quam tu ordines curſum vitæ tuæ: vt cognita Domini voluntate, inter honores ſæculi, & diuitiarum illecebras, morum magis di ligas ſuppellectilem, atque vt poſſis in coniugio conſtituta, non ſolùm coniugi placere, ſed etiam ei, qui ipſum indulſit coniugium. Cui tam ſanctę petitioni, tamq; pio deſiderio nõ ſatisfacere, quid aliud eſt, quam profectum alterius non amare? Parebo igitur precibus tuis, teque paratam ad implendam Domini voluntatem, ipſius nitar incitare ſententijs. Idem eſt enim verus omnium Dominus ac magiſter, qui nos placere ſibi iubet, & docet quomodo placere ei poſſumus. Ipſe itaque te informet, ipſe te doceat: qui interroganti in Euangelio adoleſcenti, quid faceret vt mereretur vitam æternam, diuina continuò mandata proponit, oſtendens nobis eius voluntatem eſſe faciendam, à quo ſperamus & præmia. Propter quod alio teſtatur loco: Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine intrabit in regnũ cœlorũ, ſed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum. Quo manifeſtè illud oſtenditur, nos non ſola Dei confeſſione tanti præmij magnitudinem promereri, niſi fidei & iuſtitiæ opera coniuncta ſint. Qualis enim eſt illa confeſſio, quæ ſic Deo credit, vt pro nihilo eius ducat imperium aut quo modo ex animo, ac ve-

Matth. 19.

Primo mandatorum Dei obſeruatio neceſſaria.

Matt. 7.

Non ſola fidei confeſſione tanti præmij magnitudinẽ promerentur, niſi fidei opera iuſtitiæ coniũcta ſint.

bono animo ſumus, qui per ſingula quæque præcepta, inhonorantes Deum clementiſſimum, ad iracundiam prouocamus, eiuſque imperium ſuperbiſſimè contemnendo, in tantæ maieſtatis imus iniuriam? Quid enim vnquam tam ſuperbum, quid verò tam ingratum videri poteſt, quã aduerſus eius viuere voluntatem, à quo ipſum viuere acceperis? quàm illius præcepta deſpicere, qui ideò aliquid imperat, vt cauſas habeat remunerandi? Neque enim obſequij noſtri Deus indiget, ſed nos illius indigemus imperio. Mandata eius deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel & fauum: quoniam in cuſtodiendis illis retributio multa. Et ideo nobis iraſcitur, idcirco magis illa immenſa Dei bonitas offenditur, qui eam per tanti etiam præmij detrimenta contemnimus, nec ſolum imperata, ſed etiam promiſſa illius pro nihilo ducimus. Vnde ſæpe, immo ſemper illa nobis Domini euoluenda ſententia: Si vis ad vitam venire, ſerua mandata. Hoc enim tota nobiſcum lege agitur: hoc Prophetæ, hoc Apoſtoli docent: hoc à nobis & vox Chriſti, & ſanguis effagitat. Qui ideò pro omnibus mortuus eſt, vt, qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei, qui pro illis mortuus eſt. Viuere autem illi non eſt aliud quàm eius præcepta ſeruare, quæ nobis ille quaſi certum quoddam dilectionis ſuæ pignus ſeruanda mandauit. Si diligitis, inquit, me, mandata mea ſeruate. Et qui habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. Ac rurſus: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit: & pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Grandem vim obtinet vera dilectio. Et qui perfectè amatur, totam ſibi amantis vindicat voluntatem. Nihil eſt imperioſius charitate. Nos ſi verè Chriſtum diligimus, ſi eius nos redemptos ſanguine recordamur, nihil magis velle, nihil omninò debemus agere, quàm quod illum velle cognoſcimus. Duo autem ſunt genera mandatorum, in quibus clauditur tota iuſtitia. Prohibendi vnum eſt, iubendi alterum. Vt enim mala prohibentur, ita præcipiuntur bona. Ibi otium imperatur, hic ſtudium, ibi coercetur animus, hic incitatur, hic feciſſe, illic non feciſſe, culpabile eſt. *Tom. 1. Epiſt. 14. ad Celantiam, cap. 1.*

Prolixè de neceſſitate obſeruationis mandatorũ Dei ad vitã æternam.

Pſal. 118.

Matt. 19. Summa ſacræ totius Scripturæ.

Galat. 19.

Ioan. 14.

Duo genera mandatorũ quibus tota iuſtitia continetur.

LEGIMVS in Euangelio ſecundum Lucam: Et erat Anna Prophetiſſa filia Phanuelis de Tribu Aſer: Et hæc prouectæ ætatis in diebus plurimis. Vixeratque cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua, & erat vidua annis octoginta

Luc. 2.

Luc. 6. Matth. 15. Malach. 1.

minum confitemur, præcepta contemnimus? Vnde ipſe in Euãgelio dicit: Quid autem vocatis me Domine, Domine, & non facitis quæ dico? Et iterum: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Et rurſum loquitur per Prophetam: Filius honorificat patrem, & ſeruus Dominum ſuum timet. Et ſi pater ego ſum, vbi eſt honor meus; & ſi Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? Ex quo apparet, nec honorari ab eis Dominum, nec timeri, qui eius præcepta non faciunt. Vnde ad Dauid expreſsius dicitur, qui peccatum admiſerat: Et pro nihilo dixiſti Deum. Et ad Heli fit ſermo Domini: Qui honorificat me, honorificabo eum, qui autem pro nihilo me habent, ad nihilum redigentur. Et nos ſecuro ac

2. Reg 12.

1. Reg. 2.

ſecrationibus Domino ſeruiens die ac nocte. Nec mirum ſi videre meruit Saluatorem, quem tanto labore quærebat. Conferamus ſeptem annos, ſeptem menſibus, ſperare Chriſtum, & tenere, natum confiteri, & in crucifixum credere, paruulum non negare, & virum gaudere regnantem. Non facio vllam inter ſanctas fœminas differentiam, quod nonnulli inter ſanctos viros, & Eccleſiarum Principes ſtultè facere conſueuerunt: ſed illò tendit aſſertio, vt quarum vnus eſt labor, vnum & præmium ſit. Difficile eſt, in maledica ciuitate, & in vrbe, in qua orbis quondam populus fuit palmaque vitiorum, ſi honeſtis detraherent, & pura ac munda macularent, non aliquam ſiniſtri rumoris fabulam contrahere.

Romanæ ciuitatis vitia & viuendi pericula.

Vnde

Vnde quaſi rem difficillimam, & penè impoſſibilem optat Propheta, potius quàm præſumit, dicens: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Immaculatos in via huius ſæculi appellat, quos nulla obſcœni rumoris aura maculârit, qui opprobrium non acceperint aduerſus proximos ſuos. *Tomo primo, Epiſt. ola decima ſexta ad Principiam, cap. 1.*

Pſal 118. Pſal. 14.

ECCLESIA matrimonia non damnat, ſed ſubijcit, nec abijcit, ſed diſpenſat, ſciens, vt ſuprà diximus in domo magna, non ſolum eſſe vaſa aurea & argentea, ſed & lignea, & fictilia, & alia eſſe in honorem, alia in contumeliam, vt quicunque ſe mundauerit, eum futurum eſſe vas honorabile, & neceſſarium in omne opus bonum præparatum. *Tomo ſecundo, libro 1. contra Iouinianum, cap. 25. Fol. 159. fac. 1.*

Bona opera præter fidem ſunt neceſſaria.

IVXTA allegoriam verò, ſicut mœnia in vrbibus pro ornamento ſunt, munitiones verò in defenſionem: ita alia ſunt dona, quæ nos muniunt, alia quæ ornant. Prophetiæ quippe doctrina, genera linguarum, curationum virtus, quaſi quædam mœnia mentis ſunt: quæ etſi quiſque non habeat, ſtare munitus per fidem & iuſtitiam poteſt: quamuis ornatus virtutum altitudine minimè eſſe videatur: Fides verò, Spes, & Charitas, non noſtra mœnia, ſed munitiones ſunt: quæ ſi habere negligimus, hoſtium inſidijs patemus. *Tomo quarto, lib. 1. Commentariorum in cap. 2. Lamentat. Hieremiæ, Fol. 313 fac. 2.*

A ſimili docet dona eſſe dupliciã alia quæ muniũt alia quæ ornant.

Nõ ſola fide manu eſſe de bemus, ſed et iuſtitia et ſpe et charitate.

CONQVERITVR ergo populus fidelis pauperta tem ſuam in correptione indignationis Domini, quia plurimos à ſtatu rectæ fidei, & ſtudio bonorum operum in tenebras erroris & vitiorum barrhatrum cernit deuolui. *Tomo quarto, libro ſecundo Commentariorum in caput tertium Lament. Hieremiæ.*

Status rectæ fidei et ſtudium bonorum operum cõiungenda.

QVICQVID de Hieruſalem diximus, refer ad Eccleſiam, animaſque credentium, quæ munera maritalia, aurum videlicet in ſenſu, & argentum in eloquio & veſtimenta, quibus fœditas noſtra ac turpitudo velatur, dant amatoribus ſuis, vel contrarijs fortitudinibus, vel magiſtris dogmatum peruerſorum: quando afferunt nihil nocere luxuriam, & paſſiuam libidinem, iuxta corporis genitalia, coitum naturali lege depoſcere: cibis omnibus indifferenter vtendum: qui ad hoc facti ſunt, vt ſumantur. Prudentiam in eo tantum neceſſariam, vt ſibi profit, nec iuſtitiam habere locum, quæ ſi valeat, mendicandum ſit, vt cætera huiuſcemodi Quæ accipiens miſera Hieruſalem, in qua viſio pacis eſſe deberet, acumen ingenij & eloquij venuſtatem, vertit in turpitudinem. Et pro amatoribus ſuis aduerſum me-

Magiſtri peruerſorũ dogmatum ſi ſola fides ad ſit nihil obeſſe vitia alia docẽt, vt et Liberus.

ritum ornata proceſſit: his ornamentis in quibus in boni abuſionem à viro fuerat ornata. *Tomo 4. libro quinto Commentariorum in caput decimum ſextum Ezech. Fol. 375 fac. 2.*

POST κατάλογον vitiorũ & correptionis Hieruſalem, per quam retrahitur ad ſalutem, aptatur ei tritum vulgi ſermone prouerbiũ, ſiue vt LXX. tranſtulere parabola: Qualis mater, talis & filia: Mater autem Hieruſalem ſicut & ſuprà, & in conſequentibus ſcriptum eſt Cethæa appellatur, interpretaturque inſaniens ſiue in amentiam vertens, per quæ ſæculi huius incentiua mõſtrantur, quæ captiuam animam ducunt ad interitum, & à viro ſuo ſeparant: Haud dubium quin verbum Dei, doctrinaque dicatur: Et ſoror ſororum ſua-

Vitia animã à deo deiũ, verbo ſeparant.

rum, vt poſt paululum lecturi ſumus. Sodoma vocatur & Samaria, quarum altera gentilium vitam, luxuriamque ſignificat, altera hæreticorum decipulas. *Ibidem, Fol. 377. fac. 1.*

HOC quod ait, Fidelis ſermo, ad ſuperiora iungendum eſt, in quibus præmiſerat, vt iuſtificati ipſius gratia hæredes efficiamur ſecundum ſpem vitæ æternæ. Dignus enim fide ſuper hæreditate Dei ſermo, & ſuper ſpem vitę æternę. Vnde oportet de his non dubium, non timentem, & ipſum credere, & vt credant cæteri confirmare. Non ſolùm autem hoc, ſed hoc cum cæteris his, qui voluerint credere confirmandum eſt, quapropter ait: Et de his volo te confirmare. Qui autem iſta vera eſſe crediderint neceſſe eſt vt curam habeant bonorum operum, per quæ hæreditas Dei, & ſpes vitæ præparetur æternæ. Et pulchrè vt maiorem fidem facerem, non dixit: Qui credunt hominibus, ſed qui credunt Deo. Neceſſe eſt enim vt curam bonorum operum habeant, quæ adimpleta & omni ſtudio perpetrata, ſunt bona vtiliaque credentibus. *Tomo ſexto. lib. 1. Commen. in cap. 3. ad Titum, Fol. 208 facie 1.*

Cura bonorũ operum neceſſaria credentibus.

QVI in Deum vel in ſanctos eius æqualẽ charitatem habuerit & fidem, ipſius fidei communicationem debet habere nõ diſparem, vt ſicut credit & diligit, ita dilectionem ſuam & fidem opere conſummat. Vnde ait: Euidẽs ſiat in agnitione omnis boni: ſiue vt in Græco melius habetur, efficax, ἐνεργὴς enim propriè transferri poteſt efficax ſiue operatrix, vt non ſolum fidem nobis & charitatem in Deum, & in ſanctos eius ſufficere poſſe credamus: ſed id quod credimus, opere cõpleatur. Poteſt autem accidere, vt quis habeat fidem, & eã opere conſummet, verùm ſimplicier & nudè, non habens agnitionem, nec ſcientiam eius, iuxta illud Apoſtoli: Confiteor, zelum Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam. Sunt hodie plerique ſimplicium, qui faciunt opera iuſtitiæ, & non habent eorum quæ ipſi operantur ſcientiam. Vnde addidit: Vt communicatio fidei tuæ operatrix fiat in agnitione omnis boni. Quãtis gradibus, quantiſque ſaltibus Apoſtolicus in altiora ſermo ſe tendit. Habet quiſpiam charitatem & fidem in Deum & in ſanctos eius, ſed forſitan non æquali eam in omnes lance communicet. Communicet forſitan in cunctos, ſed opere non expleat, voluntate impleat aliquis & opere, ſed geſtorum ſuorum perfectam habere non poteſt notionem. Sit talis quoque qui & opes habeat & ſcientiam: ſed non omnis agnitionem habet boni. Multa enim iuſtè, manſuetè, ſtudioſeque perpetrans impar eſt ſuis in aliqua parte virtutibus

Fides operibus conſummanda.

Rom. 10.

Gradatioſa τελείωσις perfectionis.

Tomo ſexto, libro vnico Commentariorum in cap. 1. ad Philemon. Folio 214 fac. 1.

PECCATORES ſunt tranſgreſſores, id eſt, Iudæi & mali Chriſtiani, qui vetus & nouum teſtamentum tranſgrediuntur. Iniqui qui non credunt, vt Paulus ait: Qui ſine lege peccauerunt, ſine lege & peribunt. *Tomo ſeptimo in Pſalmum ſeptuageſimum.*

Iudæi et mali Chriſtiani nouum et vetus teſtamentum tranſgrediuntur. Rom. 2.

Articulus III. Libertatem Chriſtianam ſitam in eo eſſe, vt à vitiorum ſeruitute, non autem ab humanarum legum obedientia, vel à mandatorum Dei obſeruatione libere.

mur.

ILLI terrena sapiant, qui cœlestia promissa nō habent, illi breui huic vitæ se totos implicent, qui æterna nesciunt. Illi peccare non metuant, qui peccatorum impunitatem putant. Illi seruiant vitijs, qui non sperant futura præmia virtutum. Nos verò qui purissima confitemur fide, omnem hominem manifestandum esse ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque propria corporis sui, prout gessit, siue bonum, siue malum, procul esse debemus à vitijs, dicente Apostolo: Qui enim Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Nec turbam sequātur errantem, qui se veritatis discipulos cōfitentur. Duas certè conuersationis vias, & distincta in diuersum itinera viuendi. Saluator in Euangelio ostendit. Quam, inquit, spatiosa via, quæ ducit ad mortem, & multi sunt, qui intrant per eam. Et rursum: Quam arcta via & angusta est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Vide quanta inter has vias separatio sit quantumque discrimen. Illa ad mortem, hæc tendit ad vitam. Illa celebratur & teritur à multis, hæc vix inuenitur à paucis. Illa enim vitijs per consuetudinem, quasi decliuior, ac mollior, & velut quibusdam amœna floribus voluptatum, facilè ad se rapit commeantium multitudinem: hæc verò insueto calle virtutum tristior atque horridior, ab his tantùm eligitur, quibus non tam delectatio itineris cordi est, quam vtilitas mansionis. Asperam enim nobis & insuetam virtutum viam nimia facit vitiorum consuetudo, quæ si in partem alteram transferatur, inuenietur sicut Scriptura dicit, semita iustitiæ leuis.

Libertas Christiana nos non liberat ab obseruatione mandatorū Dei. 2. Cor. 5. Galat. 5.

Duplex diuersa conuersationis via. Matt. 7. Matt. 11.

Tomo primo, Epistola decima quarta ad Celantiam, capite secundo.

PONAMVS ergo iam rationem vitæ nostræ, & per quam potissimum gradiamur viam, conscientia teste discamus. Omne enim quod agimus, omne quod loquimur, aut de lata, aut de angusta via est. si cum paucis, angustum iter, & subtilem quandam semitam inuenimus, ad vitam tendimus, si verò multorum comitamur viam, secundum Domini sententiam imus ad mortem. Si ergo odio atque inuidia possidemur, si cupiditati & auaritiæ cedimus, si præsentia commoda futuris præferimus: per spatiosam viam incedimus, habemus enim ad hæc comitum multitudinem, & latè similium stipamur agminibus. Si iracundiam libidinemque explere volumus, si iniuriam vindicare, si maledicenti remaledicimus, & aduersum inimicum inimico animo sumus, æquè cum pluribus ferimur. Si vel adulamur ipsi, vel adulantem libenter audimus, si verum dicere gratia impedimur, & magis offendere animos hominum timemus, quam non ex animo loqui: de multorum item via sumus. Tot nostri sunt socij, quot extranei veritatis. At è contrario, si ab his omnibus vitijs sumus extranei, si purum ac liberum animum præstamus, & omni cupiditate calcata, solis studemus diuites esse virtutibus: per angustam viam nitimur, conuersatio enim ista paucorum est: estque perrarum atque difficile idoneos huius itineris comites reperire; quin etiam multi hac ire se simulant, & per diuersa errorum diuerticula ad viam multitudinis reuertuntur, ideoque timendum est, ne quos duces recti huius itineris habere nos credimus, eos comites habeamus erroris. Si igitur inueniuntur exempla, quę nos per hanc ducant viam, & rectum Euangelij tramitem teneant: sequenda sunt, sin verò ea vel deficiunt, vel deficere putantur: Apostolorum forma vniuersis proposita est. Clamat vas electionis Paulus, nosque quasi ad angustum hoc iter conuocans, dicit: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi: Certè quod est amplius omnibus, ipsius Domini relucet exemplum qui in Euangelio ait: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde. Si periculosum est imitari illos, de quibus dubitas, an imitandi sunt: Hunc certè imitari tutissimum est, atque eius vestigia sequi, qui dixit: Ego sum via, veritas & vita. Nunquam enim errat, qui sequitur veritatem. Vnde & Apostolus Ioannes ait: Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Et beatus Petrus: Christus pro nobis passus est, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius, qui peccatum non, fecit nec est inuentus dolus in ore eius. Qui cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur. tradebat autem iudicanti se iniustè, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus. Cesset omnis excusatio errorum, auferantur peccandi fœda solatia. Nihil omninò agimus, qui nos per multitudinis exempla defendimus & ad consolationem nostram aliena fæpe numerantes vitia, deesse nobis dicimus, quos debeamus sequi. Ad illius exemplum nitimur, quem omnes fatemur imitandum. *Ibidem capite tertio.*

Philip. 3.

Matth. 11.

Ioan. 14.

1. Ioan. 2.

1. Pet. 2.

Multitudinū exempla nō excusant.

Qui libertatem iactant latam viam ingrediūtur.

SIT igitur intentus ac vigilans, & aduersus peccata semper armatus animus tuus. Sermo in omnibus moderatus, & parcus, & qui necessitatem loquendi magis indicet, quam voluptatem. Ornet prudentiam verecundia; quodque principium in fœminis semper fuit, cunctas in te virtutes pudor superet. Diu ante considera, quid loquendum sit: adhuc tacens prouide, ne quid dixisse pœniteat. Verba tua ponderet cogitatio; & linguæ officium animi libra dispenset, vnde scriptura dicit: Argentum & aurum tuum confla; & verbis tuis facito statheram, & frenos ori tuo rectos, & attende, ne fortè labaris lingua. Nunquam malum verbum de ore tuo procedat, quæ ad cumulum benignitatis iuberis etiam maledicentibus benedicere. Misericordes, inquit, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, neque maledictum pro maledicto, sed è contrario benedicentes. Mentiri verò, atque iurare lingua tua prorsus ignoret: tantusque in te sit veri amor, vt, quidquid dixeris, iuratum putes: De quò Saluator ad discipulos ait: Ego autem dico vobis, non iurare omninò. Et paulò post: Sit autem Sermo vester, est est, non, non, quod autem his abundantius est, à malo est. In omni igitur actu atque verbo quieta mens & placida seruetur: semperque cogitationi tuæ, Dei præsentia occurrat; sit humilis animus, ac mitis, & aduersus sola vitia erectus. Nunquam illum, aut superbia extollat, aut auaritia inflectat, aut ira præcipitet. Nihil enim quietius, nihil purius, nihil denique pulchrius ea mente essa debet, quæ in Dei habitaculum præparanda est, quem non auro templa fulgentia, non gemmis altaria distincta delectant, sed anima ornata virtutibus,

Sermi loquutio et virtutum esse debemus vt verè liberi esse possimus.

Latæ & angustæ viæ per exempla descriptio.

Exēpla Sanctorūm per angustā tramitem ambulātiū sequenda non multitudinis.

Virtutum in regula vitæ obseruandarum enumeratio.

1. Pet. 3. Rom. 12.

Matt. 5.

tutibus. Ideo & templum Dei sanctorum corda dicuntur, affirmante Paulo Apostolo, qui ait: Si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus, templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Nihil habeas humilitate præstantius, nihil amabilius. Hæc est enim præcipua conseruatrix, & quasi custos quædam virtutum omnium: nihilque est, quod nos ita & hominibus gratos, & Deo faciat, quàm si vitæ merito, magni, humilitate infimi simus. Propter quod Scriptura dicit: Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. *Tom. 1. Epistol. 14. ad Celantiam, cap. 5.*

1. Cor. 3.

NVNC restat, vt Epicurum nostrum cubantem in hortulis suis, inter adolescentulos, & mulierculas, alloquamur. Fauent tibi crassi, nitidi, dealbati, adde, si vis, iuxta Socraticam irrisionem, omnes sues, & canes, & quia carnem amas, vultures quoque, accipitres, & bubones. Nunquam nos Aristippi multitudo terrebit, quoscunque formosos, quoscunque calamistratos, quos crine compositio, quos rubentibus buccis videre, de tuo armento sunt, immo inter tuos sues grunniunt, de nostro grege tristes, pallidi, sordidati, & quasi peregrini huius sæculi, licet sermone taceant, habitu loquuntur, & gestu: Hei mihi quia peregrinatio mea prolongata est, habitaui cum habitantibus cedar, videlicet in tenebris huius mundi, quia lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt. Ne glorieris, quod multos discipulos habeas, filius Dei docuit in Iudæa, & duodecim tantum illum Apostoli sequebantur. Torcular, inquit, calcaui solus, & de gentibus vir non est mecum. Ille in passione solus remansit, & Petri quoque erga eum trepidauit constantia: Pharisæorum autem doctrina omnis populus applaudebat, dicens: Crucifige, Crucifige talem. Non habemus Regem nisi Cæsarem, id est, vitia sequimur, non virtutes, Epicurum nō Christum, Iouinianum non Apostolum Paulum. Quod multi acquiescunt sententiæ tuæ, indicium voluptatis est: non enim tam te loquentem probant, quam suis fauent vitijs. In circulis platearum quotidie fictus hariolus stultorum nares verberat, & obtorto fuste dentes mordentium quatit, nec tamen deest, qui semper possit induci, & pro magna sapientia deputas, si plures porci post te currant, quos gehennæ succidiæ nutrias? Post præconium tuum, & balneas, quæ viros pariter & fœminas lauant, omnis impatientia, quæ ardentem prius libidinem, quasi verecundiæ vestibus tegebat, nudata est, & exposita: quæ ante in occulto erant, nunc in propatulo sunt. Ostendisti tales discipulos, non fecisti. Hoc profecit doctrina tua, vt peccatum ne pœnitentiam quidem habeat.

Vera descriptio Libertinorum Epicureorū sub persona Iouiniani.

Pſal. 49.

Ioan. 1.

Hæretici gloriantur in discipulorū frequentia. Eſaiæ 63.

Lucæ 22.

Virgines tuæ quas prudentissimo consilio, quod nemo vnquam legerat, nec audierat, de Apostolo docuisti. Melius est nubere quàm vri, occultos adulteros, in apertos verterunt maritos, non suasit hoc Apostolus, non electionis vas. Virgilianum consilium est: Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culpam. Quadringenti fermè anni sunt, quod Christi prædicatio fulget in mundo, ex quo innumerabiles hæreses tunicam illius conciderunt, vniuersus penè error de Chaldæo & Syro, & Græco sermone processerat. Basilides magister luxuriæ, & turpissimorum complexuum, post tot annos ita in Iouinianum quasi Euphorbum, transformatus est, vt Latina quoque lingua haberet hæresim suam. Nulla ne fuit alla in toto orbe Prouincia, quæ reciperet præconium voluptatis, in quam coluber tortuosus irreperet, nisi quàm Petri doctrina, super petram fundauerat Christum vexillum crucis, & prædicationis austeritas, idolorum templa destruxerat? Ergo regione Luxuria ventris & gutturis subuertere nititur fortitudinem crucis. Vnde per Esaiam loquitur Deus: Populus meus, qui vos beatificant, seducunt vos, & semitas pedum vestrorum conturbant. Nec non per Hieremiam: Fugite de medio Babylonis, & seruate vnusquisque animam suam, & nolite credere Pseudoprophetis, qui dicunt, Pax, Pax, & non est Pax, qui semper ingeminant, templum Domini, templum Domini. Prophetæ tui viderunt tibi falsa & insipientia, non aperuerunt iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent: qui deuorant plebem Dei, vt cibum panis, Deum non inuocauerunt. Hieremias captiuitatem nuncians, lapidatur à populo. Ananias filius Asur, frangebat ad præsens ligneas torques, & in futurum ferreas præparabat.

Deſcriptio graphica ſiue Proſopographia euidens libertatis carnalis hæreticæ.

Impudicitia hæreticorum

Luxuriæ ventris & gutturis incommoda.

Eſaiæ 3.

Hier. 50. 4. 8, 7.

Tren. 2.

Pſal. 13. Hierem. 28.

Semper Pseudoprophetæ dulcia pollicentur, & ad modicum placent. Amara est veritas, & qui eam prædicant, replentur amaritudine: in asymis enim veritatis & sinceritatis, Domini pascha celebratur, & cum amaritudinibus comeditur. Egregia sanè vox, & quam audiat sponsa Christi, inter virgines, & viduas, & cœlibes, vnde & ipsum nomen inditum est, quod cœlo digni sint, quia coitu carent. Rarò iciunate, crebrius nubite, non enim potestis implere opera nuptiarum, nisi multum & carnes, & nucleum sumpseritis. Viribus opus est ad libidinem, cito caro consumpta marcessit. Nolite timere fornicationem. Qui semel in Christo baptizatus est, cadere non potest: habet enim ad despumandas libidines solatia nuptiarum. Quod etsi ceciderit, redintegrabit vos pœnitentia: & qui in baptisma te fuistis hypocritæ, eritis in pœnitentia solidæ fidei. Neque turbemini, putantes inter iustum & pœnitentem aliquid interesse, & humiliorem gradum dare quidem veniam, sed coronam tollere, vna est enim retributio, qui ad dexteram steterit, introibit in regna cœlorum. His consilijs subulci tui Pastoribus nostris ditiores sunt, & hirci plurimas secum capras trahunt: Equi insanientes in fœminas facti sunt; statim vt mulieres viderint, adhinniunt, & impatientiam suam, prō nefas, Scripturarum solantur exemplis. Sed & ipse mulierculæ miseræ, & non miserabiles præceptoris sui verba canentes. Quid enim nisi semen requirit Deus? non solùm pudicitiam, sed etiam verecundiam perdiderunt, maiorique procacitate defendunt libidinem, quam exercent. Habes præterea in exercitu tuo plures succenturiatos: habes scurras, & velites in præsidijs, crassos, comptos, nitidos, clamatores, qui te pugnis, calcibusque defendant. Tibi cedunt de via nobiles: tibi osculantur diuites caput, nisi enim tu venisses, ebrij atque ructantes Paradysum intrare non poterant. Macte virtute, immo vitijs, habes in castris tuis, & Amazones exerta mamma, & nudo brachio & genu, venientes contra se viros, ad pugnam libidinum prouocantes. Et quia opulentus Paterfamilias es, in auiarijs tuis, non turtures, sed vpupæ nutriuntur, quæ tota fœtidæ voluptatis lustra circumuolent. Me carpe, me dilige, obijce crimina, quæ volueris, argue luxuriæ,

Hier. 9. Mulierū hæreticarū impudicitia.

Graphicè ac euidenter noſtri temporis hæreticorum libidinē carnalem depingit.

& deliciarum, magis me amabis, si talis fuero, ero enim de armento tuo. Sed ad te loquar, quæ scriptam in fronte blasphemiam, Christi confessione delesti. Vrbs potens, vrbs orbis domina, vrbs Apostoli voce laudata, interpretare vocabulum tuum. Roma aut fortitudinis nomen est apud Græcos, aut sublimitatis iuxta Hæbreos, serua quod diceris, virtus te excelsam faciat, non voluptas humilem. Maledictionem, qua tibi Saluator in Apocalypsi comminatus est, potes effugere per pœnitentiam, habens exemplum Niniuitarum. Caue Iouiniani quod de Idolo deriuatum est. Squalet Capitolium: templa Iouis & ceremoniæ conciderunt cur vocabulum eius, & vitia apud te vigeant? Adhuc sub regibus & sub Numa Pompilio facilius maiores tui Pythagoræ continentiam quam sub consulibus Epicuri luxuriam susceperunt. *Tomo secundo libro secundo contra Iouinianum cap. 19.*

Rom. 1.

Romanæ vrbis perditos mores reprehendit.

SI sancta scriptura loquitur: cleri eorum nõ proderũt eis, quæ arrogantia clericatus conducere nobis poterit, qui non solum cogitatione & sensu, verumetiam sermone peccamus? Audiui quippe quod timeas contra nos, & irascaris, & miniteris scribere in extremos fines terræ, vt loca prouinciasque non nominem. Et vbi est Dei timor, qui nos debet illo tremore concutere, qui dictus est à DOMINO Si quis irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio? Non quod magnoperè curem, si scribas quod placuerit: scribebantur enim Epistolæ biblynæ iuxta Esaiam, & mittebantur super aquas, quæ citò cum sęculo transeunt. *Tomo secundo Epistola 60. ad Ioannem Hierosolimitanum cap. 1.*

PELVSIOTAS nos appellant, & luteos, animalesque & carneos, quod non recipiamus ea, quæ spiritus sunt. Illi scilicet Hierosolimitæ, quorum mater in cœlo est. Non contemno carnem, in qua Christus natus est, & resurrexit: non despicio lutum quod excoctum in testam purissimam, regnat in cælo. & tamen miror, cur carni de trahentes viuant carnaliter, & inimicam suam foueant, & nutriant delicatè. nisi fortè implere volunt scripturam dicentem: Amate inimicos vestros, bene facite ijs, qui persequuntur vos. Amo carnem castam, virginem, ieiunantem: amo carnis non opera, sed substantiam: amo carnem, quæ iudicandam se esse nouit: amo illam, quæ pro Christo in martyrio cæditur, laniatur, exuritur. *Tomo secundo Epistola sexagesima quinta ad Pammachium & Oceanum cap. 3.*

Galat. 4.

Libertini viuunt carnaliter & inimicam suã nutriunt delicatè.

Luc. 6.

Matt. 5.

FIT autem catalogus mansionum à prima vsque ad vltimam: & numerantur simul, quadraginta duæ: de quibus Matthæus loquitur: Ab Abraham vsque ad Dauid generationes quatuor decim, & à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis quatuordecim generationes, & à transmigratione Babylonis vsque ad Christum generationes quatuordecim, id est, simul generationes quadraginta duæ. Per has currit verus Hæbræus, qui de terra transire festinat ad cœlum; & Egypto sæculi derelicta, terram repromissionis ingreditur. Nec mirum, si in illo numeri sacramento perueniamus ad regna cœlorum, sub quo Dominus atque Saluator à primo Patriarcha peruenit ad virginem, quasi ad Iordanem: quæ pleno gurgite fluens, spiritus sancti gratijs redundabat. Quod autem in manu Moysi & Aaron egressus scribitur: intellige legem & sacerdotium, opera & cultum Dei, quorum alterum altero indiget. Nihil enim prodest exercere virtutes nisi noueris creatorem: nec Dei veneratio profecit ad salutem, nisi præcepta conditoris impleueris. His duabus manibus quasi duobus Seraphim in confessionem sanctæ trinitatis erumpimus, dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus DOMINVS DEVS Sabaoth. *Tomo tertio Epistola centesima vigesima septima ad Fabiolam Fol. 172 centesimo quinquagesimo sexto.*

Matt. 1.

Duabus manibus in confessionẽ Trinitatis erumpimus dei veneratione et Præceptorũ impletionẽ. Esaiæ. 6.

IN brachio bona opera, & pugnam contra diabolum, & armatam manum: Vt quod mente cõceperint, exemplo probent. Iesus enim cœpit facere & docere. *Tomo tertio Epistola 128. ad Fabiolam Fol. 364. facie 2.*

Non sumus liberi ab obseruatione mandatorum.

NEC sufficit nobis priorum ablutio peccatorum baptismi gratia, doctrina secretior, nisi habuerimus & opera. Vnde iungitur & ephod, id est superhumerale, quod rationali copulatur: vt nõ sit laxum, neque dissolutum, sed hæreant sibi inuicem & auxilio sint. Ratio enim operibus, & opera ratione indigent, vt quod mente percipimus, opere perpetremus. *Ibidem. Folio trecentesimo sexagesimo octauo, cap. 2.*

Doctrina operib' indiget.

LEGAMVS Leuiticum. Non prius rationale, & sic superhumerale, sed ante superhumerale, & deinceps rationale. A mandatis tuis, inquit, intellexit, prius faciamus, & sic doceamus: ne doctrinæ auctoritas cassis operibus destruatur. Hoc est quod in Propheta legimus. Seminate vobis in iustitia, & metite fructum vitæ: illuminate vobis lumen scientiæ: Primum seminate in iustitia, & fructum vitæ æternæ metite: postea vobis scientiam vindicate. Nec statim absoluta perfectio est, si qs superhumerale & rationale habeat; nisi hæcipsa inter se forti compagine solidẽtur, & sibi inuicẽ connexa sint: vt & operatio rationi, & ratio operibus hæreat; & his præcedentibus doctrina sequatur & veritas. *Ibidem.*

Leuit. 8.

Psal. 118.

Doctrinæ authoritas cassis operib' destruitur.

Osee. 10.

Doctrina et opera connexa forti compagine solidanda.

ET ego fatebor hæc tibi promissa, non tradita, si obseruasses mandata Dei, & in præceptis illius ambulasses, si non pro omnipotenti Deo coluisses, Beelphegor, & Baal, Beelzebub & Chamos: quos quia prætulisti Deo, omnia, quæ tibi promissa fuerant, perdidisti. Et mihi in Euangelio promittuntur regna cœlorum, quæ instrumẽtum vetus omnino non nominat. Sed si non fecero, quæ præcepta sunt; nequaquam erit culpa in promittente, sed in me, qui promissum accipere non merui. Vbi enim optio proponitur ad eligẽdum, qui operari renuis, frustra cupias, quod promissum est. *Tomo tertio, Epistola centesima vicesima nona, ad Dardanum.*

Promissio regni cælestis est cõditionalis sub conditione obseruationis mãdatorũ Dei.

NVLLIQVE dubium, veritatem & modestiam, & iustitiam, Christũ appellari, qui dicit: Ego sum via, veritas & vita. Et, discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Et, Qui factus est nobis à Deo iustitia, & redemptio & sanctitas. Hæcautẽ vniuersa dicuntur in corpore, vt exigantur in membris. Victoria Domini, seruorũ triumphus est. Magistri eruditio, discipulorum profectus. *Tomo tertio, Epistola centesima quadragesima ad Principiam. Folio 195.*

Ioan. 14.

Matt. 11.

1. Cor. 1.

Seruorũ triumphus victoria domini est.

ET de sanctis quidem non difficilis interpretatio est, in eo quod dicitur, nunquam mandatum tuum præteriui: licet illud videatur obsistere, quod reuersioni fratris inuideat. In Iudæos autem cùm liuor in fratris salute conueniat; hoc repugnat, quod nunquam se dicto eius

De sanctis dici potest quod dei mãdata nonpræterent.

eius præteriisse mandatum: De quibus quid nobis videatur, suis in locis conabimur explanare. Erat autem filius eius senior in agro, in terrenis operibus labore desudans, longe à gratia spiritus sancti, & à consilio patris extorris. Hic est qui ait: Agrum emi: & necesse habeo exire, et videre illum, rogo te, habe me excusatum. Hic qui iuga bonum emit quinque, & legis onere depressus, terrenorum sensuum voluptate perfruitur: Hic qui vxore ducta, ire ad nuptias non potest, & effectus caro, nequaquam vnum potest esse cum spiritu. In huius persona etiam illius parabolæ operarij congruunt, in qua, prima, tertia sexta, nona hora, id est, vocationibus varijs mittuntur ad vineam, & indignantur sibi vndecimæ horæ operarios coæquari. Et cum veniret & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum. Illud, quod in quodam psalmo superscribitur pro Mahalath: huic sensui conuenit. Siquidem Mahalath chorus in vnum concinẽs dicitur. Male autem quædam de latinis, symphoniã putant esse genus organi, cum concors in Dei laudib. cõcentus, hoc vocabulo significetur. συμφωνία, quippe consonantia exprimitur in latinõ. Et vocauit vnum de pueris, & interrogauit quidnam essent hæc. Et nunc interrogat Israel, Quare Deus in gentium assumptione lætetur, & æmulatione cruciatus paternam scire non potest voluntatem. Qui ait, illi: quoniam frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quoniam incolumen illum recepit. Causa lætitiæ, quod pari in Dei laudes toto orbe voce concinitur, salus est gentium salus est peccatorum: lætantur angeli, omnis in gaudium creatura consentit, & de solo dicitur Israhel: Iratus autem noluit intrare. Irascitur se absente fratrem esse susceptum: & nunc foris stat Israel, & nunc discipulis Euangelia in Ecclesia audientibus, mater eius & fratres foris stant quærentes eum. Egressus autem pater illius cœpit rogare eum. Quam benignus & clemens pater. rogat filium, vt lætitiæ domus particeps fiat, rogat autem pater per Apostolos, rogat per Euangelij prædicatores. E quibus Paulus ait: Precamur pro Christo, reconciliamini Deo. Et alibi: Vobis oportebat primum annunciare verbum Dei: sed quia repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Ipse autem respondens, ait patri suo: Ecce tot annis seruio tibi. Pater supplex ad concordiam deprecatur: ille iustitiam quæ in lege est, sequens, Dei iustitiæ non subijcitur. Porro quæ maior iustitia Dei, quam ignoscere pœnitentibus, filium suscipere redeuntem? Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam mandatum tuum præteriui: quasi hoc ipsum non sit præterire mandatum, salutialterius inuidere, ante Deum se iactare iustitiæ, cum nemo coram eo mundus sit. Quis enim lætabitur castum se habere cor, ne si vnius, quidem diei fuerit? Dauid confitetur: In inquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea. Et in alio loco: Si iniquitatem attendis DOMINE, quis sustinebit? Et hic dicit nunquam se præteriisse mãdatum, toties ob Idololatriam captiuitatib. traditus. Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam mandatum tuum præteriui. *Tomo tertio Epistola centesima quadragesima sexta Fol. quadringentesimo nonofacie prima.*

Matt. 20.

Psal. 87.

Prouerb. 20.

Iob. 20.

Psal. 50.

Psal. 129.

POTEST & hoc de ijs accipi qui cum Dei præcepta non faciant, donis varijs atque muneribus Deum redimere posse se credunt: vel qui parta per rapinam & auaritiam, altari offerunt & pauperibus. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 1. Esaiæ, Folio 4. facie 1.*

Luc. 14.

Sine obseruatione mandatorum Dei sacrificia & munera nil prosunt.

SEMITA iusti recta, &cætera.] Adhuc propheta de Christo loquitur, de quo supra dixerat: Conculcabit eam pes, pedes pauperis. Huius ergo iusti semita recta est, siue vt verbum nouum fingam, rectitudines, quas græci vocant εὐθύτητας, & nos æquitates latinius possumus appellare: dicunturque hæbraicè mesatim. In vna igitur Christi semita, omnes iustitiæ reperiuntur, & propterea eam suo calcauit & triuit pede, vt quicunque per eam voluerit ambulare, cursu ambulet inoffenso In hac semita iudiciorum DOMINI sustinuerunt eum sancti, & sperauerunt in eo: quia spes non confundit. Et nomen illius, & memoriale habuerunt in desiderio animæ, dicentes: Concupiuit anima mea desiderare iudicia tua in omni tempore. Et iterum: Desiderat anima mea. Et defecit in salutari tuo. Qui autem nomen Domini habet in desiderio, aliud non desiderat. Et hoc notandum, quod desiderium DOMINI non in carne sit, sed in anima. Iuxta illud quod in alio Psalmo legimus: Sitiuit anima mea ad Deum, fontem viuum. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, ne quæ volumus, illa faciamus. Quod que sequitur: In nocte, iuxta LXX. sequenti capitulo iungitur, iuxta hæbraicum priori. Ille autem potest dicere: Anima mea desiderauit te in nocte, qui cum in Psalmista loquitur confidenter: Lauabo per singulas noctes lectum meum: in lachrymis stratum meum rigabo. Potest nox & tenebræ pro tribulatione & angustijs accipi. Vnde & in alio psalmo super iusti securitate propheta decantat. Per diem sol non vret te neque luna per noctem, id est, nec in prosperis nec in aduersis vnquam de tuo moueberis gradu. *Tomo quarto libro octauo Commentariorum in caput vigesimum sextum Esaiæ Folio 95. facie prima.*

Christus semitam omnium virtutũ ingressus vt nos ipsius vestigia sequeremur. Rom. 5. Psal. 118. Ibidem.

Psal. 41. Gal. 5.

Nox pro tribulatione et angustijs accipitur. Psal. 120.

2. Cor. 5. Actor. 13.

Rom. 10.

SECVNDVM tropologiam, omnes hæretici mendaces filij appellantur. Ex nobis enim exierunt, sed non fuerunt ex nobis: qui non audiunt interioris hominis auribus legem Dei, & Ecclesiarum loquuntur magistris: Nolite nobis videre quæ recta sunt, nec gehennæ flammas comminemini, sed promitte nobis regna cœlorum, vt post luxuriant & delicias, pandatur nobis paradysus. Quid mihi ostendis viam Domini, per quam non libenter ingredior? Quid replicas nomen sancti Israhel, siue verbum Israhelis, quod mei pectoris arcana non penetrat? Quod quidem, & ad populum Ecclesiæ dicitur negligentẽ, si aduersetur austeritatem magistrorum, & adulatoribus faueat. *Tom. 4. lib. 9 Com. in cap. 30. Esaiæ, Fol. 111. fac. 2.*

Hæretici post luxuriã & delicias promittunt falsò fallacibus paradysum.

PORRO iuxta LXX. qui noluerint habere diuitias spirituales in omni verbo & scientia, & operibus bonis, sed fuerint pauperes, qui non sustinent comminationem, nequaquam habitabunt in domibus, quæ virtutibus extruuntur, sed in principijs viarum, & in exitu, tangentes omnia, & omnia relinquentes. Qui recte dormire dicuntur illo somno, de quo scribitur; Dormierunt somnum suum, & inuenerunt

nihil. Quo somno consopiuit eos rex Assyrius. Et comparantur betæ semi coctæ, quod genus holeris est vilissimi & fragilissimi. De quibus holeribus, puto illud in psalmis dicit: Ne zeleris in malignantibus, neque æmuleris facientes iniquitatem. Quoniam sicut fœnum velociter arescent, & sicut olera herbarum cito decident. Est etiam ægrotantium cibus: Qui semel incredulus est, appellatur beta cruda: Qui autem simplici contentus fide, absque ratione & dogmatum veritate facit opera iustitiæ, potest dici beta cocta. Porrò qui inter vitia atque virtutes medius fluctuat, & duplici corde accedit ad seruitutem Dei: iste rectissimè vocatur beta semicocta, ad quem & in Apocalypsi Ioannis loquitur Deus: Vtinam aut calidus esses, aut frigidus: nunc autem quia tepidus es, euomam te. Qui tepidi & dormientes, pleni sunt furoris Domini, & dissoluti siue deficientes per Dominum Deum: non quo Dominus dissolutionis eorum causa sit, qui mortem non fecit, nec delectatur in perditione viuentiũ: sed quo in lege peccauerint, per legem iudicentur: quæ operatur iram Dei his qui præuaricatores eius sunt. *Tom. 4. lib. 14. Comment. in cap. 51. Esaiæ Fol. 166. fac. 1.*

Psal. 36.

Triplex genus hominũ comparatũ triplici betæ.

Eccle. 1.

Apocal 3.

QVOD sit autem sabbathum, quod præcepit obseruandum, sequens versus ostendit: Custodiens manus suas, ne faciat omne malum. Neque enim prodest sedere in Sabbatho, siue dormire, & epulis inhiare. Sed si bona faciens, quiescat in malis & iuge iniquitatis habeat sabbatum: id est, otium: eaque tantum faciat, quæ ad animæ salutem pertinent, & ad omne opus seruile non moueat. Qui enim facit peccatum, seruus est peccati. Nos autem in libertatem vocati sumus qua libertate donauit nos Christus, vt nequaquam operemur cibum qui perit, sed adhærentes Domino dicamus: cum propheta: Mihi autem adhærere Deo bonum est. Efficiamur cum eo vnus spiritus, impleamusque sabbata delicata, scimus de sex diebus, in quibus factus est mundus: de quibus Apostoli non erant, quibus Dominus loquebatur: Si essetis de mundo isto, mundus vtique amaret quod suum est. Nunc autem non estis de mundo isto, quia elegi vos, & idcirco odit vos mundus. *Tomo quarto libro decimo quinto Commentariorum in caput quinquagesimum sextum Esaiæ Fol. centesimo octuagesimo secundo.*

Otium et sabbathum bonorum operum necessarium.

Ioan. 8.

Gal. 4.

Ioan. 6. Psal. 72. Esaiæ 58. Ioan. 15.

Non in notitia scripturarum sed in bonis operib. vera gloria.

FRVSTRA Iudæi legis iactant scientiam cum sanctus non in notitia scripturarum, sed in operibus glorietur, dicens: Viam mandatorum tuorum cucurri, quando dilatasti cor meum. *Tom. 4. lib. 10. Com. in cap. 58. Esaiæ, Fol. 190. facie 1.*

Luc. 6.

Mandata dei obseruatu necessaria.

DE quibus iam te iam dixerat: Super quẽ respiciã nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos: ipsis præcipit vt contemptis victimis iudæorum, & omni scibarum ac Pharisæorum tumore despecto, transeant ad eius cultum: quem vocantem illi audire noluerunt, atque cõtempserunt & fecerunt malum in conspectu eius. Nec hoc præceptorum sine contentus est, sed imperat eis mandatum Euangelij, vt diligant inimicos suos, benefaciant his qui oderunt se, & orent pro persecutoribus suis, & imitentur clementiam patris, qui oriri facit solem suum super iustos & iniustos: vt videntes, inquit, opera vestra, glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Quod post generalem intelligentiam, spiritualiter Apostolis præcipitur, & Apostolicis viris, vt diligant Iudæos persecutores suos, & vos qui se abominantur, in loco fratrum habeant, dicentes cum Petro: Viri fratres & patres audite: Et cum Paulo Apostolo: Tristitia mihi est, & continuus dolor cordi meo pro fratribus meis, qui sunt Israhelitæ. Glorificatur autem nomen Domini, quando viderint homines persecutorum ferociam nostra frangi patientia, & verberantem manum alterius malæ obuersione confundi. Quibus in Euangelio præcipitur: Luceat lumen vestrum coram hominibus: vt videntes bona opera vestra, glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Et in Apocalypsi Iohannis: Timete Deum, & date ei gloriam. Paulus quoque scribit ad Corhintios, prouocans eos ad continentiam: Vt glorificetis Deum in corpore vestro. Et rursum. Siue comeditis siue bibitis, omnia in gloriam Dei facite. Vnde DOMINVS maledicentibus non remaledicebat. Et pro persecutoribus precabatur. Quod autem præcipit: Dicite fratribus vestris: non simpliciter accipiendum est, alioquin multi fratres vocant, & in corde retinent charitatem de quibus scribit Apostolus: Deum confitentur se scire, operibus autem negant. De quibus & Dominus loquebatur: Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est. Sicque stare potest illa sententia Nemo dicit: Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Nam cum hæretici dicant Dominum Iesum, & multi in resurrectione dicturi sunt: Domine nonne in nomine tuo prophetamus, & virtutes multas facimus? Respondet eis Dominus: Recedite à me, nescio vos operarij iniquitatis. *Tom. 4. lib. 19. Comment. in cap. 66. Esaiæ Folio 227.*

Ioan. 8.

Gal. 4.

Ioan. 6. Psal. 72. Esaiæ 58. Ioan. 15.

Matt. 5.

Actor. 2.

Rom. 9.

Matt. 5.

Apocal. 3.

1. Cor. 7.

1. Ioan. 3.

Ibid. 10.

1. Pet. 2.

Luc. 23.

Charitas & bona opera necessaria.

1. Cor. 12.

Matt. 7.

FRVSTRA iactant legis scientiam, qui doctrinam operibus destruunt. *Tomo quarto libro secundo Commentariorum in caput octauum Hierem. Folio 250. facie prima.*

Doctrina operibus non est destruenda.

QVOMODO autem in his nostris literis non potest quisquis legenda verba texendaque procedere, nisi prius ab elementis cœperit, ita in scripturis diuinis non valemus ea quæ maiora sunt nosse, nisi ab Ethica in ipsas habuerimus exordium, secundum illud quod propheta dicit: A mandatis tuis intellexi. Quod videlicet post opera cœperit habere scientiam secretorum. *In Proœmio Commentariorum in Lamentationes Hieremiæ Folio 307. facie 1.*

Abethicis in scriptura exordiendũ, ind tandem consequi in scientiam secretorum. Psal. 118.

ET ingressus est à filia Sion omnis decor eius, &cæt.] Hac sententia arguuntur negligentes rectores Ecclesiæ Dei, ob quorum incuriam perit omnis decor populi Christiani, cum nec in meditatione legis diuinæ, nec in cultu pietatis, neque in sacrarum virtutum exercitio laborare conantur: sed in luxu voluptatum, per varia scelera, iuxta suggestionem hostis cogentis, abducuntur. Cuius periculi malum, illos maximè respicit: qui in loco regiminis constituti, potius secularia desideria, quam mandatorum DEI sequi vestigia elegerunt. Vnde cœlestis regni gloriam cum sanctis doctoribus non merentur accipere, sed cum diabolo & angelis eius, pœnam gehennæ cogentur recipere. *Tomo quarto libro primo Commentariorum, in Lamentationem Hiere. cap. 1. Fol. 390. fac. 1.*

Pœna negligentium rectorum & doctorum Ecclesiæ.

NON solum enim Hierusalem illa terrena doluit se perdere iocunditatem suam, & deliciarum affluentiam inter hostes constituta, sed etiam hęc mystica: & maximo dolore torquetur, cum in pœnis constituta, iam sero dolet se tunc negligẽtem fuisse quando per bona opera, & rectam conuersationem potuit sibi ipsi subuenire. *Ibi.*

Per bona opera et rectam conuersationẽ sibi ipsi succurrit.

SCIENDVM est, quod quisquis à præceptis do minicis discordat opere: quoties ea videt, corde suo reprehenditur, atque confunditur: qui id quod fecerit, memoratur. Nam in quo se erras. se considerat, ipsa se conscientia latenter accusat. Vnde Dauid propheta deprecatur dicens: Tunc non confundar, dum perspexero in omnibus mandatis tuis. Grauiter namque vnusquisque confunditur, quando mandata Dei vel legendo, vel audiendo respicit quæ viuendo contempsit. Hinc enim Iohannis voce dicitur: Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Dominum, & quicquid petierimus ab eo, accipimus. Ac si diceret. Si id quod præcipit, facimus: id quod petimus obtinemus. Valde namque ad Dominum vtraque hæc sibi necessario congruunt, & vt oratione operatio, & operatione sulciatur oratio. *Tomo. 4. lib. 2. Commentariorum in caput tertium Lamentationum Hieremiæ Folio 321. facie prima.*

Quẽadiu Dei præcepta seruamus excolimur, & cultura est nostra purgatio.

Rom. 5. Ioan. 15.

Oratione bona operatio & oratio operatione fulcienda.

QVI simplici contentus fide, instar brutorum animantium, versatur quidem in Ecclesia, sed tamen in nullo bono opere proficit, nec imitator est formicæ, quæ in messe præparat sibi cibos, atque comportat: iste fame morietur, & in omnibus his implebitur ira Domini. *Tomo quarto libro secundo Commentariorum in caput 6. Ezechiel. Fol. 345. fac. 2.*

In bonis operibus formicæ diligentia imitanda.

Matt 10. Pax malis operibus fugatur.

Philip 4. Ioan. 14.

SI propitiatio veniet, quo modo quæret pacem & non inueniet, qui audiuit ab Apostolis: Pax huic domui, & non seruauit eam, nec fecit in sua mente requiescere, sed malis fugatam operibus, non potest inuenire. Ipsa est autem pax, quę exuperat omnem sensum, & quam ad patrem victor ascendens saluator Apostolis dereliquit. *Tũ. quarto libro secundo Commentariorum in cap. 7. Ezechielis Fol. 350. fac. 1.*

POSSVMVS vineam, & Hierusalem, iuxta intelligentiam spiritualem intelligere credentium multitudinem. Quæ si negligens fuerit; & culturam pristinæ religionis amiserit, nec attulerit fruges virtutum, nec vinum fecerit quod lætificat cor hominis, æternis tradetur ardoribus, & in nihilum reputabitur. Seruus enim qui scit voluntatem Domini sui, & non facit eam, vapulabit multis. Tale quid & DOMINVS loquitur in Euangelio secundum Iohannem: Ego sum vitis vera & pater meus agricola. Omnis palmes qui manet in me, & non facit fructum, tollet illum pater. Et omnis qui affert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Sin autem Saluator vitis est, & nos palmites, & DEVS pater Agricola, quamdiu DEI præcepta seruamus, semper excolimur, & cultura nostra purgatio est. Non est enim volentis neque currentis, sed miserentis Dei. Quod si afferentes fructum purgamur à patre, vt fructus ampliores afferamus, ostenditur omnem nostrum conatum adiutorio Dei peruenire ad finem, & fructum facere plenitudinis. Qui autem palmes fruges non fecerit, tolletur à patre. Et cum sublatus fuerit, quid de eo pater faciat, scriptura non dicit: nisi fortè separatio à Christi corpore, pœna perpetua & interitus. *Tomo quarto libro quarto Commentariorum in cap 15. Ezech. Folio tricentesimo sexagesimo septimo facie prima.*

Luc. 12.

Ioan. 15.

Quãdiu Dei præcepta seruamus excolimur, & cultura est nostra purgatio.

Rom. 5. Ioan. 15.

PRAECIPITVR Hierusalem vel iuxta literam, vel iuxta spiritum, vt relinquat antiquum patrem, & dicitur ad eam: Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuũ, & domum patris tui: & concupiscet rex decorem tuum. Et promittitur ei, si post peccatum, ad verum voluerit patrem reuerti. Restituam te, sicut fuisti quando nata es. Cuius tanta nobilitas, vt vrbs Hierusalem, quæ de Abraham, Isaac & Iacob stirpe descendens Deum habuit patrem, & tamen quia peccauit, & verum reliquit patrem, meretur audire: Radix tua & generatio tua de terra Canaan: Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa. Si illa hoc audiuit, quid de nobis fiet, qui vocati ex gentium sordibus, omnem maculam in lauacro Saluatoris amisimus, si polluerimus indumentum Christi, & non habuerimus in conuiuio vestem nuptialem? Vtique illud, & vinctis manibus pedibusque æternis tradamur ardoribus: in quibus est fletus oculorum, & stridor dentium. *Tom. 4. lib. 4. Comment. in cap. 16. Ezechielis Fol. 368. fac. 1.*

Psal. 44.

Pœna nũ habentium vestem nuptialem & polluentium indumentum Christi.

VERBVM hæbraicum Mesi, excepto Symmacho qui interpretatus est ἐπιχρύσωτον omnes inaurem transtulerunt, non quo inaures ponantur in naribus, quæ ex eo quod de auribus pendeant, inaures vocantur, sed quo circulus in similitudinem fictilis inaurium, eodem vocabulo nuncupetur: & vsque hodie inter cætera ornamenta mulierum, solent aurei circuli in os ex fronte pendere, & imminere naribus. Quos tunc accipimus iuxta mysticos intellectus, quando cum Apostolo possumus dicere: CHRISTI bonus odor sumus, in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt. Alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autem odor vitæ in vitam. Quando viuimus, & de nobis dici potest: Non mortui laudabunt te DOMINE, sed nos viuentes: tunc odoratur Deus odorem sacrificij nostri bonæ fragrantiæ: & aureum circulum sensuum ac dogmatum diuinorum habemus in naribus. Quando verò mortui sumus, & versamur in cœno atque in sordibus turpitudinum: habemus illam inaurem in naribus de qua scripsit Salomon: Sicut inauris aurea in naribus porcæ, sic mulieri malè moratæ pulchritudo. *Tomo quarto libro quarto, Commentariorum, in caput decimum sextum Ezechielis, Folio trecentesimo septuagesimo primo facie prima.*

Ornamẽta mulierum in tempore Hieronymi.

2. Cor. 2.

Pœna ambulantium in sordibus turpitudinum.

SEQVITVR in sexto decimo loco: In præceptis meis ambulauerit: Et in decimo septimo: Iudicia & iustificationes meas custodierit, vt faciat ea, factaque custodiat. Quorum vtrumque multiplicem habet intelligentiam, si velimus omnia legis mandata replicare: in quibus præcepta Domini, & in quibus iustificationes esse dicuntur. Plenus est præceptorum & iustificationum centesimus octauus decimus Psalmus; & ex parte octauus decimus, in quo scriptum est: Iustitiæ Domini rectæ lætificantes corda: & præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. *Tom. 4. lib. 6. Cõ. in cap. 18. Ezech. Folio. 385. fac. 2.*

Duo Psalmi maximè agunt de omnibus legis mandatis obseruandis 118. & 18. Psal. 18.

HAEC ad eos dicuntur, qui educti sunt de AEgypto in desertum: vt AEgyptiorum vitijs liberati, facilius in solitudine Dei præcepta complerent, & iudicia eius facerent, & sabbatha custodirent. Quæ in signum data sunt inter eum qui

Insolitudine non in AEgypto Dei præcepta complentur.

qui dedit,& eos quibus data sunt,scriptura dicẽte:Et locutus est Dominus ad Moysen dicens:Et tu præcipe filijs Israhel, dicens: Videte & sabbatha mea custodite, quod est signum inter me & vos in generationibus vestris:vt sciatis quod ego sum Dominus,qui sanctifico vos,& custodite sabbatum quoniam sanctum est vobis.Qui violauerit illud morte morietur . Omnis qui fecerit in eo opus, interficietur anima illa de medio populi sui:Ergo sabbathum , & circuncisio insignum data sunt veri sabbati & veræ circuncisionis, vt sciamus nobis in perfecto & æterno sabbatho requiescendum à seculi operibus:& non præputiũ, sed cor circuncidamus. Vnde in sex diebus operantes, die septimo requiescimus, vt nihil aliud die ac nocte faciamus, nisi omne quod viuimus, deberi Domino nouerimus, & redeunte hebdomate,totos nos eius nomini cõsecremus, & per sanctificationem dici,recordemur Domini, qui sanctificat nos. Hæc præcepta,& iustificationes & obseruantiam sabbathi,dedit Dominus in deserto vt facientes illa, viuerent in eis, non de illis ad maiora transirent, sicut in Euangelio promissum est. Quæ illi violauerunt,non semel nec parum,sed vehementer,& violationis ἀπρόσκοπος mõstraretur.*Tom.4.lib.6.Comment.in cap.20. Ezechielis. fol.396.fac.1.*

Exod.31.

Omne quod viuimus deo debetur cui° nomini nos totos consecramus.

IN sequentibus disserendis virgo Christi Eustochium eleua cum Moyse manus, vt nostra victoria tuarum orationum fructus sit. Non est enim volentis neque currẽtis, sed miserentis Dei: qui loquitur ad prophetam : Aperi os tuum & adimplebo illud:propheta ad Dominum respõdente:Aperui os meum & attraxi spiritum, qui vbi vult spirat. Vbi autem spiritus Domini, ibi libertas, qua libertate donauit nos DOMINVS. Quam frustra se Iudæi habere iactabant dicentes:Semen Abrahæ sumus,& nemini seruiuimus vnquam,multisque vitijs peccatisque subiecti,& ignorantes illam sententiam : à quo quis vincitur,eius & seruus est. *Tom.4.in Proœ.lib. decimi Cõ. in Ezechielem folio 428.facie 2.*

Exod.16.
Rom.9.
Psal.80.118.
Ioan.3.
2.Cor.3.
Ioan 8.
2.Pet.2.

ET in veste pontificis, humerale cum rationali stringitur,vt rationi opera copulentur. possit dicere vir Ecclesiasticus: A mandatis tuis intellexi.*Tom.4.lib.12.Comment.in cap.41. Ezechielis fol.462.fac.1.*

Exod.28. Opera bona fidei copulãda. Psal.118.
Ioan 14.

NIHIL prodest scire descriptionem domus, & omnes distributiones eius(de quibus scriptum est:Multæ mansiones apud patrem meum: Et iterum:Statuit terminos gentium secundum numerum filiorum Israhel siue angelorum DEI, nisi feceris quæ præcepta sunt. *Tom.quarto libro decimo tertio Commentariorum in cap.43.Ezechielis. folio 470.fac.2.*

Deut.32. Nisi feceris quæ sũt præcepta nil iuuat cognitio scripturæ. Matt.5.

SI cœperint Hebionitæ circuncisionem aurium interpretari, quando nihil turpe & inhonestum audire patimur,& circuncisionem labiorum,quando nihil indecens loquimur : Dicamus eis,eandem expositionem etiam in corde & in carne seruare debetis . Cor circuncidimus cultello Dei:& aufertur de corde nostro præputium, quando turpes cogitationes nequaquam exeunt de corde nostro, nec de nobis dicitur: Impiguatum est cor populi huius & auribus suis grauiter audierunt . Ergo & caro similiter circunciditur, vt nequaquam faciamus terrena opera, quæ pro necessitate corporis facere compellimur:cibum capere & potum & somnum, & vti vestibus:quæ tunc circuncidimus,si non ad delicias,& ad luxuriam, & ad inertiam sed ad necessitatem naturæ, & corporis istius sustentaculum cuncta faciamus. Qui bibit vinum modicũ propter stomachum & frequentes infirmitates, & odit ebrietatem,circuncidit carnẽ suam. Qui dormit quantum natura patitur,audiet à Salomone: Si sederis,absq; timore eris : Si dormieris, suauiter dormies & non timebis pauorem superuenientem tibi, neque impetus impiorum superuenientis . Et qui fugit fornicationẽ & vxori debitum reddit,reuertens ad idipsum, ne tentet eũ satanas,audiet cum populo Israel : In hac die abstuli opprobrium Aegypti à vobis:vestibus quoque vtetur,quæ frigus repellant, non quæ tenuitate sui corpora nuda demonstrent. Attenuata ie iunijs caro,& circuncisa continentia fugit opprobrium AEgyptiorum, qui sunt magnis carnibus,& illud potest dicere, quod in plerisque iuxta editionem LXX. legitur: Quomodo contabuit caro mea:in terra deserta,inuia & aquosa sic in sancto apparui tibi.*Tom.4.lib,13.Com.in cap.4. Ezechielis.fol.474.fac.2.*

3.Timoth.3.
Prouerb.3.
1.Cor.7.
Iosue.5.

PRAECEPIT scriptura diuina, vt iusta sint pondera,dicens: Non erit in marsupio tuo mensura grandis & minor: statera vera & iusta erit vobis & mensura vera, & iusta erit vobis . Et in prouerbijs dicitur Statera grandis & minor, abominabile est , vtrunque in conspectu DEI. Quod quidem non solum in commercijs , & in vsu quotidianæ vitæ nobis est obseruandum sed in omnibus custodienda iustitia dicente scriptura: Sermonibus tuis facies statheram,& appẽdiculum: vt & in verbis & in opere & cogitationibus omnia pondere & ratione faciemus . *Tomo quarto libro decimo quarto Commentar.in cap.45. Ezechielis fol.481.fac.1.*

Leuit.19.
Prouerb.20.
Semper et in omnibus est custodienda iustitia.

CVIVS placuerunt opera coram Deo,nequaquam indigere poterit vero pane & vino, quod calcatum est de vinea Sorech . Dato nobis itaque præcepto quod dicit : Desiderasti sapientiam, serua mandata & Dominus ministrabit tibi eam : & seruemus mandata, & panem & vinum spiritualia inuenire poterimus. Qui autem mandata non seruat, & in panis & vini abundantia gloriatur, dicitur ei per Esaiam:Ne dicas, etiam cognosco eam:neque cognouisti, neque scis, neque à principio aperuit tibi aures : Scio enim quia contemnens contemnes. *Tomo quinto Commentariorum in caput nonum Ecclesiastis, Folio vigesimo quarto fac.1.*

Eccle.1. Fructus obseruationis mandatorũ Dei.
Esaiæ.48.

SERVA mandata,quæ tibi superius sunt præcepta vt nubes super te effundant imbrem suum. Vbicunque enim tibi locum præparaueris, futuramque sedem,siue ad Austrum,siue ad boream, ibi cum mortuus fueris permanebis. *Tomo quinto Commentariorum in caput vndecimum Ecclesiast. folio 29.facie prima.*

AIVNT Hebræi cum inter cætera scripta Salomonis quę antiquata sunt,nec in memoria duranerunt & hic liber obliterandus videtur , eo quod vanas asserat Dei creaturas,& totum putaret esse pro nihilo , & cibum & potum & delicias transeuntes præferret omnibus:ex hoc vno capitulo meruisse auctoritatem , vt in diuinorum voluminum numero poneretur, quod totam disputationem suam , & omnem Catalogum suum hac quasi ἀναπεφαλέωσει coarctauerit, & dixerit finem sermonum suorum auditu esse promptissimum, nec aliquid in se habere difficile:vt scilicet Deum timeamus, & eius præcepta faciamus . Ad hoc enim natum esse hominem , vt creatorem suum intelligens veneretur eum metu,& honore & opere mandatorum . Siquidem cum iudicij tempus aduenerit,quid quid à nobis gestum est,stare sub iudice, & ancipitem diu expectare sententiam , & vnumquemque recipere pro opere suo,siue mali quid gesserit, siue boni. *Tomo quinto Commentariorum in cap.12. Ecclesiast. inf. fol.33.*

Liber Ecclesiastes ex vno postremo capitulo apud Hebræos meruit authoritatem.

SVNT qui Idumæam ad carnem referant , & aduersus illius pugnam animam æstimant prouocari,vt mortificantes membra nostra super terram,fornicationem,immundiciam, passionem, æternam in Christo victoriam cõsequamur.*Tom.5.Com.in cap.1.Abdiæ fol.127.fac.2.*

Colloss.3. Mortificatio carnis æterna in Christo victoria.

QVAERITVR quo modo verè dicere comprobetur:Dominum Deum cœli ego timeo,cum eius præcepta non faciat . Nisi forte respondeamus, quod & peccatores timeant Deum : seruorumque sit non diligere,sed timere: quamquam in hoc loco timor pro cultu,possit intelligi, iuxta sensum eorum qui audiebant , & adhuc ignorabant Deum. *Tom.5.Comment.in cap.1. Abdiæ.folio 136.fac.1.*

Timor duplex seruilis & filialis.

NONæstimes in eo te placere Deo , si sermones,id est,scripturas illius legas . Tunc scripturæ prosunt legenti , si quod legitur opere compleatur. Si loquens de scripturis possis dicere: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus?Dominus quippe dabit verbum Euangelizantibus virtute multa:& super montem excelsum ascende qui Euangelizas Sion,& leua vocem in fortitudine qui Euangelizas Hierusalem. Atque hoc modo sermones Dei boni sunt si secum sint, hoc est, si Deus non deserat prædicantem cuius cor labiaque consentiunt . Cæterum qui cõfitetur labijs, & cor eius longe est à Deo,& narrat iustitias eius,& assumit testamentum per os suum,& peccatorum sordibus inquinatur, cũ hoc non sunt boni sermones Dei.*Tom.5.Comm.in cap.2.Micheæ fol.150.fac.1.*

2.Cor 13. Psal 67.
Scripturæ scientia opere complenda.

QVIA dubitas ô populę Israhel, immo vniuersum hominum genus (nequaquam enim loquar ad populum Iudæorum,sed generaliter ad omnem hominem meus sermo percurret) quomodo pro peccatis tuis Deum possis placare, si nec habes victimas, quibus tua compensetur impietas:Ego respondebo tibi,quid quærat Deus,imo iam ante in lege monstraui . Scriptum est enim in Deuteronomio:Et nunc Israel quid Dominus Deus tuus quærit à te:nisi vt timeas Dominum Deum tuum,& ambules in omnibus vijs eius,& diligas eum,& seruias Domino Deo tuo,de toto corde tuo,& de tota anima tua : & custodias mandata Domini Dei tui , & iustificationes eius: quæcunque ego mandabo tibi hodie , vt bene sit tibi. Quærit à nobis Dominus,& necessariam habens nostram salutem,posit accipere, quod danti prosit, vt faciamus iudicium,id est,vt nihil absque ratione & consilio faciamus:vt ante mens iudicet quid factura sit , & postea opere compleat: vt misericordiam diligamus, & non quasi compulso,aut ex necessitate misericordes simus,quoniam hilarem datorem diligit Deus . Nec dicamus, vade hodie,& cras reuertere, & dabo tibi. *Tom.5.lib.2.Com.in cap.6.Micheæ fol.162.fac.2.f.*

Deut.10.
Necessitas bonorum operum comprobatur contra Libertinos.
2.Cor.9. Prouerb.

CAVE diligenter, vt ambules cum Deo tuo. Qui enim dicit, in Christo se credere : sic debet ambulare quo modo & ille ambulauit. Et Paulus Apostolus.Imitatores mei estote,inquit,sicut ego Christi.*ibid.*

1.Ioan.2. 1.Cor.4.

QVI solus habitat,& non habitat in saltu iste in laude virtutum est,qui autem solus, & non sacit opera iustitiæ,& quietis:tantum fruitur voluptate, & non in Christi opere & labore defudat, nec proprijs manibus quærit cibum , quod Apostolus iubet,& in superbiam erigitur: hic habitat in saltu,& inter infructuosa ligna versatur . Sed tamen quia bonus pastor est, & virga eius ob hoc percutit,vt emendet:meliora sermo propheticus pollicetur,& dicit:In medio Carmeli pascentur Barsanitiden,& Galaaditin iuxta dies egressionis tuæ ex Aegypto. Carmelus interpretatur scientia circuncisionis:Barsanitis confusio & Galaad transmigratio testimonij.*Tom.5.lib.2. Comm.in cap.7.Micheæ.fol.169.fac.2.*

In saltu habitant qui non operãtur iustitiam.
2.The.3.

TRIA præcipiuntur Iudæ.Primum vt contẽpletur viam,& iter quod ambulaturus est,diligẽter aspiciat:iuxta illud quod in Hieremia scriptum est:State in vijs, & interrogate semitas æternas,& videte quæ sit via bona, & ambulate in ea: & cum steteritis in vijs multis , veniamus ad eã viam quæ dicit:Ego sum via:deinde dicitur ei, vt teneat lumbum,id est, vt post electionẽ vię,mortificet corpus suum,& seruituti subijciat:ne qualirex & magister alijs prædicans, ipse reprobus inueniatur . Longum est nunc dicere, quod virtus diaboli vel maximè sit in lumbis,& quod à Dauid repromissio siat:De fructu lumbi tui ponam super tronum tuum.Et illud Apostoli: Adhuc enim in lumbo patris sui erat Abrahæ Leui, quãdo iuit in occursum Abraham Melchisedech. Et quod Ioannes Zona pellicea cingitur, & quod à Saluatore discipulis imperatur:Sint lumbi vestri præcincti . Et Apostolus ad Ephesios State ergo accincti lumbos vestros in veritate:licet enim ὅσ κυσις plurimum præstet, & vitæ continentiæ super mortificatione lumborum, tamen nihil eos ita mortificat,vt cognitio veritatis. Vnde dicitur Accingite lumbos vestros in veritate.Si enim veritas est Christus: qui tota in Christo mente credidit,lumbos suos mortificauit,in Christo. Tertio præcipitur, confortare virtute nimis : elegisti,inquit,viam,tenuisti lumbum , assume virtutem,vt possis pugnare cum hostibus . Et ne forte diffidas,datur tibi causa cur speres:Auertit, inqt, Dominus contumeliam Iacob, sicut contumeliam Israhel:quod ambiguum est, aut enim ipsius Iacob contumeliam, qua cæteris faciebat iniuriam auertit,aut contumeliam,quam ab alijs sustinebat Iacob,auertit Dominus. Sed mihi videtur melius esse, vt contumelia quam Iacob solebat cæteris facere,à Domino sit auersa. Non enim tãtæ virtutis est,ab alijs factam iniuriam sustinere: quantæ gratiæ Domini est,placidum,mitem , atque tranquillum iniuriam facere non posse.*Tom. quinto Commentariorum in caput secundum Nahum. fol. 175.facie prima.*

Tria mandata necessaria omnib. christianis. Hier.6. Primo sectãda via virtutum. Ioan.14.
1.Cor.6.
Iob.28. Secũdò mortificatio carnis necessaria.
Heb.7.
Matt.3.
Luc.12. Ephes.6.
Tertiò necessaria fortitudo ad resistẽdum hostib°.

SED & ad mundum hæc ipsa dicuntur: in quo est multitudo, quæ per latam & spaciosam viam,pergit ad mortem,quam comminatur DOMINVS igne succensam , fumo suæ malitiæ suffocari ex vanitate eius nitens . Leones quoque comedet gladius viuens sermo DEI & acutus, & ex omni parte elimatus: nec non pollicetur

Pœnæ Epicureorum Libertinorum.

cetur auferre se de terra prædam eius, & nemo exinde capiatur in Niniue, & quasi clemens tollit mala opera, & comprimit ea, ne vox & sonitus eorum vltra possit audiri. Vnde ait. Et non audierunt vltra opera tua. *Ibid fol. centesimo septuagesimo octauo fac. 1.*

HAEC omnia sub metaphora mulieris narrâtur adulteræ: quę cum fuerit deprehensa, producitur in medium, & ante oculos omnium depompatur. Quod quidem per translationem etiam super Hierusalem plenissimè in Ezechiele prophetalis sermo describit. Verius tamen & vtilius dicuntur ad mundum, ad quem secundum pariter & curandum, verus medicus venit è cœlo. Ecce ego ad te, dicit Dominus omnipotens: quia omnipotens sum, possum vniuersos sanare morbos, & quod est alijs impossibile, mihi possibile est. Reuelabo posteriora tua in facie tua, id est, virtutes meas, præcepta atque sermones, quæ proiecisti post tergum tuum, licet non mercaris, faciam te videre. Ego enim mandaueram tibi, de sermonibus meis: vt semper ante oculos tuos mouerentur, ligati essent atque penderent. Tu autē contempto iubentis imperio, post tua eos vestigia reliquisti: vt non solum non faceres, sed nec dignareris quidem videre. quod iusseram. *Tomo quinto Commentariorum in caput tertium Nahum. folio 179 facie 2.*

Ezech. 16.

Metaphora adulteræ mulieris ad mundum translata.

Luc. 16.

LATA & spacioso via est quæ ducit ad mortem, per quam ambulabat & ille dives in Euangelio, qui fulgebat in purpura, & illi de quibus dicitur: Qui dormiunt super lectos eburneos, & delicijs affluunt in stratis suis. Qui comedunt vitulos de armentis lactentes, & bibunt deficatum vinum, & primis vnguntur vnguentis: qui quia lata ambulant via, latitudo terræ appellantur, quæ Chaldæorum vestigijs premitur. Noluerūt enim ambulare per arctam & angustam viam, quæ ducit ad vitam, & per quam ambulat Paulus glorians in tribulatione, & angustia. Ambulant autem Chaldæi super latitudinem terræ, vt possideant tabernacula non sua. *Tom. 5. Com. in cap. 1. Abacuc. fol. 187 fa. 1.*

Amos. 6. Liberini ambulantes lata viam. Matt. 7.

Matt 7.

VT autem scias secundum superiorem intelligentiam in qua synagoga dictum accepimus: ficus non faciet fructum, & non erunt genimina in vineis: non de fructibus dici, sed de operib. bonis. In oliua manifestè ænigma aperitur, & dicitur: Mentietur opus oliuæ. Fructus enim quos afferre debuerant, in operibus demonstrantur, mentietur autem opus oliuæ, aliud promittentis & aliud facientis, dicentes ad Moysen: Omnia quęcunque dixerit Dominus faciemus, & nolentes in eum credere, quia à Moyse prædicatus est. *Tomo quinto Commentariorum in caput tertium Habacuc. folio 205 fac. 1.*

2. Cor. 6. & 12.

Mentitur Deo, qui aliud verbis promittit, aliud opere explet. Exod. 24.

QVOD si nolueris diem tribulationis diem consummationis accipere: ad eos referes omnia, qui dicunt se esse de Ecclesia, & non habent opera iustitiæ. Et ficus & vinea & oliua, mysterium videlicet trinitatis non afferunt in eis fructū suum: & non solum frumenta & escas rationabilium: sed nec cibum quidem habent in campis suis pecorum & iumentorum, & præsepia eorum vacua sunt, & pro excelsis montibus in planis humilibusque versantur. *Tom. 5. Comment. in cap. 3. Abac. fol. 205 fac. 1.*

Qui non habent opera iustitiæ in Ecclesia fructum non afferunt.

IN consummatione mundi (quia dies Domini ipsa intelligitur) scrutabitur Dominus Hierusalem, id est, Ecclesiam suam cum lucernâ, vt vlciscetur super viros contemptores, qui noluerunt suas seruare custodias, id est, mandata Domini contempserunt, & insuper ratione se peccare dicentes, blasphemauerunt in cordibus suis: quod nihil prodesset benefacere, nec obesset male agere: quia nec bonorum operum præmium, nec malorum pœnam restitueret Deus. *Tomo quinto Commentariorum in caput primum Sophoniæ fol. 210 fac. 1.*

Pœna Dei mandata cõtemnentiũ.

Rom. 11. Psal. 106.

VIA recta & tendens ad paradisum arcta & angusta est quæ ducit ad vitam. Via autem fracta habens angulos & tortuosa, lata & spatiosa est, quæ ducit ad mortem. *Ibidem fol. ducentesimo vndecimo fac. 2.*

SI Deus propter infidelitatem ramis naturalibus non pepercit, sed fregit eos, & posuit flumina in desertum, & fontes aquarum in sitim, terram, fructiferam in salsuginem, propter malitiam habitatorum eius: cur non è contrario eos de quibus dixerat: Posuit desertum in paludes aquarum & terram sine aqua in fontes aquarum, & habitare fecit ibi esurientes & cætera. & quos inseruit de oleastro, in radicem bonæ oliuæ, si immemores beneficij receperint à conditore suo, & adorauerint Assyrium, euertat, & ad eandem sitim reducat ih qua prius fuerant? Quod cum generaliter in aduentu Antichristi, siue in fine mundi possit intelligi: tamen quotidie in his, qui simulant se esse de Ecclesia Dei, & operibus negant, audituresque legis sunt & non factores, accipi potest: quod frustra speciosos se iactant esse, cum habitant in eis greges, vitiorum scilicet multitudo, & bruta animalia corpori seruientia, & omnes bestiæ terræ quæ corda eorum comedunt, & camæleontes, qui non habent vnum colorem, sed diuersis peccatis, nunc auaritia nunc luxuria, nunc crudelitate, nunc libidine, nunc tristitia, nunc exultatione per momenta mutantur. Et ericij in prespibus eorum animal spinosum & plenum sentibus, & vulnerans quicquid contigerit. Sed & bestiæ cubabunt in foraminibus, id est, in cordibus eorum, & corui immundæ aues in portis eorum, vel in ore, vel in auribus, quod aut loquantur semper, aut audiant mala. Post quæ infertur & dicitur: ideo Ecclesiam hæc passuram fore, vel esse perpessam quod in superbiam se eleuauerit, & quasi cedrus suum cacumen erexerit, malis operibus dedita: & nihilominus futuram sibi beatitudinem repromittens, & in corde suo cæteros despiciens, nec putans quemquam esse præter se & dicens: Ego sum, & non est alia præter me vltra. *Tom. 5. Commentar. in cap. 2. Sophoniæ fol. 216. facie secunda.*

Ibidem.

Comminatio contra auditores legis, et non factores qui Deum operibus negant.

Præcepta Dei in opus vertenda.

NON sit aliud loquentis tempus, & aliud facientis: præcepta mea statim in opus vertite: Dominus enim est omnipotens qui præcepit, & vtique non leue est DEI omnipotentis imperium. Habuistis hucusque corda vestra vitijs seruientia, sine ordine sine præceptore, quocunque trahebant desideria pergentes. Nunc autem vobis præcepit Dominus, vt ordinetis in se charitatem, & ponatis corda vestra super vias vestras: vt nihil absque iudicio & consideratione faciatis, sed semper ante pedes vestros legalis lucerna præcedat, & dicatis: Lucerna pedibus meis lex tua, & lux semitis meis. *Tom. 5. Commentar. in cap. 1. Aggai. fol. 224 fac. 1.*

Psal. 118.

QVOD

QVOD autem numerū septem milliū ad Christianorum nomen diximus pertinere: supputa græcè ἑπτακισχίλιους ἐν χριστιανοῖς, & cundē numerum, summamque reperies, id est, mille nongentos quadraginta vnum. Sed & parabolam decem virginum in Euangelio, quas in sensibus carnis & spiritus interpretamur (si oleum bonorum operum suis lampadibus præparârint, & quinariū numerum duplicauerint: vt sint sanctę (iuxta Apostolum) corpore & spiritu, ad huius numerum referunt Sacramentum. *Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 8. Zacha. fol. 253 fac. 1.*

Matth. 25.

Oleum bonorum operū lampadibus præparandū 1. Cor. 7.

MEMENTOTE legis Moysi serui mei, quam mandaui ei in Horeb ad omnem Israhel præcepta & iudicia] Iusta meritorum in futuro erit retributio, quando superborum radicem & germē deuorans, flamma consumet & comburet, & timē tibus Dominum orietur sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Igitur mementote legis Moysi serui mei, quàm ei dedi in monte Horeb, qui est Syna ad omnem Israhel præcepta & iudicia. Dicente autē Apostolo: Scimus, quia lex spiritualis est. Et B. Dauid: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua: Et quia spiritualiter, omnes cęleste manna comedebant, & vniuersus populus Israhel de eadem spirituali, & sequente eos bibebant petra: Petra autem erat Christus: qui credūt in Christo, spiritualiter debent leges prędcepta seruare, quæ dedit in Horeb, quod interpretatur ficcitas, per quam omnium vitiorum humor excoquitur, & ad radios solis iustitiæ, libidinis reuma siccatur. Locutus est autem Dominus ad vniuersum Israhel, qui sensu cernit Deum, & de quibus in Euangelio dicitur: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. *Tom. 5. Comment. in cap. 4. Malach. fol. 286 fac. 2.*

Com. 7.

Psal. 118. 1. Cor 10.

Qui credūt in Christo spiritualiter debent legis præcepta seruare.

POSSVMVS & aliter intelligere, quod magistri eruditio, etiam si paruo peccato obnoxius sit, deducat eum de gradu maximo: nec prosit docere iustitiam, quam minima culpa destruit: Et Beatitudo perfecta sit, quæ sermone docueris, opere complere. *Tom. 6. Comment. in cap. 5. Matth. Canon 6.*

Nil prodest docere iustitiam, quam minima culpa destruit.

LATA via, est sæculi voluptas, quam appetunt homines. Angusta, quæ per labores & ieiunia panditur. Quam & Apostolus iugressus est: & vt Timothæus per eam ingrediatur, hortatur. Simulque considera, quam signanter de vtraque via locutus sit. Per latam multi ambulant, angustam pauci inueniunt. Latā non quęrimus, nec inuentione opus est: sponte se offert, & errantiū via est: Angustam verò, nec omnes inueniūt: nec qui inuenerint, statim ingrediuntur per eam. Siquidē multi inuenta veritatis via, capti sęculi voluptatibus de medio itinere reuertuntur. *Tom. 6. lib. 1. Cō. in cap. 7 Matth. Canon. 10 fa. 1.*

2. Cor. 6. & 11.

2. Tim. 5. Duplicis cōtrariæ viæ descriptio.

LATA est & spatiosa via, quæ ducit ad perditionem, & multi ingrediuntur per eam: Qui multi vocem non audiunt Saluatoris: quia non sunt in arcta via, sed in spatiosa *Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 21. Matth. Canon. 21. fac. 2.*

Decalogi præcepta in Euangelio repetita.

SI vis ad vitam ingredi, serua mandata] Dicit illi, Quæ? Iesus autem dixit: Non homicidium facies. Non adulterabis. Non furtum facies. Non dices falsum testimonium. *Tom. 6. lib. 5. Com. in ca. 19. Matth. Canon. 40.*

Psal. 118.

TEMPVS sementis, tempus est præsens & vita quā currimus. In hac licet nobis quod volumꝰ seminare. Cum ista vita transierit, operandi tempus aufertur. Vnde & Saluator ait: Operamini, dum dies est: veniet nox, quando iam nullus poterit operari. Ortus est nobis Dei sermo, Sol verus, & congregatę sunt bestiæ recedentes in cubilia sua: procedamus, vt homines ad opus nostrum & vsq; ad vesperam laboremus, sicut mysticè cantatur in Psal. Posuisti tenebras, & facta est nox: In ipsa pertransibunt bestiæ syluę, catuli leonū rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi. Ortus est Sol, & congregata sunt, & in cubilibus suis dormierūt. Egredietur homo ad opus suum, & operationem suam vsque ad vesperam. Siue ægrotamus siue sani sumus, humiles vel potentes, pauperes, diuites, ignobiles honorati, esurientes, siue vescentes, omnia in nomine Domini cum patientia, & æquanimitate faciamus, & implebitur in nobis illud, quod scriptum est: Diligentibus autem Dominum, omnia cooperantur in bonum. Ita ipsa libido & iniuria, quæ desiderant vltionem, si me refrenem, si propter Deum taceā, si per singulos commotionis aculeos & incentiua vitiorum, Dei desuper me videntis recorder, fiunt mihi occasio triumphorum. Ne dicamus in largiendo: Ille est amicus, hunc nescio, hic debet accipere, iste contemni. Imitemur Patrem nostrum, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Fons boni tatis omnib. patet. Seruus & liber, plebeius & rex dives & pauper ex eo similiter bibūt. Lucerna cū accensa fuerit in domo, omnibus lucet æqualiter. Quod si in cūctos indifferenter liberalitatis frena laxantur, quanto magis in domesticos fidei, & in Christianos; qui eundē habent patrem eiusdē magistri appellatione cēsentur? Videtur aūt mihi locus iste posse & superiorib. cohęrere, vt domesticos fidei, magistros nominet, quib. supra omnia quę putantur bona, ab autorib. suis iusserat ministrari. Breuè est vitę istius curriculū. Hoc ipsum, quod loquor, qp dicto, quod scribo, quod emēdo, quod relego, de tēpore meo, mihi aut crescit aut deperit. Titus filius Vespas. qui in vltionē dominici sanguinis subuersis Hierosolimis Romā victor ingressus est, tantę dicitur fuisse bonitatis, vt cū quadā nocte sero recordaretur in cœna, qp nihil boni die illa fecisset, dixerit amicis: Hodie diē perdidi. Nos putamꝰ non perire nobis horā, diē, momenta, tēpus, ætates, cū ociosum verbū loquimur, pro quo reddituri sumus rationē in die iudicij. *Tom. sexto Comment. in cap. 6. ad Galat. ut fol. 107. fa. 2.*

Ioan 9.

Psal. 103.

Rom. 8.

Tentatio iam fit necessitatis triumphi

Matth. 5.

Titi Vespas. aut sententiæ aurea.

ANIMADVERTENDVM, quia grandē & immensam Christus scientię habeat charitatē, id est, eorum, qui se scire desiderant, qui in lege eius meditantur die ac nocte, qui verba vertunt in opera, & quod ore meditantur, cō summant manu. Qui autē talis est, vt dignus sit per scientiā suā habere Christi supereminentē charitatē, ille nihil debet aliud prēter scientiam cogitare. Atq; ita implebitur in omni plenitudine Dei, non solū in præsenti sæculo, sed etiam in futuro: vt qui nunc plenus esse cœpit in studio per lectionem, postea perfectius impleatur Deo, qui est plenitudo omnium; se complente. *Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 3. ad Ephes. fol. 175 fac. 2.*

Verba vertēda in opera.

NVNQVAM spiritualis persequitur carnalem: sed ignoscit, ei quasi rusticano fratri: scit eū posse proficere per tempus. Et si quando Aegyptiæ filium viderit irascentem, recordatur vnius patris, qui lucem, boues, creārit & culicem, & in magna domo non solùm esse vasa aurea, & argentea;

2. Tim 2.

gentea, sed lignea & fictilia. Itaque cum Apo-
lo Paulo dicamus. Non sumus ancillæ filij, sed li-
beræ & renouati in Christo: audiemus verba Do
mini ad Iudæos loquentis. Si manseritis in ser-
mone meo, cognoscetis veritatem, & veritas li-
berabit vos. Hac libertate & Apostolus libera-
tus aiebat? Cùm enim sim liber ex omnibus. Qui
facit peccatum, seruus est peccati. Ille, quia se ab
omnibus vitijs liberum, ab omni concupiscen-
tia & errore sciebat alienum, rectè in Christi li-
bertate gaudebat, dicens: Non sumus ancillæ fi-
lij, sed liberæ, qua libertate Christus nos libera-
uit. *Tomo sexto libro secundo Comment. in cap. 4. ad Gala tas, fol. 145. fac. 1.*

His qui in Christo Iesu volunt viuere, vir-
tutes appetendę sunt, vitia fugienda, media verò,
quæ inter virtutes & vitia sunt, nec fugienda, nec
appetenda, vt circuncisio & præputium, & cæte-
ra his similia. Circuncisio quidem prodest, si
legem custodias. Quæ idcirco vtilis fuit his, qui
in lege vixerunt, non quia circuncisi erant, sed
quia credita sunt illis eloquia Dei, quæ in opera
vertentes à salute extranei non fuerunt. *Tomo sexto libro secundo Commentar. in caput quintum ad Galatas, fol. 146 fac. 2.*

Vos in libertatem vocati estis fratres: tantum
ne libertatem in occasionem carni detis] Supe-
rioribus nos possumus addere, vt dicamus de ser-
uitute legali ad Euangelij libertatę vocatos (qui-
bus superius dicitur: State & nolite rursum iugo
seruitutis hærere) etiam nunc moneri, vt leue
Christi iugum, & delectabilia Euangelij præce-
pta sectantes, nequaquam putęt sibi licere, vt hac
ipsa libertate viuendi, in occasione carnis vtătur:
scilicet vt iuxta carnem viuant, iuxta carnem cir-
cuncidantur, sed spiritu magis stent, spiritu præ-
putium carnis abscindăt, & ad spiritus altiora tẽ-
dentes, humilitatem literæ derelinquant. Potest
autem & aliter intelligi. Dicat quispiam: Si cessa
ui ó Paule esse sub lege, & de seruiture in liberta-
tem vocatus sum: Ego debeo ita viuere, vt con-
uenit libertati: nec aliquibus præceptis teneri, sed
quodcunq; placuerit & voluntas suggesserit, hoc
facere, implere, sectari. Ad quod respondit Apo-
stolus: Vocatos quidem nos esse in spiritus liber-
tatem: sed ita, vt libertas ipsa carni non seruiat.
Nec putemus, quia nobis omnia licent omnia ex-
pedire: quin potius, quia serui legis esse cessaui-
mus: facti liberi, magis per charitatem nobis inui
cem seruiamus: vt lacinioſæ legis præcepta, vno
dilectionis capitulo concludantur. *To.6 lib.3.Com. in cap.5. ad Galatas fol.150 fac.1.*

Potest locus ille sic melius explanari, & qua-
si vna series corpusque fieri, se inuicem nectens,
sibique non discrepans. Fratres de seruitute legis
vocati estis in Euangelij libertatem. Verùm ob-
secrò vos, ne libertate pro licentia abutamini, &
putetis vobis cuncta expedire, quæ licent, detis-
que occasionem carni atque luxuriæ. Quin potius
discite, quod libertas hæc, maior sit seruitus: vt
quod ante lex ab inuitis extorquebat obsequiũ,
nunc per charitatem vobis inuicem seruiatis. Si-
quidem omne illud legis onus, & multiplicia præ
cepta, non tam exclusa sunt per Euangelij gratiã,
quàm vno charitatis sermone breuiata: vt diliga
mus proximum sicut nosmetipsos. Qui enim di-
ligit proximum, totam legem implet, bona ei tri
buens, mala non inferens. Quod si cesset dilectio,
& non sit charitas, per quam lex vniuersa comple

Ioan. 8.

1. Cor. 9. Ioan 8. In quo sita sit vera christiana libertas.

Triplicis generis res fugiendæ, appetendæ, medię.

Euangelica Christiana libertas describitur.

Varia præcepta legis non sunt exclusa per Euangelium, sed charitati inclusa. Matth. 22.

tur, publicum quoddam inter homines latrocinium erit, vt contra se inuicem defurentes, seque mordentes, consumantur ab inuicem. Vos autem fratres propterea secundũ spiritualem legẽ debetis viuere: ne desideria quæ carnis sunt, perficiatis. Caro enim frigus timet, aspernatur famem: attenuatur vigilijs: libidinibus exardescit, mollia quæque & iocunda desiderat. E contra spiritus, ea quæ carni contraria sunt, & quæ illam debilitare queant, expetit. Et ita fit, vt nõ ideò, quia sub seruitute legis esse cessastis, putetis esse vos liberos, sed sciatis magis naturę vos lege retineri: quia non statim, si lex non imperat, & natura cessauit, ne voluntatem scilicet vestra opera subsequătur: sed frequenter ea facere compellamini, repugnãte carne aduersus spiritum, quę facere non vultis. Ex quo fratres, obsecrò, vt nõ detis libertatẽ vestram in occasionem carnis, sed magis spiritu seruiatis: vt incipiatis ea facere, quæ vultis & nihil debere legi, id est, non esse sub carne. Quia libertatem legis abolitæ, tunc verè in Euangelio habere poteritis, cùm vos nequaquam caro compulerit facere, quæ nõ vultis: sed spiritui seruientes, docueritis vos non esse sub lege. *Tomo sexto libro tertio Commentariorum in caput quintum ad Galatas, fo. 151. fac. 2.*

Carnalis & spiritualis libertatis diuersi effectus

Qvi Ecclesiæ futurus est princeps, habeat eloquentiam cum vitę integritate sociatam, ne opera absque sermone sint tacita, & dicta factis deficientibus erubescant. maximè cùm sint nõ pauci, sed plures, nec subditi, sed proterui, qui non curent illud Psalmistæ dicere: Nonne subiecta est Deo anima mea? Sed bonarum artium sementem, quæ naturaliter habet notitiam Dei, inani persuasione peruertant. Hoc quippè mihi Paulus videtur sensisse, cùm dicit φρεναπατᾶσι, non vt simpliciter Latinus interpres transtulit, deceptores, sed mentium deceptores. *Tom.6.lib.1.ad Titum 1. fol.201. fac.1.*

Quæ requirantur in ecclesiæ principe.

Psal. 61.

Hi quorum polluta est mens & conscientia, Deum se nosse confitẽtur, factis aũt negant: secundum illud, quod in Esaia dicitur: Populus hic labijs me honorat, cor aũt eorũ longè est à me. Quo modo igitur labijs quis honorat, & corde procul recedit: ita Deum sermone quis confitens, operib. negat. Negans aũt operibus Deum, confessione simulata rectè execrabilis, & prophanus est, & nulla veritatis ratione persuasus, inobediés & incredulus appellatur. Vnde euenit, vt ad omne opus bonũ reprobus sit, qp scilicet etiã ea, quę naturali bonitate superatus fortè bona fecerit, nõ sunt bona, dũ mentis peruersitate sint reproba. Aestimãt quidã in eo tantũ Deum negari, si in persecutione quis à gentib. cõprehensus, se renuerit esse Christianum. Sed ecce Apostolus omnib. quę peruersa sunt factis, Deum asserit denegari. Christus sapientia est iustitia veritas, sanctitas, fortitudo. Negatur per insipientiam sapientia, per iniquitatem iustitia, per mendaciũ veritas, per turpitudinẽ sanctitas, per imbecillitatẽ animi fortitudo. Et quotiescũq; vincimur vitijs atq; peccatis, totiens Deũ negamus. E cõtrario quotiès benè quid agim⁹, Deũ cõfitemur. Nec arbitrandu est in die iudicij illos tantum à Dei filio denegandos, qui in martyrio Christum denegauerunt: sed per omnia opera, sermones, cogitatiões Christus vel negatus negat, vel cõfessus, confitetur. De hac putò, confessione & discipulis præcepit, dicens: Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque

Esaiæ 29.

Hypocritarũ notatio.

Deum non solùm negatur in persecutionibus, sed & in omnibus peruersis factis.

Bonis operibus confitemur Christũ malis negamus. Actor. 1.

vsque ad extremum terræ: vt in omnibus bonis operibus atque sermonibus mens Christum ipsi dedita confiteatur. *Ibidem fol. 203. fac. 1.*

Alivd est sanam doctrinam loqui, aliud ea quæ sanæ conueniunt docere doctrinæ, quia in altera simplex tantum institutio est: in altero cum eo, quod doces, vitæ quoque correctio est. Qui enim soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum: Domino præcipiente discipulis, non solùm in meditatione scripturarum eos laborare debere, vt quæ scripta sunt, replicent & condant in memoriæ thesauro, sed prius faciant, quæ præcepta sunt. Quicunque verò fecerit & docuerit, ille vocabitur in regno cælorum. Nisi enim supergressa fuerit nostra iustitia Scribarum iustitiam & Pharisæorum, non possumus ingredi regna cælorum. Qui supra Moysi cathedram sedentes dicunt, & non faciunt, & alligant onera importabilia, quæ ceruicibus hominum imponunt. & ipsi minimo digito nolunt ea contingere. Hoc igitur nunc Apostolus Titum filium in Christo & discipulum suum docet, vt ea loquatur, quæ sanę doctrinę conueniant, quia tunc doctrinæ sit sanitas, cum doctoris doctrina pariter & vita consentiant. *Tom. sexto libro primo Comment. in cap. 2. ad Titum.*

Matth. 23.

Doctrinæ sanitas est, cũ vita & doctrina consentiunt.

In via sumus, quando mandata Dei implemus. De via perimus, quando ab eis declinamus. *Tomo 7. Com. in 2. Psal. folio 2. fac. 2.*

Qvis, ait, dignus erit conformis fieri imagini filij Dei, qui sæpè mons dicitur. Hic est lapis excisus de monte sine manibus: Hic factus est mons magnus: hic impleuit latitudinem orbis terræ: in hoc sanctorum animæ requiescunt. In hoc ergo nullus accipit requiem, nisi qui ingreditur sine macula & operatur iustitiam, qui immunis est ab omni labe peccati, & præcepta Dei inuiolabiliter custodierit. *Tom. 7. Com. in Psal. 14. fol. 13. fac. 2.*

Hebr. 12. Rom. 9. Dan. 2.

Qui præcepta Dei inuiolabiliter custodit is requiescet in cælo.

Et operatur iustitiam] Non dixit, operatur castitatem, operatur sapientiam, operatur fortitudinem. Et hæ quidem virtutes optimæ sunt. Sapientia nobis prodest, fortitudo nobis prodest, vt persecutionibus resistamus. Deinde temperantia & castitas nobis necessariæ sunt, ne perdamus animas nostras, Iustitia sola magna virtus est, & mater omnium. Dicat aliquis. Quomodo iustitia maior est cæteris virtutibus? Cæterę virtutes habentem delectant. Iustitia non delectat habentẽ, sed alios. Si sapiens sum, sapientia me delectat: si fortis sum, fortitudo mea me delectat: si fuero castus, castitas mea, lætitia mea est. Cæterùm Iustitia non prodest habentibus, sed cęteris miseris nó habentibus. Vel aliter: Et operatur iustitiam: hoc est custodit mandata, vt illud: Si vis ad vitam venire, serua mandata. *Ibidem in Psalm. 14. folio 14. facie prima.*

Quomodo iustitia magna virtus & mater aliarum virtutum.

Matth. 6. 19.

Scriptvras legimus, Psalmos ediscimus Euangelia tenemus, prophetas edisserimus. Non debemus hoc ita facere, vt gloriemur apud fratres, sed vt Christo placeamus, vt sermo ipsius in ore nostro resonet. Solent & viri, solent & monachi, solent & mulierculę hoc inter se habere certamen, vt plures ediscant scripturas, & in eo se putant esse meliores, si plures ediderint. Ille plus edidicit, qui plus facit: Cæterùm, si quod tu ediscis, ego facio: magis mea opera scripturas tenent, quàm tuus sermo, qui vanè resonat. In no

Certamen de notitia scripturarum.

Ille plures didicit scripturas, qui plus facit.

ctibus extollite manus vestras in sancta. Leuate manus in crucem, leuate vexillum. In noctibus leuate manus vestras in sancta. Et cùm leuaueritis in sancta, & feceritis quæ sancta sunt, quasi me dicamentum bonorum operum vestrorum Christus sit. *Tomo 7. Com. in Psa. 133. fol. 169 fac. 1.*

Bonorum operum mandãt cadentem Christum.

Articulus 111. Fidem sine operibus homini ad salutem esse satis, Eunomianorum & aliorum errorem fuisse.

Circvncisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei. Nihil enim prodest absq; operibus, cælibatus & nuptiæ, cùm etiam fides, quæ propriè Christianorũ est, si opera non habuerit, mortua esse dicatur, & hac lege virgines quoque Vestæ & Iunonis vniuiræ in sanctarum queant ordine numerari. *To. 2. lib. 1. contra Iouianum cap. 6.*

Fides sine operibus mortua.

Qvod si volumus & curiosiùs aliquid dicere, præcipitur Christiano, vt fidem opere compleat, & non sit similis populo Iudæorũ, qui spõdentes atque dicentes: Omnia quæcunque Dominus præcepit faciemus: adorauerunt idola. Et post verberatos seruos & lapidibus oppressos, nouissimè ipsum quoque patrisfamilias filium trucidauerunt. Melius est ergo ancipitem diu deliberare sententiam, quàm in verbis facilem, & in operibus esse difficilem. Seruus enim, qui scit voluntatem Domini sui, non facit eam, vapulabit multis. *Tom. 5. Commentar. in cap quintum Ecclesiastis fol. 13. fa. 2.*

Exod. 24.

Matth 21. Non esse debemus in verbis faciles, in operibus difficiles Lucæ 12.

De hæreticis facilis intellengentia est, quod quanto plures fuerint, tantò magis delinquunt Deo, & gloriantur in populis, & idcircò decipiãt infelices, vt peccata populi comedant, & per dulces sermones deuorent domos viduarum. Cùm enim viderint aliquos delinquentes, aiunt: nihil aliud quærit Deus, nisi fidei veritatem, quã si custodieritis, non curat quid agatis. Hæc enim dicentes, in iniquitatibus eorum subleuant animas eorum: vt non solùm non agant pœnitentiam, nec humilientur, sed gaudeant in sceleribus suis &, erecta ceruice gradiantur. Vnde & populus & sacerdos, & hi, qui dicti sunt, & hi qui docuerunt pari iudicio constringentur. *Tom. 5. lib. 1. com. in cap. 4. Oseæ fol. 45 fac. 1.*

Lucæ 20.

Hæretici tẽpore Hieronymi docuerunt, vt & hodie Lutherani, sola fide absque operibus iustificare.

Si autem de Hæreticis voluerimus accipere, qui verè pseudoprophetę sunt, & dicunt: Hæc dicit Dominus, & Dominus non misit eos, non erabimus. Illi enim populum quondam Dei errore decipiunt, & hoc faciunt, vt comedant eos: vel simpliciter in accipiendis muneribus, vel mysticè in occisione animarum eorum, & promittunt eis pacem & regna cælestia, & dicunt, non necesse est, vt viuas continenter & sanctè: habeto fidem: quam docemus, & omnia promissa Domini cõsequeris: quæ loquentes, magis aduersum eos iram Domini concitant, & prælium in illos sanctificant. Quamobrem ô Hæretici, qui putatis vos habere prophetiam, & imitamini Ecclesiam Dei: vbi æstimatis esse visionem, ibi nox erit, & vbi iactatis vaticinium prophetale, ibi spiritus loquetur immundus. Occidet enim sol iustitiæ super huiusce modi prophetas, & videbunt tenebras, suas, & confundentur. Cumque diuini magis, quàm prophetæ fuerint comprobati, ridebuntur super somnijs suis, & populi, qui ab eis prius decepti fuerant, contra eos loquentur. Tunc etiam

Hæretici per solam fidem seu persuasionẽ falsam quam ipsi profitebãtur promittebãt suis discipulis vitam æternam.

iam ipsi magistri pœnitentiam agent, & nemò eos exaudiet, nisi ego, quem offenderant. Et quia clemens sum, & nolo mortem peccatoris, sed cupio vt reuertatur & viuat, cùm exaudiero eos, dabo eis virtutem spiritus mei, & implebo eos iudicio meo, & fortitudine: Vt qui prius populum blandimentis decipiebant, postea vera annunciando deterreant, & ad rectam reuocent viã: & qui causa erroris fuerant, incipiant mederi vulneribus, quæ intulerunt, & esse occasio sanitatis. Animaduerte in præsenti loco posse aliquem docere post peccatum, si tamen vitia pristina digna pœnitentia eluerit. Vnde & Dauid post adulterium & homicidium loquitur in Psalmo: Asperges me Hyssopo, & mundabor: Lauabis me, & super niuem dealbabor. Nec sua tantum puritate contentus est, sed infert: Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Cumque hoc feceris: Docebo, ait, iniquos vias tuas & impij ad conuertentur. *Tomo quinto libro primo Comment. in caput 3. Micheæ fol. 153. fac. 2.*

Ezech. 18.

Lapsi in primum locũ restitui possunt Ecclesiarum principes.

Psalm. 50.

CAETERVM: illustris, & redépta ciuitas Christi sanguine, iuxta superiora perspicuè Ecclesia intelligitur: quæ & vocatur Columba, propter simplicitatem multitudinis in ea credentium. Hæc non audiuit vocem Domini, neque suscipere voluit disciplinam: nec confisa est in Domino: quia noluit appropinquare ad Dominum Deum suum, vt mereretur veniam peccatorum. Frustra enim quis vocem Domini Dei sui audire se dicit, & confidere in Domino, quando operibus fidem destruit, & magis mammonæ iungitur, quã Domino Deo suo, & duplici corde accedit ad eũ, & duobus dominis, sæculo & Deo militare se posse credit. Huius principes sunt, sicut leones rugientes. Non ambigimus de rugitu Leonum, & discursu, quando viderimus principes eius ita in subiectos populos detonare, & voce tyrannica, rabidisque conuitijs plebem conterere: vt non pastorem in gregẽ, sed leonem in ouiculas putes frendere. Iudices quoque eius, quasi lupi Arabiæ, occidentes vesperè, & nihil relinquentes in mane: non aspicientes ad ortum Solis, sed morantes semper in tenebris & possessiunculas Ecclesiæ, & ea, quæ in Dei donaria conferuntur, vertentes in lucrum suum: vt non habeant pauperes, quod manè comedant: qui quasi in nocte, & nullo vidente omnia populantur, & cum luporum more cuncta diripiant, ne paruos quidem cibos indigentibus derelinquunt. Prophetæ etiam, id est, magistri, qui se putant docere populos, & de scripturis sermocinari: πνευματοφόροι, id est, portantes spiritum sui spirituales (& hoc εἰρωνικῶς legendum) sunt viri contemptores: non enim docere, sed facere in Ecclesia conuenit, non factis verba destruere. Cæterùm, tu cùm alium doceas, & ipse non facias, nó tam doctor, quàm contemptor vocandus es: de quo & in Habacuc scribitur: Videte contemptores, & respicite, & admiramini mirabilia, & disperdimini. *Tom. 5. Com. in cap. 3. Sophon. fol. 217. fac. 2.*

Qui operib. fidẽ destruit non refté cõfidit in Domino.

Principes mali Ecclesiasticilleonib. & lupis cõparantur.

Facere in ecclesia magis cõuenit quã docere, & factis verba destruere.

Habacuc. 1.

OLEVM habent virgines, quæ iuxta fidem & operibus adornantur. Non habent oleũ, quæ videtur simili quidem fide Dominum confiteri, sed virtutum opera negligunt. *Tom. 6. lib. 4. Com. in cap. 25. Matth. Cano. 55 fac. 1.*

Fides sine operibus est lampas sine oleo.

Domine domine, aperi nobis] Egregia quidẽ in Domini appellatione confessio, idemque repetitum, iudicium fidei est. Sed quid prodest voce inuocare, quem operibus negas? *Ibidem fac. 2.*

EXISTIMANT quidam in eo tantum Deum negari, si in persecutione, quis à gentibus cõprehensus se renuerit esse Christianũ. Sed ecce Apostolus omnib. quæ peruersa sunt factis, Deũ asserit denegari. Christus sapientia est, iustitia, veritas, sanctitas, fortitudo. Negatur per insipientiam sapientia, per iniquitatem iustitia, per mendaciũ veritas, per turpitudinem sanctitas, per imbecillitatem animi fortitudo. Et quotiescũq; vincimur vitijs atq; peccatis, totiens Deum negamus. E contrario, quotiens bene quid agimus, Deũ confitemur. Nec arbitrandũ est in die iudicij, illos tantũ à Dei filio denegandos, qui in martyrio Christũ denegârunt: sed per omnia opera, sermones cogitationes, Christus vel negatus negat, vel cõfessus confitetur. De hac puto cõfessione, & discipulis præcepit dicens: Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & vsq; ad extremũ terræ; vt in omnibus bonis operibus atq; sermonibus mens Christum ipsi dedita confiteatur. *To. 6. lib. 1. Com. in cap. 1. ad Titum fol. 203.*

Per peccata Christus negatur.

Articulus V. Fide per charitatem operante, siue formata, vt vocant, nos filios esse Dei: Fidem verò charitate destitutam, nulli ad salutem prodesse.

FIDES & opera tua Christo te sociant: præsens facilius quod postulas, impetrabis. *Tom. 1. Epistola 27. ad Eustochium cap. 14.*

Fides & opera cõiunctim Christo sociant.

ET in hoc scimus, quod cognouimus eum, si mandata eius obseruemus. Qui se nosse eũ dicit & mandata eius nõ custodit, mendax est, & in eo veritas non est, qui aũt seruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est. In hoc scimus, quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere, debet, sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Propteret, inquit, scribo vobis filioli mei: Omnis qui natus est ex Deo, nõ peccat: vt non peccetis: & tam diu sciatis vos in generatione Dñi permanere, quãdiu non peccaueritis. Imò qui in generatione Domini perseuerant, peccare non possunt. Quę enim communicatio luci & tenebris? Christo & Belial? Quomodo dies & nox misceri non queunt: sic ne Iustitia & iniquitas, peccatũ & bona opera, Christus & Antechristus. Si suscepemus Christũ in hospicio nostri pectoris, ilicò fugamus diabolum. Si peccauerimus, & per peccati ianuã ingressus fuerit diabolus: protinus Christus recedit. Vnde & Dauid post peccatum, Redde mihi, ait, lętitiam salutaris tui, scilicet, quã peccando amiserat. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius nõ custodit, mẽdax est, & in hoc veritas nõ est. Christus veritas appellatur: Ego sũ, inquit, via, veritas, & vita. Frustra in eo plaudimus, cuius mandata non facimus. Scienti bonũ & non faciẽti illud peccatũ est. Quomodo corpus sine spiritu mortuũ est, sic & fides sine operib. mortua est. Nec grande putemus vnũ Deum nosse, cũ & dæmones credant & cõtremiscant. Qui dicit se in ipso manere debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Eligat aduersarius è duobus quod vult, optimũ. n. damus. Manet in Christo, an non manet? Si manet, ergo ita ambulet, vt Christus. Si autem temerarium est similitudinem virtutum Domini polliceri, nõ manet in Christo, quia non ingreditur vt Christus. *Tomo 2. lib. 2. contra Iouinianum c. 1.*

Mandata charitatis ob seruatu necessaria.

2. Cor. 2.

Psal. 50.

Ioan. 2.

Ioan. 14.

Fides sine operibus mortua est. Iac. 1.

1. Ioan. 2.

NIHIL prodest absq; operibus cęlibatus & nuptiæ: cùm etiam fides, quæ propriè Christianorum est, si opera non habuerit, mortua esse dicatur:

Iac. 2.

dicatur: & hac lege virgines quoque Vestæ & Iunonis vniuiræ in sanctorum queant ordine numerari. *Tomo secundo in Apologia ad Pammachium cap. secundo.*

SI autem, qui semel spiritu viuens opera carnis mortificauit, & à Saluatore dilectus, nequaquam seruus, amicus vocatur, non est vltra lex posita: quæ impijs & peccatoribus, & non subiectis & nepharijs constituta est. At nunc cùm omnia, quæ difficilia sunt, vel modica ex parte faciamus: hoc solum non facimus, quod & facilius est: & absque quo cassa sunt vniuersa quæ facimus, Ieiunij corpus sentit iniuriam: vigiliæ carnem macerant, eleemosynę labore quęruntur: sanguis in martyrio, quamuis ardeat fides, tamen sine dolore & tumore non funditur. Hæc omnia sunt, quæ faciant, & sola charitas sine labore est. Et quia sola cor mundum efficit, à diabolo expugnatur in nobis, ne Deum pura mẽte videamus. *Tomo sexto libro tertio Commentariorum in caput quintum ad Galatas folio 150. facie 2.*

Ioan. 15.

Absque charitate cassa sunt omnia quæ facimus

IN Christo Iesu nec circuncisio valet, nec præputium corporale, quia in medio, id est, inter vitia virtutesque sunt posita, sed fides, quæ per charitatem operatur: vt & fides, quæ reputata est Abrahæ in iustitiã comprobetur, & omne opus fidei in charitate ponatur, tota lege & prophetis ex charitate pendentibus. In his siquidem duobus præceptis: Diliges Deum tuum: &, Diliges proximum. Saluator asseruit legem prophetasque consistere. Et Paulus in alio loco. Ne enim non adulterabis, non furaberis, non concupisces, & si quid est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur: Diliges proximum tuum sicut te. Si ergo omne mandatum recapitulatur in eo, quod dictum est, diliges proximum tuum tanquam te, fides autem per charitatem operata valet plurimum, manifestum est, operationem fidei per charitatem, plenitudinem mandatorũ omnium continere. Quomodo autem iuxta Apostolum Iacobum, fides absque operibus mortua est, ficabsque fide, quamuis bona opera sint, mortua computantur. Qui igitur in Christo non credunt, & sunt probis moribus, aliud quid magis habent, quàm opera virtutum? *Tomo sexto libro secundo Comment. in caput quintum ad Galatas fol. 146. facie secunda.*

Omne opus fidei in charitate ponendum.

Matth. 22.

1. Cor. 6.

Operatio fidei per charitatem est plenitudo mandatorũ.

Iob 2. Infidelium virtutes nõ sunt vera bona opera.

Articulus VI. Decem præcepta ad Christianos etiam pertinere.

CRITOBOLVS. Quoniam vim facis perspicuæ veritati, & me trahis ad blasphemiã, concedam tibi hoc in veteri lege præceptum, de qua scriptum est: Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Nunquid & de Euangelio poteris hoc approbare, vt puniatur quispiam pro eo, quod nesciat, & ante pœnas luat, quam reus sit conscientiæ. Atticus. Dum ignoramus. Manichæus nobis consurgit repentè, qui legem dicit abolitam, & solos noui Testamenti legendos libros. Critobolus. Quid enim à me audiuisti, vt hoc autumes? Et lex enim patribus data pro tempore iusta & sancta est: & veniente Euangelij perfectione, viliora cessarunt. Attic. Ergo nequaquam obseruandum est, quod lege præcipitur. Critobolus. Quædam obseruanda, quædam prætermittenda sunt. Atticus. Quoniam te video esse doctissimum, dic mihi quæ de veteri Testamento obseruare debeam, & quæ relinquere. Critobolus. mandata obseruare debemus, quę ad vitam & mores pertinent corrigendos, de quibus dictum est. Mandatum Domini lucidum, illuminans oculos. Quæ autem ad ceremonias legis & ritus sacrificiorum pertinent, relinquęda sunt. *Tomo secundo libro secundo Dialogorum aduersus Pelagianos cap. 1. fol. 281. fac. 1.*

2. Cor. 5.

Manichæi legem dicit ablitam & solum nouũ agnoscunt testamentum.

Moralia veteris testamenti manent in nouo

Psalm 18. Ceremoniales veteris legis sunt iubilæa.

ABOLITIS legis ceremonijs, & duro pondere veterum præceptorum, repromittitur Euangelij gratia: legemque Dominus pollicetur, vt omnes cum nouerint à minimo vsque ad maximum, dicens: dimittam peccata eorum, & iniquitatum illorum vltra memor non ero. *Ibidem cap. 11 p.*

Hierem. 31.

SI auerteris à sabbatho pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, vt vocaueris, & cæt.] Cui supra dixerat: Nonne hoc est ieiunium magis quod elegi; Dissolue colligationem impietatis, solue fasciculos deprimentes, &c. Etiam nunc præmia repromittit, si facere voluerit, quæ sequuntur, vt hic scilicet cohibeat pedem suum in sabbathis, ne faciat voluntates suas, & diẽ sanctum Domini suis commaculet voluptatib. Lege præceptum est, ne in sabbathis opus seruile faciamus, ne accendamus ignem, & in vno seclemus loco, vt illa tantum faciamus opera, quæ ad animæ salutem pertinent. Quod si iuxta literam accipiamus penitus impleri nó potest. Quis enim potest hoc facere, vt tota die ac nocte sedens in sabbatho, de vno loco non recedat. immò ne leuiter quidem se commoueat, quod si fecerit, transgressor legis sit? Ex vno igitur mandato, quod iuxta literam impossibile est, & cætera coguntur spiritualiter intelligere, ne faciamus seruile opus, & perdamus animæ libertatem. Qui enim fecit peccatum, seruus est peccati: Ne onus portemus in sabbatho: quale portabat ille, qui dicit. Iniquitates meæ eleuatæ sunt super caput meum, Quasi onus graue aggrauatæ sunt super me. Ne iniquitas, quæ sedet super talentum plumbi, in his habeat potestatem: Ne nos voluptas corporis & libido succendant. Omnes enim adulterantes quasi clibanus corda eorum. & diaboli iacula ignita sunt, vt sagittent in obscuro rectos corde. Præcipitur quoque nobis, vt arrepto nobis aratro non respiciamus post ergum: vt tectorũ altitudinem conscendentes, nequaquam ad tollenda sæculi vestimenta velimus descendere: sed vt audiamus cũ Moyse: Tu verò hic sta mecum, & sedeamus cum Domino, Iasi in via huius sæculi, super putenm Samaritanę, & conuersionem, errantium: neque salutem fitientes: vt audiamus Apostolum commonentem: State firmi & immobiles: ne patiamur illud quod Iudas passus est proditor, qui perdidit locũ ministerij sui, & trãsgressor effectus est. Illiusque semper sententiæ recordemur: Si spiritus potestatẽ habẽtis ascenderit super te locũ tuũ ne dimiseris. Qui sic quiescit in sabbatho, & lauat inter innocentes manus suas, nec mouet pedes, vt suas faciat voluntates: ille celebrat sabbatha delicãta. Qui sabbatismus, iuxta epistolam, quę ad Hebręos scribitur, repromittitur nobis in cęlestibus & gloriam pręparatur, dum non facimus vias nostras in sabbatho, nec inuentur voluntas nostra, vt loquamur sermonẽ: quo scilicet nec opere, nec sermone peccem⁹: Alioquin, si hęc tantũ prohibẽtur in sabbatho, ergo in alijs sex diebus libertas

Exod. 20. et 35.

Ceremoniales veteris legis partes inter morales leguntur, aliæque quæ ad tempus datæ sibi cessant. Tom. 8.

Hierem. 17.

Osæe. 7.

Psal. 140.

Luc. 9.

Matth. 24.

Exod 33.

Ioan. 4.

1. Cor 15.

Coloss 2.

Hebr. 4.

Eccle 10.

Psalm. 72.

Vbi. 46

Sabbathum omni tempore in bonis operibus sanctificandum à fidelibus.

nobis tribuitur delinquendi. Quod si stultum est credere, super est, vt sabbathum, quod interpretatur requies, omni tempore sanctificandum sit à fidelibus, dum non carnis, sed animæ faciunt voluntates. Quodque iungitur iuxta Septuaginta in ira ex ore tuo: in Hebraico non habetur. Ad hoc sabbathum omni festiuitate celebrandum Saluator nos prouocat in Euangelio, dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego vobis dabo requiem: hoc enim significat ἀναπαύσω ὑμᾶς, vt scriberet peccatorum onera deponentes, sabbathizemus in Christo, & dicamus: Statuit supra petram pedes meos: Illudque vitemus, quod sanctus pene sustinuisse se dicit: Mei verò penè moti sunt pedes. Tunc delectaberis super Dominum, & sustollam te super altitudines, &c. Postquam vocaberis sabbatha delicata, & nō moueris in sabbatho pedem tuum ad opus seruile faciendū neq; verbū locutus fueris. i. semper tacueris, & impleueris, quod præceptū est: Cohibe linguā tuam à malo, & labia tua ne loquātur dolū: Tunc delectaberis in Dño, & videbis in te esse cōpletū: Delectare in Dño, & dabit tibi petitiones cordis tui. Siue fiduciam habebis in Domino, iuxta illud, quod scriptū est: Qui cōfidit in Dño, beatus est. Et in Hiere. Benedictus homo qui cōfidit in Domino, & erit Dominus spes eius. Et alibi: bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine. Et eleuabit te Dominus atque sustollet super altitudines ac bona terræ. Terra enim initium, terraque viuentium non est deorsum, sed sursum est. Denique ad Loth de Sodomæ & Gomorræ valle fugientem dicitur: In monte saluum te fac. Ad quem postquam peruenit, ortus est ei Sol in Segor. De hac terra dicebat Dominus: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram: & multa alia, quæ crebrò vsurpauimus, quorum illud est: Honora patrem tuum & matrem tuam, & eris longæuus super terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi. Quod iuxta literam pœnitus stare non potest. Multi enim honorant parentes, & citò moriuntur, & alij parricidæ longo viuunt tempore. Vt autem certius nouerimus hanc terram esse in sublimibus tricesimisexti Psalmi breuiter recordamur, in quo scriptum est, Mites possidebunt terram, & epulabūtur in multitudine pacis. Post quæ infertur, Expecta Dominum & custodi vias eius, & eleuabit te, vt possideas terram, & habitabunt in sæculum sęculi super eam. Quod & impossibile est. Si enim terra pertransibit, hæc vtique quam incolimus, quo modo in sæculum sęculi iusti habitabunt super eam? Ex quo discimus esse terram, quæ in sublimibus sita est. Post quæ infertur. Et cibabo, siue cibabit te Dominus hæreditate Iacob, patris tui. Sicut enim qui fidem habuerit Abraham, appellatur filius Abrahami: sic qui supplantat vitia, atque peccata, vocatur filius Iacob: cuius quis virtutis imitator est, illius appellatur & filius. Bona autem terræ, quæ in excelsis sita est, quibus saturatur filius Iacob, illa accipienda sunt. Quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. De quibus in Epistola scriptum est ad Hebræos: Qui enim hæc dicunt, ostendunt, quod patriam quærant, & si quidem illam quærerent, de qua egressi erant, habebant tempus vt reuerterentur ad eam. Nunc autem meliorem desiderant patriam,

Matth. 11.

Psal. 19.

Psalm. 72.

Psal. 33.

Psalm. 36.

Hierem. 17.

Psal. 17.

Terra viuētium sursum est, id est, cælum. Gen 19.

Matth. 5. Terra spiritualiter est intelligenda Exod. 20.

Psal. 36.

Ibidem.

Hebr. 11.

Chiliastæ fabula.

hoc est cælestem Hierusalem. Ex quo discimus, mille annorum fabulam, in qua rursum nuptiæ promittuntur, & cibi & terrenæ vitæ conuersatio abijciendam. Si enim in resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt similes Angelorum, quia sunt filij resurrectionis: Et de vētre, ac cibis Apostolus loquitur: Esca ventri, & venter escis, Deus autem & hunc & illam destruet. Quo modo rursum incorrupto, & spirituali, immortalique corpore, carnis pristinæ mortalis, atque corruptæ vitia quęremus? Et hæc dicimus, non quo substantiam glorificati corporis denegemus: sed quo opera pristina in his, qui angelorum sunt similes, penitus auferamus. Aliquin & in isto adhuc corpore per ieiunia; & continentiam, & perpetuam castitatem, & charitatē imitamur virtutes angelicas, & tamen substantiā corporum non amittimus. Quæ vt omnia futura credamus, sciamus à Deo esse promissa, cuius os locutum est: vt quo modo in manibus, opus, & in pedibus incessum, & in ventre generationem, & in auribus oculisque auditum, atque intuitum, sic in ore sermonem Dei intelligamus. *Tom quarto libro decimosexto Commentar. in caput quinquagesimum octauum Esaiæ fol. 193. fac. 2.*

Matth. 22.

1. Cor. 6.

Homines in angelos reformantur.

IN Psalterio decem chordarum psallite ei.] In decalogo mandatorum. Psalterium de sursum habet cauamen: prædicatio cælestis, vel mandata intelligunter in sanctis, quæ de supernis veniunt. Vnde dixit: Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à patre luminum, apud quem non est transmutatio, vel vicissitudinis obumbratio. Decem chordarum, id est, decem verba legis. Tria mandata in vna tabula, quæ ad fidem trinitatis pertinent, hæc sunt. Primum, Audi Israhel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est. Secundum: Non habebis nomen Dei tui in vanum. Tertium: Obserua diem Sabbathi. Septimum in altera tabula, ad dilectionem proximi pertinent. *Tom. 7. Com. in Psal. 32. fol. 39. fac. 1.*

Decalogus mandatorū Christianis necessarius.

Iac. 1.

Diuisio Decalogi in duas partes. Prior tria, posterior septē mandata cōtinent.

Deut. 6.

HOC propono, vt quod ille decalogus prædixit, si custodiatur, cælestia regna largiuntur. *Ibidem in Psal. 48. fol. 60. fac. 2.*

Articulus VII. Magnum esse inter præcepta & consilia Euangelica discrimen, quod illa sunt ad salutem obseruatu necessaria, hæc verò perfectioni peculiariter destinata.

PLVS debet Christi discipulus præstare, quàm mundi philosophus, gloriæ animal, & popularis aurę atque rumorum venale mancipium. Tibi non sufficit opus contemnere, nisi Christum sequaris. Christum autem sequitur, qui peccata dimittit, & virtutum comes est. Christum scimus sapientiam. Hic thesaurus in agro scripturarum nascitur, Hæc gemma multis emitur margaritis. Sin autem amaueris captiuam mulierem, id est, sapientiam sæcularem, & eius pulchritudine captus fueris: decalua eam, & illecebras crinium atque ornamenta verborum cum emortuis vngūbus seca. Laua eam prophetali nitro, & tunc requiescens cum illa dicito: Sinistra eius sub capite meo, & dextra illius amplexabitur me, & multos tibi fœtus captiua dabit, ac de Moabitide efficietur

Matth. 13.

Deut. 21.

Hierem 2. Cant. 2.

Perfectio Euangelica omnia propter Christū relinquere.

tur Israelitis. Christus sanctificatio est, sine qua nemo videbit faciem Dei. Christus redemptio, idem redemptor, & pretium. Christus omnia, vt qui omnia propter Christum dimiserit, vnum inueniat pro omnibus, & possit liberè proclamare: Pars mea Dominus. *Tomo. 1. Epistola. 26. ad Pammachium, cap. 4.*

Lucæ. 18. Pauperta voluntaria consilium Euangelicū. Matth. 26.

QVONDAM dives adolescens omnia, quæ in lege præcepta sunt, se implesse iactabat: ad quem Dominus in Euangelio, Vnum, inquit, tibi deest: Si vis perfectus esse, vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Qui omnia se fecisse dicebat, in primo certamine diuitias vincere non potest, vnde & difficilè intrant diuites in regna cœlorum: quæ expeditos, & alarum leuitate subnixos habitatores deliderant. *Tom. 1. Epist. 34. ad Iulianum, cap. 2.*

Pauli eremicæ perfectio.

QVID ageret miles Christi, & quo se verteret, nesciebat, quem tormenta non vicerant, superabat voluptas. Tandem cœlitus inspiratus, præcisam morsu linguā in osculantis se faciem, expuit ac sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo superauit. Per idem verò tempus, quo talia gerebantur apud inferiorem Thebaida cum sorore iam viro tradita, post mortem amborum parentum in hæreditate locupleti, Paulus relictus est annorum circiter quindecim, literis tam græcis quam Aegyptiacis apprimè eruditus, mansueti animi, Deum valdè amans: & cum persecutionis procella detonaret, in villam remotiorem & secretiorem secesit. Verum, quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Sororis maritus cœpit prodere velle, quem celare debuerat. Non illum vxoris lachrymæ, non communio sanguinis, non spectans cuncta ex alto Deus ab scelere reuocauit. Ad hæc instabat crudelitas, quæ pietatem videbatur imitari. Quod vbi prudentissimus adolescens intellexit, ad montium deserta confugiens, dum persecutionis finem præstolaretur, necessitatem in voluntatem vertit ac paulatim progrediēs, rursusque subsistens, atque hoc idem sæpius faciens, tandem reperit saxeum montem, ad cuius radicem haud procul erat grandis spelunca, quæ lapide claudebatur. Quo remoto, vt est cupiditas hominum occulta cognoscere, auidius explorans, animaduertit intus grande vestibulum; quod aperto desuper cœlo, patulis diffusa ramis vetus palma contexerat, fontem lucidissimum ostendens, cuius riuum tantummodo foras erumpentem, statim modico foramine, eadem quæ genuerat, aquas terra sorbebat. Erant præterea pomi exesum montem haud pauca habitacula, in quibus scabræ iam incudes, & mallei, quibus pecuniæ, olim signatæ vsebantur. Hunc locum Aegyptiorum literæ ferunt furtiuæ monetæ officinam fuisse, ea tempestate, qua Cleopatræ iunctus est Antonius. Igitur adamato quasi DEO à quod adeo sibi offerretur habitaculo omnem ibidem in orationibus & solitudine duxit ætatem. Cibum & vestimentum ei palma præbebat. *Tom. primo, in vita Pauli.*

Abstinentia & paupertas Pauli & Antonij.

INTER has fermocinationes suspicium alterum coruum in ramo arboris consedisse, qui inde inter subuolans integrum panem ante mirantium ore deposuit. Posit cuius abscessum, Eia, inquit Paulus, Dominus nobis prandium misit, verè pius verè misericors. Sexaginta iam anni sunt, quod accipio dimidij semper panis fragmentum: verum ad aduentum tuum, militibus suis Christus duplicauit annonam. Igitur, Domino gratiarum actione celebrata super vitrei marginem fontis vterque consedit. Hic vero, quis frangeret panem oborta contentio penè diem duxit in vesperum. Paulus more cogebat hospicij, Antonius iure refellebat ætatis. Tandem consilium fuit, vt apprehenso è regione pane, dum ad se quisque nititur, pars cuique sua remaneret in manibus. De hinc paululum aquæ in fonte prono ore liberauerint: & immolantes Deo sacrificium laudis, noctem transegere vigilijs. *Tomo. 1. in vitā Pauli Eremitæ. fol. 107.*

1. Cor. 7.

MARITORVM & continentium disputatione præmissa, tandem ad virgines venit, & ait: De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à Domino, vt sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantē necessitatem quoniam bonum est homini sic esse. Hic aduersarius tota exultatione bacchatur: hoc velut fortissimo ariete virginitatis murum quatiens, Ecce, inquit, Apostolus profitetur de virginibus Domini se non habere præceptum: & qui cum authoritate de maritis & vxoribus iusserat, non audet imperare, quod Dominus non præcepit. Et rectè, quod enim præcipitur, imperatur: quod imperatur, necesse est fieri: quod necesse est fieri, nisi fiat, pœnam habet. Frustra enim iubetur, quod in arbitrio eius ponitur, cui iussum est. Si virginitatem Dominus imperasset, videbatur nuptias condemnare, & hominum auferre seminarium, vnde & ipsa virginitas nascitur. Si præcidisset radicem quo modo fruges quærerent? Nisi ante fundamenta iecisset, qua ratione ædificium extrueret, & operturum cuncta desuper culmen imponeret? Multo labore fossorum subuertuntur montes: terrarum penè interna penetrantur, vt inueniatur aurum. Cum que de granis minutissimis prius conflatione fornacis, deinde callida artificis manu, fuerit monile compactum: non ille beatus vocatur, qui de luto excreuit aurum, sed qui auri vtitur pulchritudine. Noli igitur admirari si inter titillationem carnis, & incentiua vitiorum angelorum vitam non exigimur, sed docemur. Quia vbi consilium datur, offerentis arbitrium est: vbi præceptum necessitas est seruientis. Præceptum, inquit, Domini non habeo consilium autem do tanquam misericordiam consecutus à Domino. Si non habet præceptum Domini, quare audes dare consilium, de quo non habes iussionem? Respondebit mihi Apostolus: Et vis vt ego iubeam, quod Dominus obtulit potius, quam præcepit? Ille creator & figulus, sciens fragilitatem vasculi, quod operatus est, virginitatem in audientis potestate diminit: & ego Doctor gentium, qui omnibus omnia factus sum vt omnes lucrifacerem, onus perpetuæ castitatis statim in principio credentium imponam ceruicibus infirmorum? Discant prius ferias nuptiarum: vacent ad tempus orationi: vt accepto gustu pudicitiæ, id semper habere desiderent, quo ad modicum delectati sunt. Dominus tentatus à Pharisæis, vtrum secundùm legem Moysi vxores liceret dimittere, omninò fieri prohibuit, quod discipuli considerantes, dixerunt ei: Si talis est caussa hominis cum vxore, non expedit nubere. Quibus ille respōdit. Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Sunt enim Eunuchi, qui de vtero matris ita sunt: & sunt Eunuchi, qui ab hominibus Eunuchizati sunt: & sunt Eunuchi, qui sē

Virginitas cōsilij est & non præcepti.

Præcepti & consilij differentia.

1. Cor. 9.

Marc. 10. Matth. 19.

Triplicit genera Eunuchi.

castrauerunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat. In propatulo est cur Apostolus dixit: De virginibus autem præceptum Domini non habeo, profecto quia præmiserat Dominus: Nõ omnes capiunt verbũ hoc, sed quibus datũ est: & qui potest capere capiat. Proponit ἀγενόβιτος præmiũ, inuitat ad cursum: tenet in manu virgini tatis brauium: ostendit purissimum fontem, & clamitat: Qui sitit, veniat & bibat: qui potest capere capiat. Non dicit: Velitis nolitis, bibendum vobis est, atque currendum: sed qui voluerit, qui potuerit currere atque potare, ille vincet, ille satiabitur. Et ideo plus amat virgines Christus, quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatum. Maiorisque gratiæ est, offerre quod non debeas, quam non reddere, quod exigaris. *Tom. 3. libr. 2. contra Iouinianum. cap. 7. p.*

1. Co. 7.

Præclara expositio illorum verborum. Qui potest capere, capiat contra nostri temporis hæreticos.

Ioan. 7. Matth. 19.

NON imponit nobis Apostolus laqueum, nec cogit esse quod nolumus, sed suadet quod honestum est & decorum, & intente facit seruire Domino, & semper esse sollicitum, & expectare paratum Domini voluntatem: vtcum quid imperauerit, quasi strenuus & armatus miles, statim impleat quod præceptum est, & hoc faciat sine vlla distentione, quæ data est secundum Ecclesiasten hominibus huius mundi, vt distendantur in ea. Si quis autem considerat virginem suam, id est carnem lasciuire, & ebullire in libidinem, nec refrenare se potest. Duplexque ei incumbit necessitas, aut accipiendæ coniugis, aut ruendi: quod vult faciat: non peccat si nubat. Faciat, inquit, quod vult, non quod debet. Non peccat, si ducit vxorem non tamen bene facit, si duxerit, quia non quod debet facit, sed quod vult. Non qui statuit in corde suo firmus non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicat in corde suo seruare virginem suam: bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit melius facit. Signanter & propriè supra dixerat. Qui ducit vxorem non peccat, hic qui seruat virginem suam, bene facit. Aliud est autem, non peccare, aliud bene facere. Declina, inquit, à malo, & fac bonum. Illud declinamus, hoc sequimur. In altero initium, in altero perfectio est. Verum in eo quod dixit: Et qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit. Existimet aliquis obseruationem nostram non stare: Protinus, hoc ipsum bonum extenuat & obumbrat comparatione melioris, & dicit: Et qui non iungit, melius facit. Nisi illaturus esset, melius facit, nunquam præmisisset, bene facit. Vbi autem bonum & melius est, ibi boni & melioris non vnum est præmium: & vbi non vnum præmium, ibi vtique dona diuersa. Tantum est igitur inter nuptias & virginitatem, quantum inter non peccare & benefacere, immo vt Iouius dicam, quantum inter bonum & melius, *Ibidem, cap. 7. f.*

Eccles. 1.

1. Cor. 7.

Sal 33.

Virginitas est immula vix perfectio

1. Cor. 7.

SED nobis Euangelica perfectio requirenda

Matth. 19.

est: in qua præcipitur: Si vis perfectus esse, vade & vende vniuersa quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. *Tomo. 2. lib. 1. dialogorum aduersus Pelagianos, cap. 3.*

ET quomodo in proselytis non est vlla diuersitas sed & viri & fœminæ ad salutem pariter vocantur: sic & in Eunuchis qui se castrauerunt propter regna cœlorum, vterque sexus accipitur: qui mortificauerunt membra sua superterram: fornicationem, immunditiam, passionem, desiderium malum: Donec perueniant omnes in virum perfectum, & dicant cum Apostolo: Nos neminem

Coloss. 3.

2. Cor. 5.

nouimus secundum carnem. Etsi cognouimus iuxta carnem Christum, sed nunc, iam non nouimus. Ergo in Eunuchis nequaquam illi intelligendi sunt, quos ardens poeta describens, ait: Nec non infœlix ferro truncata iuuentus: Atque execta virum. Sed illi de quibus Dominus in Euangelio loquitur: Qui se castrauerunt propter regna cœlorum: quales erant & Apostoli, quibus admirantibus & pro rei difficultate dicentibus: Quis ergo potest saluus fieri? Respondit Saluator: Qui potest capere capiat. Vnde & Apostolus de huiusce modi Eunuchis, id est, de virginibus, præceptum Domini se non habere testatur: sed dat consilium, quasi misericordiam consecutus à Domino, volens omnes esse sicut seipsum. Tempus enim, ait, in collecto est: superest vt & qui habent vxores, sic sint, quasi non habeant. Qui enim liber vocatus est à seruitute & officio coniugali, iste verè seruus est Christi. *Tomo. 4. libr. 15. Comment. in cap. 56. Esaiæ, fol. 182. fac. 2.*

Eunuchi Euangelici per fecti.

Matth. 19.

1. Cor. 7.

QVI sint Eunuchi supra diximus: qui sollicitati sunt ad ea quæ Dei sunt: de quibus loquitur & Sapientia quæ titulo Salomonis inscribitur: Beata sterilis immaculata, quę nõ cognouit stratum in delicto habebit fructum in visitatione animarum: Et Eunuchus, qui non est operatus manu iniquitatem, neque cogitauit contra Dominum mala: Dabitur enim fidei eius electa gratia, & pars in templo Domini delectabilis. Hæc sterilis virginitate fœcunda est: Hic Eunuchus regno cœlorum vim facit, & violenter diripit illud. Iste custos est Sabbathorum, vt nunquam faciat opera nuptiarum. Ille elegit quæ Dominus voluit, vt plus offerat quam præceptum est: vt non indulgentiam Apostoli eius, sed voluntatem consideret. *Ibidem. fol. 183. fac. 1.*

Sap. 3. Præmium virginitatis proponit Salomon.

Matth. 11.

Virginitas est opus supererogatiõnis.

1. Cor. 6.

OMNIA licent, sed non omnia expediunt. Et de virginibus narrat Apostolus, se Domini non habere præceptum: vult tamen nos esse, sicut seipsum. Ex quo ostendit nequaquam indulgentiam magistri sectandam esse, sed voluntatem: & ea nos debere eligere, quæ expediunt, non quæ non licent: vt illud est de digamia. Volo adolescentulas nubere, filios procreare, matres familias esse. Ponitque causas, cur ista concedat: Iam enim quędam abierunt retro post Sathanam. Ergo non est voluntas pura secundi matrimonij, quæ fornicationis comparatione vilescit. *Tomo. 4. libr. 18. Com. in cap. 65. Esaiæ. fol. 218. fac. 1.*

Tit. 2.

QVI carnalia pro Saluatore dimiserit, spiritualia recipiet: quæ comparatione & merito sui ista erunt, quasi si in paruo numero centenarius numerus comparetur: Vnde dicit & Apostolus: qui vnam tantum domum, & vnius prouinciæ paruos agros dimiserat. Quasi nihil habentes, & omnia possidentes. *Tom. 6. lib. 3. Com. in cap. 19. Matthæi, Can. 41 fac. 1.*

Act. 5. Descriptio veræ perfectionis.

SI vis perfectus esse: vad. &c.] In potestate nostra est vtrum velimus esse perfecti. Tamen quicunque perfectus esse voluerit, debet vendere quæ habet, & non ex parte vendere, sicut Ananias fecit & Saphyra: sed totum vendere, & cum vendiderit dare omne pauperibus, & sic sibi præparare thesaurum in regno cœlorum. Et hoc ad perfectionem non sufficit, nisi post contemptas diuitias, Saluatorem sequatur, id est, relictis malis faciat bona. Facilius enim saccus contemnitur quam voluptas. Multi diuitias relinquentes Dominum non sequuntur. Sequitur autem Dominum, qui imitator eius est, & per vestigia illius graditur. Qui enim dicit se in Christo credere, debet quomodo ille ambulauit, & ipse ambulare. *Ibidem. Canon. 40. facie. 1.*

1. Ioan. 2.

PER infirmitatem autem carnis non fuæ, sed audientium. Galatis Paulus annunciat, qui non poterant carnem subijcere verbo Dei: sed quasi carne, nihil intelligẽtię suscepere spiritualis, Quod vt euidentius fiat, ponamus exemplum. Per infirmitatem carnis docet, qui dicit: Si se non continent nubant. Et mulier, si mortuus fuerit vir eius, libera est: cui vult nubat, tantum in Domino. Nequaquam verò per infirmitatem carnis docet ista commemorans: Solutus es ab vxore: noli quærere vxorem, &, tempus est, vt qui habent vxores, sic sint quasi non habentes. Alia quippe præcepta ad spirituales, alia dantur ad carneos. Et aliud est quod iuxta imperium, aliud quod iuxta indulgentiam præcipitur. *Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 4. ad Galatas, fol. 141. fac. 1.*

1. Cor. 7.

Alia spiritualium alia carnalium præceptum.

Imperium & indulgentia differũt.

QVI præsumit de eo quem rogaturus est, ipsa quodammodo præsumptione præiudicat, ne ei negare liceat, quod rogatur. Porrò si sit ille qui postulat plusquam rogauit rogatum esse facturum: ideo minora petit, vt habeat rogatus voluntariam, & maiorem præstatione mercedem. Si autem Philemon hæc ad hominis præceptum facit: quanto magis faciet ob dilectionem Dei? Vnde meritò Apostoli voce laudatur, quod mandata eius opere præuertat, & possit dicere: Voluntaria oris mei complaceant tibi Domine: plusquam faciens, quam præceptum est, vincat eos, qui tantummodo imperata fecerunt, & iubentur dicere: Serui inutiles sumus: quod debuimus facere facimus. Virginitas quoque propterea maiori præmio coronatur, quia præceptum Domini non habet, & vltra imperata se tendit. *Tom. 6. lib. 1. in cap. 1. ad Philemon. fol. 215 fac. 2.*

Opera supererogationis defenditur.

Psal. 118.

Luc. 17.

Articulus VIII. Iustitiam hominis Christiani in bonorum operum, quæ ex fide sunt, exercitatione consistere.

HABES istic sanctum doctissimumque pontificem Proculum, qui viua & præsenti voce nostras scedulas superet, quotidianisque tractatibus iter tuum dirigat, nec patiatur te, in partem alteram declinando, viam relinquere regiam, per quam Israel ad terram repromissionis properans se transiturum esse promittit. Atque vtinam exaudiatur vox Ecclesiæ implorantis: Domine pacem tuam da nobis, omnia enim dedisti nobis. Vtinam quod renunciamus sæculo voluntas sit, non necessitas, & paupertas habeat expetita gloriam, non illata cruciatum. Cæterum iuxta miserias huius temporis, & vbique gladios sæuientes, satis diues est, qui pane indiget. Nimium potens est, qui seruire non cogitur. Sanctus Exuperius, Tolosæ Episcopus, viduæ Sareptensis imitator, esuriens pascit alios, & ore pallente ieiunijs, fame torquetur aliena, omnemque substantiam Christi visceribus erogauit. Nihil ille ditius, qui corpus Domini canistro vimineo, sanguinem portat in vitro, qui auaritiam eiecit è templo, qui absque funiculo & increpatione, cathedras vendentium columbas, id est, dona sancti spiritus, monasque subuertit mammonæ, & nummulariorum æra dispersit, vt domus Dei, domus vocetur orationis & non latronum spelunca. Huius tu è vicino sectare vestigia, & cæterorum, qui virtutum illius similes sunt, quos sacerdotium & humiliores facit & pauperes, aut, si perfecta desideras, exi cum Abraham de patria, & cognatione tua, & perge quo nescis. Si habes substantiam, vende & da pauperibus. Si non habes, grandi onere liberatus es: nudum Christum nudus sequere. Durum, grande, difficile, sed magna sunt præmia. *Tomo primo. Epistola 4. ad Rusticum, cap. 10.*

Num. 10.

Rusticum hortatur ad bonorum operum exercitium.

3. Reg. 18.

Matth. 21.

Genes. 12.

NEC sufficere tibi putes, mandata Dei memoria tenere, & operibus obliuiscì: sed ideo illa cognosce, vt facias quicquid faciendum didiceris. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Latus quidem immensus diuinæ legis campus extenditur, qui diuersis testimonijs veritatis, velut cœlestibus quibusdam floribus vernans, mira oblectatione legentis animũ pascit ac refouet. Quæ omnia semper cognoscere, secumque reuoluere, ingens ad conseruandam iustitiam beneficium est. *Tom. 1. Epist. 14. ad Celantiam. cap. 4. p.*

Rom. 12.

Meditatio diuinæ legis est ingens beneficium ad conseruãdam iustitiã.

QVIS non libenter audiat: manducemus & bibamus, & in æternum regnabimus? Sapientes & prudentes, prauos vocant, eos verò qui dulces sunt in sermonibus. plus audiunt, Iohannes Apostolus, immo in Iohanne Saluator, scribens angelo Ephesi Ecclesiæ. Scio, inquit, opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quia sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti: sed habeo aduersum te, quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto vnde ecciderìs: & age pœnitentiam, & prima opera fac, sin autem; veniam tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco, nisi pœnitentiam egeris. Similiter & cęteras Ecclesias, Smirnam, Pergamum Tyathiram, Sardis, Philadelphiam, Laodicęam ad pœnitentiam prouocat, & nisi reuertantur ad opera pristina, comminatur. Et in Sardis pauca habere se dicit, qui non coinquinauerunt vestimenta sua, & ambulaturi sunt cum eo in albis, quia digni sunt. Cui autem dicit: Memento vnde ecciderìs, & ecce missurus est diabolus ex vobis in carcerem, vt tentemini: & scio vbi habitas, vbi sedes est sathanę, & in mente habe, qualiter acceperis, & audieris, & serua & pœnitentiam, & reliqua: Vtique ei dicit, qui credidit, & baptizatus est, & stans quondam, corruit per delictum. *Tom. 2. lib. 2. contra Iouinianum, cap. 2.*

Apocal. 2.

Ioannes Apostolus ad hortatur septem Ecclesias ad bonorum operum & virtutũ exercitationem.

Apocal. 3.

LOCVS & mansiones, quas præparare se dicit Christus Apostolis, in domo vtique sunt patris, id est, in regno cœlorum, non in terra, in qua præsens Apostolos relinquebat. Simulq; sensus Scripturæ intuendus: Dicerem, inquit, vobis quo vado, & præparabo vobis locum, si non mansiones multæ essent apud patrem, hoc est, si non vnusquisque mansionem sibi, non ex largitate Dei, sed ex proprijs operibus præparet: & ideo non est meum parare, sed vestrum: quia & Iudæ nihil profuit paratus locus, quem suo vitio perdidit. Iuxta quem sensum & illud intelligendum, quod ad filios dicitur Zebedęi, quorum alter à sinistris, alter cupiebat sedere à dexteris: Calicem quidem meum bibetis, sedere autem à dextris meis, siue à sinistris, non est meum dare vobis, se quibus paratum est à patre meo. Non est filij dare; & quomodo patris est præparare? Paratæ inquit, sunt in cœlo diuersæ & plurimæ mansiones, plurimis diuersisque, quas non personæ accipiunt, sed opera. Frustra ergo à me petitis, quod in vobis situm est, quod pater meus illis parauit, qui dignis virtutibus ad tantam ascensuri

Proprijs operibus ex Dei largitate præfectis quisq; sibi mansionẽ in cœlo præparat. Matth. 20.

Dignis virtutibus ad cœlestem dignitatem ascensus dimm.

sunt

sunt dignitatem. *Tomo. 2. libro. 2. contra Iouinianum cap. 15.*

SED indubitata ad Deum fides arduè reperitur. Verbi gratia dictum est, vt quod volumus, perspicuum fiat: ad orationem assisto: non orarem, si non crederem: sed si verè crederem: illud cur quo Deus videtur, mundarem, manibus tunderem pectus, genas lachrymis rigarem, corpore inhorrescerem, ore pallerem, iacerem ad Domini mei pedes, eosque fletu perfunderem, crine tergerem, hærerem certè trunco crucis, nec prius amitterem, quam misericordiam impetrarem. Nunc verò creberrimè in oratione mea, aut per porticus deambulo, aut de fœnere computo, aut abductus turpi cogitatione, etiam quæ dictu erubescenda sunt, gero. Vbi est fides: siccine putamus orasse Ionam? sic tres pueros? sic Danielem inter leones, sic certè latronem in cruce? *Tomo secundo, in Dialogo contra Luciferianos. cap. 6.*

Quo fides fit maior eo gratiora sunt Deo bona opera.

IN hac coquunt panes azymos, & primum tendunt tabernacula: vnde & ex re locus nomen accepit. Sochoth quippe interpretatur in lingua nostra tabernacula siue tentoria. Et ob hoc septimo mense, quinta decima die mensis solennitas tabernaculorum est. Cum ergo exierimus ex Aegypto, primum tabernacula figimus, scientes nobis adulterio ra pergendum. Tunc non comedimus de fermento Aegypti, de fermento malitiæ & nequitiæ, sed vescimus azymis synceritatis & veritatis, Domini præceptum opere consummantes: Cauete à fermento Pharisæorum. In hac nobis præcipitur mansione, vt semper egressionis ex Aegypto memores simus, vt celebremus transitum, id est, phasc Domini, vt primogenita nostri vteri, cunctarumque virtutum pro primogenitis Aegypti, quæ percussa sunt, Domino consecremus. *Tom. 3. Epist. 127. ad Fabiolam, mansione. 2.*

Leuit. 23.

1. Cor. 5.

Matth. 16.

Ex Aegypto egressi opera dabimus virtutibus.

PRAEPAREMVS nobis fortitudinem: assumamus perfectum robur: vt inter errorum tenebras & confusionem noctis, scientiæ Christi lumen appareat. Dies quoque noster nubem habeat protegentem vt his ducibus ad sanctam terram peruenire valeamus. *Ibidem. mansione. 3.*

Virtute & scientia Christi duce ad terram sanctam peruenimus.

HAEC nos admonent, ne simus segnes, & tepidi ad discendam sapientiam diuinam, & virtutum opera exercenda, ne forte propter inertiam spernendo deserat nos author noster, destituamurque omni solatio: non habeamus iam portis & vectibus destructis reges & principes, qui nos ducant in viam iustitiæ, nec iam lex Dei, & Prophetarum oracula illuminent corda nostra: sedeamusque in terra, carnis nostræ desiderijs, quasi cinere polluti, & vitiorum fetis circumamicti, totam gloriam, quam in cœlesti regno habere potueramus, perdamus: iaceamusque in terra, donec caro nostra in puluerem vnde sumpta est reuertatur, & finis noster fiat interitus sempiternus. *Tomo. 1. libr. 1. Commentariorum, in cap. 2. Lamentantionum Hieremiæ, folio 314. facie. 2.*

Adhortatio ad opera virtutum exercenda.

NOTANDVM, quod possit iustus cadere, & si habuerit magistrum, ad meliora conuerti. Et bona igitur opera indigent assiduo præceptore, ne lapsus ab optimo cursu, retrahat pedem. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 3. Ezech. fol. 338 fac. 2.*

Bona opera assiduo indigent præceptore.

SI fuerit pater iustus, qui hæc fecerit, & illa non fecerit: & habuerit filium pessimum, qui desertis virtutibus patris, se flagitijs manciparit, nonne & iste vita viuet, quia iustus est: & ille morte morietur, quia omnia perpetrarit, quæ pater vitando iustus effectus est? Videamus catalogum virtutum patris, quæ mihi videntur in decem & septem partes diuidi. Quarum primum est, fecisse iudicium: Secundum huic simile, iudicio copulasse iustitiam. Tertium non comedisse in montibus. Quartum oculos non leuasse ad Idola, siue (vt LXX. transtulerunt ad cogitationes, domus Israel. Quintum, vxorem proximi tui non violasse. Sextum, menstruatæ vxoris vitasse complexus. Septimum, hominem non contristasse: siue vt LXX. ediderunt, oppressisse per potentiam. Octauum, pignus debitori reddidisse. Nonum, per vim nihil rapuisse, vel iuxta LXX. rapinam non rapuisse. Decimum: Panem suum esurienti dedisse. Vndecimum: Nudum operuisse vestimento. Duodecimum: ad vsuram pecuniam non dedisse. Tertium decimum, nihil ex his quæ dederit amplius accepisse. Decimumquartum, ab iniquitate auertisse manum suam. Decimum quintum (quod simile videtur primo, sed in parte diuersum est) iudicium verum fecisse, inter virum & virum, siue proximum suum. Decimum sextum, in præceptis Domini ambulasse. Decimum septimum, iudicia & iustificationes illius custodisse. *Tom. 4. lib. 6. Comment. in cap. 18. Ezechielis folio 383. facie 2.*

Septemdecim virtutum genera, quibus gradibus ad cœlum ascenditur.

POSSVMVS quatuor cornua, quæ regnauerunt contra populum Dei, & quatuor παθή accipere. quæ eruditi non verbum de verbo exprimentes γαλόξιλας passiones, sed perturbationes interpretantur, ægritudinem animi & gaudium, duo præsentia, & duo futura, metum & cupiditatem: de quibus & illustris poeta significat: Hi metuunt cupiuntque dolent, gaudentque. Aduersum has, quatuor fabri, & vt ita dicam, medici, bonique artifices, non cernuntur à Propheta, necdum enim absque ostensione Dei per seeos videre poterat, sed ostenduntur ei à Domino, quatuor scilicet virtutes, prudentia iustitia, fortitudo, temperantia: de quibus plenissimè in officiorum libris Tullius disputat, scribens proprium quoque de quatuor virtutibus librum. *Tomo. 5. libr. Commentariorum, in cap. 1. Zachariæ. folio. 235. facie 2.*

Quatuor virtutes Cardinales medentur quatuor animi perturbationibus.

Proprius liber Ciceronis de quatuor virtutibus temporis Hieronymi extabat.

Caput nonum, De fructu seu effectu iustificationis, deque bonorum operum meritis.

Articulus 1. Hominis iustificati bona opera non ita esse dona Dei, vt non sint etiam bona ipsius iustificati merita.

VIS scire, quales Dominus querat ornatus? Habeto prudentiam, iustitiã, temperantiam fortitudinem. His cœli plagis includere: hæc te quadriga velut aurigam Christi, ad metam concita ferat. Nihil hoc monili pretiosius, nihil hac gemmarum varietate distinctius. Ex omni parte decoraris, cingeris atque protegeris: & ornamento tibi sunt, & tutamini, gemmæ vertuntur in scuta. *Tom. 1. Epist. 2. ad Nepotianum, cap. 16. f.*

Christiani auriga quadriga quatur Cardinalium virtutum vehitur in cœlũ.

Præclara latus quatuor Cardinaliũ

AVARITIAE tibi quoque vitandum est malum, non vt aliena non appetas (hoc enim & publicæ leges puniunt) sed quo tua quæ tibi sunt aliena, non serues. Si in alieno, inquit, fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis? Aliena nobis auri argentique sunt pondera, nostra possessio spiritualis est; de qua alibi dicitur: Redemptio animæ viri propriæ diuitiæ. *Tom. 1. Epistola 22. ad Eustochium. cap. 14.*

Luc. 16.

Prouerb. 13.

Spirituales virtutum diuitiæ redimunt animas.

Matth. 19. Merita bonorum operum Genes. 26.

PLVS accipimus, quam dedimus. Parua dimisimus & grandia possidemus. Centuplicato fœnore Christi promissa redduntur. In tali & Isaac quondam agro seruerat, qui paratus ad mortem, ante Euangelium Euangelicam portauit crucem. Si vis, inquit, perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni & sequere me. Si vis perfectus esse. Semper grandia audientium ponuntur arbitrio, & ideo virginitatem Apostolus de Eunuchis qui se castrassent propter regna cœlorum, ad extremum intulit. Qui potest capere capiat. Non est enim volentis, neque currentis, sed miserentis Dei. Si vis perfectus esse. Non tibi imponitur necessitas, vt voluntas præmium consequatur. Si vis ergo esse perfectus, & desideras esse quod Prophetæ, quod Apostoli, quod Christus est: vnde, non partem substantiæ, ne timor penuriæ infidelitatis occasio sit, & cum Anania & Saphyra pereas, sed vniuersa quæ possides. Cũq; vendideris da pauperibus, non locupletibus, non superbis: da quo necessitas sustentetur, non quo augeantur opes. Cumque legeris illud Apostoli: Boui trituranti os non alligabis. Et, Dignus est operarius mercede sua. Et, qui altario ministrant, de altario participantur. *Tom. 1. Epistola 26. ad Pammachium, cap. 3. m.*

Matth. 19. 1. Cor 7. Rom. 9.

Bona voluntas præmium consequitur.

Actor. 5.

1. Cor. 9.

1. Tim. 5. 6.

Paulo meri, ta maxima.

TESTOR Iesum, & sanctos eius, ipsumque proprium angelum, qui custos fuit & comes admirabilis fœminæ, me nihil in gratiam, nihil more blandientium loqui, sed quicquid dicturus sum, pro testimonio dicere, & minora eius esse merita, quam totus orbis canit, sacerdotes mirantur, virginum chori desiderant, monachorum & pauperum turbæ deplangunt. *Tom. 1. Epist. 27. ad Eustochium, cap. 1.*

IOB nisi certasset, & vicisset in prælio, non accepisset coronam iustitiæ, nec audisset à Domino: Putas me aliter locutum tibi, quàm vt appareres iustus? Beati dicuntur in Euangelio, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. *Ibidem, caput 8. f.*

Iob. 42. Corona Iobi.

Afflictio materia præmiorum est.

SECVRA sit conscientia, quod non propter peccata patiamur: & afflictio in sæculo, materia præmiorum est. *Ibidem, cap. 9. p.*

AVRVM deponere, incipientium est, non perfectorum, fecit hoc Crates Tebanus, fecit Antisthenes, seipsum offerre Deo, propriè Christianorum, & Apostolorum qui duo cum vidua pauperatis suæ in Gazophilacium æra mittentes, totum censum quem habuerunt, Domino tradiderunt, & merentur audire: Sedebitis super duodecim solia, iudicantes duodecim tribus Israel. Hæc & ipse intelligis, quo animo replicem, & quod sub alijs verbis te ad sanctorum locorum inuitem habitaculum. Abundantia tua multorum inopiam sustentauit, vt & horum diuitiæ in tuam indigentiam redundarent. Fecisti tibi amicos de iniquo mammona, qui te recipient in æterna tabernacula. Laudanda res, & Apostolicorum temporum virtutibus coæquanda; quando venditis possessionibus suis credentes afferebant pecunias, atque fundebant ante pedes Apostolorum, ostendentes auaritiam esse calcandam. Sed Dominus magis quærit animas credentium, quam opes. Legimus: Redemptio animæ viri, propriæ diuitiæ. Possumus quidem diuitias proprias intelligere, quæ non de alieno, non de rapinis sunt: Iuxta illud:

Luc. 12. Lucæ. 21. Matth. 19. Lucinij merita. Luc. 16. Actor. 4. Prou. 13. Prouer. 3.

Honora Deum de tuis iustis laboribus, sed melior est intelligentia, vt diuitias proprias cognoscamus thesauros absconditos, quos nec fur possit suffodere nec latro violentus eripere. *Tom. 1. Epistola 28. ad Lucinium. m.*

Lucæ 12.

ET tu ereganda non quæras, sed quæsita iam tribuè vt fortissimum tirunculum suum Christus agnoscat, vt lætus tibi de longissima regione venienti occurrat pater, vt stolam tribuat, vt donet anulum, vt immolet pro te vitulum saginatum, vt expeditum cum sancto fratre Quintiliano ad nos cito faciat nauigare. Pulsaui amicitiarum fores: si aperueris, nos crebro habebis hospites. *Tom. 1. Epist. 35. ad Exuperantium. f.*

Lucæ 15.

Pater stolam tribuit filio.

ET in alio loco scribitur: Fili accedens ad seruitutem Dei, præpara te ad tentationem. Rursum idem Iacobus loquitur: Estote factores verbi, & non auditores tantum. Si quis auditor est verbi, & non factor: iste similis est viro, qui considerat vultum natiuitatis suæ in speculo. Considerauit illum, & statim recedens oblitus est, qualis sit. Frustra monuit vt iungeret opera fidei, si post baptisma peccare non poterant. Qui totam legem, inquit, seruauerit, & peccauerit in vno, factus est omnium reus. *To. 2. lib. 2. contra Iouinianum cap. 2. m.*

Eccles. 27.

Iacob. 1.

Opera iungenda fidei Iacob.

NEQVE iniustus est Dominus, vt tantum peccata condemnet, & bonorum operum non meminerit. Vnde & in alio loco idem Dauid canit: Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum: Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. *Tom. 2. lib. 2. Dialogorum aduersus Pelagianum, cap. 7. fol. 87. fac. 1.*

Si nulla merita bonorũ operum, esset Deus iniustus. psal. 29.

VICTOREM autem eum esse, qui dicit: Confidite, ego vici mundum: & ad quem ista adolescentis oratio est: A te victoria, & sapientia, & gloria, & ego tuus seruus: Profecto nouit, qui Domino vincente superauit, & est particeps triumphorum eius, & qui immarcessibilem gloriæ coronam de candore bonorum operum, & de varietate virtutum texuit Saluatori. *Tom. 3. Epist. 140. ad Principiam, fol. 394.*

1. Ioan. 16.

Corona gloriæ texitur Saluatori de candore bonorum operum.

MIHI iuxta priorem interpretationem hoc videtur, quod de iniquo Mammona debeamus nobis amicos facere, non quoslibet pauperes, sed eos, qui nos possunt recipere in domos suas, & in æterna tabernacula, vt cũ eis parua præbuerimus, recipiamus ab illis magna; & dantes aliena, nostra suscipiamus, & seminemus in benedictione, vt metamus benedictionem. Qui enim parcè seminauerit, parcè & metet. *Tom. 3. Epist. 151. ad Algasiam, quæstione. 6.*

Deus remunerat in maiori quantitate.

SI volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis si nolueritis, & non audieritis: siue, vt in Hebræo habetur & me ad iracundiam prouocaueritis, &c.] Liberum seruat arbitrium: vt in vtramque partem non ex præiudicio Dei, sed ex meritis singulorum, vel pœna, vel præmium sit. *Tomo quarto, libr. 1. Commentariorum, in cap. 1. Esaiæ, fol. 5. fac. 1.*

Ex meritis bonorum operum præmia

IVXTA LXX. autem interpretes, qui dixerunt: Ve animæ eorum: quoniam cogitauerunt consilium pessimum contra semetipsos, dicentes: Alligemus iustum, quoniam inutilis est nobis: itaque fructus operum suorum comedent: perspicuè de Christi dicitur passione: quod inierunt consilium pessimum: non tam contra iustum quam cõtra semetipsos, & animam suam: & nunc fructus operum suorum comedent. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet: Et vnusquisque onus

Sap. 2.

Ioan. 11.

Pœna malorum operum vt & præmia bonorum.

onus suum portabit. *Tom.4.lib.2. Comment. in cap. 3. Esaiæ fol.13.fac.2.f.*

HAEC autem vniuersa dicuntur, vt liberum hominis arbitrium monstraretur. Dei enim vocare est, & nostrum credere, nec statim si nos non credimus, impossibilis Deus est: sed potentiam suam, nostro arbitrio derelinquit, vt iustè voluntas præmium consequatur. *Tom.4.lib.13 Comment. in cap.49. Esaiæ fol.156.fac.1.*

Bona voluntas præmiũ consequitur.

TVNC erumpet quasi, &c.] Quando illa non feceris, quæ præteritus sermo narrauit, & ista feceris, de quibus nunc diximus: Tunc acceptabile erit ieiunium tuum, & erumpet matutinum lumen tuum: Sol videlicet iustitiæ: de quo Malachias Propheta ex persona Dei patris loquitur:

Malach.4.

Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Qui ibi sol, hic lux dicitur. Sicut enim matutina lux soluit tenebras, ita lumen scientiæ & veritatis omnes errores fugat. Et sanitates, inquit, tuę cito orientur. Pro quo Aquila verbum de verbo exprimens posuit: Et citatrix vulneris tui cito obducetur, vt scilicet vulnera peccatorum nostrorum ad ortum solis iustitiæ cito obducta cicatrice claudantur. Pro eo quod LXX. transtulerunt ἰαμᾶ τάχυ, id est, sanitates tuæ, Latini interpretes ducti nominis similitudine: *iuxtia*, id est, vestimenta posuerunt. Vnde multi translationis salsitate decepti & resurrectionem corporis comprobandam, hoc vtuntur testimonio: quo scilicet vestimentum animæ,

Genes.20.

corpus accipi velint, quod in die resurrectionis oriatur. Et antecedet inquit in conspectu tuo iustitia tua: Secundum illud quod loquitur Iacob:

Promissa merces bonis operibus.

Exaudiet me cras iustitia mea: & implebitur quod scriptum est: Ecce homo & opera eius. Et gloria Domini circundabit te. quasi veste pulcherrima: vt glorificeris apud Deũ & apud homines. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce ad sum non voce sed opere, non responsione, sed beneficijs: quod iuxta literam & in Euangelio comprobatur, quando dicente ad Dominum leproso: Si vis, potes me mundare. Respondit Dominus, dicens: Volo mundare. *Tomo.4.libr. 16.Com.in cap 58.Esaiæ, fol.192 fac 1.*

Matth.8.

SI auerteris à Sabbatho pedum tuum facere voluntatem tuam in die sancto meo vt vocaueris, &c.] Cui supra dixerat: Nonne hoc est ieiunium magis quod elegi, dissolue colligationem impietatis, solue fasciculos deprimentes & cætera. Etiam nunc præmia repromittit, si facere voluerit quæ sequuntur, vt hic scilicet cohibeat pedem suum in Sabbathis, ne faciat voluntates suas, & diem sanctum Domini suis commaculet voluptatibus. Lege præceptum est, ne in Sabbathis opus seruile faciamus, ne accendamus ignem, vt in vno sedeamus loco, vt illa tantum faciamus opera, quæ ad animæ salutẽ pertinent. Quod si iuxta literã accipiamus, penitus impleri nõ potest. Quis n. potest hoc facere, vt tota die ac nocte sedens in sabbatho de vno loco nõ recedat immo ne leuiter quidem se commoueat, quod si fecerit, transgressor legis sit? Ex vno igitur mandato, quod iuxta literam impossibile est, & cætera, cogimur spiritualiter intelligere: ne faciamus seruile opus, & perdamus animæ libertatem. Qui enim facit peccatum, seruus est peccati: Ne onus portemus in Sabbatho, quale portabat ille qui dicit: Iniquitates meæ eleuatæ sunt super caput meum: Quasi onus graue aggrauatæ sunt super me. Ne iniquitas

Præmia repromissa bonis operibus.

Exod.20. & 35.

Spiritualiter veteris legis præcepta in noua lege sunt intelligenda. Ioan.8. Hierem 17. Psal. 37.

quę sedet super talentum plumbi, in nobis habeat potestatem: Ne nos voluptas corporis & libido succendant. Omnes enim adulterantes quasi clibanus corda eorum: & diaboli iacula ignita sunt, vt sagittent in obscuro rectos corde. Præcipitur quoque nobis, vt arrepto nobis aratro non respiciamus post tergum: vt rectorum altitudinem conscendentes, nequaquam ad tollenda sęculi vestimenta velimus descendere: sed vt audiamus cum Moyse: Tu verò hic sta mecum, & sedeamus cum Domino, lasi in via huius sęculi super puteum Samaritanæ, & conuersionem errantium-que salutem sitientes: vt audiamus Apostolum commonentem: State firmi & immobiles: ne patiamur illud, quod Iudas passus est proditor, qui perdidit locum ministerij sui, & transgressor effectus est: illiusque semper sententiæ recordemur: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. Qui sic quiescit in Sabbatho, & lauat inter innocentes manus suas, nec mouet pedes, vt suas faciat voluntates: ille celebrat Sabbatha Domini delicata. Qui sabbathismus, iuxta Epistolam quæ ad Hebræos scribitur, repromittitur nobis in cœlestibus, & gloria præparatur, dum non facimus vias nostras in Sabbatho, nec inuenitur voluntas nostra, vt loquamur sermonem: quo scilicet nec opere, nec sermone peccemus: Alioquin si hæc tantum prohibentur in Sabbatho, ergo in alijs sex diebus libertas nobis tribuitur delinquendi. Quod si stultum est credere, supereſt vt Sabbathum, quod interpretatur requies omni tempore sanctificandum sit à fidelibus dum non carnis, sed animæ faciunt voluntates. Quodque iungitur iuxta LXX. in ira ex ore tuo: in Hebraico non habetur: Ad hoc sabbathum omni festiuitate celebrandũ, Saluator nos, quocat in Euangelio dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego vobis dabo requiem: hoc enim significat ἀναπαύσω ὑμᾶς, vt scilicet peccatorum onera deponentes sabbathizemus in Christo, & dicamus: Statuit super petram pedes meos: illudque vitemus, quod sanctus penè sustinuisse scribit: Mei verò penè moti sunt pedes. *Tom.4.lib.16.Comment.in cap.58.Esaiæ, fol.193. facie 2.*

Delicata spiritualia Domini Sabbatha. Zach.5. Osee 7. Psal 10. Luc.9. Matth.24.

Exod 34.

Ioan.4.

1.Cor.15. Coloss 1. Actor. 1. Eccles.10.

Psal.72.

Hebr.4.

Sabbathismus spiritualis.

TVNC delectaberis super Dominum, & sustollam te super altitudines, &c.] Postquam vocaris Sabbatha delicata, & non moueris in Sabbatho pedem tuum ad opus seruile faciendum, neque verbum locutus fueris, id est, semper tacueris, & impleueris quod præceptum est: Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum: Tunc delectaberis in Domino, & videbis in te esse completum: Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Siue fiduciam habebis in Domino, iuxta illud quod scriptum est: Qui confidit in Domino, beatus est. Et in Hieremia: Benedictus homo, qui confidit in Domino & erit Dominus spes eius. Et alibi: Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine Et eleuabit te Dominus atque sustollet super altitudines, ac bona terræ. Terra initium, terraque uentium non est deorsum, sed sursum est. Deniq; ad Loth de Sodomæ & Gomoræ valle fugientem dicitur: In monte saluum te fac. Ad quem postquam peruenit ortus est ei sol in Segor. De hac terra docebat Dominus: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram: & multa alia quæ crebro vsurpauimus, quorum illud est: Honora patrem tuum

Psal.33.

Psal.36. Præmia ac merces bonorum operum. Hierem. 17.

Psal.17.

Genes.19.

Matth.5.

Exod. 20.

tuum & matrem tuam, & eris longæuus super terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi. Quod iuxta litteram pœnitus stare non potest. Multi enim honorant parentes & cito moriuntur, & alij parricidæ longo viuunt tempore. Vt autem certius nouerimus, hanc terrã esse in sublimibus, tricesimi sexti psalmi breuiter recordemur, in quo scriptum est, Mites possidebunt terram, & epulabuntur in multitudine pacis. Post quæ infertur: Expecta Dominum & custodi vias eius & eleuabit te vt possideas terram & habitabunt in sęculum sęculi super eam. Quod & ipsum impossibile est. Si enim terra pertransibit, hæc vtique quam incolumus, quo modo Iusti in sæculum sęculi habitabunt super eam? Ex quo di scimus esse terram, quæ in sublimib. sita est. Post quæ infertur. Et cibabo, siue cibauit te Dominus, hæreditate Iacob patris tui. Sicut enim qui fidem habuerit Abraham, appellatur filius Abraham: sic qui supplantat vitia atque peccata, vocatur filius Iacob: Et cuiusque virtutis imitator est, illius appellatur & filius. Bona autem terræ, quæ in excelsis sita est, quibus saturatur filius Iacob, illa accipienda, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit nec in cor hominis ascenderunt. De quibus in Epistola scriptum est ad Hebræos: Qui enim hæc dicunt, ostendunt quod patriam quærant, & si quidem illam quærerent, de qua egressi erant, habębant tempus, vt reuerterentur ad eam. Nunc autem meliorem desiderant patriam: hoc est, cœlestem Hierusalem. Ex quo discimus, mille annorum fabulam, in qua rursum nuptiæ promittuntur, & cibi, & terrenæ vitæ conuersatio, abijciendam. Si enim in resurrectione, neque nubent, neque nubentur, sed erunt similes angelorum, quia sunt filij resurrectionis: Et de ventre ac cibis Apostolus loquitur: Esca ventri & venter escis, Deus autem & hunc & illam destruet. Quomodo rursum incorrupto & spirituali, immortalique corpore, carnis pristinæ mortalis, atque corruptæ vitia quæremus? Et hæc dicimus, non quo substantiam glorificati corporis denegemus: sed quò opera pristina in his qui angelorum sunt similes, pœnitus auferamus. Alioquin & in isto adhuc corpore per ieiunia, & continentiam, & perpetuam castitatem, & charitatem imitamur virtutes angelicas, & tamen substantiam corporum non amittimus. Quæ vt omnia futura credamus, sciamus à Deo esse promissa, cuius os locutum est: vt quo modo in manibus opus, & in pedibus incessum & in ventre generationem, & in auribus oculisque auditum, atq; intuitum, sic in ore sermonem Dei intelligamus. *Ibid. ad finem vsque capitis.*

Terra pro cælo capitur.

Psal.36.

Qui vitia supplantat filius Iacob.

1.Cor.2. Hebræ.11.

Fabula Millenariorum.

Matt.22.

2.Cor.6. Disputat cõtra Chiliastas hic & passim.

CLEMENTISSIMVS medicus omni vulneratus cupit sanare medicamine. Quando autem dicit: Bonas facite, siue corrigite vias vestras, ostẽdit eas esse peruersas, & nihil habere in se boni. Et qa naturale est, vt vnusquisq; natale diligat solũ & nihil dulcius habeat patria, pollicetur præmia obedientibus. Habitabo, inquit, vobiscum vt securos de habitatione vos faciã, siue vos ipsos, iuxta Symmachum, firma habitatione fundabo, qui ait: Ego confirmabo vos in loco isto. *Tom.4.lib.2. Com.in ca.7.Hier. Fol.247.fac.1.*

Deo præmia pollicetur ob edientibus.]

Boni operis merces.

NE putes boni operi nõ esse mercedẽ, si sanctos quoq; meos de numero peccantium tuis sermonib. segregaris, eris quasi os meũ, & meis præceptis copulaberis. Debent. n. illi tui imitatores esse, & non tu eorũ. Nec reformides, & dicas: Quare factus est dolor meus perpetuus: & plaga mea fortis siue desperabilis: vt me desperé posse curari? Dabo. n. te quasi murum æneum atq; fortissimũ: vt contra aduersariũ omni resistas robore, & me habeas adiutorem: & liberem te de manu pessimorũ, & de manu fortium, siue pestilentium redimam te, vel meo sanguine, vel in præsentiarum meo auxilio. Consideremus quantã mercedẽ habeat sermo doctoris, si valuerit ab errore quempiã liberare, & de peccantium numero educere. *Tom.4.lib.3.Com.in cap.15.Hier. Fol.265.fac.1.*

Mercesdoctorum ecclesiæ

VETERIS obliuiscimini, onus & pondus, siue assumptio in ore vestro vltra nõ resonet: quia singulis hominib. sermo suus, & opus suum in onus ponduscq; reputabitur, secundum illud qscriptum est: Ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo condẽnaberis. *Tom.4.lib.4.Cõ.in cap.23. Fol.82.fa.2.*

Matt.12.

A contrario si pœna cõstituta malis operibus, erit præmium bonis.

ET promittit præmium, si fecerint quod præceptũ est, vt habitent in terra, quæ data sit patrib. & propter filiorum vitia sublata. Quodcq; ait. A sæculo & vsque in sęculum, siue ab ęterno & vsq; in æternum ostendit Dei dona perpetua, si digni exstiterint hi quibus data sunt. *Tom.4.lib.5.Com. in cap.25.Hierem.Fol.284.fac.2.*

Terra promissionis loco mercedis promissa filijs Israhel.

NON in sponsione, sed in opere præmium est, ad retundendam eorum impudentiam, qui putant hominem omnia posse complere, quæ se facturum esse pollicitus est. Omnia quę mandasti eis vt facerent non fecerunt, & certè facturos se promiserant. Et euenerũt eis vniuersa mala hæc. Mala patientibus, cæterum iuxta Domini sentẽtiã, bona qui reddit vnicuiq; secundum vias suas. *Tom.4.lib.6.Com.in cap.32.Hierem.Fol.204.fac.2.*

Deus reddit mercedem bonis operib⁹

NON est in vllo reprehendendum iudicium Dei, quod semper iustũ est, & iuste disponit omnia, sed venerandum atque timendum: quia omnia quæcunque vult facit in cœlo, cum sit iustus in omnibus vijs ipsius: nec derelinquat omnes sperantes in se, immo orationes eorum exaudiat, & saluos faciat eos. Sed cum iustè Dominus vcuique secundum opera sua retribuit, videndum est quid sequatur: Adduxisti, inquit, diem consolationis, & fient similes mei. Consolatio ergo quę iniustè oppressis à Domino confertur, & pœna quæ oppressoribus eorum merito infligitur, ex iusto iudicio Dei procedũt, vt recipiat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue malum siue bonum: pœna est reproborum, qui aliena scelicitate cruciantur. Adducit ergo diuina clementia post illatam seruis suis flagelli correptionem, piæ conuersationis paternam consolationem: vt post diuturnum laborem habeant respirandi potestatem, & è contrario tortoribus eorum post vanam mundi lætitiam, iustę damnationis reddet diuturnæ calamitatis mœstitiam, vt recipiãt in semetipsis, quod iniquè gesserant in proximis. Sicque fit, vt patientia sanctorum coronetur: & iniustitia iniquorum puniatur. *Tom.4.lib.1.Com.in cap.1.Lamentat.Hieremiæ.*

Quia Deus iustus est ideo reddit mercedem bonis operib⁹

2.Cor.5.

Patientia sanctorum coronatur.

INGREDIATVR omne malũ coram te, &c.] Hoc quippe orat fideliũ turba, vt rememoretur in conspectu Dei persecutorum suorum plaga: quatenus eos per condignam vindictam iustum iudiciũ Dei corripiendo humiliet, qui superbiendo multiplici persecutione non timuerunt confessores Dei fatigare. Vindemiare. n. est, vnumquẽque operũ suorum fructum metere. *Tom.4.lib.1. Comment.in cap.1.Lamentat.Hieremiæ, Fol.312.fac.1.*

Sanctorum vindemiæ.

2. Cor. 6. CVM per arma iustitiæ à dextris & sinistris: per gloriam & ignominiam, per bonam & malam famam, per laudes & vituperationes victoriam de isto sęculo cæperimus: tunc palmæ nobis dantur ex vtroque latere: quos nec gaudia mutauere nec mœror, nec prospera nec aduersa superarunt. *Tomo 4. lib. 12. Com. in cap. 40. Ezech. Fol. 460. fac. 1.*

Palmæ sanctis dantur.

PORRO cœnaculum templi ad quod de angustioribus ad altiora conscendimus, illud puto esse, quod in regum volumine Helias habuit & Heliæus: & in Apostolorũ Actibus, Tabitha, id est, δορκὰς, & Damula nostra possedit, quę bonis operibus ad summa conscenderant. *Tom. 4. lib. 12. Cõ. in cap. 41. Ezechiel. Fol. 463. fac. 1.*

3. Reg. 17. 4. Reg. 4. Act. 9. Bonis operib' ad summa' cõscendimus.

SI legis præuaricatio inhonorat Deum, consequenter qui legis præcepta conseruat, honorat eũ, vt impleatur quod scriptum est: Vt oẽs honorificent filium, sicut honorificant patrem. *Tom. 4. lib. 13. Com. in cap. 44. Ezechielis, Fol. 477. fac. 1. f.*

Ioan. 5.

ARROGANS gloriatio statim punitur à Domino. Et ideo differtur sententia, ne videatur misericordia in pauperes minimè profuisse. Sed statim vt locutus est per superbiam, perdidit regnũ, quod ob eleemosynas fuerat reseruatum. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 4. Daniel, Fol. 505. fac. 2.*

Per eleemosynas Nabuchodonozor regnum conseruarat.

NON leonum feritas immutata est: sed rictus eorum & rabies conclusa est ab angelo, & iccirco clausa, quia prophetæ bona opera præcesserãt, vt non tam gratia liberationis sit, quam iustitiæ retributio. Has autem voces, omnis sanctus vir proferat, qui ereptus est de ore leonum inuisibilium & de lacu inferni, quia credidit in Deum suum. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 6. Danielis, Fol. 609. fac. 4.*

Danielis bona opera præcesserant vt eius liberatio fuerit iustitiæ retributio.

DVPLEX angelorum officium est: Aliorum qui iustis, præmia tribuunt: aliorum qui singulis præsunt ciuitatibus. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 7. Dan. Fol. 511. fac. 2.*

Angeli iustis præmia tribuunt.

Deut. 27. IN Deuteronomio maledictiones & benedictiones Dei legimus: quæ postea dictæ sunt in mõte Garizim & Ebal super iustos & peccatores. *Tõ. 4. lib. Com. in cap. 9. Danielis, Fol. 514. fac. 2. f.*

Benedictiones sunt præmia bonorum operum. Matt. 20.

ET quia Deus vt benignus & clemens minimorum quoque & omnium recordatur: his qui propter vitium suum nouissimi esse meruerunt, non tantam dabit gloriam, quantam his, qui se humiliantes nouissimi in mundo esse voluerunt. Dicitur itaque in consequentibus: Non est memoria sapientis cum stulto in æternum. *Tom. 5. Com. in cap. 1. Eccles. Fol. 3. fac. 2.*

NEMO se putet plus de suo labore posse lucrari, quam cibum & potum, & si quid de opibus suis in bonis operibus expenderit: hoc solum donum Dei est. Ex quibus non, vt quidem æstimãt, ad luxuriam, & delicias, & ad desperationem, secundum illud Esaiæ: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur: instar animalium prouocamur, sed secundum Apostolum: Habentes victũ & vestitum, his contenti simus: & quidquid supra habere possumus in pauperibus nutriendis & egentium largitione consumamus. *Tom. 5. Com. in cap. 3. Ecclesiast. Fol. 9. fac. 2.*

Nostra bona opera Dei dona sunt. Esaiæ. 22. 1. Tim. 6.

ARBITRATVS sum aliquid tristitię in præsenti sæculo geri, vel pium nunc pro suo merito recipere, vel impiũ pro suo scelere puniri: & è cõtrario reperi quam putabã. Vidi enim & iustum multa mala hic perpeti, & impiũ regnare pro scelere. Postea verò cum corde meo colloquẽs & reputans, intellexi non per partes Deum & per singulos iudicare, sed in futurum tempus reseruare iudicium: vt omnes pariter iudicentur & secundum voluntatem & opera sua ibi recipiant. Hoc est enim quod ait: Et tempus omni voluntati, & super omnẽ factum ibi, id est, in iudicio: quando Dñs cœperit iudicare, tunc futura est veritas: nũc iniustitia dominatur in mundo. Tale quid & in sapiẽtia quæ filij Syrach inscribitur, legimus: Ne dixeris, quid est hoc, aut quid est istud: omnia enim tempore suo requirentur. *Ibid. Fol. 10. fac. 1.*

2. Cor. 5. Præmium est pœna in futurum iudicio reseruatur. Eccles. 3.

NIHIL bonum est in vita ista, nisi quod lætatur homo in opere suo, faciens Eleemosynam, & futuros sibi thesauros in regno cœlorum præparans. Hanc solam habemus portionem, quã nec fur, nec latro valet nec tyrannus auferre, & quæ nos post mortem sequatur. *Ibid. Fol. 11. fac. 1.*

Per eleemosynam thesaurizamus in cœlo præparamus nubis.

QVI custodit mandatum, non cognoscet verbum malum &c.] Notandum quod non cognoscet verbum malum, positum est pro eo qđ est, non patietur, aut, non erit in eo: Si quidẽ & de Saluatore sic scriptum est: Qui non nouerat peccatũ pro nobis peccatum fecit. Pro verbo quoq; Symachus rem interpretatus est dicens: Qui custodierit mandatum, non experietur rem malã. Præcepit autem, regis imperium, id est, Christi conseruandũ, & scire quid & quare & quo tẽpore iubeat. *Tom. 5. Com. in cap. 8. Ecclesiast. Fol. 20. fac. 2. f.*

ET ego cognosco quia erit bonum timentib. Deum, vt timeant à facie eius: & bonum non erit impio, & nõ prolongabit dies in vmbra, quia non est timens à facie Dei. Hoc poterit dicere. Fient qdem & illa, de quibus paulo ante tractaui, ego autem manifestissimè cognosco, quia bene erit his qui timent à facie Dei. Vultus enim Domini super facientes mala: Et impio non erit bene: nõ enim timet à facie Dei, & non prolongabit dies in vmbra: hoc est, dies vitæ suæ, qui quasi vmbra viuentibus sunt. Non enim hi qui multo tempore viuunt prolongant dies suos, sed qui grandes eos faciunt bonorum operum magnitudine. Vnde & Iacob quasi se peccatorem confitens, dicit: Parui & mali dies mei, sicut & in Psalmo confitens: Dies, inquit, mei sicut vmbra declinauerunt, & ego sicut fœnum arui. Non quod longam vitam quęsierit in præsenti (in quo omne quod viuim' breue & vmbra est & imago: In imagine enim perambulat homo) sed quod de futuro timeat, ne lõgitudo vitæ ipsius, vbi vera est vita breuietur. *To. 5. Com. in cap. 8. Ecclesiastis, Fol. 22. fac. 1. p.*

Psal. 33. Dies vitæ lõgissimi bonorum operum magnitudine Genes 47. Psal. 101.

VIDEAS in Ecclesia imperitissimos quosque florere: & quia nutrierunt frontis audaciam, & volubilitatem linguæ consecuti sunt, dum non recogitant quid loquantur, prudentes se & eruditos arbitrantur, maxime si fauorem vulgi habuerint: qui magis dictis leuioribus delectatur, & commouetur: Et è concrario eruditũ virum latere in obscuro, persecutiones pati: & non solùm in populo gratiam non habere, sed inopia & egestate tabescere. Hæc autem fiunt quia incerto statu feruntur omnia, & non est in præsenti retributio meritorum, sed in futuro. *Tom. 5. Com. in cap. 9. Ecclesiast. Fol. 25. fac. 1.*

Retributio meritorum nõ est in præsenti, sed in futuro.

AD Elecmosynã cohortatur, quod omni petenti sit dandum: & indiscretè faciẽdum bene. Quo modo enim, qui super irrigua seminat, fructum sementis expectat, ita qui largitur egentib' non granum seminis, sed ipsum panem ferit, fœnore quodam multiplicationẽ illi' prestolans: & cum dies iudicij aduenerit, multo amplius quam dederat recepturus. *Tõ. 5. Com. in cap. 11. Ecclesiast. p.*

Præmium eleemosynæ

APPRO-

Prouid. 24. Moyses Deo quoniam loco fuit exactis appropinquauit. Exod. 23.

APPROPINQVAT æternis montib', qui nõ in peccatis suis à beatorũ contubernio separatur: quo modo Moyses appropinquabat Deo, non loco, sed merito. Et ad eos qui appropinquabãt æternis montibus, ipse Dominus loquebatur: Deus appropinquans ego, & non de longè. *Tom. 5. lib. 1. Com. in cap. 2. Michęæ, Fol. 151. fac. 1.*

Iustorum merita solida fundamenta

FORTIA & antiqua fundamenta terrę (quorum causa hucusque terra non præterit, & super inane pendens librata consistit) iustorum merita sunt, de quibus Apostolus loquitur. Ædificati super fundamenta Apostolorum & prophetarum. Sicut igitur Apostoli & prophetæ. vniuersus martyrũ chorus fortia sunt fundamenta terræ, sic secundum LXX. valles & prærupta, quæ significãtius Græce φαράγγες appellantur eorũ sunt fundamenta, qui χοϊκοῦ imaginem receperint. *Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 6. Michęæ fol. 162. fac. 2.*

Ephe 2.

CVM fecerimus iudicium & dilexerimus misericordiam, quid accipiemus præmij? Ambulabimus cum Domino Deo, sicut Enoch iuxta fidem Hebraicorũ voluminum, ambulauit cum Deo & placuit ei, & non inueniebatur, quia trãstulit illum Deus. Tu enim dixisti, in quo consequar Dominum, vel in quo apprehendam eum? Ego tibi amplius polliceor: fac iudicium, & dilige misericordiam, & ambulabis cum Deo tuo. *Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 6. Michęæ, Fol. 164. fac. 1.*

Præmia operibus misericordiæ proposita. Eccle. 44.

CVM hæc faciant principes, iudices, prophetę, sacerdotes Hierusalem: nihil ominus clemens & iustus est Dominus. Clemens in eo, quod à sua Ecclesia nõ recedit. Iustus, in eo, qđ reddit vnicuiq; quod meretur. *To. 5. Co. in ca. 3. Sopho. Folio 218. fac. 1.*

Iustus Deus reddit mercedem bonis operibus.

SED & iuxta intelligentiam spiritualem, hi qui de Babylone reuersi sunt, & necdum ædificauerunt templũ Dei, sed ædificationẽ eius quotidie differentes dixerunt. Nondum venit tempus domus Domini ædificandę: nec captiui sunt, nec ad huc plena libertate donati: verum quasi in medi tullio quodã positi seminauerunt multum, & intulerunt parum: comederunt, & non sunt saturati, biberunt & non sunt inebriati: operuerunt se & non sunt calefacti: congregauerunt mercedes & quasi in pertusum marsupiũ mitterent, perdiderunt. Si quando videris inter multa opera peccatorum facere quempiam nonnulla quæ iusta sunt. Non est tam iniustus Deus, vt propter multa mala paucorum obliuiscatur bonorũ: sed faciet eum illa tantum metere, quæ in bonam terrã seminarit, & in sua horrea congregare. Qui autẽ penitus ἀπόσατης est, iste omninò non comedet, sed fame peribit. Porrò qui seminat multa, & infert pauca, comedet parum & non in saturitatẽ: Iuxta illud quod in maledictis Leuitici Dominus comminatur: Et comedetis & non saturabimini. Qui verò sanctus est vsq; ad satietatem comedet, & explebitur in illo quod scriptũ est: Iustus comedens replet animam suam. Similiter qui penitus non bibit, siti peribit: sicut & in Iudith: (si quis tamen vult librum recipere mulieris) & paruuli siti perierunt qui autem parum bibit, bibit quidem, sed non vsque ad ebrietatem. *Tom. 5. Com. in cap. 1. Aggæi, Fol. 224. fac. 1.*

Deus iustus ne minimorum quidem bonorum operum obliuiscitur. Lenit. 26. Prouer. 13. Merita bonorum operũ. Apoc. 1. Matt 16. 1. Cor. 3.

SI quis è nobis bona operatur, & digna mercede, (quam nobis redditurus est Dñs: de quo dicitur: ecce Dominus, & merces eius in manu illius, reddere vnicuique iuxta opera sua. Et illud Apost. Si cuius opus manserit: qđ superædificauit, mercedem accipiet) hic congregat conseruandas mansurasque mercedes, & virtutibus virtutes sẽper adiungens, coaceruat pecunias in sacculum non pertusum. Qui autem post bona opera nõ semel & bis, sed frequenter peccat, & præterità charitatem sequentibus vitijs obscurat & sordidat: iste & in pertusum sacculum pecuniam congregat. *Tom. 5. Co. in cap. 1. Aggæi, Fol. 224. fac. 2.*

NOBIS præcipitur non extra vias nostras ponere corda nostra, sed quæ prius posueramus, rursũ ponere in vijs nostris, & postquam hoc fecerim', ascendere de domibus concauis in montem, & cũ peruenerimus ad sermonis altitudinem, in quo necessaria ad ædificationem templi DEI ligna sunt: de omni scripturæ sanctę monte? in quo varia virtutũ, & paradysi ligna plantata sunt) præcidamus ea, & ædificemus templum Domini operibus bonis, & dogmatibus veritatis: quod cũ fuerit extructum, placeat Domino, vt glorificetur in eo. *Ibid. Fol. 225. fac. 1.*

Deus per bona opera glorificatur.

IVXTA nostros qui hęc omnia referũt ad Dominum Saluatorẽ, hoc videtur esse difficile, qđ Iesu ab angelo dicitur: Si ambulauerit in vijs Domini & eius præcepta seruauerit ipse quoq; iudicet domum eius & custodiat atria illius, & det ei Dominus ambulãtes de his qui asistant ei: Quod facile soluitur, si consideremus eum qui formã serui est dignatus assumere, & cũ dies esset, pro nobis pauper factus est. Quicquid igitur mẽbris dicitur, refertur ad corpus, & nostri profectus, Domini victoria est. Cumq; nos peruenerimus in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: ille iudicabit domum Dei secundum id quod Apostolus dixit: Christus autem sicut filius semper domum eius: cuius domus sumus nos. Et ad Timotheum: Si tardauero, vt scias quomodo debeas in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viuentis, columna & firmamentum veritatis. Et nõ solum iudicabit domũ eius, sed custodiet atria Domini de quibus scriptũ est: Adorate Dominum in atrio sancto eius. Iudicabit autẽ siue dijudicabit domum eius, & pro meritis singulorum, alij dans decẽ ciuitates, & alij quinq;, & alios in Ecclesia constituẽs prophetas, alios Apostolos, alios doctores, alios signa faciẽtes, alios pro oculis habens, alios pro manib. alios pro pedibus, iuxta illud quod legimus: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autẽ Deos diiudicat. *Tom. 5. lib. 1. Cõ. in ca. 3 Zach. Fol. 238. fa. 2. f.*

Philip. 2. Quicquid dicitur de mẽbris ad corp' referur & nostri profectus Domini victoria. 2 Cor. 8. Ephe. 4. Heb. 3. 1. Tim. 3. Psal. 28. Luc 19. Pro meritis singulorum Deus distribuit dona. Ephe. 4. 1. Cor. 12.

CORONA autem, id est, insigne victoriç cum Christus fuerit coronatus, his quoque repromittitur, qui expectant eum, & intelligunt vtilitatẽ quondam captiuitatis suæ, & nouerunt Dei vniuersa mysteria vt sint in gratiam filij Sophoniæ, visitationis Domini. *Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 6. Zachariæ, Fol. 246. fac. 2.*

Corona quæ est insigne victoriæ repromittitur iustis.

QVI munera obtulerant Domino, consequẽter responsum accipiunt. Responsum autẽ (quod græce dicitur χρηματισμὸς) non per angelum fit, sed per ipsum Dominum, vt meritorum Ioseph priuilegium demonstraretur. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 2. Matt. Fol. 2. fac. 2.*

Priuilegium meritorum Ioseph.

NON virtus sed causa virtutis apud Deũ merce dem habet. Et si à recta via paululum declinaueris, non interest vtrum ad dexteram vadas, an ad sinistrã, cum verum iter amiseris. *Tom. 6. li. 1. Com. in cap. 6. Matt. Cano. 8. fac. 1.*

Causa virtutis mercedem habet apud Deum.

In omni possessione zizanium mixtũ est tritico. Præmiserat: Qui recipit vos me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui me misit. Ad susceptionem

tionem magistrorum discipulos prouocauerat. Poterat occulta esse credentium responsio: ergo & pseudoprophetas,& Iudam proditorem debemus recipere & illis alimoniam ministrare. Hoc Dominus ante procurans dicit,non personas suscipiendas esse,sed nomina,& mercedem non perdere suscipientes,licet indignus fuerit,qui susceptus sit. *Tom.6.lib.1.Com.in cap.10.Matt.Cano.18.fa.1.*

Merces manent eorũ qui recipiunt dei ministros.

PARABOLA ista vel similitudo regni cœlorum,ex his quæ promissa sunt intelligitur. Scriptum est enim ante eam: Multi erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Non tempore differente Domino, sed fide: Dicitq; patrẽfamilias primo mane exisse, vt conduceret operarios in vineã suam, & pretium operis constituisse denarium. Deinde egressum circa horã tertiã; vidisse alios stantes in platea otiosos,& illis nequaquam denarium, sed quod iustum est fuisse pollicitum. Sexta quoque hora,& nona fecisse similiter. Vndecima autem inuenisse alios stãtes, qui tota die otiosi fuerant,& misisse eos in vineam. Cum autẽ serofactum esset,præcepisse procuratori suo, vt à nouissimis inciperet reddere, mercedem hoc est, ab operarijs horæ vndecimæ, vsque ad operarios horæ primæ: omneśq; pariter contra nouissimos inuidia concitatos,iniquitatem arguisse patrisfamilias: Non quod minus acceperint,quam fuerat constitutũ,sed quod plus accipere voluerint his, in quos se clementia conductoris effuderat. Mihi videntur primę horę esse operarij: Samuel & Hieremias,& baptista Iohannes, qui possunt cũ Psalmista dicere. Ex vtero matris meę Deus meus es tu. Tertię verò horę, operarij sunt, q à pubertate Deo seruire, cęperũt. Sextę horę, q̃ matura ætate susceperũt iugum Christi: Nonæ,qui iã declinant ad seniũ. Porrò vndecimę,qui vltima senectute: & tamen omnes pariter accipiunt præmiũ, licet diuersus labor sit. Sunt qui hanc parabolam aliter edisserant. Prima horã volunt missum esse in vineam Adã & reliquos patriarchas vsq; ad Noe. Tertia ipsum Noe vsque ad Abraham, & circuncisionem ei datam. Sexta,ab Abrahã vsq; ad Moysen, quando lex data est, Nona ipsum Moysen & prophetas]. Vndecima, Apostolos & gentium populum,quibus omnes inuident. Vnde hoc ipsum intelligens post horam iam vndecimam, cũ esset prope solis occasũ & vesperã: Ioannes Euangelista loquitur: Filioli mei, nouissima hora est. Et simul considera quod iniustitiam patrisfamilias,quam in vndecimę horæ operarijs omnes pariter accusant,in se ipsis non intelligunt. Si.n. iniquus est pater familias,nõ in vno iniquus est, sed in omnibus: quia non sic laborauit tertiæ horę operarius quomodo ille qui prima hora est missus in vineam. Similiter & sextę horę operarius, minus laborauit sextę horę operario. *Tom.6.lib.3.Cẽ. in ca.20.Matt.Cano.41.fac.1.p.*

Operantibus in Domini vinea redditur merces.

Duplex explicatio de diuerso tempore vocationis in vineã. Psal.21.

Omnes diuersis temporib. in vinea laborantes accipiũt præmium.

RECEPISTI ergo mercedẽ quam tibi promiseram: hoc est imaginem & similitudinem meã. Quid queris amplius,& non tam ipse plus accipere,quã alium nihil accipere desideras, quasi alterius consortio,minuatur præmij meritum. *Ibid.*

Opera virtutissima refulgẽt ante verum iudicem.

OMNES virgines surrexerunt, & ornauerunt vnaquæq; lampades suas, id est, sensus in quibus oleum scientię recipiebãt, vt alerent opera virtutum, quę ante verum iudicem refulgerent. *Tom. 6.lib.4.Com.in cap.25.Matt.Cano.55.fac.2.*

In die iudicij merita sãctorum alijs nõ proderunt Hier.7.

VNUSQUISQUE pro operib. suis mercedem recipiet: neq; possunt in die Iudicij aliorum virtutes,aliorum vitia subleuare. Et quomodo tempore Babylonię captiuitatis Hieremias peccatores iuuare non potuit,& dicitur ad eum: Ne orueris pro populo isto: sic formidolosa erit illa dies,cũ vnusquisq; pro semetipso sollicitus erit. *ibi.*

Deut.27.

QUOD si Apostoli voluerit nos testimonio coartare dicentis: Quicunq; ex operibus legis sũt, sub maledicto sunt: Scriptum est enim: Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea: & asserere omnes qui sub lege fuerint, fuisse maledictos: interrogemus eum, vtrũ hi qui sub Euãgelio Christi sunt, & eius præcepta non faciunt, maledicti sint an non? Si maledictos dixerit, id habebit in Euangelio, quod nos habemus in lege. Si maledictos negauerit, frustra ergo Euangelij præcepta sunt posita,& absq; mercede erunt hi qui illa cõplererint Soluitur itaque vtrumque hoc modo: Quo modo Christus Iesus ex maledicto nos legis liberauit, factus pro nobis maledictum, ita de maledicto quoq; Euangelij, quod statutũ est super eos,qui eius pcepta non fecerint, eruit nos: factus pro nobis ipse maledictum, sciens talenti quoque minimã non dimittere portionem,& nouissimum exigere quadrantem. *Tom.6.lib.2. Com. in cap.3.ad Galat.Fol.132.fac.1.*

Non erunt ablq; mercede. de qui Euãgelij præcepta comple. uerint.

In futuro ?es muneratio sanctorum.

QUATVOR sunt iudicia Dei, duo de præsenti,& duo de futuro. In præsenti prosperitas malorum,& tribulatio sanctorum. In futuro,remuneratio sanctorum & condemnatio peccatorum. *Tom.7.Com.in Psal.17.Fol.19.fac.1.*

Retributio multa in Dei mandatis custodiendis.

ETENIM seruus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.]Propter quid custodit ea, nisi in custodiendis illis retributio multa? Si custodieritis, inquit, Dominus, præcepta mea, manebitis in dilectione mea. Quę maior retributio, quam vt quis diligatur à Deo? *Tom.7.Com.in Psal. 18.Fol.22.fac.1.*

PRO tantis beneficijs, quibus placebo Domino in regione viuorum, quid habeo dignum quod illi retribuam?

Deus cum reddit mercedem bonorũ operum suorũ in nobis coronat dona.

EGO terra sum, ego cinis sum: promisit mihi quia placebo illi in regione viuorum, fecit me magistrum, Credidi propter quod locutus sum. Quid habeo dignum quod illi pro tantis beneficijs retribuam? Quodcunque illi dedero ipsius est,& magis illi reddo quam dono. Nihil aliud habeo quod ipsi retribuam, nisi pro ipso sanguinem fundam, nisi pro ipso martyr existam. Hæc est sola retributio digna pro sanguine sanguinẽ retribuere, vt liberati à Saluatore, pro Saluatore libenter sanguinem profundamus.

Luc.1.

CALICEM salutaris accipiam & nomen Domini inuocabo.]In hæbraico ita habet. Calicem Iesu accipiam. Hoc ipsum & angelus interpretatur. Et vocabis nomen eius Iesum: Ipse enim saluabit populum suum. Calicem ergo Iesu accipiam. Quis est iste calix Iesu? Pater si possibile est, transeat iste calix à me. Et potestis, inquit, calicẽ meum bibere. Et continuo sequitur. Calicem quidem meum bibetis. Hoc autem quare dixit? Vt intelligamus calicem passionis martyrium esse: Grãdis res est martyriũ. Quomodo grandis res? Quoniam retribuit Domino, quod accepit à Domino. Christus pro ipso passus est, & ille pro nomine ipsius patitur. Quoniam diximus quod martyr nihil aliud habet quod retribuat Domino,& Dominus computat illi pro qualitate: quoniam vidit seruum suum nihil aliud habere qđ retribuat

Luc.22. Matt.20.

Latus insignium martyrij.

retribuat ei. Quid enim simile est? Deus pro hominib. passus est, Dominus pro seruo, iustus pro peccatore. Quę æqualitas? Sed quoniam nihil aliud habet seruus, quod retribuat Domino, Deus quasi clemens pro equali accipit martyriũ. Quasi si quis diues paucrit aliquem pauperem: euenerit autem eundem diuitem venire cum sua familia & veniat casu in domum pauperis, & non habeat pauper q̃ illi apponat,& familiæ ipsius & solum illi dicat: intra in domum clientis tui,& ostẽdat voluntatem: quoniã nihil aliud habet quod det,& plus faciat pauper, sicut illa vidua, quę duo minuta contulit. Calicem salutaris, aut Iesu accipiam. Et hoc ipsum martyrium, inquit, non est meæ virtutis, sed gratiæ Dei. Propterea non possum eũ bibere, nisi nomen Domini inuocauero. Iesus vincit, in suo martyre coronatur. *Tom.7.Cõ. in Psalm.115.Fol.150.fac.1.*

Bona opera merentur nõ tam ex qualitate operis, quã ex gratia Dei in nobis operantis

Luc.21.

Iesus vincit & coronatur in martyribus.

HOMELIA tertia. Salubri nos semper consilio & sacro eloquio beatus hortatur propheta, vt iustitiam quam ille custodiuit, in opere, nos debeamus fideliter exequi,& indissolubiliter retinere: Qui & segnes & inertes animos ad hęc custodienda facilius excitet: quid meriti pro ipsius custodia iustitię, adipiscamur edocet. *Psalm.118.Fol. 159.fac.1.*

Meritq promissa excitãt segnes ad mãdata custodienda.

Artic.II. Dei gratiam esse principium rationẽque meriti nostri.

ET conflabunt gladios suos in vomeres,&cę.] Omne bellandi studium vertetur in pacem: & pro discordia erit in toto orbe cõcordia. Gladij mutabuntur in vomeres,& lãceæ in falces: vt omisso furore belladi, agriculturę seruiant, & vberrimas falcibus messes secent. Quod quidem & spiritualiter intelligi potest: quando omnis duritia cordis nostri, Christi vomere frangitur: & erudicãtur spinę vitiorum, vt sementis sermonis Dei crescat in fruges,& postea labores manuũ nostrarum manducemus: quando venientes venient in exultatione portantes manipulos suos. *Tom.4.lib.1 Com.in cap.2.Esaiæ,Fol.7.fac.2.*

Christi vomere, id est, gratia duritia cordũ nostri frãgitur. Psal.125.

PROVOCAT credentes ad fluuiũ Dei, qui repletus est aquis,& cuius impetus lętificat ciuitatẽ Dei, vt bibant aquas de fontib. saluatoris, qui loquitur ad Samaritanam: Si scires gratiam Dei,& quis est qui dicit tibi, da mihi bibere: tu petisses ab eo,& dedisset tibi aquam viuam. Aqua quam ego dedero ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. De his aquis clamabat in templo. Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Qui biberit de aqua quam ego dedero ei, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: Significans spiritum sanctum, quem credentes acceptur erãt,& de quo propheta mystico sermone resonabat: Sitiuit anima mea ad Deum viuentẽ. Et iterum: Apud te est fons vitæ. Qui ipse de se loquebatur: Me dereliquerunt fontem aquę viuę, & foderũt sibi lacus contritos qui non possunt aquas continere. *Tom.4.lib.15.Cõ. in cap.55.Esaiæ,Fol.179.fac.1.*

Aqua siue fluuius designat spiritualem gratiam

Ioan.7.f.q.

Psal.41. & 35. Hier.2.

HAS diuitias gratiarum ille in se non facit vacuas, qui quantum valet humana fragilitas nititur laborat atque contendit, & cum Apostolo loquitur: Gratia eius in me non fuit vacua. Qui vero beneficij magnitudinem non recordans ad deteriora delabitur, in isto dies gratia Dei,& opulenta largitio paupertate tenuatur. *Tom.6.libr.1. Commentariorum in caput primum ad Ephesios, Folio 163. facie 2.*

1.Cor.15. Dies Dei gratia est fõs omnium bonorum operũ

2.Cor.6. Differentia inter Christianos et paganos in quo cõsistat.

Pijs spe promissorum cœlestium & præmiorum vitæ futuræ operantur bene.

2.Cor.5. Gal.5.

Discrimen duplicis viæ & itineris.

Matt.7.

Matt.11.

Prou.4.

NON est parum virum nobilem, virum disertum virum locupletem, potentium in plateis vitare comitatum, miscere se turbis, adhærere pauperibus rusticis copulari, de principe vulgum fieri, sed quanto humilior, tanto sublimior est. Lucet margaritum in sordibus,& fulgor gemmę purissimę etiam in luto radiat: Hoc est, quod Dominus repromisit: Glorificantes me, glorificabo. Alij hoc intelligant de futuro, quando mœror vertetur in gaudium,& transeunte mundo, sanctorum corona non transit, ego & in præsentiarum video sanctorum promissa compleri. *Tom.1.Epist. 26.cap.3.ad Pammach.f.*

1.Reg.2. Sanctorum corona non transit,& in præsenti vita sanctorum promissa cõplentur.

QUANQUAM Dominus atque Saluator in Euangelio doceat Apostolos, scisitantes quid sibi redditurus sit, qui omnia sua pro nomine eius diserunt, centuplum in præsentiarum recepturos,& in futuro, vitam æternam. Ex quo intelligimus, non laudis esse, possidere diuitias, sed pro

Matt.19.

Paula spe præmij Deo insertuit, et consequuta est mercedē.

Christo eas contemnere, non tumere ad honores, sed pro Dei fide eos parui pendere. Verè quod pollicitus est seruis suis & ancillis Saluator, reddidit in præsenti, nam quæ vnius vrbis contempsit gloriam, totius orbis opinione celebratur: quam Romæ habitantem nullus extra Romam nouerat, latentem in Bethlehem & barbara & Romana terra miratur. Cuius enim gentis homines ad sancta loca non veniunt? Quis autem in sanctis locis præter Paulam, quod plus inter homines miraretur, inuenit? Hęc sicut inter multas gemmas preciosissima gemma micat, & iubar solis paruos igniculos stellarum obruit, & obscurat: ita cunctorum virtutes & potentias sua humilitate superauit, minimaque fuit inter omnes, vt omnium maior esset, & quanto se plus deijciebat, tanto magis à Christo subleuabatur, latebat & non latebat fugiendo gloriam, gloriam merebatur, quæ virtutem quasi vmbra sequitur & appetitores sui deserens, appetit contemptores. *To. 1. Epist. 27. ad Eustoch. cap. 2. f.*

2. Tim. 4. Apocal. 14.

CAETERVM illa impleuit cursum suum, fidēque seruauit, & nunc fruitur corona Iustitiæ, sequiturque agnum, quocumque vadit. Saturatur

Psalm. 47. Mier. 2.

quia esuriuit, & læta decantat: Sicut audiuimus, ita & vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri. O beata rerum commutatio: fleuit, vt semper rideret: despexit lacus contritos, vt fontē Dominum reperiret. Vestita cilicio est, vt nunc albis vestimentis vteretur & diceret: Sciditi saccum meum, & induisti me lætitia: Cinerem sicut panem manducabat & potionem suam

Psalm. 29. Psalm. 101.

cum fletu miscebat, dicens: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, vt in æternum pane

Psal. 41. 33. Psal. 44.

angelorum vesceretur, & caneret: Gustate & videte quoniam suauis est Dominus. Et: Eructauit cor meum verbum bonum, dico opera mea regi. Vt Esaiæ, immo Domini per Esaiam in se cerneret verba compleri? Ecce qui seruiunt mihi manducabunt: vos autem esurietis: Ecce qui seruiunt

Esaiæ 65.

mihi, bibent, vos autem sitietis. Ecce qui seruiunt mihi lætabuntur, vos autem confundemini, Ecce qui seruiunt mihi, exultabunt: vos autem clamabitis ob dolorem cordis & propter contritionem

Intuitu æternæ mercedis sancti laborant.

spiritus vlulabitis. Dixeram: lacus eam semper fugisse contritos, vt fontem Domini reperiret, vt

Psalm. 41.

posset læta cantare: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus: Quando veniam & apparebo ante faciem Dei? *Ibidem cap. 11.*

1. Cor. 6. 1. Cor. 9.

COEPISSE, multorum est, ad culmen peruenisse, paucorum. Qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. At cōtra de nobis dicitur: Sic currite vt apprehendatis. Non est inuidus agonotheta noster: nec alterius palma alteri parat ignominiam. omnes athletas suos desiderat coronari. Gaudet anima mea & magnitudine lætitiæ rē mœroris patior. Ruth in lachrymas verba prorumpunt. Zachæus publicanus ad vnius horæ conuersionem, hospitem habere meruit saluatorem. Martha & Maria conuiuio preparato Dominum susceperē. Meretrix lauat fletibus pedes & vnguentis bonorum operū dominici corporis dedicat sepulturam. Simon leprosus inuitat magistrum cum discipulis, & non contemnitur. Abrahæ dicitur: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & vade in terram, quam monstrauero tibi. Reliquit Caldæam, reliquit Mesopotamiam: quærit

Agonotheta noster suos athletas omnes desiderat coronari. Ruth 1. Lucæ 19. Ioan. 12. Lucæ 7. Marc. 14. Gen. 12.

quod nescit, ne perdat quod inuenerat. nō enim arbitratur est simul se habere posse & patriam & Dominum, sed iam tunc illud prophetæ Dauid opere complebat: Aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei. *Tomo primo Epist. 28. ad Lucinium m.*

CVMiam esset terræ redditus dies, beatus Paulus ad Antonium sic locutus est. Olim te frater in istis regionibus habitare sciebam: olim te conseruum meum mihi promiserat Deus. sed quia

Philip. 1.

iam dormitionis mœ tempus aduenit, & quod

2. Timot. 4.

semper cupiebam dissolui & esse cum Christo, peracto cursu supereſt mihi corona iustitiæ. Tu

Corona iustitiæ sanctis reposita est.

missus es à Domino, qui humo corpusculum meum tegas, immo terrę terram reddas. His Antonius auditis, flens, & gemens, ne se deseret, atque vt comitem talis itineris acciperet, precabatur. Et ille. Non debes, inquit, quærere quæ tua sunt, sed quæ aliena. Expedit quidem tibi sarcina carnis abiecta, agnum sequi: sed & cæteris expedit fratribus, vt tuo adhuc instituantur exemplo, quam obrem quæso perge, nisi molestum est, & pallium quod tibi Athanasius episcopus dedit, ad inuoluēdum corpusculū meum defer. *To. 1. in vita Paul.*

DOMINVS ad discipulos suos: Qui vult, inquit, inter vos maior esse, sit omniū minimus. Si

Matth. 20.

omnes in cælo æquales futuri fumus, frustra nos hic humiliamus, vt ibi possemus esse maiores. De duob⁹ debitoribꝰ quingentorū denariorū, & quinquaginta: cui plus dimittitur, plus amat. Vnde &

Lucæ 7. Inæqualitas meritorum in beatis.

Saluator, Dico, inquit tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Qui minus diligit, & minus ei dimittitur, vtique in minori gradu erit. Paterfamilias proficiscens, trādidit seruis

Matth. 25.

suis substantiam, alij quinque talenta, alij duo, alij vnum, vnicuique secundum propriās virtutes. Simile quid & in alio Euangelio

Lucæ 19.

scribitur, quod homo nobilis proficiscēs in regionem longinquam, vt acciperet sibi regnum & reuerteretur, vocauerit decem seruos, & dederit eis singulas mnas, de quibus vnus lucratus est decē mnas, alius quinque, & singuli iuxta vires suas, & emolumentum, vel decem vel quinque acceperint ciuitates. Porro alius, qui vnum talentum siuevnam mnam acceperat, quod accepit infodit siue in sudario colligauit, & Domini reseruauit

Iusti laborāt spe profectus & intuitu æterni præmij.

aduentui. Primo considerandum, quod si iusti non spe profectus laborant, vt vult noster Zeno, sed ne perdant quod acceperant, iste qui mnā & talentum infodit, ne perderet quod acceperat, non peccauit, magisque laudāda est cautio reseruantis, quam cassus labor eorum qui sine laboris præmio defudarunt. Deinde quod hoc ipsum talentum, quod aufertur à timido vel negligente seruo, non datur ei, qui minus lucrifecerat, sed qui plus, id est, qui super decem positus fuerat ciuitates: Si numerus non facit ordinem, quare dixit, Dedit vnicuique secundum vires suas. Si eadem lucra sunt quinque talentorū, & decē: cur ei, qui minus lucrifecerat, nō decē, & ei, quiplus, non quinque traduntur vrbes? Quod autem Dominus nō his contentus sit, quæ habemus, sed semper maiora desideret, ipse monstrat dicens: Quare non dedisti pecuniam meam ad trapezitas, & ego veniens cum vsura exegissē? Quod quidem & Paulus Apostolus sciens, prætē-

Philip. 3.

ritorum obliuiscitur, & ad ea, quę ante sunt, se extendit, id est, quotidie proficit, nec seruat in sudario

dario delicatè gratiam quam accepit: sed auarus negotiator renouatur de die in diem, & decrescere se putat, nisi semper creuerit. Sex vrbes fugitiuarum describuntur in lege, qui hominem interfecere nolentes, & ipse vrbes sacerdotales sūt.

Num. 35.

Rogare libet, fugitiuos istos inter hircos tuos, an inter oues nostras colloces? Si hirci essent, occiderentur vt homicidæ ecteri, nec ministrorum Dei intrarent ciuitates. Si oues dixeris, vtique non erunt tales oues, quæ absque luporum metu tota libertate pascantur. Et probabitur tibi, oues quidem eos esse, sed erroneas à dextris esse, verum non stare, sed fugere, donec moriatur sacerdos magnus, & ad inferna descendens liberet animas fugitiuorum. Gabaonitæ occurrunt filijs Israhel, & cæsis alijs gentibus; in lignarios & aquarios reseruantur. tantique apud Deum meriti sunt

Ios. 9.

vt stirps Saul ob eorum iniurias sit deleta, inter quos eos collocabis? inter hircos? sed non sunt interfecti, & sententia Domiñi vindicantur. inter

2. Reg. 21.

oues? sed dicit scriptura diuina, quod non sint eiusdem meriti, cuius & Israhelitæ. Vides ergo, quod stent quidem à dextris, sed multo inferiori gradu. Inter Dauid virum sanctum, & Saul regem pessimum, medius Ionatas fuit, quem nec inter hędos possumus ponere, quia prophetæ amore dignus est, nec inter arietes, ne parem eum faciamus Dauid, maximè cum & ipse interfectus sit: erit igitur inter oues, sed inferiori ordine, & quomodo inter Dauid & Ionathan, ita inter ouem & ouem cogeris suscipere differentias. Seruus qui cognouit voluntatem Domini sui, & non præparauit nec fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. Qui autem non cognouit, nec fecit digna, plagis vapulabit paucis. Omni enim cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commendatur multum, plus exigetur ab illo. Ecce seruo & seruo plus minusue committitur, & pro qualitate commissi at que peccati, plagarum quoque numerus irrogatur. Tota Iudææ terra, tribuum que descriptio, futuræ Ecclesiæ in cœlis typus est. Legamus Iesum Naue: legamus Ezechielis extremas partes: & videbimus, quidquid in altero quasi per historiam in terra distribuitur, in altero in cœlis spiritualiter repromitti. Quid sibi volunt in descriptione templi, septem & octo gradus? quid rursum, quod in psalterio, post elementa centesimi octaui decimi Psalmi, quibus mysticum eruditur alphabetum, per quindecim gradus vsque illuc peruenimus vt possimus canere: Ecce nunc benedicite Dominum omnes serui Domini, Qui statis in domo Domini in atrijs domus Dei nostri? Quare duæ & semis tribus trans Iordanem habitant, vbi plurima sunt iumenta, & nouem & semis reliquæ, vel expellunt pristinos habitatores de sedibus suis vel cum ipsis habitant? Cur leuitica tribus in terra partem non accipit, sed Dominus pars eius est? & inter ipsos leuitas & sacerdotes ad sancta sanctorum vbi Cherubin & propitiatorium est pontifex solus ingreditur? Quare reliqui sacerdotes lineis tantum vtuntur vestibus, & non habent indumentum auro, hyacintho, cocco, purpura byssoque contextum? Inferioris gradus leuitę, & sacerdotes plaustra ac boues accipiunt: maioris ordinis gestant tarcam Domini humeris suis. Si tollis ordinem tabernaculi, templi, Ecclesiæ, si omnes qui à dextris sunt, corpus vnum & vt vulgo dicitur, ὁμόνοιαν: nequid-

Præmia imparia sanctorum in cælo.

Iosue 13. Ezech. 40. 48.

Quicquid in terra promissionis per historiā distribuitur, id in cœlis spiritualiter impletur.

Psal. 133.

Ios. 13.

Num. 18.

Hebr. 19.

Exod. 28.

Num. 4. 1. Paral. 15.

quam Episcopi, frustra præsbyteri, sine causa diaconi sunt. Quid perseuerant virgines? quid laborant viduæ? cur maritatæ se continent? peccemus omnes, & post pœnitentiam idem erimus quod Apostoli sunt. *Tomo. 2. libro secundo contra Iouinianum cap. 18.*

Ordo in Ecclesia diligēter seruandus.

Virtutes nos faciunt habitare in cœlo.

VIDE quid prosint frena. A vitijs nos retrahunt, introducunt ad virtutum choros, & in Christo monte pulcherrimo habitare faciunt. *Tom. 3. Epistola centesima vigesima septima ad Fabiolam Mansion. 20.*

Præmiorum magnitudo respondet laborum magnitudini in hac vita.

QVANTO magis in hoc sæculo, persecutionibus paupertate, inimicorum potentia, vel morborum cruciatibus fuerimus afflicti, tanto post resurrectionem in futuro maiora præmia consequemur. *Tomo tertio Epistola centesima trigesima nona Folio. 392.*

Sermo diuinus bene dispensatus dispensatores suos leuabit in cœlum.

SI ergo dispensator iniquæ mammonæ, Domini voce laudatur, quod de re iniqua sibi iustiam prępararit, & passus dispēdia Dominus, laudat dispensatoris prudentiam quod aduersus Dominum quidem fraudulenter, sed pro se prudenter egerit: quanto magis Christus qui nullum dānum sustinere potest, & pronus est ad clementiā laudabit discipulos suos, si in eos qui crediturī sibi sunt misericordes fuerint? Denique post parabolam intulit: Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de iniquo mammona. Mammona autem non hebræorum, sed Syrorum lingua, diuitię nūcupantur quod de iniquitate collectæ sint. Si ergo iniquitas bene dispensata vertitur in iustitiā: quanto magis sermo diuinus, in quo nulla est iniquitas qui & Apost. creditus est, si bene fuerit dispensatus, dispensatores suos leuabit in cœlum? *Tom. 3. Epistola. 151. ad Algasiam quæstione 6. Folio. 428. fac. 2.*

QVI autem fidei magnitudine semper viuunt in Christo non dormient neque morientur sed imitatores erunt vitæ Apostolicæ, qui absque vlla culpa vixerunt in lege iustitiæ, & ad fidem Domini transeuntes credentesq; in eum, qui vita vocatur & resurrectio, nunquam dormiere, nunquā mortui sunt: Anima n. quæ peccauerit ipsa morietur. Sicut igitur anima quę peccat viuente corpore mortua est, & eadem die qua peccauerit, dormit in morte: dicente Ecclesiaste: Qui peccauerit, mortuus est ex tunc: sic anima quæ Christi præcepta seruauerit viuet in æternum. *Tom. 3. Epistola centesima quinquagesima secunda ad Minerium & Alexandrum Fol. 446. fac. 2.*

Ezech. 18. Anima quæ Christi præcepta seruauerit viuet in æternum. Eccle. 9.

QVAE sunt portæ quæ aperiuntur ab Angelis, vt ingrediatur non populus Iudæorum qui abiectus est, sed gens iusta quæ ex fide fidelium nomen accepit? vtique illæ de quibus sanctus loquitur: Aperite mihi portas iustitiæ: ingressus in eas confitebor Domino. Has autem portas nullus poterit ingredi, nisi qui de portis mortis fuerit liberatus, & cum psalmista dixerit: Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. Cum de portis mortis fuerimus erepti: tunc in portis filiæ Sion omnes laudationes Domini cātare poterimꝰ. Et quo modo portas mortis reor esse peccata, de quib. ad Petrum dicitur: Portę inferi nō præualebunt aduersū te: Sic portas iustitiæ omnia opera virtutū: quas qui fuerit ingressus, vnā inueniet portam de qua dicitur: Hæc porta Domini, Iusti intrabūt in eam. Et quomodo per plures margaritas ad vnū

Psal. 117. Ibid. 9. Matt. 16. Per opera virtutum ad portam cœli venitur. Psal. 117.

pergitur margaritum, sic per multas vias ac portas peruenimus ad eum, qui dicit se viam & portam, per quam ingredimur ad patrem. *Tom.4.li.8. Comm.in cap.26.Esaiæ.Fol.94.fac.1.*

Ioan.14.12.

OMNIS qui huiusce modi est, qualem prophe ticus sermo describit, qui ambulat in pluribus iustitijs: & nō semel, sed semper iustitias diligit: nec vna vice, sed iugiter loquitur veritates: qui proijcit auaritiam, quæ est mater calumniæ. Nisi enim cùm alterius damno & malo, pecuniæ alteri non coaceruantur. Et excutit manus suas ab omni munere. Munera quippe excæcant oculos, etiam sapientum. Qui obturat aures suas ne audiat iudicium sanguinis. Omnis iniquitas, & oppressio, & iniustitia, iudicium sanguinis est, & licet gladio non occidat, voluntate tamen interficit. Et claudit oculos suos ne videat malum. Fœlix conscientia, quæ nec audit nec aspicit malum. Qui igitur talis est, ipse habitabit in excelsis: hoc est in regno cœlorum, siue in excelsa spelunca petræ fortissimæ, in Christo Iesu, quæ petra Israel populum sequebatur, vt biberet de ea, & illius fortitudine protegeretur. Panis ei dabitur, & aquæ eius fideles sunt: quæ gentiliū fabulę, in ambrosia & nectare intelligunt. Nos autem panes & aquas fidelissimas, legem Dei interpretabimur. Qui igitur talis est, regem Christum in sua claritate conspiciet de quo supra dicitur: Ecce rex iustus regnabit, & principes in iudicio præerunt. Et oculi eius videbunt terram de longè: quam multo tempore desiderauerant, terram mitium & mansuetorum, de qua in Euangelio scriptum est: Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Siue in cœlo positi terrena despicient. *Tom.4.lib.10.Com.in cap. 33.Esaiæ fol.120.fac.1.*

Deut.16.

Virtutū variarū possessor habitabit in cœlis.

2.Cor.10.

Sup 32.

Matt.5.

HVIC quod nunc dicitur: Custodite iudicium, & facite iustitiam: illud simile est: Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore: vt iustè quod iustum est, persequantur. Quanquam in nomine iustitiæ, omnis mihi videatur significari virtus: quod qui vnam iustitiā fecerit, cunctas virtutes implesse dicatur: quæ inuicem se sequuntur, & sibi hærent: ita vt qui vnam habuerit, omnes habeat, & qui vna caruerit, cūctis careat. Tale quid & 14. Psalmus sonat: Qui ambulat immaculatus, & operatur iustitiam. Et alibi scriptum est: Iustitiam discite qui habitatis terram. Quod autem Saluator qui factus est nobis iustitia, & sanctitas, & redemptio, ipse sit misericordia Dei: sanctorum verba testantur: Et misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam. *Tom. 4.lib.15.Comm.in cap.56.Esaiæ,Fol.182.fac.1.*

Psal.105

Iustitia generalis omnes complectitur virtutes.

Virtutū cōnexio.

Aristot.6. Ethic.c.vlt. Sap.26. 1.Cor.1. Psal.56.

SI nostra consideremus merita, desperandum est. Si tuam autem clementiam, qui flagellas omnem filium quem recipis, audemus preces fundere. Tu enim pater noster es, qui dignatus es dicere: Filius primogenitus meus Israel. *Tom.4.lib.17. Comm.in cap.64.Esaiæ.Fol.213.fac.1.*

Heb.13. Merita nostra sola sine Christi merito nō sufficiunt.

NIHIL longum est, quod finem habet: & omnis retro temporum series transacta non prodest, nisi fortè bonorum operum sibi viaticum præparauerit: quæ semper ad futura, immò ad æterna respiciunt, & nullis terminis coarctantur. *Tom.4. in Proœmio lib.3.Comm.in Ezech.p.*

Bonorū operū præparatiū viaticum nos ad æternā vitā ducit.

ET mundabunt illud & implebunt manus suas, vt subaudiatur sacerdos: qui cùm pleni fuerint bonis operibus, hoc enim plenæ significant manus, transacto sabbatho, veniant ad diem resurrectionis octauam, & dicant cum Apostolo: Resurreximus cum Christo. *Tom.4. libr.13.Comm.in cap. 43.Ezech.Fol.493.fac.1.*

Sacerdotes pleni bonis operib⁹ ad resurrectionē verā perueniunt.

POSTQVAM venerimus ad diem septimum, id est, ad diem sabbathi, in quo æterna requies est: siue ad diem Kalendarum, quando post cœcam noctem, & horribiles tenebras lucis exordiū est: aperitur nobis porta Orientalis: si quis nostrum per merita virtutum, Ducis nomen & dignitatem fuerit consequutus, per viam vestibuli portæ de foris, hoc est, per mundi huius labores, & portam Ecclesiæ, quæ adhuc in terrenis finibus posita est, ingredientur, non interius atrium (hoc enim in præsenti loco scribitur) sed ad limen portæ interioris, & stabit in ea. *Tom.4.lib.14.Comm.in cap. 46. Ezech.Fol.483.fac.2.*

Per merita virtutū cœlū assequimur.

OCCIDENS autem iuxta leges tropologiæ semper in mari est, semper in salo & fluctibus: vbi quotidie naufragia suscitantur, & miserorum neces, & diuitiarum & mercium amissio: & tamen cùm hæc omnia patientia fregerimus, venimus per directum ad Hemath, hoc est, ad Domini veritatem, qui victis persecutionibus æterna nobis præmia repromittit. *Tom.4.lib.14.Comm.in cap.47. Ezech.Fol.490.fac.2.*

Qui patiētia frangunt aduersa, illis Deus æterna præmia repromisit.

QVI propter peccata maiorum ductus est in captiuitatem propter virtutum suarum magnitudinem statim mercedem recepit. Proposuerat enim in corde suo, vt non polluereturde mēsa Regis, & epulis regijs præposuerat viles cibos. Idcircò gratiam & misericordiam in conspectu Principis Eunuchorum accepit, Domino largiente. Ex quo intelligimus pro necessitate rerum, si quando diliguntur sancti ab infidelibus, Dei esse misericordiæ, non bonitatis hominum peruersorum. *Tomo quarto, libr.1. Commentariorum in caput 1. Danielis. Fol.496.fac.2.*

Daniel ob virtutū magnitudinem mercedem recepit.

ECCE dies veniet, id est, dies iudicij, quæ sanctis lux erit, & peccatoribus tenebræ, & ipsa dies erit succensa quasi caminus siue clibanus, vt omnes impij vertantur in stipulam, & camini crementur ardoribus. Cumque eos inflammauerit, atque combusserit, non relinquet in eis vllam radicem & germen malitiæ. Hoc de impijs, quid in die iudicij sint passuri. E contrario dicitur, quid timentibus nomen Dei eueniet. Et orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, qui vera omnia iudicabit, & nec bona nec mala, nec virtutes nec vitia latere patietur. Et sanitas erit in pennis eius, vt sanatos per pœnitentiā portet in humeris suis, iuxta illud quod in Deuteronomio scriptum est: Expandēs alas suas suscepit eos, & in humeris suis portauit illos. Tunc egrediuntur qui nunc sæculo quasi carcere sunt inclusi, & salient quasi vituli de armēto, siue quasi vituli de vinculis liberati. Vnde & Apostolus dicit: Cupio dissolui, & esse cū Christo, vt egrediatur & saliat sicut vitulus & vinculis liberatus, & sicut victima Domini. Non hoc lætitiæ fine contentus est, sed calcabit impios cum fuerint cinis. Vnde & ad iustos fit imprecatio: Deus autem conteret Sathanam sub pedibus vestris velociter. Abrahā locutus est ad Dominum comparatione diuinæ maiestatis cinerē esse se sentiens: Ego sum terra & cinis, & propterea videbit solem iustitię, & requiescet inter medios eius cleros: atq; ipso portāte ad cœlestia subleuabitur. Qui verò per superbiam dixit: Ponam super sydera sedem meam, ero similis altissimo, deducetur ad terram, & erit quasi cinis sub sanctorum pedibus, cùm dies Domini aduenerit iudi-

Præmium et merces timētium Dominum.

Deut.32.

Philip.2.

Rom.16.

Gen.18.

Esaiæ 14.

rit iudicantis. *Tom.5.Comment.in cap.4.Malachiæ,Folio 286.facie 2.*

Meritorum in futuro retributio.

IVSTA meritorum in futuro erit retributio, quando superborum radicē, & germen deuorās flamma consumet & cōburet. & timentibus Dominum orietur sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. *Ibidem.*

SI primus Ioannes vt supra diximus, pœnitentiam populis nunciauit dicens. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum: cōsequenter à diebus illius regnum cœlorū vim patitur, & violenti rapiunt illud. Grādis enim est violentia, in terra nos esse generatos, & cœlorum sedem quærere: possidere per virtutem, quod non tenuimus per naturam. *Tom.6.libr.2.Comm.in cap. 11.Matthei,can.19.fac.1.*

Per virtutē cœlum possidemus.

QVOD autem dicit: sedere ad dexteram meam & sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo: sic intelligendum est: Regnum cœlorum non est dantis, sed accipientis. Non est enim acceptio personarum apud Deum: sed quicunque se talem præbuerit, vt regno cœlorum dignus fiat, hic accipiet, quod non personæ, sed vitę paratum est. Si itaque tales estis, qui consequamini regum cœlorum, quod pater meus triumphantibus & victoribus præparauit, vos quoque accipietis illud. *Tom.6.lib.3.Commen.in cap.20.Matth.can.42.fac.1.*

Regnum cœlorum nō per ionę, sed vitę datur.

Triumphantibus & victoribus præparatum regnū cœlorū.

QVAE seminauerit homo, hæc & metet. Præuidens spiritu, eos qui docentur & debent magistris sumptus, & vitæ necessaria ministrare, posse obtendere paupertatem, & dicere: Ager meus hoc anno aruit siccitate, vineam grando contriuit, redditus qui esse poterant tributa rapuerunt, nō habeo vnde tributum quod iubetur, adiecit. Noli te errare, Deo nō irridetur. Scit, inqt corda vestra, non ignorat facultates. Excusatio verisimilis, hominem potest vtcunque placare, Deum non potest fallere. Et simul cohortatur ad id quod præceptum est exhibendum, semen nominans, ne putet perditum, quod multiplicato fœnore recepturus est. Ad Corinthios quoque rationem dati & accepti, simili docuit exemplo. Qui parcè seminat, parcè & metet, & qui seminat in benedictione, & metet: Vnusquisque sicut propositum habet in corde, non ex tristitia, aut ex necessitate! Hilarem enim datorem Deus diligit. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternā. Omne quod loquimur, agimus, cogitamus, in duobus seminatur agris; carne & spiritu. Si bona sunt quæ de manu, ore, corde promuntur, seminata in spiritu, vitæ æternæ fructibus redundabunt. Si mala, ab agro carnis excepta, corruptionis nobis segetem pullulabunt. *Tomo sexto.lib.3. Commentariorum in cap.6. ad Galat.Fol.157.fac.1.*

Exemplū seminis & messis seria pure familiare in explicatione retributionis bonorum operum. 2.Cor.9.

Duo sunt agri, in quibus seminamus caro et spiritus.

Ob Domini passionem omnes virtutes merentur nō per se suaue virtute.

SCIENDVM quod omnis illa gloriatio ad crucem relata, gloria crucis sit, & quidquid dignum in virtutibus perpetratur, hoc fieri ob Domini passionem. *Ibidem. Fol.158.fac.2.f.*

Quod dicatur mādatū primū in repromissione variatur plexfere expositio.

VNDE quęrendum, quare nunc dixerit, quod est mandatum primum, cum primum mādatum sit: Non erunt tibi dij alij præter me. Quamobrem nonnulli ita legunt, quod est mandatum primum in promissione: quasi quatuor alia mandata, quæ ante hæc dicta sunt, non habeant promissiones, & in hoc solo pollicitatio feratur adiuncta, vt benè sit tibi, & sis longæuus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Sed videntur mihi non obseruasse subtilius, & in secundo mandato repromissionem esse sociatam. Ait enim: Non facies tibi idolum, neque omnem similitudinem eorum quæ in cœlo sursum, & quæ in terra deorsum, & quę in aquis subter terram: non adorabis ea, & non immolabis illis: Ego enim sum Dominus Deus tuus, Deus zelotes: qui reddo peccata Patrum in filios vsque ad tertiam & quartam generationem, his qui me oderunt: & facio misericordiam in millia his qui diligunt me, & custodiunt mandata mea. Forsitan ergo quia Decalogus exeunti de Aegypto populo prima lex data est, vnumquodque mandatum Decalogi. Primum mandatum est appellandum, ad comparationem eorum præceptorum, quæ postea in lege conscripta sunt. Qui verò expositionem superiorem tenere conabitur, in eo quod distinxerat. quod est mandatum primum in repromissione, dicet separatim esse mandatum: Honora patrem tuum & matrem tuam, & postea repromissionem suo loco positam, vt sis longæuus super terram, quàm Dominus Deus tuus dabit tibi. In hoc verò mandato, id est, non facies tibi idolum, neq; omnem similitudinem, nō seorsum, sed sub vno textu atq; sermone, non tam promissionem datam quam sententiam in laudes Dei esse finitā facientis misericordiam in millia his qui eum diligunt, & custodiūt mandata eius. Rursum is qui tota Decalogi mandata primum mandatum esse contendit, repromissionem, in qua scriptum est, vt sis longæuus super terrā quam Dominus Deus tuus dabit tibi, nō solum ad eos pertinere mōstrabit, qui parentibus obsequātur, sed etiam ad alia innumerabilia præcepta, & necesse habebit cuncta replicare mandata, in quibus merces hæc & præmium promittantur, vt sint longæui super terram quam Dominus Deus suus dederit eis. A quo diuersus ille exigere debebit interpres, vt doceat ante hoc mandatum, illa quæ ab eo prolata sunt, scripta esse mandata. Quod si non potuerit approbare, frustra & in alijs præceptis hanc repromissionem adiunctam esse memorabit. Post hæc, retractandum, pro honore patris & matris, non Iudaicum & carnale esse promissum, vt longæui sint filij super terram quàm Dominus Deus suus dederit eis. Multos enim fuisse credendum, qui & parentibus obsequentes citò mortui sunt, & in parentes impij, vsque ad extremam venerint senectutem. Respondeant enim Iudæi, & similes Iudæorum, si vitæ istius longitudo est in repromissis, & diu in corpore permanere fœlicitas est, quid sibi vult in Psalmis: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar. Et hoc Salomonis in Ecclesiaste. Laudaui ego omnes mortuos, qui olim mortui sunt. super viuentes qui viuunt vsque in præsens: & melior est super hos duos, qui nec dum natus est, & non vidit omne opus malū quod factum est sub sole. Et post paululum: Si genuerit vir centum filios, & annos plures vixerit, & multi fuerint dies annorum eius, & anima illius repleatur bonis, & sepultura non sit ei: dixi melius est super eum abortiuum, quia in vanitate venit, & in tenebris nomen eius operietur, & quidem solem non vidit, & cætera. Si enim laudātur super viuos mortui. Et iuxta quosdam, qui antequam in corpora ista descendant, animas degere in cœlestibus arbitrātur, melior esse dicitur duobus, quā

Exod.20.

Mādata Dei habent adiunctam promissionem.

Cunctis innumerabilibus præceptis & mādatis inest & præmium promittitur.

Vita hulus longitudo nō promittitur in quarto Dei calogi mandato, sed æternæ. Psal.119. Eccles.4.

Ibidem.

bus, qui necdum natus est, & omnis ista vita tentatio est: Et secundum Iob: Mors viro requies. Et iuxta eundem & Hieremiam: Maledicta est dies in qua nascimur, quomodo nunc repromittitur honorantibus patrem & matrem, quod longeui sint super terram, quam Dominus Deus suus dederit eis? Quærenda est ergo terra quam Dominus repromittit, & tribuit his qui spiritualem AEgyptum reliquerint, & cum omni patientia, magna & terribilia vitę istius deserta transierint, & vicerint reges magnos, quos percutit Dominus, & transierint in Iudæam quæ lacte & melle fluit: Et sub Iesu duce, Hierico corruente atque vastata Hai, quæ interpretatur abruptum, Hierusalem venerint, & ædificetur eis templum sub Salomone rege pacifico, & possideāt terram quæ mansuetis est præparata: Beati quippe mites, quoniam ipsi possidebunt terram, qui vera est terra viuentium, psalmista quoque dicente: Credo videre bona Domini in regione viuentium: Huius vitæ longitudinem & sapientia habet in manu dextera, in sinistra tenens diuitias & gloriam.

Iob.3.

Hier.20.

Iosue.6.et8. Terra viuentiū cœlū promittitur in 4 Decalogi præcepto. Matt.5.

Psal.26.

Tomo sexto libro tertio Commentariorum, in caput sextum ad Ephesios, Folio centesimo nonagesimo primo fac.1.

Et tibi Domine misericordia, quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua.] Ipse enim omne iudicium accepit à patre, vt negligentibus damnationem, pœnitentibus misericordiam, iustis præmia præparet: qui nos à Iudicio mortis eripiat nosque sibi quasi alumnos proprios subdat, conformesque corpori suo factos, æternitati perpetuæ dignanter asciscat. Quia potestas Dei est. Potestas fuit: quia omnes creaturas ex nihilo creauit. Misericordia, in regendo & gubernando. Potestas fuit in diluuio, misericordia liberauit Noë. Quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua, bona bonis, mala malis. Damnas peccatores, remuneras iustos. *Tomo septimo Comm. in Psalm. 61.*

Ioan.5.

Deus iustis præmia præparat.

Gene.7.et8.

Deus remunerat iustos.

Articulus IIII. Quomodo illud Apostoli ad Romanos 6. Gratia Dei, vita æterna, Conflet cum verbis eiusdem ad Romanos 2. Reddet Deus vnicuique secundum opera eius, et aliis Similibus.

Peccatoribvs reddit Deus iuxta vias suas, vt teneat iudicij veritatem. Cæterùm in sanctis excedit modum clementiæ. Neque enim condignæ sunt passiones temporis huius ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Stipendia enim peccati, mors, quā recipit peccator iuxta vias suas & opera sua. Cæterùm iustorum virtus fruitur Domini largitate, de qua Paulus loquitur: Donum Dei vita æterna. Quodque addit: & secundum iudicia eorum iudicabo eos: Illud Euangelicum sonat: In quo iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis. Et Apostolicum: In quo enim Iudicio iudicas alterum, teipsum condemnas: Eadem enim operaris quæ iudicas. *To.4 lib.2. Com. in cap.7. Ezechielis fol.350 fac.1.*

Deus remunerat iustos vltra proportionem geometricā improbos proportione arithmetica. Rom.8. Ibidem.6.

Rom 6. Matt.7.

Rom.2.

Articulus V. Iustificatum minimè peccare, dum intuitu æternæ mercedis benè operatur

De nuncio autem & accinctione hæc breuiter possumus dicere, quod filijs necessitatis grandes ad virtutem stimulos suggeramus, cum eis nunciauerimus præmia futurorum, & accinctos inire bella docuerimus. *Tom.3. Epistol.127. ad Fabiolam Mansio.29.*

Grandes stimuli suggeruntur ad virtutē cum præmia vitæ æternæ promittuntur.

Articulus VI. Vt in hac vita diuersa sunt hominum merita, ita post hanc vitam præmia quoq; nō æqualia omnibus tribui: sed propriam meritorum cuiusque rationem haberi.

Metiris nos virtutibus tuis, & paruos magnus extollis vltimamque partem conuiuij occupas, vt patrisfamilias iudicio proueharis. quid enim in nobis, aut quantulum est, vt doctæ vocis mereamur præconium? vt illo ore, quo religiosissimus princeps defenditur, humiles nos, modicique laudemur? Noli igitur, frater charissime, annorū vos æstimare numero: nec sapientiā canos reputes, sed canos sapientiam, Salomone testante: Cani hominis prudētia eius. Nam & Moyses septuaginta presbyteros iubetur eligere, quos ipse sciret esse presbyteros vtique nō æuo, sed prudentia iudicandos. Et Daniel adhuc puer longeuos iudicat, atque impudicos senes ætas lasciua condemnat. Noli, inquam, fidem pensare temporibus, ne me idcirco meliorem putes, quod prior in Christi exercitu cœperim militare. Paulus Apostolus & vas electionis, de persecutore mutatus, nouissimus in ordine, primus in meritis est: quia, extremus licet, plus omnibus laborauit. Iudas qui quondam audierat: Tu autem homo, qui simul mecum dulces capiebas cibos, dux meus & notus meus, in domo Dei ambulamus cum consensu, proditor amici & magistri: Saluatoris arguitur voce, & nodum informis lethi trabe nectit ab ab alta. E contrariò latro crucē mutat Paradiso, & facit homicidij pœnam martyriū. Quanti hodie diu viuendo portāt funera sua, &, quasi sepulchra dealbata plena sunt ossibus mortuorū? Subitus calor longum vincit teporē. Deniq; & tu, audita sententia Saluatoris: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperib⁹, & veni sequere me: verba vertis in opera, & nudā crucem nudus sequēs, expeditior & leuior scandis schalā Iacob. Tunicā mutas cum animo: nec, pleno marsupio, gloriosas sordes appetis: sed, puris manibus & cādido pectore pauperē te & spiritu, & operib⁹ gloriaris. Nihil est in grande, tristi & lucida facie vel simulare vel oblectare iciunia, possessionū redditibus abundare, & vile iactare palliolū. Crates ille Thebanus, homo quondam ditissimus, cū ad philosophandū Athenas pergeret, magnū auri pōdus abiecit, nec putauit se simul posse & virtutes & diuitias possidere. Nos suffarcinati auro Christū pauperem sequimur, & sub prætextu eleemosynæ, pristinis opib⁹ incubantes, quomodo possumus aliena fideliter distribuere, q nostra timidè reseruamus? Plenus venter facile de iciunijs disputat. Nō Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis benè vixisse, laudandū est. Illa expetēda est ciuitas, nō quæ occidit Prophetas, & Christi sanguinē fudit, sed quam fluminis impetus lætificat: quæ in monte sita, cælari non potest: quā matrem sanctorum Apostolus clamitat: In qua se municipatum cū iustis lætatur habere. *To.1. epist.13. ad Paulinū, c.1.*

1.Ioan.2.

Sap.4.

Exod.18.

Dan.13.

In retributione meritorū Ioumianus est Stoicus. De Stoicorū opinione qui docebāt esse paria peccata Cicero in Paradoxis.

Fides et virtutū merita nō sunt tēporib.pēsanda. 1.Cor.15.

Diuersa hominum merita.

Psal.54.

Ioviniani tā quam Epicurei depingit.

Memento, quęso hunc bellatorē tuū, mecum quondam fuisse tyronē. Habeo promissum maiestatis tuę. Qui docuerit, & nō fecerit, minim⁹ vocabitur in regno cęlorū. Qui aūt docuerit & fecerit, maximus vocabitur in regno cęlorū. Pruatur ille virtutis corona, & ob quotidiana martyria stolā agnū sequatur. Multę. n. sunt māsiones apud patrē. Et, Stella à stella differt in claritate. Mihi cōcede: vt inter sāctorū calcanea caput possim leuare: vt cū ego voluerim, ille præcerit, mihi ignoscas quia

Distimilitudo præmiorū & meritorū Matt.5.

Matt.27.

Luc.23.

Matt.23.

Matt.19.

Paulini iusti ne elogium.

Apoc.7.v.14.

Ioan 14.

1.Cor.15.

Luc.13.

Psal.45, Luc.11. Galat.4.

quia implere non potui, illi tribuas præmiū, quod meretur. *Tom.1. Epist.41.f.*

His & huiusce modi diuinarum Scripturarū testimonijs, quæ ad peruersitatem sui dogmatis callidus disputator inclinat, quis non tentetur etiam electorum Dei? & quod Ioannes Apostolus Antechristos dicit venisse multos, hæc vera est Antechristi prædicatio, quæ inter Ioannem & vltimum pœnitentem nullam facit esse distātiam. Simulq; miror, quomodo serpēs lubricus, & Proteus noster, in variarum se mutet portenta formarum, qui enim in coitu & in saturitate Epicureus est, subitò in retributione meritorum Stoicus efficitur. Hierosolymam Cithio, Iudæam Cypro, Christum Zenone cōmutat. Si non licet à virtutibus paululum declinare, & omnia peccata sunt paria, eiusdemq; criminis reus est, qui panem esurienti surripuerit, & qui hominem occiderit: tu quoq, maximorum scelerum reus teneberis. Porrò aliud est, si te dicas ne minima quidem habere peccata, & cū omnes Apostoli & Prophetæ, & sancti, illud id quod in secunda propositione disserui, peccatores esse se plangāt, solus de iustitia glorieris. Ante nudo eras pede, modò non solùm calceato, sed & ornato, tunc pexa tunica, & nigra subucula vestiebaris, sordidatus & pallidus, & callo sam opere gestans manum: nunc lineis & sericis vestibus, & Atrebatum ac Laodicęę indumentis ornatus incedis. Rubent buccæ: nitet cutis: comæ in occipitium frontemq; tornantur: protēsus est aqualiculus: insurgunt humeri, turget guttur: & de obesis faucibus, vix suffocata verba promuntur. Certè in tanta diuersitate victus & vestitus, necesse est, aut hic, aut ibi esse peccatum: nō quod peccatum in cibo, aut in vestibus asseram: sed qđ varietas & commutatio in deterius, reprehensioni proxima sit. Quod autem reprehenditur, à virtute procul est: quod à virtute procul est, vitio mancipatur: quod vitiosum arguitur, peccato iūgitur: quod peccatum est iuxta tuam sententiam in sinistra parte & hircorum grege describitur. Aut reuerteris igitur ad antiquum propositum, vt ouis possis esse ad dexteram: aut si priorem sententiam peruersa pœnitentia, commutaris, velis nolis, quamquam barbam raseris, inter hircos numeraberis. Verum quid prodest luscum vocare luscum, & accusatoris docere inconstantiam, cū propositionum series diluenda sit. Oues, & hœdos, à dextera & sinistra duos iustorum & peccatorum esse ordines non negāmus: Arborem bonam, fructus malos nō facere, nec malam bonos, nulli dubium est. Decem quoq; virgines sapiētes & stultas, in bonas malasque diuidimus. In diluuio liberatos iustos, & peccatores aquis obrutos, non ignoramus. In Sodoma & Gomorra ereptū iustum, & impios igne consumptos omnibus perspicuum est. Decem quoq; plagis percussam Aegyptum, & Israhel fuisse sospitem nouimus. In mari rubro transisse iustos, & Pharaonē cum suo exercitu demersum etiam in scholis cantant pauuli. Sexcenta millia in deserto cecidisse, quia incredduli fuerint, & duos tantùm terram repromissionis intrasse, Scripturæ docent, & reliqua, quæ vsque ad operarios vineæ, in duos bonorū & malorum ordines describisti. Sed quale est, vt quia inter bonos & malos diuisio est, tu asseras inter ipsos bonos, vel è contrariò malos, nullam esse distantiam, nihilque referre, vtrum in pecore aliquis aries sit, an ouicula? vtrum primā lanam habeat, an secundam? vtrum scabidum pecus sit, & morbidum, an vegetum atque subsultans? maximè cùm Ezechiel oues rationabiles & diuersitatem inter pecus & pecus, suæ Prophetiæ authoritate demonstret, dicens: Ecce ego iudico inter pecus & pecus, & inter arietes & hircos, & inter pecus pingue & macilentum: Pro eo quod lateribus & humeris impingebatis, & cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur. Et vt sciremus quæ ista sunt pecora, statim intulit: Vos autem greges mei, oues pascuæ meæ homines estis. Idipsum ergo erit Paulus, & ille pœnitens qui cum patris vxore dormierat, quia in Ecclesiam post pœnitētiam receptus est, & quia simul à dextris est, in eadem cum Apostolo claritate fulgebit? Et quomodo in vno agello vsq; ad messem in consummationem mundi zizania pariter frumentaque succrescunt? Qua consequentia pisces boni & mali, sagena Christi & reti Euangelico continentur? Cur in typo Ecclesię, in arca Noe diuersa animalia, & pro qualitate meritorum, diuersæ sunt mansiones? Cur astitit Regina à dextris Domini in vestitu deaurato, circūdata varietate? Cur Ioseph in forma Christi, variam habuit tunicam? Cur Apostolus loquitur ad Romanos: Vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei? Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem mēbra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Habentes autem donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes, siue Prophetiam secundum mensuram fidei, siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine, & reliqua. Et in alio loco. Alius iudicat diem plus quam diem, alius iudicat omnem diem. Vnusquisque in suo sensu abundet. Et ad Corinthios: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementū dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui in crementum dat Deus. Qui plantat & qui rigat, vnum sunt. Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Dei enim sumus adiutores: Dei agricultura; Dei ædificatio estis. Et rursum: Secundum gratiam Dei quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui: alius autem superædificat. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præterquam id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, vniuscuiusque opus apparebit. Dies enim Domini illud manifestabit: quoniam in igne reuelabitur, & singulorum opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Si is, cuius opus arsit, & perit, & damnum sustinuit laboris sui, perdet quidem laboris præmium, sed ipse saluabitur, non tamen absque probatione ignis: ergo is, cuius opus manserit, quod superædificauit sine ignis probatione saluabitur, & inter saluationē & saluationem vtiq; erit diuersitas aliqua. Nec nō in alio loco, Sic nos, inqt, existimet homo, qua si ministros Christi, & dispensatores mysteriorū Dei. Hic iā queritur inter dispēsatores, vt fidelis quis

Ezech.34.

Prolixè et sōlidè in æqualitatem præmiorū et meritorum docet.

1.Cor.5.

2.Cor.2.

Matt.13.

Psal.44.

Gen.37.

Rom.12.

κλιμαξ gradatio.

ἐιρωνία

Obiectiones Ioviniānibre uiter recensentur.

Rom 14.

1.Cor.3.

Confutat ob iectiones Ioviniani.

1.Cor.4.

quis inueniatur. Vis scire, quoniam inter dispensatorem & dispensatorem sit multa distantia (nō dico de malis & bonis, sed de ipsis bonis qui ad
1.Cor.9. dexteram stant) audi consequentia: Nescitis quoniam qui in sacrificijs operantur, de sacrificijs comedunt, & qui altario deseruiunt, de altario participantur? Sic & Dominus disposuit ijs, qui Euangelium annunciant, de Euāgelio viuere. Ego autem non abutar horum aliquo. Non scripsi autē hæc, vt sic fiant in me, melius est enim mihi mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet, si enim Euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas quippè mihi incumbit, væ enim mihi est, si non Euangelizauero, nam si voluntate hoc ago, mercedem habeo, si autem nolens, dispensatio mihi credita est, quæ est ergo merces mea? Vt Euangelizans sine sumptu, ponam Euangelium Christi, vt non abutar potestate, quæ data est mihi in Euangelio. Cùm enim essem liber, ex omnibus omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem. Nunquid putes dicere, peccare eos, qui viuunt de Euangelio, & qui de sacrificijs participantur? vtiq; non. Dominus enim disposuit, vt qui prædicant Euangelium, de Euāgelio viuant. Apostolus autem, qui
1.Thess.2. non abutitur hac licentia, sed laborat manibus suis, ne quem grauet, & die ac nocte operatur, & ministrat ijs, qui secum sunt, vtique ideo hoc facit, vt plus laborans, plus aliquid mercedis accipiat. Curramus ad reliqua. Diuisiones gratiarum
1.Cor.12. sunt, idem autem spiritus. Et diuisiones ministeriorum sunt, idem autem Dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem data est operatio spiritus iuxta id quod expedit. Et iterum: Sicut corpus vnum est & membra plura habet, omnia autē membra corporis cùm sint multa, vnum corpus est: sic & Christus. Verum ne dicas in vno corpore diuersa membra vnum habere meritum, statim gradus describit Ecclesiæ, & ait: Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio doctores. Deindè virtutes & gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum. Nunquid omnes Apostoli? numquid omnes Prophetæ? numquid omnes Doctores? numquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent curationum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur? Aemulamini autem dona maiora & adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Cumque de charitatis vir-
1.Cor.13. tutibus latius disputasset, adiecit: Siue Prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt siue scientia destruetur, ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. cùm autem venerit, quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Et in cōtinentibus: Nunc autem manet fides, spes, charitas, tria hæc. maior autem horum est charitas: Sectamini charitatem, æmulamini spiritualia, magis autem vt Prophetetis. Et iterum: Volo autem
1.Cor.14. omnes vos loqui linguis, magis autem Prophetare. Nam maior est qui Prophetat, quā in qui loquitur linguis. Et rursum: Gratias ago Deo, qd omnium vestrum linguis loquor. Vbi diuersa sunt dona, & alius maior, alius minor est, & omnes spirituales appellantur: certè loues sunt, & stant à dextris, & inter ouem & ouem est aliqua diuersitas. Loquitur quidem de humilitate Paulus Apostolus: Ego sum nouissimus Apostolo-
1.Cor.15. rum: qui non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei: gratia autem Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed amplius omnibus illis laboraui, nō ego autem, sed gratia Dei, quæ in me est. Veruntamen in eo, quod se humiliat, ostendit, posse Apostolos alios minores, alios esse maiores: & qui vtique vas electionis dicitur, & cunctis amplius laborauit, non est iniustus Deus, vt obliuiscatur operis eius, & dispar meritum æquali mercede compenset. De hinc legimus: Sicut in Adam om-
Hebr.6. nes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur, Vnusquisque autem in suo ordine. Quando vnusquisque in suo resurget ordine, vtique diuersa sunt merita resurgentium. Non omnis caro, eadem caro, sed alia hominum alia pecorum, alia volucrum, alia autem piscium. Et corpora cœlestia, & corpora terrestria, sed alia quidem cœlestium gloria, alia autem terrestrium, alia claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarum, stella enim à stella differt in claritate. Sic erit & resurrectio mortuorum, quod tu scilicet doctus interpres sic exposuisti, vt dicere spirituales differre à carnalibus. Ergo & spirituales & carnales in cœlestibus erunt: & iam non solum oues sed etiam hirci tui cōscendent regna cœlorū. Stella, inquit, à stella differt in claritate, nō oues & hirci, sed oues & oues, i. stella & stella. Denicq; alia, inqt, claritas solis, alia claritas lunæ. Ne stellam & stellam totū humanæ multitudinis assereres genus, solem posuit & Lunam, quos certè inter hircos non poteris numerare. Sic, inquit, erit & resurrectio mortuorum, vt iusti in claritate solis luceant, & qui in sequenti gradu sunt, lunæ splendore rutilent, vt alius Lucifer sit, alius Arcturus, alius Orion, alius Mazuroth, & cætera stellarum vocabula, quæ sacratæ, In Iob volumine continentur. Omnes enim, ait, manifestari nos oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisq; quæ gessit per corpus, siue bonum siue ma-
2.Cor.5. lum. Ac ne forsitan dicas, ante tribunal Christi nos manifestari, vt boni bona, mali recipiant mala, in eadē epistola docet: Qui parcè seminat, par-
2.Cor.9. cè & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Certè & qui plus, & qui minus seminat, de parte sunt dextra, & cùm vnius sementis genus sit, tamen mensura & numero differunt. Scribit ad Ephesios idem Paulus: Vt no-
Ephes.3. ta fieret nunc principatibus & potestatibus in cœlis per Ecclesiam, multiplex & varia sapiētia Dei. Cernis quod in diuersis agminibus Ecclesiæ varia & multiplex sapientia Dei prædicetur? Nec
Ephes.4. non in eadem epistola. Vnicuiq; autem nostrum data est gratia iuxta mensuram gratiæ Christi: nō quod mensura Christi diuersa sit: sed tantùm gratiæ eius infunditur, quantum valemus haurire. *Tom.2.lib.2.contra Iouinianum.cap.13.*

SI autem pater & filius mansionem faciunt apud credentes: & vbi Christus hospes est, ibi nihil deesse existimas: puto, quod aliter Christus habitauerit in Corinthijs, aliter in Ephesijs, hoc est aliter in ijs, apud quos Paulꝰ Apostolus peccata mul-
Matth.11. Luc.7. ta deprehendit, & aliter in ijs, quib. sacramēta à sęculis ignorata disseruit, aliter in Tito & Timotheo, aliter in Paulo. Certè inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Vbi aūt maior dicitur, necesse vt cæteros habuerit minores. Et qui minimꝰ in regno cęlorū, maior est illo. Vides ergo qꝙ in cęlis sit maximꝰ & minimꝰ, & inter angelos quoque, & inter inuisibiles creaturas sit multiplex

Lucæ 17. multiplex & infinita diuersitas. Quare dicunt Apostoli: Domine auge nobis fidem, si omnium
Matth.14. vna mensura est? Et Dominus ad discipulum:
Hierem.31. Modice fidei quare dubitasti? In Hieremia quoque de futuro regno legimus: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriam domui Israel & domui Iacob fœdus nouum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris. Et posit paulum: Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam illam, & ero illis in Deū, & ipsi erunt mihi in populum, & non docebit vir vltra proximum suum, & vir fratrem suum, dicens: cognosce Dominum, omnes enim cognoscent me à minimo vsque ad maximum, perspicuè ex contextu illius loci, futurum Christi regnum describit, Propheta: & qua consequentia
Matth.5. ibi erit minimus & maximus: si omnes æquales futuri sint? vtique ea qua & in Euangelio dicitur: Qui docuerit, & fecerit, hic vocabitur maximus in regno cœlorum, qui autem docuerit
Lucæ 14. & non fecerit, erit minimus. In conuiuio Saluator præcipit, vt inferiorem occupemus locum: ne cum maior venerit, de superiori turpiter detrudamur. Si cadere non possumus, sed tantum per pœnitentiam subleuamur: quid sibi vult schala illa in Bethel per quam angeli descendunt atque ascendunt, qui de cœlis ad terram veGenes. 8. niunt? Certè inter oues & ad dexteram stabant, dum ibi essent. Angeli de cœlis descendunt, &
Securitatem præsumptuo. se promittit sibi hæretici. Iouinianus de eorum possessione securus est. Quis autem risum tenere queat in eo quod multas mansiones apud patrem, Ecclesias arbitretur in toto orbe diffusas, cum manifestim̄ scriptura doceat secundum Euangelium Iohannis, non de Ecclesiarum numero, sed de cœlorum mansionibus &
Ioan.14. æternis tabernaculis, quæ Propheta desiderat. Scriptura torta à Iouiniano. Domini fuisse sermonem? In domo inquit patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus, di-
Psal.83. xissem vobis, quia vado vobis parare locum: & si abiero & præparauero vobis locum, iterum veniam & accipiam vos ad me ipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis. Locus & mansiones quas præparare se dicit Christus Apostolis, in domo vtique sunt patris, id est, in regno cœlorum, non in terra, in qua præsens Apostolos relinquebat. Simulque sensus scripturæ intuendus. Dicerem inquit vo-
Proprijs operibus præparatus locus in cœlo. bis, quia vado & præparabo vobis locum, si non mansiones multæ essent apud patrem, hoc est, si non vnusquisque mansionem sibi non ex largitate Dei, sed ex proprijs operibus præpararet: & ideo non est meum parare, sed vestrum: quia & Iudæ nihil profuit paratus locus, quem suo vitio perdidit. Iuxta quem sensum & illud intelligendum, quod ad filios dicitur Zebedæi, quorum alMatth.20. ter à sinistris, alter cupiebat sedere à dextris: Calicem quidem meum bibetis, sedere autem à dextris meis siue à sinistris, non est meum dare vobis sed quibus paratum est à patre meo. Non est filij dare & quomodo patris est præparare? Paratæ inquit, sunt in cœlo diuersæ & plurimæ mansiones, plurimis diuersisque virtutibus, quas non personæ accipiunt, sed opera. Fruſtra ergo à me petitis, quod, in vobis situm est, quod pater meus illis parauit, qui dignis virtutibus ad tantam ascensuri
Ioan.15. sunt dignitatem. Porrò quod ait, Iterum veniam, & accipiam vos ad me ipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis: propriè ad Apostolos loquitur, de quibus & in alio loco scriptum: Vt quo modo ego &
Ioan.17. tu pater vnum sumus, sic & illi in nobis vnum sint qui crediderunt, qui perfecti sunt, qui possunt dicere, pars mea Dominus. Si autem non sunt plurimæ mansiones, quo modo & in veteri testamento & in nouo alium ordinem Pontifex tenet, alium Sacerdotes, alium Leuitæ, alium Ianitores, alium æditui? Et in volumine Ezechielis, vbi futuræ Ecclesiæ & cœlestis Hierusalem ordo describitur, sacerdotes qui peccauerant, regradantur in ædituos, & hostiarios, & cum sint in templo Dei, hoc est, à dextris, non sunt inter arietes sed inter minimas oues. In fluuio quoque illo, qui de templo egreditur, & irrigat salsum mare, & vniuersa, multæ species piscium describuntur. Quare in regno cœlorum archangeli sunt, angeli, throni, dominationes, potestates, Cherubim & Seraphin, & omne nomen quod nominatur non solum in præsenti sæculo, sed etiam in futuro? Sine causa diuersitas nominum est, vbi non est diuersitas meritorum. Archangelus vtique aliorum minorum est angelorum archangelus, & potestates & dominationes habent aliqua super quæ exerceant potestatem, & in quæ subiecta dominentur. Hoc in cœlis est, hoc in ministerio Dei, ne nos solito more irrideas atq; subsannes, si imperatores posuerimus, & præfectos, & comites, & tribunos, & centuriones, & manipulos, & reliquum militiæ ordinem. *Tomo.2.libr.2.contra Iouinianum cap.15.*

Ordo Ecclesiasticus diuersus in veteri testamento.
Ezech.40.
Degradatio sacerdotium
Diuersitas meritorum & mansionū in cœlo.

ILLVD autem quod ait: Nescitis quia corpora vestra templa sunt spiritus sancti: friuolum est; cum scriptura diuina soleat & vnum pluraliter & plura singulariter appellare: & tamen sciat in templo quoque ipso multas esse mansiunculas, esse exteriusatrium esse interius, esse vestibula, esse sanctum, esse sancta sanctorum, sunt & culinæ in templo, sunt & cellariola, sunt & torcularia, & vasorum receptacula, ita & in templo corporis nostri diuersa sunt merita. Neque æquè Deus omnes inhabitat, nec ad eandem mensuram omnibus infunditur. De spiritu Moysi ausertur, & septuaginta presbyteris datur. Puto aliam esse abundantiam fluminis, aliam riuulorum. Eliæ spiritus Elizeo duplex datus est: vnde & duplex gratia fecit signa maiora. Ille viuus mortuum, iste mortuus mortuum suscitauit: ille famem imprecatus est populo, iste & obsessæ ciuitati sub vna die hostiles copias præbuit. Licet hoc quod ait: Nescitis quia corpora vestra templa sunt spiritus sancti, de cuncta credentium dicat Ecclesia, qui pariter congregati, vnum Christi corpus efficiunt. Hic iam quæritur in corpore, qui pedibus Christi dignus sit, qui capite, qui oculus eius sit, qui manus. Quod & duæ mulieres in Euange-
Luc.7. lio, pœnitens & sancta significent: quarum altera pedes, altera caput tenet, tametsi nonnulli exiMatth.14. stimant vnam esse & quæ primum cœpit à pedibus, eam gradatim ad verticem peruenisse. Sed & illud quod objicit: non pro his rogo tantum, sed
Ioan.27. & pro illis, qui crediturisunt per verbum eorum in me, vt sicut ego pater in te, & tu in me vnum sumus, ita omnes vnum sint in nobis. Et quod omnis populus Christianus vnum sit in Deo, quasi filij charissimi diuinæ consortes naturæ, iam supra diximus, & nunc pleuius inculcandum est, non nos secundum naturam, sed secundum gratiam vnum esse in patre & filio. Neque enim eiusdem substantiæ est, (quod Manichæi solent dicere) anima humana & Deus. Sed dilexi inquit eos, sicut & me dilexisti. Videt ergo quod in con-

1.Cor.6.
Vt templi mansiunculæ diuersæ: sic in templo corporis nostri diuersa merita.
Num.11.
4.Reg.2.4.
3.Reg.17.
Manichæi docent animam humanam & Deū eiusdem esse substantiæ.

sortium substantiæ eius assumitur, non naturæ esse, sed gratiæ: & ideo nos diligit, quia filium dilexit, pater & membra diliguntur, scilicet in corpore. Quotquot enim receperunt Christum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Verbum caro factum est, vt nos de carne transiremus in verbum. Nec verbum desijt esse, quod fuerat: nec homo perdidit esse quod natus est, gloria aucta est, non mutata natura. Vis scire, quomodo cum Christo vnum corpus efficiamur? Doceat te ipse, qui condidit. Qui comedit carnem meam & bibit sanguinem meum, hic in me manet & ego in illo. Sicut misit me viuens pater & ego viuo propter patrem, & qui comedit me, viuit propter me. Iste est panis, qui de cœlo descendit. Sed & Ioannes Euangelista, qui de pectore Christi hauserat sapientiam in eadem verba concordat, dicens: In hoc intelligimus, quod in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. Si quis confessus fuerit, quoniam Iesus est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo est. Si credis in Christum, quo modo & Apostoli crediderunt: vnum cum eis in Christo corpus efficieris, si autem temerarium est fidem eorum tibi & opera vindicare, qui fidem eandem & opera non habes: eundem locum habere non poteris. Porrò quod iactitas, sponsam sororem, matrem, & omnia hæc vocabula vnius esse Ecclesiæ, cunctosque credentes his omnibus significari: contra te facit. Si enim vnus ordo Ecclesiæ est, & non habet plura membra in vno corpore: quid necesse est, vt sponsa soror vocetur & mater? Nisi aliorum sponsa aliorum soror, aliorum mater sit. Stant quidem omnes ad dexteram, sed alius stat vt sponsus, alius vt frater, alius vt filius. Filioli inquit mei, quos iterum paturio, donec Christus formetur in vobis. Putásne eiusdem esse meriti eos qui parturiuntur, & qui parturit? Vnde & stulte asserere voluisti, omnia membra æqualiter, æqualiter nos diligere, nec oculum præponere digito, nec manum auriculæ, sed in singulorum amissione membrorum dolorem esse communem, cum Apostolus doceat ad Corinthios alia membra esse honestiora, alia verecundiora, & quæ verecundiora sunt, maiore honestate circundari, quæ verò per se honesta, nostri animo indigere sollicitudine. Eiusdem ne ordinis arbitraris & meriti, os & aluum, oculos & meatus per quos fimus egeritur & vrina? Lucerna inquit corporis tui est oculus tuus. Si oculus cœcus fuerit, totum corpus in tenebris est; si digitum amputes, si summitatem auriculæ, est quidem dolor, sed non tantum damnum, nec tanta cum dolore deformitas, quanta si oculos eruas, trunces nares, os dissecas, sine alijs membris viuere possumus, sine alijs omninò non possumus. Sunt peccata leuia, sunt grauia. Aliud est, decem millia talenta debere, aliud quadrantem. Et de otioso quidem verbo & adulterio rei tenebimur: sed non est idem suffundi & torqueri, erubuscere & longo tempore cruciari. Putas nostrum esse quod loquimur? Audi Apostolum Iohannem: Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat & dabit ei vitam, peccanti nõ ad mortẽ, qui vero peccauerit ad mortem, quis orabit pro eo? Cernis quod si pro peccatis minoribus deprecemur, impetremus veniam, si pro maioribus difficilis impetratio sit & inter peccata, & peccata magnã esse distantiam. Vnde & de populo Israel quia peccauerat peccatum ad mortem, dicitur ad Hieremiam: Noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis deprecationem: & non obsistas mihi, quia non exaudiam te. Si autem omnes æqualiter & introimus sæculum, & eximus de sæculo; & hoc præiudicium futurorum est; ergo æqualiter & iusti, & peccatores habebimur apud Deum, quia nunc pari modo & generamur & morimur. Quod si duos esse contendis Adam, alterum terrenum, alterum cœlestem, & qui in terreno fuerint, eos esse à sinistra, qui verò in cœlesti, eos esse à dextris: Respondeo mihi iterum vt de duobus te fratribus interrogem: Esau in terreno fuit, an in cœlesti? Nulli dubium est, quin in terreno cum fuisse respondeas: Iacob in quo fuit? Dices protinus in cœlesti, & quo modo in cœlesti fuit, cum adhuc Christus non venisset in carne, qui secundus & cœlestis Adam dicitur? Aut igitur omnes ante incarnationem Christi in veteri reputabis Adam, & iusti quoque in terreno homine, & ad sinistram erunt inter hircos tuos: aut, si impium est ibi Isaac ponere, vbi Ismaël, ibi Iacob, vbi Esau, ibi sanctos, vbi peccatores, nouissimus Adam ex eo tẽpore numerabitur quo Christus est natus ex [virgine, & argumentum duorum Adam non proficiet ouibus & hædis tuis, quia in primo Adam & oues & hædos cõuincimus fuisse, & in vno atq; eodem homine alios à dextris Dei stetisse, alios à sinistris, ab Adam enim vsque ad Moysen, mors super omnes dominata est,] etiam super eos, qui non peccauerunt in similitudine præuaricationis Adam. *Tom. 2. lib. 2. contra Iouinianum, cap. 16.*

De eo autem quod niteris approbare conuicium & homicidium, raka & adulterium, & otiosum sermonem, & impietatem vno supplicio repensari, iam & supra tibi responsum est, & nunc breuiter respondebo. Aut peccatorem te negabis vt non sis reus gehennæ, aut si peccator fueris etiam de leui crimine duceris ad tartarum. Os iuquit quod mentitur occidit animam. Suspicor te aliquando vt hominem fuisse mentitum: omnis enim homo mendax, vt sit solus Deus verax & iustificetur sermonibus suis & vincat cum iudicauerit. Aut igitur homo non eris, ne mendax sis: aut, si quia homo es, mendax fueris, cum parricidis & adulteris punieris: nulla est enim inter peccata diuersitas, & non tibi habebunt tantas gratias quos de humili in sublime leuas, quantum irascentur, quos, propter leue, quotidianum quę peccatum in exteriores tenebras retrusisti. Si autem in persecutione, qui suffocatur, & qui decollatur, & qui fugerit, & qui in carcerem retrusus obierit, in varijs luctæ generibus vna corona victoriæ est, & hoc [p nobis facit. In martyre enim voluntas, ex qua ipsa mors nascitur, coronatur. Meum est, opponere me gentilium furori, & Dominum non negare. Iam in illorum arbitrio est, aut decollare, aut vrere, aut recludere in carcerem, aut varia adhibere genera pœnarum, quod fugero, & in solitudine obiero, nec eadem erit corona morientis, quia non eadem caussa mortis est Christus. Ad illud vero quod dicis inter eum fratrem, qui semper cum patre fuerit, & qui postea pœnitens est receptus, nihil penitus discrepare, adijcio, si vis, & drachmam vnam quæ perdita fuerat, & inuenta, iunctam esse cum reliquis,

Ioan. 1.

Quomodo cum Christo vnum corpus efficiamur.

Ioan 6.

Naturalis veritas & non tantum spiritualis corporis Christi quod vnicum Christo corpus efficimur per Eucharistiã.

1. Ioan 3.

Plura diuersa membra vnius corporis Ecclesiæ.

Galat. 4.

1. Cor. 12.

Matth. 6.

Matth. 12.

Alia peccata grauia alia leuia.

Ioan. 5.

Hiere. 7.

Magnitudo peccatorum impedit sanctorum intercessionẽ.

Exemplo Esau & Iacob, Adam terreni & cœlestis probat inæqualitatem meritorum.

Rom. 5.

Obiectioni respondet per dilemma, ex quo ἄτοπον colligit.

Sap. 1.

Psal. 115.

Rom. 3.

Luce 15.

quis, & ouem vnam, quam nonaginta nouem in deserto derelictis bonus pastor inquisiuit, & retulit, explesse numerum centenarium. Sed aliud est pœnitentem esse, & lachrymis veniam deprecari, aliud semper esse cum patre. Vnde per Ezechielem ad reportatam ouem & perditum quondam filium loquitur pastor & pater: Et suscitabo pactum meum tecum: & scies quia ego Dominus: & recordaberis & confunderis, vt non sit tibi vltra aperire os præ confusione tua, cum placatus fuero tibi in omnibus quæ fecisti. Vt nihil minus iusto habeant pœnitentes sufficit eis pro omni pœna sola confusio. Vnde & in alio loco dicitur ad eos. Et recordabimini viarum vestrarum pessimarum & omnium scelerum, quibus polluti eratis, & displicebitis vobis in cõspectu vestro, in omnibus malitijs vestris quas fecistis, & scietis quia ego Dominus, cum benefecero vobis propter nomen meum, & non secundum vias vestras malas, neque secundum scelera vestra pessima. Arguitur quoquè patre filius, quod saluti fratris inuideat, & cum angeli lætẽtur in cœlo, ille liuore crucietur. Quamquam duorum fratrum similitudo fugi & luxuriosi, non ad merita totius generis humani, sed vel ad Iudæi pertinent, Christianique personas, vel ad sanctorum & pœnitentium. Super qua parabola libellum quondã Damaso Episcopo, dum adhuc viueret dedicaui. Porrò si operarijs primæ horæ, & tertiæ, & sextæ & nonæ & vndecimæ vnus denarius redditur, & ab eis incipit præmium, qui nouissimè in vinea laborauerunt, & hic non vnius temporis, & vnius ætatis homines describuntur, sed ab exordio mundi vsq; ad finem: vocationum sacramenta sunt diuersarum. Prima hora vocatus est Abel & Seth, Tertia Enoch et Noe, Sexta Abraham Isaac, & Iacob: Nona Moyses & Prophetæ: Vndecima gentium populus cui primo reddi tur merces, quia in crucifixum credens Dominũ, difficultate fidei magnitudinem meruit prẽmiorum: multique reges & Prophetæ quæ fierunt videre quæ videmus, & non viderunt. Vnus autem denarius non est vnum præmium, sed vna vita, & vna de gehenna liberatio. Cæterum quomodo ad indulgentiam principalem, diuersorum criminum rei dimittuntur de carcere, & vnusquisq; pro labore vel operibus suis, in hoc vel in illo statu vita est: ita & denarius quasi indulgentia veri principis, omnes per baptismum emittit de carcere. Iam nostri laboris est, pro diuersitate virtutum diuersa nobis præmia præparare. *To. 2. lib. 2. contra Iouinianum, cap. 17.*

Volumvs opiparè comedere, vxorum adhærere complexibus, & in numero virginum & viduarum regnare cum Christo? Idem ergo habebit fames præmium, & ingluuies? sordes & mundiciæ, faccus & fericum? Lazarus recipit mala in vita sua, & dives ille purpuratus, crassus & nitidus, fruitus est carnis bonis, dum adhuc viueret, sed diuersa post mortem tenent loca miseriæ delicijs, & deliciæ miserijs commutantur, in nostro arbitrio est, vel Lazarum sequi vel ditem. *Tomo secundo, in Apologia ad Pammachium, capite 8.*

Si totum requiris ab omnibus, tollis rerum diuersitatem, & gratiaru distantiam & creatoris artificis varietatem, quam sacro Prophetа sonat carmine: Omnia in sapientia fecisti. Indignetur Lucifer, quare fulgorem lunæ non habeat. Luna super suis defectibus & labore causetur, cur annuum solis circulum singulis mensibus expleat. Sol quæratur quid offenderit, vt Lunæ cursu tardior sit. Clamamus & nos homunculi, quid causæ extiterit, vt homines, & non angeli facti sumus: quamquam magister vester ὁ ἀγαθός, de cuius hæc fonte procedunt, omnes rationales creaturas æquo asserat iure conditas: vt instar quadrigarum & curruum, de carceribus exeuntes, in medio spatio vel corruant, vel præteruolent, & ad optata perueniant. Elephanti tantæ molis, & Gryphes in sua grauitate causentur, cur quaternis pedibus incedant, cum muscæ, culicesque, &c. Huiusce modi animantia sub pennulis senos pedes habeant, & aliqui vermiculi sint, qui tantum pedibus scateant, vt innumerabiles simul motus nulla acies comprehendat. Dicat Marcion, & omnes hæretici qui creatoris operibus illudunt. Vestrum decretum hucusque perueniet, vt dum singula calumniantur manum injiciant Deo, cur solus Deus sit, cur inuiderit creaturis, vt non omnes eadem polleant malestate. Quod licet non dicatis (neque enim tam insani estis, vt apertè pugnetis Deo) tamen alijs verbis loquimini, rem Dei homini copulantes, vt sit absque peccato, quod & Deus est? Vnde Apostolus super diuersis intonans gratijs loquitur: Diuisiones donationum sunt, idem autem spiritus, & diuisiones ministeriorum sunt, sed idem Dominus, & diuisiones operationum sunt, vnus autem Deus qui operatur omnia in omnibus. *Tomo secundo, libro primo, Dialogorum aduersus Pelagianos, cap. 7.*

Mvltam esse distantiam animarum in Christo credentium demonstrat Canticum canticorum in quo scriptum est. Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ & adolescentulæ, quarum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea, proxima mea, de qua dicitur: Viderũt eam filiæ, & beatificant eam reginæ, & concubinæ, & laudant eam. Quæ ergo perfecta est, & sancta corpore & spiritu, & columba & proxima meretur vocari. Hæc est filia de qua supra dictũ est: Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. Quæ autem supergressæ sunt sex dies mundi & futura regna suspirant, reginæ appellantur. Si quæ vero circumcisionem quidem octauæ dici, sed adhuc non venit ad nuptias, hæc concubina vocitatur. Diuersa autem multitudo credentium, quę necdum potest sponsi copulari amplexibus, nec de eo liberos parere, adolescentula dicitur. *Tomo tertio, Epistola 140. ad Principiam, folio 398. fac. 1.*

Videntvr quidem iustè dicere, non æqualem debere esse mercedem eius, qui prima hora ad noctem vsque laborauerit, & eius, qui vna hora sit in labore versatus. Sed ista iustitia habet in se liuorem, cum alterius inuideat sollicitati *Tom 3. Epist. 146. ad Damas. fol. 411.*

Et iudicabit gentes, &c.] Ergo & inter gentes iudicandũ est, nec omnes increduli pari sententia condemnandi, sed pro diuersitate meritorum, diuersa pasturi sunt. *To. 4. lib. 1. Com. in cap. 2. Esaiæ, folio 7. facie 2.*

Isti igitur reges vniuersi requierunt in gloria sua: vnusquisq; in domo sua. Diuersæ quippe apud patrem sunt mansiones: & pro varietate virtutum, habitationum differentiæ. *To. 4. lib. 6. Com. in cap. 14. Esaiæ, fol. 68. fac. 2.*

Ezech. 16.

Ezech. 20.

Luce. 15.

Scopus parabolæ de filio frugi & prodigo.

Damasus Pontifex è vitio excessit ante Hieronymum.

Matth. 20.

Ab exordio mundi vsque ad finem vocationum diuersarum sacramenta.

Matth 13.

Pro diuersitate virtutũ diuersa præmia præparantur.

Luce. 16.

Gratiarum distantia & creatoris artificis varietas.

Psalm 103.

Marcionitæ creatores opẽ ribus illudunt.

Hominem Deo comparant Pelagiani. 1. Cor. 12.

Cant. 6.

Multa distantia animarum in Christo credentium.

Pro diuersitate meritorum sunt diuersa supplicia.

Ioan 14. Pro varietate meritorum habitationũ differentia.

Mensura certa præmiorũ & supplicior̃ apud Deum.

SICVT misericordia Domini in ponderibus est, atque mensura, sic & cruciatus ac supplicia habent mensuram suam: vt postquam tres anni transierint in quibus relinquetur paruus, & modicus, & nequaquam multus, tunc inglorius esse desistat. *Tom. 4. lib. 6. Com. in cap. 16. Esaiæ, fol. 74. facie 1.*

NON solum autem in supplicijs varietas est pro diuersitate meritorum, sed in bonorum quoque retributione, agni in dextera, & hœdi stant in sinistra eius. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 4. Ezechiel. fol. 340. fac. 2.*

Pro diuersitate meritorum varietas, est præmiorum vel suppliciorum

ET opera virtutum, quæ à lumbis ad superiora consurgunt splendorem habent atque fulgorem, & tamen nec ignis vsque ad pedes dicitur, nec splendor electri vsque ad caput, sed deorsum & sursum, vt tam in peccatoribus, quam in sanctis, pro diuersitate meritorum, alius vsque ad illud, & illud membrum: alius vsq; ad illa, & illa perueniat. Et quo modo sanctitudinis perfectionem tenent, ad verticem vsq; perueniunt, sic qui in peccatorum profundo sunt, plantas igneorum pedum tenere credendi sunt. *Tom. 4. libr. 3. Com. in cap. 8. Ezech. fol. 351. fac. 2.*

SICVT bonorum apud patrem diuersæ sunt mansiones, ita & Aegyptij suppliciorum diuersa iudicia. *Tom. 4. libr. 9. Com. in cap. 30. Ezechielis, folio 427. fac. 1.*

Inæquales creaturæ rationales.

SI omnes rationales creaturæ æquales sunt, & vel ex virtutibus, vel ex vitijs sponte propria, aut sursum eriguntur, aut in ima merguntur, & longo post circuitu atque infinitis seculis, omnium rerum restitutio fiet, & vna dignitas militantium: quæ distantia erit inter virginem & prostibulum? Quæ differentia erit inter matrem Domini, & (quod dictu quoque scelus est) victimas libidinum publicarum? Idem ne erit Gabriel & diabolus? Idem Apostoli & dæmones? Idem Prophetæ & pseudoprophetæ? Idem martyres & persecutores? Finge quod libet: annos & tempora duplicia & infinitas ætates congere cruciatibus: si finis omnium similis est, præteritum omne pro nihilo est; quia non quærimus quid aliquãdo fuerimus, sed quid semper futuri simus. Nec ignoro quæ aduersum hæc soleant dicere. & spem sibi ac salutem cum diabolo præparare. Verum non est istius temporis contra dogma peruersum & σύμφραγμα, diabolicum regnum docentium, & angelis publicè denegantium priuilegium, latius scribere. *Tomo. 5. Com. in cap. 3. Ionæ, fol. 141. fac. 1.*

Iol. 10.

IAM supra diximus, in lumbo coitum significari, & quod omnia opera quæ ad commixtionem pertineant, renum appellatione monstrentur. Grandes igitur in consummatione dolores erunt in renibus: quia draconis omnis virtus in lumbo est, & pro his omnibus propter quæ præcessit excussio, rediscussio, ebullitio, & cordis cõfractio, dissolutio genuum, dolores renum, erit facies omnium, quasi adustio ollæ: vt vel igni ardoriq; sit proxima, vel nitorem amittens olei nigrescat in carbonum similitudinem, & confusione operiatur æterna: à qua sanctus procul est dicens: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Reuelata enim facie gloriam Dei contemplatur. Et puto quod modo alia est gloria solis, alia lunæ, alia stellarũ, & stella, à stella differt in claritate: sic in resurrectione mortuorũ, & claritatis inter sanctos, & nigredinis inter peccatores magnam futuram esse distantiam. *Tom. 5. Com. in cap. 2. Nahum fol. 177. fac. 2.*

Psal. 4.

2. Cor. 3.

1. Cor. 15.

SED & iuxta intelligentiam spiritualem, hi qui de Babylone reuersi sunt, & necdum ædificauerunt templum Dei, sed ædificationem eius quotidie differentes dixerunt: Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ: nec captiui sunt, nec adhuc plena libertate donati, verum quasi in mœditullio quodam positi, seminauerunt multum, & intulerunt parum, comederunt & non sunt satiati: biberunt & non sunt inebriati: operuerunt se, & non sunt calefacti: congregauerunt merces, & quasi in pertusum marsupium mitterent, perdiderunt. Si quando videris inter multa opera peccatorum facere quempiam nonnulla quę iusta sunt. Non est tam iniustus Deus vt propter multa mala paucorũ obliuiscatur bonorum, sed faciet eum illa tantum metere, quę in bonam terrã seminauerit, & in sua horrea congregare. Qui autem penitus ἀπροσάρκως est, iste omninò non comedet, sed fame peribit. Porrò qui seminat multa & infert pauca, comedet parum & non in saturitatẽ, iuxta illud quod in maledictis Leuitici Dominus comminatur. Et comedetis & nõ saturabimini. Qui verò sanctus est, vsq; ad satietatem comedet, & explebitur in illo q̃ scriptũ est: Iustus comedens replet animam suam: Similiter qui penitus non bibit, siti peribit: sicut & in Iudith (si quis tamen vult librũ recipere mulieris) & paruuli siti perierũt. Qui autem parum bibit, bibit quidem, sed non vsq; ad ebrietatem. *Tom. 5. Com. in cap. 1. Aggæi. fol. 224. fac. 1.*

Hominum triplex diuersitas.

Leuit. 26.

Prou. 13.

Iudith. 12.

DOCTOR atque discipulus de tabernaculis Iacob: siue ille sacerdos sit, siue laicus, vna maledictione ferientur, & non erit in eis pœnæ diuersitas, in quibus peccata sunt paria. *Tom. 5. Com. in cap. 2. Malachiæ, fol 281. fac. 1.*

Vbi sunt paria peccata, vbi non est pœnæ diuersitas.

INEO Ioannes Prophetis cęteris maior est: quod quem illi prædicauerant esse venturũ, hic venisse digito monstrauit dicens: Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Et quia ad priuilegium prophetale etiam Baptistæ accessit præmium, vt Dominum suum baptizaret: inde infert meritorum ἀνάγνωσιν, faciens de Malachia testimonium, in quo etiam angelus prædicatur. *To. 6. lib. 2. Com. in cap 11. Matthæi. Cano 18 fac. 2.*

Priuilegia Ioannis multa præ aliis.

TOLLITVR talentum, & datur ei qui decem talenta fecerat, vt intelligamus, licet in vtriusque labore æquale sit gaudium Domini (hoc est, & eius qui quinque in decem duplicauerat, & eius qui duo in quatuor) tamen maius deberi præmium ei qui plus in Domini pecunia laborarit. Vnde dicit & Apostolus: Presbyteros honora, qui verè presbyteri sunt: maximè qui laborant in verbo Dei. *Tom. 6. lib. 4. Com. in cap. 25. Matthæi. Cano. 56. fac. 2.*

Maius præmium debetur plus laboranti.

COHORTATVR eos ad studium perseuerantiæ, qui in hac vita mercedem boni operis expectant nescientes, quia sicut in semine aliud fationis, aliud messis est tempus: sic & in præsenti vita, fementem esse opera (quæ vel in spiritu vel in carne metantur) messem vero futurum iudicii, & pro qualitate vel diuersitate fementis, diuersas nos facere messuras, centesimum & sexagesimũ, & tricesimum fructum, quam segetem nemo potest metere deficiens. Qui enim perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Sicut & alio loco præcipitur: Esto non deficiens: Quale est autem vt cum peccatores quotidie in malis operibus

Pro qualitate vel diuersitate sementis diuersas facimus messuras.

Matth. 10.

Esa. 5.

Prouer. 3.

operibus angeantur, nos in bono opere lassemur? *Tom. 6. lib. 3. Commentariorum, in cap. 6. ad Galatas fol. 157. facie 2.*

ET quomodo alia est gloria solis, alia lunæ, alia stellarum (Stella quippe à stella differt in gloria) sic & resurrectio mortuorum. De qua & Daniel pari voce concordat dicens: Plurimi dormientium de terræ puluere surgent, hi in vitam æternam, & hi in opprobrium & in confusionem æternam. Et intelligentes fulgebunt sicut splendor firmamenti, & de iustis multi sicut stellæ in sempiternum. Neque enim in sole & luna firmamento & stellis, circumcisio aliquid valet aut præputium, sed est noua conditio sine his partibus corporũ quæ possunt secari. Ita igitur & nos, qui diligimus Deum & præparata sunt nobis quę nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, cum de corpore humilitatis transformati fuerimus in corpus gloriæ Domini Iesu, Christi, illud habebimus corpus, q̃ nec tuã uus possit incidere nec eum præputio custodire gentilis. Non quod aliud iuxta substantiam sit, sed quod iuxta gloriam sit diuersum. Oportet enim mortale hoc induere immortalitatem, & corruptiuum hoc incorruptione vestiri. Huic quid simile & beatus Euangelista Iohannes sentiens est locutus: Charissimi, nunc Dei filij sumus, & necdum manifestum est quid futuri simus. Scimus quia si manifestum fuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicut ipse est. *Ibidem, fol. 159. fac. 1.*

Daniel. 12.

Esaiæ 6.

Corpora nostra post resurrectionem eadem erunt quantum ad substantiam sed diuersa iuxta gloriã. 1. Cor. 15. 1. Ioan 3.

Antipophora.

QVAERITVR quomodo vna spes vocationis sit, cum apud patrem diuersæ sint mansiones. Ad quod, vnam spem vocationis, regnum cœlorum, quasi vnum bonum Dei patris esse dicemus, & in vna domo varias mansiones. Alia enim gloria solis, alia lunæ, alia stellarum. *Tomo. 6. libr. 2. Com. in cap. 4. ad Ephes fol. 176. fac. 2.*

1. Cor. 15.

Quindecim gradus diuersitates in templo. Ioan. 14. & Lucæ 13.

QVICVNQVE adhuc in imo gradu est, respicit altissimum gradum decimum quintum. Quicunque in quinto decimo fuerit, iam iuxta templum est: & illud templum, cuius nunc ruinas videmus offendit Dominum suum. Et quid dixit Dominus? Surgite, abeamus hinc. Et quid dicit in alio loco? Relinquetur vobis domus vestra deserta. Dominus egressus est, & templũ corruit. Hoc igitur templũ in circuitu quindecim gradus habet. Signa aliqua videmus: numerate & videbitis ita esse, vt dicimus. Leuitæ igitur & sacerdotes vnusquisq; secundum ordinem stabat in gradibus. Verbi causa: Qui pontifex erat, stabat in primo gradu, hoc est in quinto decimo gradu furtum. In secundo vero gradu stabant sacerdotes, & in ipsis sacerdotibus erat diuersitas. In tertio rursum minores stabant. In quarto rursum stabant Leuitæ, & inter Leuitas erat multa diuersitas: quicunq; erat extremus, ille in nouissimo gradu erat. Considerate quoniam terrenum hoc templum cœlestis templi figura est: Stella enim à stella differt in claritate, ita & resurrectio mortuorum. Fœlix qui in quintodecimo gradu in cœlesti Hierusalem & in templo esse meruerit. Tamen quia illud grãde est & illud puto esse Apostolorũ, martyrum sanctorum: nos oremus, vt saltẽ in vltimo gradu templi Domini esse mereamur. In diuersis quidẽ stant gradibus: sed vnum Psalmum in laudes Domini canunt. Diuersa loca sunt: sed vna laus Domini. Hoc quod diximus de cœlesti Hierusalem, nunc iterũ in isto seculo constituti puto diebus omnib. exerceri. Alius nostrum in primo gradu est, non desperet secundum: qui in secundo gradu est, nõ desperet tertiũ. Fœlices martyres, quorum multi de nouissimo gradu in primũ gradum ascendere meruerunt. Qui viuit in isto sęculo, non potest statim de primo ad summum conscendere. Non debemus igitur cõtenti esse primo gradu, semper debemus ad maiora conari. Nec qui in nouissimo est, desperet primum, nec qui in primo est debet esse securus: potest enim cadere in vltimum. *Tom. 7. Com. in Psal. 119 secundæ expos. fol. 187 fac. 2.*

Articulus VII. Meritis vnius alteri prodesse.

IN Gabaon, vrbe vsque ad solum diruta, paulum subsistit, recordata peccati eius, & concubinæ in frusta diuisæ, & tribus Beniamin trecẽtos viros propter Paulum Apostolum reseruatos. *Tom. 1. Epist. 7. ad Eustochium, cap. 3.*

Trecenti viri reseruati à posteris propter vnius Apostoli reuerentiam.

QVOD si te rei familiaris tenent reliquiæ, vt scilicet & mortes amicorum & ciuium videas, & ruinas vrbium atque villarum: saltem inter captiuitatis mala & feroces hostium vultus, & prouinciæ tuę infinita naufragia, teneto tabulã pœnitentiæ, & memento conseruæ tuæ, quæ tuã quotidie suspirat, nec desperat saltem. Tu vagaris in patria immo non patria, quia patriam perdidisti: ista pro te in locis venerabilibus resurrectionis, & crucis, & incunabulorum Domini Saluatoris, in quibus paruulus vagijt, tui nominis recordatur: teq; ad se orationibus trahit, vt si non tuo merito saltem huius salueris fide. Iacebat quondã Paralyticus in lectulo, & sic erat cunctis artubus dissolutus, vt nec pedes ad ingrediendum, nec manus mouere posset ad precandum, & tamẽ profertur ab alijs, & restituitur pristinæ sanitati, vt portaret lectulum, qui dudum portabatur à lectulo. Et tegitur absentem corpore, præsentem fide, offert conserua tua Domino Saluatori, & dicit cum Cananęa: filia mea male vexatur à demonio. *Tom. 1. & epist. 46. ad Rusticum, cap. 5.*

Lucæ 6. Docet, duobus scripturæ exemplis fidei & meritis vnius alteri posse prodesse.

Matth. 15.

OBSECRO, quicunque hæc legis, vt Hieronymi peccatoris memineris, cui si Dominus optionem daret, multo magis eligeret tunicam Pauli cum meritis eius, quam regum purpuram cum pœnis suis. *Tom. 1. in vita Pauli Eremitæ, fol. 108, facie 2.*

Hieronymus petit aliorum precibus intercessionem.

Paul. eremitæ meritum ex petit Beatus Hieronymus

IN multis regibus legimus de stirpe Dauid, quod non suo merito, sed Dauid patris virtutibus conseruati sint, qui fecerit placitum in conspectu Dei. *Tomo. 2. libr. 2. Dialog. aduersus Pelagian. cap. 8. fol. 258.*

Multi reges de stirpe Dauid Dauidis patris virtutibus conseruati

CVMQVE de eo tanta dicantur, non timuit, necessitate cogente, quæ Domino consecrarat regi offerre Assyrio: Diciturque ad eum: Ego custodiam ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid seruum, non propter te, quia superiora fecisti, quando centum octaginta quinque millia exercitus Assyriorum, angelo cædente, prostrata sunt. *Ibidem fac. 2.*

Hoc exemplum sæpè amplificat Chrysostomus.

Esaiæ 37. Propter Dauidem parce regi vrbi ciuitati.

SED considerandum est, scriptura quid dicat: Qui operatur terram suam, quæ propriè iuris sui est, de qua nunquã eijci potest, secundum quem sensum, & illud scriptũ est: Redẽptio animæ viri propriæ diuitiæ. Et hoc secundum literam sentiri nõ potest, quanti enim alienis amicorũ q; redimuntur pecunijs? *To. 3. epist. 129. ad Dardan. fol. 270.*

Proverb. 13. Vultorum autem alienis amicorũ pecunijs redimuntur.

QVOD autem dicit Assyrium recessurum, nec lauaturum contra Hierusalem clypeum, nec iacula missurum, neque vrbem munitionibus, &

Memoria patris Dauid defuncti conseruat posteros.

aggere esse vallandam, aduersariumq; per viam, qua venerat reuersurum, & liberandam ciuitatem obsidione præsenti, & ad extremum infert: propter me, & propter Dauid seruum meum: illud significat, quod non merito suo, sed Dei clementia conseruentur, immo patris eorum Dauid memoria. In quo admonentur & suæ negligentiæ, & illius fidei atque iustitiæ, quod in tantum iustitiam diligat Deus, vt etiam posteros sanctorum hominum, non suo merito, sed maiorum virtute tueatur. *Tom. 4. lib. 11. Com. in cap. 37. Esaiæ, fol. 128. fac. 1.*

Posteros sanctorum maiorum virtute tuetur Deus

Exod. 32.

IPSE recordatus est antiquorum dierum, quãdo pro eis Moyses in eremo deprecatus est dicẽs: Aut dimitte eis hanc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Veteris igitur Esaias recordatus historiæ dicit: vbi est ille Moyses qui eduxit eos de mari rubro? Vbi est pastor ouium? Vbi ille qui cum cæteris pastoribus gregis Domini laborauit? Qui impetrauit, & posuit spiritum Dei oratione & precibus in grege Domini? *Tom. 4. lib. 17. Commentariorum, in cap. 63. Esaiæ, fol. 210. fac. 1.*

Exod. 14. Moysis intercessio aliis profuit.

INFERT similitudinem & comparationis exemplum, quo doceat vnumquemque suo perire peccato, & etiam si peccantium plurima sit multitudo, vnum iustum cunctorum vitio non perire. Si quis ait, in botro & vua, quę ad maturitatem peruenire non potuit, & acessentes attulit fructus, vel aliquo aëris ac terræ corrupta est vitio, vnum granum reperit ille sum, quod spem habeat adhuc maius fieri, & ad maturitatem solitam peruenire: Dicat alteri: ne tangas illud, sed dimitte vt crescat, quia benedictio Domini est: vt in tanta acinorum multitudine solum euaderet siccitatem: Sic inquit, de Iudæorum innumerabili multitudine, quæ offendit Deum, si paucos iustos inuenero, liberabo eos de interitu plurimorum. Et hoc faciam propter seruos meos Abraham, Isaac & Iacob, ad quos facta est repromissio, siue propter eos, qui inter plurimos peccatores seruiunt mihi. Tale quid & in Genesi legimus, quando de quinquaginta vsque ad decem paulatim quęruntur iusti, qui de peccato liberẽt ciuitatem: & Loth de Sodomis cum filiabus suis solus iustus eripitur. De quo in catholica Epistola scribitur: quod cruciaretur anima ipsius videntis nefanda committi & animæ iudicium, corporis habitudine demonstraret. Enoch quoque inter peccantium plurimam multitudinem solus raptus ad Deum est. Et Noë cum liberis suis propter declinantem omnem carnem à Domini seruiture, diluuium delere non potuit. Sed Abraham de igne Chaldeorum, fidei integritate seruatus est. In quem sensum & Hieremiæ verba ex persona Domini dicentis consentiunt: Quasi calidum in deserto, inueni Israel cum occisis gladio. Cum enim inquit, omnis mundus idololatrię gladijs vulneratus iaceret exanimis, inueni Israel in Abraham habere calorem fidei: quasi medicus qui post prelium, inter cadauera mortuorum, vbi quem senserit pulsantibus venis aliquid habere vitale, adhibet curam vulneribus, vt restituat sanitatem. *Tom. 4. libr. 18. Com. in cap. 65. Esai. fol. 216. fa. 2.*

Pulcherrima similitudo.

Plurimis exemplis scripturæ docet iustorum etiam defunctorum merita aliis prodesse.

Genes. 18. Ibid. 19.

2. Pet. 2.

Genes. 5.

Ibid. 7.

Ibid. 11.

Hierem. 31.

SAEPE legimus, quod propter sanctos patres filiorum misereatur Deus. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 2. Esaiæ. fol. 233. fac. 1.*

Generalis regula.

ET dedisti eis terram hanc, quam iurasti patribus eorum vt dares eis, Abraham videlicet, Isaac & Iacob. Ergo non suo merito terram repromissionis, sed patrum accipere virtutibus. Terram fluentem lacte & melle. Necdum enim solidum poterant cibum capere, sed melle & lacte nutriebantur infantiæ. Vel certè lacte & melle, rerum omnium vbertate & abundantia. *To. 4. lib. 6. Com. in cap. 32. Hieremiæ fol. 304. fac. 1.*

Heb. 5. Patrum defunctorum virtutibus terram repromissionis acceperunt filij Israel.

MELIVS est, vt supra diximus, exhortationem hanc in qua scriptum est: Conuertimini & agite pœnitentiam super persona accipere Iudęorum, quos non vult mori, & quibus nunc loquitur: quare moriemini domus Israel, qui habetis patres Abraham, Isaac & Iacob: de quibus scriptum est: Deus viuorũ & non mortuorum. Cur vestro vitio moriemini qui patrum merito, & mea debitis viuere misericordia? *Tom. 4. libr. 6. Com. in cap. 18. Ezechielis, fol. 387. fac. 1.*

Marc. 12. Patrum mẽritis & Dei misericordia viuunt Israelitæ.

FILIVM patri Deus rogatus indulget, & frater sæpè fratris oratione seruatur. Apostolus autem totius Ecclesiæ precibus conceditur, ob eorum qui eum audituri sunt vtilitatem. Et hoc donum non tam in eum dicitur esse qui differtur à martyrio ad martyrium præparatus, quam in eos ad quos Apostolus mittitur. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 1. Philemon. fol. 216. fac. 1.*

Frater fratris oratione seruatur, & Apostolus totius Ecclesiæ precibus conceditur.

Caput decimum, De prædestinatione & prescientia Dei.

Caput decimum, quod nouissimè accesit id ideoq; in initio libri nonem capitum tantum facta fuit mentio, erat quidem Prædestinatio iuxta ordinem Pauli ad Romanos conungenda cum iustificatione, hoc est capite quinto, verumaum hæc postremo loco collecta & digesta sint, aliter disponi commodè non potuerunt.

Articulus I. Iusta & occulta Dei iudicia non iniquirenda quibus nobis ignota, & soli Deo cognita.

QVOENE præterij, quod vel præcipuum est. Dum esses paruula, & sanctæ beatæ memoriæ Anastasius Episcopus Romanam regeret Ecclesiam, de orientis partibus hæreticorum sæua tempestas simplicitatem fidei quę Apostoli voce laudata est polluere & labefactare conata est, sed vir ditissimæ paupertatis, & Apostolicæ sollicitudinis, statim noxium perculit caput, & sibilantia hydræ ora cõpescuit. Et quia vereor, immo rumore cognoui in quibusdam ad huc viuere, & pullulare venenata plantaria, illud te pio charitatis affectu prænotendam puto, vt sancti Innocentij, qui Apostolicæ cathedræ, & supra dicti viri successor & filius est, teneas fidem nec peregrinam, quamuis tibi prudens callidaq; videaris, doctrinã recipias. Solent enim huiuscemodi per angulos musitare, & quasi iustitiã Dei quærere: Cur illa anima in illa, alia in illa est nata prouincia? Quid causæ extitit, vt alij de Christianis nascantur parentibus, alij inter feras & fœuissimas nationes, vbi nulla Dei notitia est? Cumq; hoc quasi scorpionis ictu simplices quosque percusserint, & fistulato vulnere locum sibi fecerint, venena diffundũt. Putásne frustra infans paruulus & qui vix matrẽ risu, & vultus hilaritate cognoscat, qui nec boni aliquid fecit nec mali, dæmone corripitur, morbo opprimitur regio, & ea

Diuinæ iustitiæ & prædestinationis occultaratio non scrupulosè est inuestiganda.

& ea sustinet, quæ videmus impios homines non sustinere, & sustinere Deo seruientes? Si autem iudicia sunt, inquiunt, Domini vera iustificata in semetipsis, & nihil apud Deum iniustum est: ipsa ratione compellimur, vt credamus animas fuisse in cœlestibus, & præter quædam antiqua peccata damnatas in corporibus humanis, & vt, ita loquamur, sepultas, nosque in valle lachrymarum pœnas luere veterum peccatorum, vnde & Propheta dicit: Priusquam humiliarer, ego peccaui. Et: Educ de carere animam meam. Et: Iste peccauit, vt cœcus ex vtero nasceretur, an parentes eius? & cætera, his similia. Hæc impia & scelerata doctrina olim in Aegypto, & orientis partibus versabatur, & nunc absconditè & quasi in foueis viperarum apud plerosq; versatur, illarumque partium polluit puritatem & quasi hæreditario malo serpit in paucis vt perueniat ad plurimos, quam certus sum, quod si audieris, non recipias. Habes enim apud Deum magistras, quarum fides norma doctrinæ est. Intelligis quid loquar. Dabit enim tibi Deus in omnibus intellectum, nec statim aduersum fœuissimam hæresim & multo his nequiora, quæ dixi, responsionem hominis flagitabis: ne non tam prohibuisse merear, quam commonuisse: cum præsentis operis sit instruere virginem, non hęreticis respondere. Cæterum omnes fraudulentias eorum & cuniculos, quibus nituntur subuertere veritatem, in alio opere, Deo adiuuante, subuertimus; quod si volueris, promptè libenter quę mittemus: vltroneas enim, aiunt, putere merces, & pretia facilitate decrescunt, quæ semper in raritate maiora sunt. *Tom. 1. Epist. 8. ad Demetriad. cap. 9.*

@ vigeniſſas Platonicos inſtelligit.

Pſal. 118.

Pſal. 141.

Ioan. 9.

PORRÒ si quæris, cur insans à dæmone corripiatur, qui peccata non habuit, aut in qua ætate resurrecturi sumus, cum diuersa ętate moriamur ingratis suscipies, iudicia Dei aby ssus multa. Et: O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? Aetatum autem diuersitas non mutat corporum varietatem, cum enim corpora quotidie nostra fluant, & aut crescant aut decrescant, ergo tot erimus homines, quot quotidie commutamur: aut alius fui, cum decem annorum essem, alius cum triginta, alius cum quinquaginta, alius cum iam toto cano capite sum? Igitur iuxta Ecclesiarum traditiones, & Apostolum Paulum, illud est respondendum: quod in virum perfectum, & in mensuram ętatis plenitudinis Christi resurrecturi sumus, in qua & Adam ludæi conditum autumant: & Dominum saluatorem legimus surrexisse: & multa quæ de vtroque testamento in suffocationem hæretici protuli. Exquo dicita cœpit hominem detestari, & omnes, qui eiusdem dogmatis erant, vt eos voce publica hostes Domini proclamaret. Et hæc dixi, non vt breuiter hęresim confutarem, cui multis voluminibus respondendum esset sed vt fidem tantæ fœminæ ostenderem, quæ maluit inimicitias hominum subire perpetuas, quã Dei offensam amicitijs noxijs prouocare. *Tom. 1. Epistol. 27. ad Eustochium cap. 12. p.*

Indicia Dei abſcondita non curioſè animis ſcrutanda.

Ephes. 4.

In menſuram ætatis plenitudinis Chriſti ſumus reſurrecturi.

SED quo modo sit carnis fragilitas differenda, ipso, qui scripsit, docente, discamus. Interroga eum, quare dixerit: Non enim quod volo, hoc operor, sed quod odi malum illud facio. Quæ necessitas illius impediat voluntatem, quę tanta vis odio digna imperet facere, vt non, quod vult, sed quod odit & non vult, facere compellatur? Respondebit tibi: ô homo, tu quis es, qui respõdeas Deo? nunquid dicit figmentum figulo, quare me feciſti sic? An non habet potestatem figulus luti, de eadem massa aliud quidem vas facere in honorem, aliud autem in contumeliam? Obijce Deo fortiorem calumniam, quare adhuc, cum in vtero essent Esau & Iacob, dixerit: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Accusa eum iniquitatis, cur Acham, filius Charmi de Hierichuntina præda aliqua furatus sit, & tanta millia hominum illius vitio trucidata sint. Quamobrem filij Eli peccauerint, & omnis penè populus extinctus, arcaq; sit capta. Dauid peccauit, vt enumeraret populũ, & cur in toto Israele tanta hominũ cæsa sint millia. Et ad extremum, quod solet nobis obijcere contubernalis vester Porphyrius, qua ratione clemens & misericors Deus ab Adam vsq; ad Moysen, & à Moyse vsq; ad aduentum Christi, passus sit vniuersas gentes perire ignorantia legis, & mãdatorum Dei. Neq; enim Britannia fertilis prouincia tyrannorum, & Stoicæ gentes, omnesq; vsque ad Oceanum per circuitum Barbaræ nationes Moysen Prophetasq; cognouerant. Quid necesse fuit eum in vltimo venire tempore, & non prius, quam innumerabilis periret hominũ multitudo? quã quæstionem beatus Apostolus ad Romanos scribens prudentissimè ventilat, ignorans hęc, & Dei cõcedens scientię. Dignare igitur & tu ista nescire, quę queris. Concede Deo potentiam sui, nequaquam te indiget defensore. *To. 2. aduersus Pelagium ad Ctesiphontem cap 4. fol. 266. fac. 2.*

Rom. 9.

Malach. 1.

Iosu. 7.

2. Reg. 24.

Porphyrij obiectio contrà Christianos.

Rom. 9.

A me sententiæ & dispositionis Dei causas requiris: Respondet stultæ interrogationi tuæ liber Sapientię. Altiora te ne quęsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Et alibi: Noli esse sapiens multũ, & noli argumentari plus quã oporteat. Et in alio loco: In sapientia & in simplicitate cordis quærite Deũ. Ac ne fortè huic volumini contradicas, audi Apostolum Euangelica clangentem tuba: O altitudo diuitiarum sapientię & scientię Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? Istæ sunt quæstiones, de quibus & in alio loco scribit: Stultas autem & ineruditas quæstiones deuita, sciens quoniam lites generant. Et Ecclesiastes, de quo certè libro nulla est ambiguitas: dixi, inquit, sapiens efficiar, & ipsa longe facta est à me. Profunda profunditas, quis eam inueniet? A me quæris, quare figulus aliud vas fecerit in honorem aliud in contumeliam: & non vis acquiescere Paulo pro suo Domino respondenti? O homo, & tu quis es? qui respondeas Deo? *Tom. 2. lib. 1. Dialogor. aduersus Pelagianos cap. 10. fol. 278. fac. 1.*

Eccleſ. 3.

Eccleſ. 7.

Sap. 1.

Rom. 11.

Quæſtiones profundæ quæ intellectum abſorbeant vitandæ.

2. Tim. 2.

Eccleſ. 7.

Rom. 9.

QVAERITVR curcum Vrias filius Semei de oppido Cariathiarim eadem, quæ Hieremias prophetarit, timore perterritus fugerit in Aegyptum, & inde retractus occisus sit, Hieremias potuerit euadere: qui certè non fugerat, sed audacter in priori sententia perseuerans, liberatus sit, tam vulgi principumq; iudicio, quam consilio seniorum aduersum accusatores, sacerdotes & pseudoprophetas. Ad quod breuiter respondendum: nequaquam Dei sciri posse iudicium, dum eadem causa eademq; sententia alius punitur & alius liberatur, nisi fortè hoc respõdere possumus

Dei iudicia non poſſunt ſciri.

Non oportet Deo obijcere calumniam.

quod Vrias in condemnationem accusatorum & populi trucidatus sit: Hieremias autem reseruatus iudicio Dei, vt reliquijs infœlicis populi prædicaret, & eos retraheret ad pœnitudinem. Quod quidem & in Apostolorum actibus legimus: Iacobum Apostolum statim Herodis pertulisse sententiam, & martyrio coronatum: Beatum autem Petrum, & cæteros Apostolos doctrinæ Domini reseruatos. Et animaduertenda constantia prophetalis, quod ne de Aegypto quidem retractus Vrias mutauerit sententiam: sed videns sibi intentari mortem, nihilominus sit locutus quæ præceperat dominus. Quodque timuit & fugit, & ingressus est Aegyptum: non infidelitatis, sed prudentiæ indicium est: ne frustra nos offeramus periculis. Alioquin Dominum Saluatorem de manibus persequentium lapsum legimus, & præcipientem Apostolis: Cum vos persecuti fuerint in hac ciuitate, fugite ad aliam. *Tomo quarto, libro quinto, Commentariorum, in cap. 25. Hieremiæ, folio 289. facie 1.*

Temere nemo se debet periculis offerre. Lucæ. 4. Ioan. 8.

Matth. 10.

SED est dicendum, quod ex præscientia & prædestinatione Dei iam ea facta sunt quæ futura sunt. Qui enim electi sunt in Christo ante cõstitutionem mundi, in prioribus sæculis iam fuerunt. *Tom. 5. Commentariorum, in cap. 1. Ecclesiast. fol. 3. facie 1.*

Futura sunt præterita secundum Dei prædestinationem.

QVOD autem ait: Noli quærere amplius, ne turberis, siue ne obstupescas: Mentem nostram scit perfectam comprehendere non posse sapientiam, & mensuram fragilitatis nostræ, iubet nos scire debere. Deniq; & Paulus ei, qui plus quam homo scire cuperet, requirebat, dicens ei: Quid adhuc queritur. Voluntati enim eius quis resistit? Respondit; O homo tu quis es qui respondeas Deo, &c. Si enim causas quæstionis, ille qui interrogans introducitur, audisset ab Apostolo: stupore forsitan torpuisset, & gratiam sensisset inutilem. Quia est donum quod non profit ei cui datum est, iuxta eundem Apostolum. *Tom. 5. Com. in cap. Ecclesiast. fol. 18. fac. 2.*

Rom. 9.

Mens turbatur & obstupescit ad profunda Dei iudicia.

QVAERIT causas rationesque rerum, quare hoc vel illud factum sit, & quare mundus varijs gubernetur euentibus, cur alius cœcus, alius debilis, alius videns nascatur & sanus, hic paupertatem habeat, ille diuitias, iste sit nobilis, ille inglorius: Nihil aliud proficit, nisi in sua tantum quæstione torqueri, & disputationem pro tormento habere, nec tamen inuenire quod quærit. Et cum hæc dixerit se cognouisse, tunc ignorationis habere principium, & in profundo errore versari: subostendit tamen esse causas rerum omnium & iustitiam: quare vnum quodq; sic fiat: sed in occulto eas latere, & non posse ab hominibus comprehendi: *Tom. 5. Commentariorum, in cap. 8. Ecclesiastis, fol. 22. fac. 2.*

Disputationem pro tormenta habet qui abscondita Dei inuestigat.

NEC solum de peccatore, sed de eo quoque qui gratiam non habet spiritualem, id est, prophetiæ ac doctrinæ & interpretationis, maiorumque charismatum, hoc dicendum est, quod huiusmodi homo si voluerit de elementorum causis, fideiq; suæ reddere rationem, & quare Deus qui bonus & creator est omnium, ad solos tantum Iudæos venerit, & in vltimo iam sæculo vocauerit nationes: non habeat secum bonos Dei sermones, sed de propria imperitia etiã quæ bona sunt Dei verba contaminet, quę verba rectè ambulãt, & rectas aures requirunt. Et hæc quidem Dominus præcipit populo successori, & Ecclesiæ de gentibus congregatæ ne insultet generationi pristinæ, & aliena sit ab opprobrijs insultando. *Tom. 5. lib. 1. Com. in cap. 2. Michææ. fol. 150. fac. 1.*

Cur ad solos Iudæos primo Christus venerit, & postremo vocauerit gentes nimis profunda quæstio omittenda.

QVAERAT prudens lector, & dicat: Si Tyrus & Sydon, & Sodoma potuerunt agere pœnitentiã ad prædicationem Saluatoris, signorumq; miracula, non sunt in culpa, quod non crediderunt: sed vitium silentij in eo est, qui acturus pœnitentiam noluit prædicare. Ad quod facilis & aperta responsio est: ignorare nos iudicia Dei, & singularum dispensationum eius sacramenta nescire. *Tom. 6. lib. 2. Com. in cap. 11. Matthæi. Cano. 20.*

Nos Dei iudicia ignoramus.

VENITE Benedicti patris mei, &c. Hoc iuxta præscientiam Dei accipiendum, apud quem futura iam facta sunt. *Tom. 6. lib. 4. Com. in cap. 25. Matthæi. Cano. 57. fac. 1.*

Apud Deũ futura sunt præterita.

OCCVLTA sunt iudicia Dei, & temerarium est, quasi de certo pronunciare quod dubium est. *To. 6. lib. 1. Com. in cap. 1. ad Philemonem. 215. fac. 1.*

Articulus II. Merita præcedentia non sunt causa prædestinationis.

IN libro quoque tertio hæc vitia continentur. Sin autem semel recipimus, quod ex præcedentibus causis aliud vas in honorem, aliud in contumeliam sit creatum: cur non recurramus ad animæ arcanum, & intelligamus eam egisse antiquitus, propter quod in altero dilecta, in altero odio habita sit, antequam in Iacob corpore supplantaret, & in Esau planta teneretur à fratre? Et iterum: Vt autem aliæ animæ fierent in honorem, aliæ in contumeliam, materiarum caussarumque merita præcesserunt. Et in eodem loco. Iuxta nos autem ex præcedentibus meritis, vas quod in honorem fuerit fabricatum, si non dignum vocabulo suo opus fecerit, in alio loco & sæculo fiat vas contumeliæ: & rursum vas illud, quod ex anteriori culpa contumeliæ nomen acceperat, si in præsenti vita corrigi voluerit, in noua creatione fiet vas sanctificatum, & vtile Domino, in omne opus bonum paratum. Statimque subiungit: Ego arbitror posse quosdam homines à paruis vitijs incipientes, ad tantam nequitiam peruenire, si tamen noluerint ad meliora conuerti, & pœnitentia emendare peccata, vt & contrariæ fortitudines fiant, & rursum inimicis contrarijsq; virtutibus, in tantum quosdam per multa tempora vlueribus suis adhibere medicinam, & fluenta prius delicta constringere, vt ad locum transeant optimorum. Sæpiùs diximus, in infinitis perpetuisque sæculis, in quibus anima subsistit, & viuit, sic nonnullas earum ad peiora corruere, vt vltimum malitiæ locum teneant, & sic quasdam proficere, vt de vltimo malitiæ gradu ad perfectam veniant consummatamque virtutem. Quibus dictis conatur ostendere, & homines, id est, animas posse fieri dæmones, & rursum dæmones in angelicam redigi dignitatem. Atque in eodem volumine. Sed & hoc requirendum, quare humana anima, nunc ab his, nunc ab alijs virtutibus ad diuersa moueatur. Et putat quorundam, antequam venirent in corpora merita præcessisse, vt est illud Ioannis exultantis in vtero matris suæ, quando ad vocem salutationis Mariæ, indignã se confabulatione eius Elizabeth confitetur. Statimque subiungit: Et è contrario paruuli licet & penè lactantes malis replentur spiritibus, & in diuinos atque hariolos inspirantur, intantum, vt etiam dæmon Pythonicus quosdam

Origenes per peram sensis merita præcessa vel præcedentia causam esse prædestinationis

Genes. 25. Origenis errata in 3. lib. περὶ ἀρχῶν, id est de principijs

2. Tim. 2.

Luc. 1.

quosdam à tenera ætate possideat: quos derelictos esse apud prouidentiam Dei, cum nihil tale fecerint, vt istiusmodi insaniam sustinerent, non est eius, qui nihil vult, absque Deo fieri, & omnia illius iustitia gubernari. Rursumque de mundo: Nobis autem inquit, placet & ante hunc mundũ, alium fuisse mundum, & post illum alium futurum. Vis discere quod post correptionem huius mundi alius futurus? Audi Esaiam loquentem:

Esaiæ 6.

Erit cælum nouum & terra noua, quæ ego facio permanere in conspectu meo. Vis nosse quod ante fabricam istius mundi, alij mundi in præterito fuerint? Ausculta Ecclesiasten: Quid est, quod fuit? ipsum quod erit. Et quid est quod factum est? ipsum quod futurum est. Et non est omne nouum sub sole, quod loquatur & dicat: Ecce hoc nouum est: iam enim fuit in sæculis pristinis, quæ fuerũt ante nos. Quod testimonium nõ solùm fuisse, sed futuros mundos esse testatur; non quod simul & pariter omnes fiant, sed alius post alium. Statimque subiunxit: Diuinitus habitaculum, & veram requiem apud superos existimo intelligi: in qua creaturæ rationabiles commorantes, antequam ad inferiora descenderent, & de inuisibilibus ad visibilia commigrarent, ruentesque ad terram, crassis corporibus indigerent, antiqua beatitudine fruebantur: vnde conditor Deus fecit eis congrua humilibus locis corpora, & mundum istum visibilem fabricatus est, ministrosque ad salutem & correptionem eorum, qui crediderunt, misit in mundum: ex quibus alij certa obtinerent loca, & mundi necessitatibus obedirent, alij iniuncta sibi officia, singulis quibusque temporibus, quæ nouit artifex Deus, sedula mente tractarẽt. & ex his sublimiora mundi loca, sol, & luna & stellæ, quæ

Ecclesi. 1.

Diuersi errores Origenis recensentur.

Rom. 8.

ab Apostolo creatura dicitur, acceperunt: quæ creatura vanitati subiecta est, eo quod crassis circundata corporibus & aspectui pateat, & tamen non sponte subiecta est vanitati, sed propter voluntatem eius, qui eam subiecit in spe. Et iterum: Alij verò in singulis locis atque temporibus, quæ solus artifex nouit, mũdi gubernaculis seruiunt, quos angelos eius esse credimus. Et post paulum: Quem rerum ordinem totius mundi regit prouidentia, dum aliæ virtutes de sublimioribus corruunt, aliæ paulatim labuntur in terras. Istæ voluntariè descendunt, aliæ præcipitantur inuitæ. Hæ spontè suscipiunt ministeria, vt ruentibus manum porrigant, illæ coguntur ingratæ, vt tanto tempore in suscepto officio perseuerent. Et iterum: Ex quo sequitur, vt ob varios motus varij creentur & mũdi, & post hunc, quem incolimus, alius multo dissimilis mundus fiat. Nullusque alius diuersis casibus & profectibus; vel virtutum præmijs, vel vitiorum supplicijs, & in præsenti. & in futuro, atq; in omnibus & retro & postea temporibus potest meritò dispẽsare, & ad vnum rursum finem cuncta pertrahere; nisi solus conditor omnium deus; qui scit causas; propter quas alios permittat sua perfrui voluntate, & de maioribus ad vltima delabi, alios incipiat visitare, & gradatim; quasi manu data, ad pristinum retrahere statum, & in sublimibus collocare. *Tom. 2. epist. 59. ad Auitum, cap. 3.*

Ephes. 1.

IN primo statim volumine testimoniũ Pauli, in quo loquitur: Sicut elegit in ipso nos ante constitutionẽ mundi, vt essemus sancti & immaculati coram ipso: sic interpretati fuimus, vt electionem non iuxta Originem eorum diceremus, qui

Prædestinationis causa finalis sunt bona opera & merita non autem causa antecedens efficiens.

Galat. 1.

Hier. 1.

Non priuati vnius error, sed Ecclesiasticus sensus sequendus.

Commentatoris officiũ multorum sententias põnere.

Origenes docet ex meritis electorum vnumquem que eligi nõ ex præscientia diuina Psal. 119.

Rom. 7.

Philip. 1. Psal. 118.

ordinis fuerant, sed ad Dei præscientiã referremus. Denique diximus, quod autem electos nos, vt essemus sancti & immaculati coram ipso, hoc est, Deo ante fabricam mundi testatus est, ad præscientiam Dei pertinet, cui omnia futura iam facta sunt, & antequam fiant, vniuersa sunt nota. Sicut & Paulus ipse prædestinatur in vtero matris suæ: Et Hieremias in vulua sanctificatur, eligitur & roboratur & in typo Christi in gentibus prophetamittitur. Certè in expositione ista nullum crimen est, & Origene dicente contraria, nos Ecclesiasticum sensum secuti sumus. Et quia commentatoris est officium multorum sententias põnere, & hoc me facturum in præfatione promiseram: etiam Origenis absque inuidia nominis eius explanatione posui, dicẽs: Alius vero, qui Deum iustum conatur ostendere, quod non ex præiudicio scientiæ suæ, sed ex merito electorum vnumquemque eligat, dicit ante visibiles, creaturas, cælum terra, maria, & omnia quæ in eis sunt, fuisse alias inuisibiles creaturas, in quibus & animas, quæ ob quasdam soli Deo notas deiectæ sunt deorsum, in vallem lachrymarum, in locum afflictionis, & peregrinationis nostræ, in quo sanctus constitutus orabat, vt ad sedem pristinam reuerteretur, dicẽs: Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar, multũ peregrinata est anima mea. Et Apostolus: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et: Melius est reuerti, & esse cum Christo. Et alibi: Antequam humiliarer, ego peccaui, & cætera his similia, quæ longum est scribere. Animaduertite, quid dixerim: Alius vero, qui Deum iustum conatur ostendere, conatur ostendere, inquam, non ostendit. Si autem in eo scandalum pateris, quare latissimam Origenis disputationem breui sermone comprehenderim, & lectori sensum eius aperuerim, atque ex eo tibi occultus illius videor esse sectator, quia nihil ab eo dictum prætermiserim: vide, ne hoc idcirco fecerim, vt vestram calumniã declinarem, ne me diceretis, quæ ab eo fortiter sunt dicta, tacuisse, & illum in Græco robustius disputare. Posui ergo omnia, licet breuius, quæ in Græco reperi: vt nihil haberent discipuli eius nouũ, quod Latinorum auribus ingereretur, facilius enim nota, quam repentina, contemnimus. Expositam autem interpretationem eius, quæ in fine capituli dixerimus: auscultate: Non enim ait Apostolus, Elegit nos ante constitutionẽ mundi, cùm essemus sancti & immaculati: sed, Elegit nos, vt essemus sancti & immaculati: hoc est, qui sancti & immmaculati ante non fuimus, vt postea essemus, quod & de peccatoribus ad meliora conuersis dici potest: & habit illa sententia. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, id est in tota vitã sua; in omni, quo in mundo isto versatus est, tempore. Quod quidẽ ita intellectum & aduersum eum facit, qui; antequam mũdus fieret, animas dicit esse electas propter sanctitatem, & nullum vitium peccatorum: Non enim vt ante iam diximus eliguntur Paulus, & qui ei similes sunt, quia erant sancti & immaculati, sed eliguntur, & prædestinantur: vt in consequenti vita per opera atq; virtutes sancti & immaculati fiant. *Tom. 2. lib. 1. aduersus Rufinum cap. 6.*

Vera expositio loci Pauli de causa finali non efficiente.

Psal. 142. In tota vita in omni tempore quo in mũdo versata iustissima nõ potest non aliquando cadere.

Rom. 9. Esa. 1.

QVID significet illud quod Apostolus Paulus disputat ad Romanos scribens: Quid ergo dicemus? nunquid iniquitas apud Deum? absit: vsque ad eum locum vbi ait: Nisi Dominus Sabaoth reliquisset

linquisset nobis semen, sicut Sodoma facti fuissemus, & sicut Gomorra similes fuissemus. Omnis quidem ad Romanos epistola interpretatione indiget, & tantis obscuritatibus inuoluta est, & ad intelligendam eam, spiritus sancti indigeamus auxilio, qui per Apostolum hæc ipsa dictauit: sed præcipuè locus hic, in quo quidam volentes Dei seruare iustitiam, ex præcedentibus causis, dicunt electum in vtero Rebeccæ Iacob, & abiectum Esau, sicut & Hieremias, & Baptista Ioan. eliguntur in vtero, & ipse Apostolus Paulus prædestinatur in Euangelium, antequam nascatur. Nobis autem nihil placet, nisi quod Ecclesiasticum est, & publicè in Ecclesia dicere nō timemus, ne iuxta Pythagoram, & Platonem, & discipulos eorum, qui sub nomine Christiano introducunt dogma gentilium, dicamus animas lapsas de cælo esse, & pro diuersitate meritorum, in his, vel in illis corporibus pœnas antiquorum luere peccatorum. Multoque melius est, simpliciter imperitiam confiteri, & inter cætera, quę nescimus etiā huius loci obscuritatem refugere, quā dū volumus Dei probare iustitiam, Basilidis & Manichæi hæresim defendere, & Hiberas nænias, Egyptiq; portenta sectari. Dicam° igitur, vt possumus, & Apostolicę voluntatis sequentes vestigia, ne pūctū quidē, vt dicitur, atq; vnguem transuersum ab illius sententijs recedamus. Fleuerat supra, & dolori suo & cōsciętię testem inuocauerat spiritum sanctum, quod fratres suī & cognati secundum carnē, id est, Israhelitę, Dei filium non recepissent: quorum fuit adoptio, & gloria, & testamentum, & legislatio, & cultura, & promissio: ex quibus etiā ipse Christus secundum carnem de Maria generatus est vir gine: & tam continuò cordis dolore torquetur, vt ipse optet Anathema esse à Christo, id est, solus perire, ne omne Israheliticū genus pereat. Et quia hoc dixerat, statim venientem è regione prę uidit quæstionem. Quid ergo dicis? Omnes qui ex Israhel sunt, perierunt? Et quo modo tu ipse, & cęteri Apostoli, & infinita Iudaici populi multitudo, Christum Dei filiū recepistis? Quam ita soluit. Israhel in scripturis sanctis dupliciter appellatur, & in duos diuiditur filios, in vnum, qui iuxta carnē est, & in alterum, qui iuxta repromissionē & spiritum. Abraham duos habuit filios, Ismael & Isaac: Ismael, qui secundum carnem natus est, hæreditatem patris non accepit: Isaac, qui de re, pmissione genaratus, ex Sara semen Dei appellatur. Scriptum est enim: In Isaac vocabitur tibi semen, id est, non qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui sunt filij repromissionis, isti æstimantur in semine. Et hoc non solùm in Ismael, & Esau, populum Iudęorum abiectum esse significet: in posteriori bus autem, hoc est, in Isaac & Iacob, electum populum gentium, vel eos, qui ex Iudæis in Christum crediturī erant. Et quoniam hoc volens approbare, proposuerat testimoniū nascentium geminorū Esau & Iacob de quibus scriptum est: Maior seruiet minori, & in Malachia legimus: Iacob dilexi, Esau odio habui: viuentem è latere quæstionem more suo proponit & differit: & hac soluta, reuertitur ad id, de quo cœperat disputare. Si Esau & Iacob necdum nati erant, nec aliquid egerant boni aut mali, vt vel promerentur Deum, vel offenderent: & electio eorum atq; abiectio non merita singulorum, sed voluntatem eligentis & abijcientis ostendit. *Tom. tertio Epistola 150. ad Hedibiam quæstion. 10. p.*

Epistola ad Romanos ob scripturarum inuoluta multa.

Malach. 1. Hier. 1. Luc. 1. An ex præcedentibus causis dicunt electi sancti eligantur.

Quod Ecclesiasticum est id publicè in Ecclesia docendum fugienda Platonicorum Pythagoræorum & Origenistarum dogmata.

Rom. 9.

Duplicet Israelita.

Gen. 25.

Malach. 1.

Electio vel abiectio non pendet ex meritis singulorum, sed ex voluntate eligentis & abijcientis.

ET est sensus: Meis beneficijs, meaque incredibili largitate ad reginæ vocabulum peruenisti, ita vt de te omnium gentium sermo loqueretur, & esses non tuis meritis atque virtutibus, sed mea liberalitate perfecta. Nisi enim Dominus ædificauerit domum, in vanum laboraueruntq; qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatē, frustra vigilauit, qui custodit eam. Qui plantat enim & qui rigat nihil est, nisi Dominus dederit incrementum: quia non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei: vt postquam omnia fecerimus dicamus: Serui inutiles sumus: quæ debuimus facere, fecimus. *Tom. 4. lib. 4. Com. in cap. 16. Ezechielis, fol. 372. fac. 1.*

Non voluntis meritis, sed Dei liberalitati asscribenda electio.

Psal. 126.

1. Cor. 3. Rom 9. Luc. 17.

EXPONIT autem, quanta bona Iudas, hoc est, Iacob acceperit, & in patre filius nominatur, vetęrisque recordatur historiæ: vt & Dei misericordia erga Iacob, & illius contra Dominum duritia cognoscatur. Dum adhuc esset in vtero Rebecę, supplantauit fratrem suum Esau: non vtique fortitudine propria, qui sentire non poterat, sed misericordia Dei: qui cognoscit & diligit eos, quos prædestinauit. *Tom. 5. lib. 2. Com. in cap. 12. Oseæ, fol. 69. fac. 2.*

Iacob ex Dei misericordia est prædestinatus.

Gen. 25.

NE pœna in suos videatur iniusta subijcit Dominus: Dilexi vos. Quem enim diligit Dominus, corripit: Castigat autem omnem filiū, quē recipit. Et dicendo dilexit præsens, negat dū præteritum confitetur. Illiq; respondent temeritate qua peccant obliti beneficiorum eius: In quo dilexisti nos? Ad quæ Dominus, vt cætera, inquit, taceā, & quod nuper de Babylonia captiuitate venistis, incunabula vestra tractabo: antequam nascerem ni, imò priusquam Rebecca Esau & Iacob vtero suo funderet, in Iacob vos dilexi, in Esau Idumæos odio habui: Quem locum Apostolus Paulus mystica disputatione euentilās, scribit ad Romanos: duo pariter testimonia de Genesi Malachiaq; coniungens: Sed & Rebecca de vno concubitu habens Isaac patris nostri. Nam cùm nundū nati essent aut aliquid egissent boni aut mali: vt secundum electionem propositum Dei maneat: non ex operibus, sed ex vocante dictū est ei. Quia maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi Esau autem odio habui: Hoc enim quod dicitur: Sicut scriptum est, & ad Geneseos librū, & ad prophetam Malachiam refertur. Non solùm, ait, dilexi Iacob antequam nasceretur, & odio habui Esau priusquam ex matris vtero funderetur, sed in posteros eorum, amorem meum, & odium conseruaui: odium in Esau, cuius montes, qui appellantur Seir, redegi in solitudinem, & vrbes feci esse desertas, & à serpentib. ac bestijs obtineri. Si autem dixerit Edom, hoc est, Esau: destructi quidem sumus ad iram Dei, sed rursum ædificabimus ciuitatem: Hęc Domino prædicente cognoscite: quod illis ædificantibus, ego destruam, & iram meā, ęterna eorū vastitas approbabit. Odiū igitur in Esau rebus ostendi, amorem aūt in vos, hoc est, in Iacob, sequentibus approbabo. Illis destructis atq; redactis ad solitudinem, videbunt oculi vestri, & dicetis: Magnificetur Dominus super terminum Israhel, & ex cōparatione malorū, quæ frater vester patitur, Dei in vos beneficia sentietis. *Tom. 5. Com. in cap. 1. Malach. fol. 276. fac. 1.*

Non est ex operibus, sed ex vocante dependet prædestinatio.

Heb. 12.

Gen. 25.

Rom. 9.

DVPLICITER hic locus intelligi potest. Vel ideò insensatos Galatas appellatos, à maioribus ad minora venientes, quia cœperint spiritu & carne consumentur. Vel ob id, quod vnaquæq; prouincia

Vnaquæque prouincia habet suæ proprietates per inductionem Tim. 1.

nincia suas habeat proprietates. Cretenses semper mendaces, malas bestias, ventres pigros verè ab Epimenide poeta dictos, Apostolus comprobat. Vanos Mauros, & feroces Dalmatas, Latinus pulsat historicus. Timidos Phrygas, omnes poetæ lacerant. Athenis expeditiora nasci ingenia Philosophi gloriantur. Græcos leues apud C. Cæsarem suggillat Tullius, dicens: Aut leuium Græcorum, aut immanium Barbarorum: vt pro Flacco. Ingenita, inquit, leuitas, & erudita vanitas. Ipsum Israhel graui corde, & dura ceruice, omnes scripturæ arguunt. In hunc ergo modum arbitror, & Apostolū Galatas regionis suæ proprietate pulsasse. Licet quidem profundis se quęstionibus inserentes, quasi sub obtētu vitandæ hæreseos, quæ diuersas naturas infert, dicam, Tyrios quoque & Sidonios, Moabitas, & Ammonitas, & Idumæos, Babylonios, & Aegyptios, omnesque gentes, quæ in scripturis nominantur, habere quædam Ideomata, & ex causis præcedentibus, & merito operum pristinorum, ne iustitia Dei veniat in dubium, cum vnaquæq; gens, vel bonum vel malum habere asseratur, quod alia non habeat: Nos istas altitudines declinantes, superiora sectabimur, aut stultitiæ os argui, dicentes: per quam spiritum legis & literam dijudicare non possint, aut vitio gentis corripi, quod indociles sint & vecordes, & ad sapientiam tardiores. *Tom. 6. lib. 1. Com. in cap. 3. ad Galatas fol. 130 fac. 1.*

Aristoteles lib. 7. Polyticorum ca. 7. vide ibi commentaria Genesij Sepulvedæ Petri Victorij.

Hæretici, ne iustitia Dei veniat in dubium ex causis præcedentibus & meritis operum pristinorum putant gentes quasdā saluari, vel non saluari.

SCHOLIA.

HIERONYMVS *quæstione decima ad Hedibiam, exponens illud. Nunquid inquit as apud Deum? Vasa, inquit, misericordiæ non solùm populus gentium est, sed etiam hi, qui ex Iudæis credere voluerunt, ex quo ostenditur non gentes eligi, sed hominum voluntates. et libro 1. in epistolam ad Galatas super illud, cùm autem placuit ei, qui me segregauit, &c. sic ait: Ex Dei præscientia euenit, vt quem scit iustum futurum, prius diligat, quam oriatur ex vtero: & quē peccatorē oderit ante, quia peccet, nō quo in amore & odio Dei sit iniquitas, sed quoniā nō aliter eos habere debeat quos scit vel peccatores futuros esse, vel iustos, nos vt homines tantū de præsentibus iudicamus: ille, cui futura iam facta sunt, de sine rerum nōn de exordijs fert sententiam. In commentario quoque, Malachiæ capite primo, exponens illud: Iacob dilexi, & Esau autem odio habui. Porrò ait, dilectio & odium Dei vel ex præscientia nascitur futurorum, vel ex operibus. alioquin nouimus, quod omnia Deus diligat, nec quicquam eorum oderit, quæ creauit: sed propriè eos sue vindicet charitati, qui vitiorum hostes sunt, & rebelles: & è contrario illos odit, qui à Deo destructa cupiunt rursus extruere. In his adductis locis beatus Hieronymus non longè abesse videtur ab opinione Pelagianorum, qui affirmant electionem & reprobationem oriri ex præscientia meritorū. Omissis aliis veterum Patrum authoritatibus idem cum Hieronymo facientibus respondeo cum D. Thoma in prima parte summæ Theologicæ quæstione 23. ex sententia D. Augustini in operibus electorum à diuina præscientia præuisis, duplicem causæ rationem spectari posse. Meritoriam scilicet & finalem. Primum ergo, si causam meritoriam inspexerimus, nosse oportet ordinem diuinæ prouidentiæ erga electos gemina, graduum varietate distinguū: quorum alij præcedunt gratificantis gratiæ susceptionem, ceu sunt, dilectio, electio, conscriptio, prædestinatio, vocatio, iustificationis inchoatio, alij verò gratificantis gratiæ receptionem sequuntur, quales sunt gratiæ auctio, iustitiæ incrementum, & æternæ felicitatis adeptio. Si igitur quæratur, an operum nostrorum præuiso sit causa præcedentium graduum meritoria: ne-*

Theodoretus & Theophilactus et Oecumenius in epistolā ad Rom. cap. 9. vide Augustinum li. 1. Retractationum cap. 23.

Chrysost. homilia in ca. 9 ad Rom. & homilia in c. 1. & 2. ad Ephes homilia 31. in c. 9. Matth & homilia in Matth. 56 & homil. in Psal. 113. Origenes lib. 7. in epistolam ad Romnos. Ambros. in epist. ad Romanos Augustl. lib propositionū ex epist. ad Ro.

gandum est prorsus; ne videamur accedere Pelagianis affirmantibus Deum merita nostra in sua præscientia elegisse, & iuxta hanc sententiam interpretandi sint omnes veteres Patres, qui æternam Dei electionem ac prædestinationem ex sola Dei gratia nullis præuisis meritis definiunt. Si verò quærat quispiam, virum sequentes diuini ordinis gradus in diuina præuisione causam habeant meritoriam: procul dubio respondendum est Deum ab æterno decreuisse daturum se incrementa ampliora iustitiæ his, qui benè vsuri essent primo iustificationis gratia dono, ac deinde ob meritā benè seruatæ iustitiæ reddisturum se eis perpetuæ beatitudinis coronam. Atque ad hunc sensum accommodandæ sunt quædam Patrum sententiæ, quæ præuisioni meritorū electionem & prædestinationē, hoc est, prædestinationis & electionis complementum, siue sequentes, ac posteriores gradus diuini ordinis, quod interdum patres totum à parte denominantes electionem ac prædestinationem vocarunt, adscribere videntur. Sin verò nos rursus ad contemplationem finalis causæ conuertamus, rectè statuere poterimus præuisionem operum subsequentium diuinæ gratiæ receptionem, esse causam electionis ac prædestinationis finalem. Deus enim, vt Paulus, ait, elegit nos ante mundi constitutionem, & prædestinauit nos, vt essemus sancti & immaculati coram eo, in laudem gloriæ gratiæ eius, hoc est, nos ab æterno sibi asciuit in suos, & præparauit nobis vocationis & iustificationis gratiam, in eum videlicet finem, vt ea benè vteremur, & ex eius bono vsu gloriam sempiternæ felicitatis adipiscęremur. Atque ita quidam ex sanctis patribus pronunciarunt opera nostra à Deo præuisa, causam esse diuinæ prædestinationis finem, non verò meritoriam.

Articulus III. Reprobationis & Reiectionis causam esse præuisa & à Deo præcognita peccata, & finem prædestinationis, vt simus sancti & immaculati coram ipso, causam efficientem Dei miseri cordiam.

REDDIT causas, quare proiecerit Deus populum suum domū Iacob: quia repleti sunt, inquit, vt fuerunt in principio, augurijs & somnijs cunctisq; sordibus Idololatriæ. Non attendēda somnia, nec auguria, Moyse scribente, cognoscimus: quæ habuerunt gentes, quas eiecit Dominus à facie Israhel, Chananæorum, Amorrhęorum & Cethæorum. *Tom. 4. lib. 1. Com. in cap. 2. Esaiæ. fol. 8. fac. 1.*

Leuit. 16.

Deut. 13.

ET dixit: Vade, & dices populo huic, &c. LXX. hunc locum ita interpretati sunt: vt Euangelista Lucas in Apostolorum Actibus posuit: Cumq; inuicē non essent consentientes (haud dubium quin Iudæi discedebant: dicēte Paulo vnum verbum: Quia benè spiritus S. locutus est per Esaiam prophetam ad patres nostros, dicens: Vade ad populum istum, & dic: Aure audictis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non perspicietis: incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos cōpresserunt, ne fortè videant oculis suis, & auribus audiant, & corde intelligant & conuertant se, & sanem illos. Quo autem hęc prophetia impleta sit tempore, ipse Apostolus Paulus in consequentib. loquitur: Notum ergo sit vobis, quoniā gentib. missum est hoc salutare Dei: & ipsi audient. Vnde & in eiusdem Apostolorū Actis legimus, quod Paulus & Barnabas Iudæis nolentibus credere, dixerūt: Vobis oportebat primum loqui verbū Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æterna vita, ecce conuertimur ad gentes: sic enim præcepit

Actor. 13.

Peccata sunt causa excæcationis & indurationis

præcepit nobis Dominus: Posuite in lucem gentibus, vt sis in salutem vsq; ad extremũ terræ. Ergo secundum LXX. facilis interpretatio est: quod Esaias propheta Domino imperante prædicat, quid populus sit facturus. In Hebraico difficultas est, quomodo ipse Deus præcipiat populo, vt auditu audiat, & non intelligat, & videns videat, & non agnoscat, & postea propheta inducatur loquens, & Dominum precetur, & dicat: Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne fortè videat oculis suis, & auribus audiat, & corde intelligat, & conuertatur & sanetur. *Tom.4.lib 3.Com.in cap.6 Esaiæ fol.25.fac.1.*

Esa.49.

LOCVM istum B. Apostolus Paulus plenius explicat ad Rom. & quod ille penè tota epistola prosecutus est, nos superfluum facimus, si voluerimus breui sermone comprehẽdere. Dicit enim post multa: Conclusit Deus omnia in incredulitatem, vt omnibus misereatur: Admiratusq; Dominici Sacramenta intulit: O profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam inscrutabilia iudicia eius & inuestigabiles viæ eius. Et ite rum de Iudæorum incredulitate disputans, ait: Nunquid sic peccauerunt, vt caderent? absit: sed illorum delicto salus est gentibus ad æmulandũ eos. Et post modicum: Si enim abiectio eorum reconciliatio mundi, quæ assumptio eorum, nõne vita ex mortuis? Et iterum. Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc, vt non sitis vobismetipsis prudentes, quia cæcitas ex parte facta est in Israhel, donec plenitudo gentium introeat & tunc omnis Israhel saluus fiat. Et post paululum: Iuxta Euangelium quidem inimici propter vos, iuxta electionẽ autem dilecti propter patres, absque pœnitentia enim sunt donationes, & vocatio Dei. Sicut enim vos, inquit, aliquando non credidistis Deo, nunc autem estis misericordiam consecuti, propter eorum incredulitatem, sic & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequantur. Concluſit enim Deus omnia in incredulitatem, vt omnibus misereatur. Ergo non est crudelitas Dei, sed misericordia, vnam perire gentem, vt omnes salui fiant: Iudæorum partem non videre, vt omnis mundus lumen accipiat. Vnde & ipse Dominus in Euangelio sacramentum cæci à natiuitate, qui receperat oculos vertit ad Tropologiam, & dicit: In iudicium ego veni in hunc mundum, vt videntes non videant, & non videntes videant. Et in alio loco Symeon loquitur: Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorũ. Illis itaq; non videntibus, nos videmus, illis cadentibus, nos resurgimus. Quod intelligẽs propheta quodam modo alijs verbis dicit: O Domine præcipis mihi loqui populo Iudæorum, vt audiant & non intelligant Saluatorem, & videat eum, & non cognoscant: Si vis impleri iussionem tuam, & totum saluari mundum, quod & ego fieri desidero: tu excæca cor populi huius, & aures agraua, & oculos claude, ne intelligant, ne audiat, ne videant. Si enim illi viderint, & conuersi fuerint, & intellexerint, & sanati fuerint, totus mundus nõ recipiet sanitatem. Ex quo animaduertimus, quamuis grauè sit peccatum, si quis conuertatur, eum posse sanari. Simulque & hoc intelligendum, quod pro magnitudine sceleris etiã pœnitentia indigni iudicati sunt: ipso Domino dicente ad Hierusalem: Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina pullos suos sub alas,

Rom.11.

Propter delicta Iudæi sunt reprobati. Ibidem.

Misericordia Dei est causa electionis gentiũ. Ioan.9.

Luc. 2.

& noluisti. *Ibidem.*

DEDIT Ecclesiastes primo omnium mentem suam ad sapientiam requirendam, & vltrà licitũ se extendens, voluit causas rationesq; cognoscere: quare paruuli corriperentur à dæmone: cur naufragia & iustos & impios pariter absorberẽt, vtrũ hæc & his similia casu euenirent, an iudicio Dei? Et si casu, vbi prouidentia Dei? si iudicio, vbi iustitia dei? Hæc, inquit, nosse desiderans, intellexi superfluã curã, & solicitudinem per diuersa cruciantem, à Deo hominibus datam, vt scire cupiãt, quod scire non licitum est. Pulchrè autem causa præmissa à Deo data distentio est. Quo modo enim in Epistola ad Rom. scribitur: Propter quod tradidit eos Deus in passiones ignominiæ. Et iterum: Propter quod tradidit eos Deus in reprobũ sensum, vt faciant, quæ non oportet. Ac deinde: propterea tradidit eos Deus in desideria cordis sui in immunditiam. Et ad Thessalonicenses: Propterea mittit eis Deus operationem erroris. Et sic ut prius causæ ostenduntur, quare vel passionib. ignominiæ vel sensui reprobo, vel cordis sui desiderijs concedantur: aut quid fecerint, vt operationem erroris accipiant: ita & in præsentiarũ idcircò Deus distentionem malam dedit hominib. vt distendantur in ea, quia prius spõtè sua & propria voluntate hæc vel illa fecerunt. *Tom.5. in cap. 1.Ecclesiast fol.3.fac.2.*

Qui ea scire cupiunt, quæ scire licitum non est, eò delabuntur, vt prouidentiam & iustitiam Dei negare cogãtur.

2.Thessa.2.

Præcedentia peccata promerentur peccatorũ, ve probationem, vel indurationẽ.

PORRO dilectio & odium Dei, vel ex præscientia nascitur futurorum, vel ex operibus: alio quin nouimus, quomnia Deus diligat, nec quicquam eorum oderit, quæ creauit, sed propriè eos sue vindicet charitati, qui vitiorum hostes sunt & rebelles, & è contrario illos odit, qui à Deo destructa cupiunt rursum extruere. *Tom.5. Com.in cap.1. Malach.fol.276.fac.2.*

Odium Dei nascitur ex malis operibus.

NON solùm in hoc loco, sed ad Rom. Paulus segregatũ in Euangeliũ Dei esse se scribit. Et Hieremias, antequam formaretur in vtero, & conciperetur in vulua matris sue, notus Deo, sanctificatusq; perhibetur: Et ex iusti, siue vt quidam putant, ex Saluatoris persona dicitur: In te proiectus sum ex vulua, ex vtero matris meæ, Deus meus es tu. E contra de peccatoribus Dauid canit: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea: Et in alio loco: Abalienati sunt peccatores à vulua. Et in vtramque partem antequam paruuli nascerentur, Deus Iacob dilexit: Esau autem odio habuit. Inueniũt locum hæretici, qui diuersas naturas esse prætendunt, spiritualem videlicet & animalẽ, & χοϊκὸν, & aliam saluari & aliam perire, aliam in vtramq; consistere: quod nunquam aut iustus eligeretur, antequam aliquid boni faceret, aut peccator oderetur ante delictum, nisi esset pereuntium & saluandorum natura diuersa. Ad quod potest simpliciter responderi, hoc ex Dei præscientia euenire, vt quem scit iustum futurum, prius diligat, quàm oriatur ex vtero, & quem peccatorem oderit, antequam peccet: Non quo & in amore, & in odio iniquitas Dei sit, sed quo non aliter eos habere debeat, quos scit vel peccatores futuros esse vel iustos: Nos vt homines tantùm de præsentibus iudicare: illum, cui futura iã facta sunt, de fine rerum, non de exordijs ferre sententiam. Et hæc quidem simplicius dicta sunt, & absque altiori dissertione possunt vtraq; placere lectori. Cæterùm qui iniustum Deum nituntur asserere, post illud, quod dudum posuimus: Abalienati sunt peccato

Rom.1.

Psal.21.

Psal.50.

Malach.1.

Hæreticorũ dilemma.

Nos homines de præsentibus tantum iudicamus, Deus de fine rerũ non de exordijs ferre sententiam.

res à vulua, inserunt etiam cætera, quæ sequũtur: Errauerunt ab vtero: locuti sunt falsa. Et dicunt, quomodo statim ab vtero errauerunt peccatores, & falsa locuti sunt, qui nec sermonem potuerunt habere, nec sensum? Aut quæ est ista iustitia præscientię Dei, alium amare & custodire priusquã nascatur, alium detestari? Et causas huius rei ad priorem vitam referunt, quod vnusquisque pro merito suo, à primo statim ortu bonis aut malis angelis assignetur. Totumq; illum locum de Iacob & Esau, cuius nunc fecimus mentionem, ita ad Rom. scriptum ventilant, vt nõ absq; sudore, & Chrysippi eis posit Helleboro responderi. *Tom.6.lib.1.Com. in cap. 1.ad Galatas fol.123.fac.2.*

Origenistæ in hoc argumento Deũ arguunt iniustitiæ.

Origenistæ causam reiectionis vel electionis ad antecedentia merita referunt. Rom.9.

QVOD autem electos nos, vt essemus sancti & immaculati coram ipso, hoc est, Deo ante fabricam mundi testatus est, ad præscientiam Dei pertinet: cui omnia futura iam facta sunt, & ante quam fiant, vniuersa sunt nota. Sicut & Paulus ipse prædestinatur in vtero matris suæ, & Hieremias in vulua sanctificatur, eligitur, roboratur, & in typo Christi propheta gentibus mittitur. Alius verò, qui Deum iustum conatur ostendere, quod non ex præiudicio scientię suæ, sed ex merito electorum vnumquemque eligat: Dicit ante visibiles creaturas, cælum, terram, maria, & omnia quæ intra ea sunt, fuisse alias inuisibiles creaturas, in quibus & animas, quæ ob quasdam causas soli Deo notas, deiectę sint deorsum in valẽ istam lachrymarũ, in locum afflictionis & peregrinationis nostræ, in quo sanctus constitutus, orabat, vt ad sedem pristinã reuerteretur, dicens: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar: Multum peregrinata est anima mea. Et in alio loco: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hui? Et melius est reuerti & esse cum Christo. Et alibi: Antequam humiliarer, ego peccaui, & cætera his similia. itaq; priusquã animæ, inquiunt, præcipitarentur in mundum, & mundus ex animab. fieret cum habitatricibus suis, in infimũ ipse deiectus, elegit Paulum Deus, & ei similes coram se qui erant sancti & immaculati. Nemo autem eligitur, nisi de pluribus, & vbi sunt aliqui viliores, ibi electio perpetratur. Quomodo autem in Babylonia captiuitate, quando à Nabuchodonosor in Chaldæam abductus est populus, missi sunt prophetæ, Ezechiel, Daniel, tres pueri, Aggæus, Zacharias, non quo & ipsi meruerint captiuitatẽ, sed vt essent in solatio captiuorum: ita & in illa deiectione mundi, eos, qui antequam mundus fieret, electi erant à Deo, missos esse in eruditionẽ & magisterium animarum peccatricium, vt ad prædicationem eorum reuerterentur ad cum locum, vbi corruerant: Et hoc esse, quod à Moyse in 89. Psalmo dicatur: Domine refugium factus es nobis, in generatione & generationem: Antequã montes firmarentur, & fieret terra, & orbis terrarum: Quod scilicet antequam mundus fieret, & vniuersa generatio principium sumeret, sanctis suis Deus refugium fuerit: Quod autem ait, vt essemus sancti & immaculati coram ipso. Inter sanctum & immaculatum hoc interest, quod sanctus & immaculatus quoque intelligi potest, immaculatus verò non statim est sanctus: Paruuli quippè immaculati sunt, quia integro corpore nullũ fecere peccatum, & tamen non sancti, quia sanctitas voluntate & studio comparatur. Et quod immaculatus dici potest ille qui peccata non facit:

Prophetæ solatio fuerũt captiuis in captiuitate Babylonica.

Sanctus & immaculatus differunt Infantes ab actuali non ab originali peccato liberi.

Sanctus autem is, qui virtutibus plenus sit, iuxta illud, quod in quodam Psalmo scribitur: Qui ambulat sine macula, & operatur iustitiam: Et in cantico canticorum: Tota speciosa es proxima mea & macula nõ est in te. Quæritur, quomodo sanctus & immaculatus sit coram Deo, cùm propheta testetur, dicens: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuẽs. Aut enim sancti & immaculati coram Deo Ephesij sunt, & falsum est hoc, quod dicitur: Non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens: Aut si nemo iustificatur in conspectu Dei: falsum est, quod præcesit, sanctos & immaculatos esse in conspectu Dei. Ad quod bifariam est respondendum. Non enim, ait Paulus: Elegit nos ante constitutionem mundi, cùm essemus sancti & immaculati: sed elegit nos, vt essemus sancti & immaculati, hoc est, qui sancti & immaculati ante nõ fuim⁹, vt postea essemus. Quod & de peccatoribus ad meliora conuersis dici potest, & stabit illa sententia: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuẽs, id est, in tota vita sua, in omni, quo in mundo isto conuersatus est tẽpore. Quod quidem ita intellectum, & aduersum eũ facit, qui antequam mundus fieret, animas dicit electas esse, propter sanctitatem, & nullum vitiũ peccatorum. Non enim, vt ante iam diximus, eliguntur Paulus, & qui ei similes sunt, quia erant sancti & immaculati: sed eliguntur & prædestinantur, vt in consequenti vita per opera atq; virtutes sancti & immaculati fiant. Deinde & hic sentiendum est, quia non dixerit: Non iustificabitur in conspectu tuo quispiam viuens, sed omnis viuens: id est, non iustificabuntur omnes, iustificabuntur verò aliqui. *Tom.6.lib.1. Com.in cap.1.ad Ephes fol.162.fac.1.*

Psal.14.

Cant.4.

Psal.142.

Antinomiæ dissolutio.

INVADVNT in hoc loco occasionẽ, qui ante conditionem mundi, animas putant cum angelis, & cæteris virtutum nom inibus in cælesti Hierusalem fuisse versatos, quod nec beneplacitum Dei, nec in laudem gloriæ eius & gratiæ posit intelligi, alios nudos, Barbaros, seruos debiles, alios diuites, Romanos, liberos, sanos, ignobiles vel nobiles, in diuersa orbis parte generari, nisi causæ præcesserint, quibus ex meritis hæc animarum vnaquaque sortita sit. Et illud, quod ad Romanos scriptum se quidẽ putant nosse, nec norunt: An non habet potestatem figulus de eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam, ad eandem sensum referunt, vt quomodo vita bona siue mala, laboriosa vel facilis, fruitra in isto mundo agitur, nisi credamus Dei futurum iudicium esse, ita & diuersitas in hoc mundo nascentium iustitiam Dei arguat, nisi animarum merita præcesserint. Si enim, inquiunt, hæc nõ ita accipinius, nec beneplacitum voluntatis Dei erit, nec in laudem gloriæ & gratiæ eius, alios elegisse ante constitutionem mundi, vt essent sancti & immaculati & haberent adoptionẽ per Iesum Christum, alios vltimæ conditioni, & pœnis perpetuis destinasse. *Ibidem in c.1.ad Ephes.*

Obiectio Origenistarum de causis electionis præcedentibus merita.

Ibidem. Non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens, hoc pacto ex plicatur.

Rom.9.

IN laudem gloriæ gratiæ suę, in qua gratificauit nos in dilecto. Quę laus, inquiunt, glorię gratiæ Dei est, alios gratificare in Christo, alios æternis præparare supplicijs: amare Iacob antequam oriatur ex vtero, odisse Esau, priusquam digna odio perpetraret, nisi causæ præcesserint, quæ iustitiam Dei probent. Omnis ergo gratia, quam consequimur, in gloriam & laudem eius, qui nos gratificauit in dilecto, hoc est, in Domino nostro

Merita electionis finalis non efficiens causa sunt.

Rom 9. Causæ præcedentes electionẽ, quæ Dei iustitiã probent ex opinione falsa Origenistarum.

& Saluatore completur, quia absq; sapientia, veritate, iustitia, pace, redemptione, cæterisque virtutibus, nullum bonum intelligi potest. *Tom.6.lib.1.Com.in cap.1.ad Ephes.fol.163.*

NVNC præpositionis adiectio, ad illam nos intelligentiam trahit de qua superius disputauimus, exponentes hoc, quod scriptum est: Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cę lestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante cō stitutionē mundi, vt essemus sancti & immaculati coram ipso. Quod scilicet sicut iam nos benedixerit omni benedictione spirituali in cælestib. & elegerit ante constitutionem mundi: ita etiam nunc speraſſe ante dicamur in Christo, ex eo tempore, quo electi & prædestinati & benedicti sumus in cælestibus. Alius verò hoc dogma non sustinens, quod ante fuerimus & sperauerimus in Christo, quàm in isto corpore degerimus, illo intelligentiam transferet: vt dicat in aduentu Domini Saluatoris, quando in nomine eius omne genu flectetur, cælestium terrestrium & infernorū, & omnis lingua cōfitebitur, quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris: cum ei fuerint vniuersa subiecta, alios volūtate, alios necessitate subijciendos: & eos, qui ante præsentiā maiestatis eius sperauerint in eum, futuros esse in laudem gloriæ eius, & vocari προσηλυτικότας; eos verò, qui reperti fuerint necessitate credentes, eo tempore, quo nec diabolus & angeli eius poterūt negare regnantem, esse sperantes, sed non in laudem gloriæ eius: Quod quidem & nunc ex parte videmus expleri: quia alia sit merces eius, qui voluntate sequatur Deum, alia, qui necessitate. Veruntamen siue per occasionem, siue per veritatē tantum Christus annuncietur: dummodo sciat, & sperans & ante sperans, quod pro diuersitate spei diuersa sint præmia recepturi. *Ibidem fol.164.f.a.2.*

De causa prædestinationis dogmatum diuersitas.

Philip.2.

Alii voluntate alij necessitate deū sequentur.

Articulus IIII. Prædestinatio & propositum differunt.

INTER Prædestinationem & propositum hi, qui solent inter verba discutere, hoc asserunt interesse, quod prædestinatio alicuius rei multò ante in mente eius, qui destinet, quid futurum sit, præfiguret. Propositum autem, cùm iam vicina sit machinatio, & penè cogitationem sequatur effectus. *Tom 6.lib.Com.in cap.1.ad Ephes.fol.164.fa.1.*

Articulus quintus: Certitudo Præscientiæ diuinæ.

QVAERITVR quo modo Deus, qui nos saluos fecit, & suscitauit, simul fecerit sedere cū Christo. Et quidem qui simplicius est respōsurus, hoc asserit, quod iuxta præscientiam Dei id, quod futurum est, quasi factum esse iam dixerit. Et quia mos iste sit scripturarum, vt interdū futura, tempore præterito declinentur: Verbi causa de cruce Domini: Foderunt manus meas & pedes: Et alibi de passione eius. Quasi ouis ad victimam ductus est: & adhuc de iniurijs flagellorum. Liuore eius nos sanati sumus. Et ibidem: Ab iniquitatibus populi mei ductus est in mortem. Hoc autē ideò, ne quia futura semper incerta sunt hominū spes fluctuet & vacillet, ea, quæ Deus futura cognouit (apud quem nihil ambiguum est) quasi iam facta memorantur: Vt quia præterita secundum philosophos quoque fieri infecta non possunt: qui audierunt, quasi iam facta habeant, quę futura sunt. *Tom.6.libro 1.Com.in cap.2.ad Ephesios. fol.168.fac.1.*

Iuxta Dei præscientiā futura tam certa sunt quām quæ præterita.

Mos scripturæ futura tē pore præteri to efferre ob certitudinē. Psal.21.

Esa.53.

Hac certitudine futurorum in Deo existente spes nostra vehementer confirmatur.

FINIS TOMI SECVNDI.